
Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

ViW 1—63
388
F9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

XV. d. 38

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

PAULI MONTANI I.C.
Et in Senatu Ultrajectino Sereniſſ. PHILIPPI Hiſpaniarum Regis, quondam Conſiliarii digniſſimi,

388 F9

TRACTATUS NOVUS, DE JURE TUTELARUM, ET CURATIONUM,

In quo
Univerſa Tutelaris materia, cum ampliationibus (ut dicitur) limitationibus, quæſtionibuſq; huic cognatis, novè & plenè tam Theoricè quàm Practicè declaratur, & enucleatur.

Opus omnibus Doctoribus, Iudicibus, cauſarum Patronis, aliisque in foro ac ſcholis verſantibus, perutile ac neceſſarium.

Cum Summariis, & Indice rerum ac materiarum inſignium locupletiſſimo.

Studio & operâ
BALTHASARIS MONTANI,
Curiæ Provincialis Ultrajectinæ Advocati, recognitum, & in lucem editum.

Et à mendis quibus ſcatebat hac editione omnium poſtrema diligenter recognitus.

Koninklijke Bibliotheek te 's Hage.

HAGÆ-COMITIS,
Apud HENRICUM DE SWAEF,
MDCLVI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Nobiliſſimo, Spectatiſſimo Viro,

DOMINO

D. REGNERO PAVW,

EQVITI,

DOMINO TER HORST;

SVPREMI SENATVS IN HOLLANDIA

PRÆSIDI

AMPLISSIMO, &c.

NOBILISSIME VIR,

Hæ Clariſſimi Domini Montani Lucubrationes in Tractatu de Jure Curationum & Tutelarum lectores omnes ita affecerunt, ut luce digniſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

ſimæ reperiantur. Quapropter eaſdem iteratò lucem videre, & excudere non inconſultum mihi fuit. Validis enim, ut omnium conſtans opinio, argumentis, Juriſconſultorumque ſententiis eædem confirmatæ ſunt, Rationes Author apte & in loco adhibet, ubi aliqua difficultas reperitur, eamque ſolidis enodat argumentis: ſic ut quicunque non adeo ingenii viribus deſtitutus, magno cum fructu haſce commentationes perlegere poſſe, indubitatum eſt, quia perſpicuitate magna tantaque energia, & expreſſit & diſſeruit, ut ea felicitate nec ante nec poſt eum quiſquam perfecerit. Nemo itaque non oſcitabundus facile depre-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

deprehendet, eundem in aditis Juriſprudentiæ nec obiter nec oſcitanter verſatum fuiſſe. Quapropter vir Nobiliſſime, Nobiliſſimum hunc tractatum nemini, majori cum fiducia offerre potui quam Ampliſſimæ veſtræ Dignitati, cum Tu revera pupillorum Tutor, Innocentium Curator prædicari poſſis. Idcirco jure meritiſſimo, has de Tutelis & Curatelis commentationes ſub Tuis alis Tuoque nomine defenſas ire, & permanere poterunt.

Tametſi ſciam Dignitatis Veſtræ munera hæc mea indigna ſint, tamen benevolentiæ Veſtræ erga omnes, non ingrata eſſe poterunt. Illuſtris enim PAVIORVM proſa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

pia & humanitate, æquitate, dignitate, ſummiſque eſt decorata honoribus. Hinc Te ſane non ſolum nobiliſſima veſtra ſtirps, verum & virtus ſingularis exornat, à qua iſta magis ſibi lumen & decus mutuatur. Profecto qui illius in Te radios intuetur, tot & tanta Tibi collata beneficia non miratur. Ita cenſent quotquot Te per illam & Magnatibus & Privatis non amicis modo, at etiam æmulis tum honori tum ſtupori eſſe cognoſcunt. Patere igitur, Magnifice Præſes, ut prima hujus laboris mei lineamenta ſub Tuo nomine lucem videre queant. Quod mihi certo, non minorem honorem, quam operis hujus commendationem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

nem attribuet. Quia ſi Veſtra cenſura hoc dignum perſpicietur, omnes mirum in modum alliciet, & ad perlegendum & memoriæ commendandum afficiet. Id enim quod Veſtro judicio & cenſura corroboratum reperitur, apud pleroſque, imo omnes, jus quoddam conſtituere, & normam formamque præſcribere. Ex eo palam fit, quod Tu, ſumme Præſes, gravitate mirifica, doctrina & longo rerum uſu incomparabili tot tantaſque ancipites, ambiguaſque lites componis, determinas. Magno enim annorum ſpatio Supremo huic Senatui Senatoria dignitate adfuiſti, & modo omnium applauſu aliquo tempore præfuiſti.

Deus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Deus faxit ut tanto cum fructu hoc Veſtro Præſidio longos in annos degas, quanto Tu veſtro cum conſilio & doctrina omnium admiratione Illuſtriſſimum hoc Collegium frequentaſti. Calamum hiſce ſiſto, ne gravis ſim; unicumque hoc addidero, quòd æternum ſim manſurus

Nobiliſſimæ Veſtræ Dignitatis

humillimus cliens

H. de Swaef.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

ILLUSTRI, GENEROSO, AC PRÆCLARO D. WALRAVO BREDERODIO, Liberæ Vianæ Domino, Civitatis Ultrajectinæ Burg-gravio, Domino in Ameyden, Cloetingen, &c. Patrono ſuo perpetua obſervantia colendo.

BALTHASAR MONTANUS S. D.

VEtus hujus Regionis mos fuit, Illuſtris & Generoſe Domine, ut quoties aliquis ad ſublime dignitatis ſolium noviter aßumatur, eidem à ſubditis munuſcula qualiacumque quiſque poſſet, offerantur: quem morem & mihi obſervare jucundum fuit. Cum autem in præſentia nulla dona, vel munuſcula haberem, quibus veſtræ Celſitudini gratificari poſſim: viſum mihi fuit tutorio nomine primogeniti filii fratris mei majoris, Vaſalli veſtri Dominii Vianenſis, librum poſthumum patris ſui Pauli Montani olim Senatoris Regii Provincialis Curiæ Trajectenſis (quem de Tutelis conſcripſit) ob veterem cum fratre contractam amicitiam, & novitatem materiæ, Amplitudini veſtræ dono mittere, maxime ob generis claritatem, vitæ & morum integritatem, ſingularem erga civitatem Vianenſem amorem conſtantem, ſanctam, gratuitam, & incorruptam juſtitiam, quam æqua lance per veſtram Generoſitatem adminiſtrari non dubitamus; tum etiam ob veſtram divinam & innatam clementiam, qua nihil laudabilius, nihil magno, præclaro, & nobili viro dignius eſſe ponit, Cicerone patre eloquentiæ teſte, quæ & Principem Deo ſimilem procul dubio efficiat. Quibus accedit liber, conſtans, & ſincerus animus, nulli voluptati deditus, incomparibile veſtrum in rebus agendis, ac Reipublicæ negotiis adminiſtrandis judicium pariter, & eximia humanitas, ac ſumma manſuetudo in omnes, in

tanta rerum ac fortunarum amplitudine: ut aditu nemo facilior, in congreſſu nemo ſuavior, nemo denique ad bene de rebus promerendum paratior eſse poſſit, omneſque boni certiſſimum ſibi in te præſidium conſtitutum, ſpem capiant non exiguam: ut interim taceam conſtantiam veſtram in adverſis, prudentiam in proſperis, in ambiguis & obſcuris mirificam ingenii veſtri ſolertiam, ſingularem benevolentiam erga ſubditos & exteros, atque etiam animi propenſionem ſingularem erga viros probos, & eruditos. Quibus aliisq; immenſis virtutibus veſtris (quas nec lingua exprimere, vel calamo facile ſignificare poſsum) nobiliſſima Herois Gertruda à Bronckhorſt mota, veſtram Generoſitatem univerſalem heredem omnium bonorum ſuo teſtamento inſtituit, quod non ſolum civitati Vianenſi, verum etiam ſubditis omnibus, exterisq; nobilibus juſtitiam amantibus, jucundiſſimum fuiſſe, nemo eſt qui neſciat: ita ut merito fœlix ſit civitas Vianenſis tali tantoque domino decorata, in quo quidquid in vero domino deſideretur, facillime reperiatur. O fœlices ſubditi: quibus hujus conſilio, prudentia pariter, & ope omnia tuta erunt. Accipe igitur generoſiſſime, & nobiliſsime Domine, hilari & ſereno vultu, æquo atque benigno animo, librum hunc poſthumum tutelarem fratris mei chariſsimi, continentem eam juris partem, qua impuberum infirmitas, & nimia imbecillitas ſuſtentetur, idq; munuſculi loco, ab eo, qui tuis laudibus ita favet, ut omne ſuum ſtudium, officium, operam & diligentiam ad virtutem veſtram amplificandam publice privatimque ſit collocaturus. Nec enim mihi præ cæteris ad omnia te opportunior hoc tempore occurrere potuit, vel in mentem venire, cui hoc quidquid eſt exigui ſcripti dedicarem, quam Veſtræ Nobilitati, quæ novum & veterem fratris noſtri partum fovendum ſuſcipiat, & ab invidorum morſibus, ſua authoritate defendat, cum pupillos pia, ac præcipua tutela protegere ſoleas. Nullus enim tam bonus liber in lucem emittitur, qui non inſectatores mox, & multo magis quidem quam

æmula-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

æmulatores inveniat. Quare non dubito, quin qua es virtute incomparabili, humanitate, & intelligentia, hæc fratris mei ſcripta, & adjudicandum, & ad defendendum, benigne ſis ſuſcepturus, & patrocinio Amplitudinis Veſtræ amplexurus, ut veſtro Amplitudinis clypeo fultus, in lucem lætus prodiens, æmulorum latratus effugere queat, quos authoris nomine omnino flocci facimus, ut ab illis prope ipſum vituperari, quam probari malumus, quod cæteris magis placiturum putemus, ſi iſtis diſpliceat. Poſthumus enim libellus eſt, utpote deſtitutus authore, & parente eo, cujus munere, & ad veſtram Amplitudinem, omniumque manus amplior, ornatiorque pervenire potuiſset, ni repentina morte, & præcipici quodam fato, ab hac luce fuiſſet ſubtractus: quem vix dubito, quin æterna & vera Majeſtas, rectiſſimus Iudex, & indulgentiſſimus Pater, in ſumma æternaque gloria vivere permittat. Quam ob cauſam filii patris ſui obitum, etiam inopinatum acerbius, quam par eſt, ferre non debent: ſed ei potius gratulari, cum de ſervitute in libertatem, de ærumnis ad fœlicitatem, de caligine in lucem, de periculis in tutum, de morte ad vitam, de morbis ad immortalitatem, de tot malis ad ſummum bonum, de caducis, ad æterna, de terrenis ad cœleſtia, & ab hominum colluvie, ad Angelorum contubernium traductus ſit. Vale vir nobiliſsime, atque omnibus modis laudatiſsime, cui me totum (ut debeo) dedo dicoqoe. Deus Opt. Max. Dominum cum ſuaviſsima coniuge, diu ſervet incolumem, ac omnibus bonis florentem. Ex Vltrajecto Cal. Majis, Anno M. D XCV.

D. V. addictiſſimus

BALTHASAR MONTANUS.

SOLENT Veteres J. C. quoties aliquam Juris partem ex edicto perpetuo auſpicarentur, eam ab utilitate & frequenti uſu commendare, quod hic mihi minime præſtandum exiſtimavi, cum hæc juris materia, quæ de Tutela & Curatione eſt, nulla commendatione egeat, ipſa enim ſe oſtendit: nam præterquam, quod late patet, ſive perſonas pupillorum pupillarumve, ſive tutorum & curatorum, & eorum præſertim officium reſpicias (quamquam alioqui lege 12. Tab. unde originem trahit, pauciſſimis verbis comprehenſa) quotidiana quoq; eſt, adeoq; frequens, ac ſumme utilis, quam ob id primum veteres prudentes, perpetuis ſuis commentariis, deinde Impp. qui ad curam publicam pertinere tutelam pupillorum optime norant, ſuis conſtitutionibus & reſcriptis, tam ex juris arte, quam ex uſu fori diffuſe tractarunt, atq; illuſtrarunt, quibus poſtremo poſterior ætas deciſiones aliquas, quæ paulatim uſu increverunt, adiecit: quæ cauſarum deciſionibus ſatis eſſe poſſent, niſi propter multitudinem cauſarum, negotiorumque, & propter fraudulentam tutorum & curatorum adminiſtrationem, quotidie novi caſus emergerent, qui propter varietatem circumſtantiarum juris & facti (prout minima circumſtantia jus vel mutat, vel variat) ex anterioribus legibus ac deciſionibus decidi vix, ac ne vix quidem poſſunt, adeo ut unus & item alter, ſive Commentarius, ſive Tractatus, in hac diffuſa materia minime ſufficiat, quinimo opus ſit aliorum quoque elucubrationibus, ex quibus pro re nata, & prout quæſtiones factique ſpecies occurrunt, magis ac magis illuſtretur, ut minime mirum videri debeat, quod ego poſt aliorum doctorum viriorum eruditas lucubrationes, hujus Tractatus poſthumi fratris mei, quem ille privato, non publico uſui deſtinarat, cudendi laborem ſuſceperim, maxime in his ſtudiis, quæ quotidie

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

quotidie incrementum ſuſcipiunt, & acceſſione aliqua illuſtrari poſſunt. Quis enim eſſe in his ſtudiis modus poteſt! Quid autem ille in hoc ſuo tractatu præſtiterit, ſi noſce cupis, confer eum cum aliorum, qui illum anteceſſerunt, vel Commentariis vel Tractatibus. Nihil quidem ille in eo innovavit, aut innovare voluit: quia periculoſum, & invidia plenum, ob id, quod communis opinionis nomen apud pleroſque adeo ſacroſanctum eſt, propter præjudicatam pragmaticorum opinionem, ut qui contra receptas doctorum authoritates in foro, rationibus & argumentis certare velit, ſtatim errare, furere, ne dicam inſanire dicatur, id quod olim Labeoni aliiſque J. C. à quibus Proculianorum, Sabinianorum, Pegaſianorum & Caſſianorum ſectæ prodierunt, vitio verſum fuit, & patrum memoria Andreæ Siculo, vulgo Barbatias cognominato, æque vitio ceſſit, qui eo nomine hæreticus in jure appellatus fuit. Sed ambigua tantum interpretari, obſcura illuſtrare, & jus novum, quo hodie paſſim hac in parte utimur, aliquibus in locis interpretari voluit, quod tam præclarum eſt, quam innovare periculoſum, idque nulla fere habita juris antiqui ratione, veluti L. Claudiæ, L. Juliæ, aliarumque legum & Senatuſconſultorum obſoletorum, & eorum quoque, quæ de Ceſſitia tutela tradit Vlp. *in fragmentis*, *tit. de tutelis*. Quotus quiſque enim eſt, qui velit diſcere, quod in foro uſuque communi nullum locum ſit habiturum. Lege itaque Lector optime, atque hoc noſtro fratriſque authoris ſtudio, quod publici commodi juvandi cauſa hic impenſum eſt, fruere arbitratu tuo. Vale. Ultrajecto 4 Cal. May 1595.

AD

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Ad librum PAULI MONTANI J.C. clariſſ. ut in lucem prodeat, Carmen.

Ecquid inornato Liber abditus eſſe ſub antro!
Ecquid adhuc gaudes delituiſſe domi?
Pone metus, age, pone tuâ de fronte pudorem;
Cauſa timoris abeſt, cauſa pudoris abeſt.
Scilicet inſigni curavit Kempius *arte,*
A Criticis verſo ne fodiare ſtylo:
Ille gravi ſtudio, ſummoque labore peregit,
Ne quêis mendoſis inficiare typis:
Iam ſine labe nites, jam te formoſior ipſo es;
Vlla nec in toto corpore menda latet.
Mens niſi me fallat, plaudentibus undique dextris
Iuſtinianæis excipière choris.
Pupillis lumen numenque videberis ipſum
Incuſtoditis, dum Medicina venis:
Nam modo Tutoris, modo Curatoris avari
Explodis mirâ dexteritate dolos.
Vade Liber*, liberque vola ſuper aera, doctis*
Hoſpis eris, Plebi ſed tamen hoſtis eris:
Nil refert, ſtolidi vitia & convitia Vulgi
Non poterunt laudes attenuare tuas:
Nam latus egregium niveis circundata pennis
Fama, ſub occiduas te vehet uſque plagas:
Tunc, mundi Mundum, tot regna videbis & urbes,
Et venient longæ tædia nulla viæ.
Sic tibi non imber partos abolebit honores,
Non intempeſtis ſæva procella Notis:
Non ferrum, non ignis edax, non fulmen & Iris,
Dira nec ira ſoli, dira nec ira poli.
Tolle per aſtra caput. St. garrula deſine Cleio,
Annuit, placido ſic ſonat ore Liber*;*
Iamſquallor pallorque vale, juvat ire per orbem,
Lux mihi dux, tandum nox diuturna vale.

I. Feliſ I. B.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

In Tractatum de Tutelis Abſolutiſſimum Maximi & acutiſſimi J. C.

PAULI MONTANI.

Ab BALTHASARE MONTANO *J.C. in lucem editum.*

Pauli G. F. P. N. Merulæ I. C. Carmen.

MOntane, ut vidi, ut ſtupui tua poſthuma ſcripta,
Quæ peperit crebro nox vigilata tibi:
Vt mihi acuta cohors Priſcorum, ænigmata juris
Solventum ſolide, viſa rediſſe virûm.
Tutorum quæ jura ſient, quæ Curatorum,
Quæ infantum, in cunctos cuncta recludit Amor.
Quæ nobis auro contra, quam ſerior æta'ſt
Miratura; brevi ſingula doces methodo.
O Pater, ô vere Tutor, Vir magne, Nefrendum,
Immortale tuæ grande decus patriæ.
Te colet æternum, cui vernat læta inventa,
Agnoſcetque Patrem te ſine voce Puer:
Geſtabunt oculis illi tua Scita perenne,
Quis Tutela pia'ſt credita, Cura quibus.
Unum quod poſſunt hoc tempore conſternati,
Manibus ecfundunt publica vota tuis:
Sit tibi terra lenis, mollique tegare ſepulcro,
Vt bene nunc Animæ, ſic bene ſit Cineri.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

ELENCHUS CAPITUM HUJUS TRACTATUS DE JURE TUTEL. ET CURAT.

CAP. I. *Tutela in genere ſumpta quam late pateat.*

II. *De definitione tutelæ.*

III. *Explicantur verba definitionis, in capite libero & patrem, habenti an autor dari poßit.*

IV. *Verba, ad tuendum eum, in definitione poſita explicantur, & exemplis illuſtrantur reg. Tutorem principaliter dari perſonæ, & ſecundario rebus. Item, an autor à iudice vel teſtamento datus, cenſeatur datus omnibus bonis ubicunque ſitis. Et an iudex laicus clerico tutorem dare poßit.*

V. *Plene declarantur verba definitionis: Qui per ætatem ſe defendere nequit: ubi agitur de diverſ. ætat. gradib. & an infans qui fari poteſt, nihil agere poßit, etiam accedente tut. auctoritate, & quis dicatur prox. infantiæ, & an is ſit doli capax, & ad iudicium ſine tutore vocari, interpellari, eique notificari, denunciari, offerri. Item, an ſponſalia contrahere, ad beneficia præſentare, & pater de bonis eius adventitiis agere, defendere, vel procuratorem conſtituere poßit. Quis item dicatur pubertati proximus: an is iudex eligi & in collegiata vel cathedrali eccleſia canonicus eſſe, ad honores & officia publica admitti, & in delictis ſuffragio ætatis excuſari, in teſtem admitti, teſtamentum facere, vel ad id ſtatuto, conſuetudine, vel princip. indulgentia vel iuramento habilitari & accuſari poßit. Item de puberi, virili & ſenili ætate, earumque requiſit. & privileg.*

VI. *Quo iure introducta ſit tutela.*

VII. *De diviſione tutelæ ſeu diverſis tutorum generibus. De teſtamentariis & quadruplici eorum genere. Honorarii & notitiæ cauſa dati qui, legitimi qui. Et an mater teſtamento*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

legitima filiorum tutela privari poſſit. Et cur fœminæ prohibeantur eſſe tutrices. Item de matre & auia. Et de dativis tutoribus.

VIII. *Quis teſtamento tutores dare, & quibus dari poſſint. Item de tutore in minus ſolemni, rupto, falſo, vel inofficioſo teſtamento dato. Item de matre & patruo, an liberis & nepotibus tutores dare poſſint.*

IX. *Quinam teſtamento tutores dari poſſint.*

X. *Quomodo tutores teſtamento dari debeant: & an ſub conditione, & ad certum tempus & certæ rei vel cauſæ dari poſſint.*

XI. *Quibus verbis tutores teſtamento dati vel ſcripti cenſeantur.*

XII. *Datio tutoris an ſit favorabilis vel odioſa.*

XIII. *Quo ordine tutela deferatur.*

XIV. *Legitimum tutorem quis conſtituat.*

XV. *Quibus deferatur legitima tutela, & quæ ſint pœnæ ſecundo nubentium & non petentium tutores.*

XVI. *Quando locus ſit legitimo tutori.*

XVII. *Qui petant tutores, ſive petere poſſint.*

XVIII. *Qui tutores petere teneantur.*

XIX. *Qui olim tutores dederint, & qui hodie dent.*

XX. *Quis iudex tutorem det, an iudex originis, domicilii vel bonorum.*

XXI. *Quando à iudice dari poſſit tutor.*

XXII. *Quomodo detur tutor, & qualis ad id inquiſitio & cauſæ cognitio requiratur.*

XXIII. *Quinam à iudice tutores dari, & an tutores ſalaria petere poſſint.*

XXIV. *Cui à iudice tutor dari poſſit.*

XXV. *Quando dentur tutores.*

XXVI. *Tutela an ſit honor vel onus. Item an ſit munus publicum.*

XXVII. *De curatoribus eorumque variis generibus.*

XXVIII. *Quibus perſonis curatores dentur, videlicet captivo, ſurdo, muto, ventri, furioſo, & an citatio ad id requiratur. Item an furioſo interdicatur adminiſtratio à lege vel iudice. Præterea ſeni, deliro, prodigo. Et an filius curator eſſe poſſit patris prodigi. Item an prodigus contrahere, & bona alibi ſita alienare, item pendente lite ſuper interdictione, alienare, & ante interdictionem donare, & filiis ſuis pupillariter ſubſtituere poſſit. Item an aſsiduo luſori, & mulieri prodigæ, vel luxurioſe viventi. Item viro luxurioſo, hereditati jacenti, eccleſiæ vacanti, bonis debitoris, ejuſque qui apud hoſtes eſt, abſentis vel vagabundi, & quando curator detur. Et qui curatores dari eosque petere poſsint, quæque ſit curatorum poteſtas. Item an & quando regibus, ducibus & comitibus curatores dentur.*

XXIX. *De differentia tutorum & curatorum.*

XXX. *De auctoritate tutorum, & in quibus actibus ea ſit neceſſaria. Et quos actus pupillus vel infans, vel infantiæ proximus cum vel ſine tutore gerere vel non gerere: Et quinam tutores vel curatores, & quibus actibus, quando & quomodo auctoritatem ſuam accommodare valide poſsint, & quæ verba ad id requirantur. Item an auctoratio actum ſubſequi poſsit. Et de acceptilatione vel donatione tutori à pupillo facta, & contractu inter eos celebrato, an valeat. Item an pupillus ſine tutore naturaliter obligetur. Et an tutor inſcio pupillo, & vice verſa pupillus ſine tutore hereditatem adire bonorumve poſſeſsionem agnoſcere, item ſocietatem contrahere, judicium ſuſcipere, accuſare & teſtis in criminalibus eſſe poſsit.*

XXXI. *De effectibus tutelæ, curæ & adminiſtrationis, quorum primus eſt, quod tutor domini loco habeatur, & quæ inde*

inde ſequantur. Secundus, quod bona tutorum & curatorum pupillo & adulto ſint tacite hypothecata. Tertius, quod tutores vectigalia conducere non poßint. Quartus, quod ex contractu tutoris, actio utilis detur pupillo. Quintus, quod ex contractu tutoris actio detur contra pupillum, & non contra tutorem. Sextus, quod tutore condemnato actio judicati non detur contra tutorem, ſed pupillum. Septimus, quod tutor vel curator non poßit pupillum ſuum arrogare vel adoptare, ſi minor ſit viginti quinque annis. Octavus, quod nec tutor pupillam ſuam uxorem ducere, vel filiis nuptum dare poßit.

XXXII. *De offic. tutor. & curator. quæ facere debeant, ut recte tutelam gerant. 1. Quod res minoris cum decreto judicis accipere. 2. iurare debeat ſe utilia pupillo facturos, & inutila prætermiſſuros. 3. Se non relicturos pupillum indefenſum. 4. Ut cogitent ſe tutores eſſe, etiam ante decretam ſibi adminiſtrationem, ſi intra tempora ſtatuta ſe non excuſent. 5. Quod teneantur conficere inventarium antequam adminiſtrent. 6. Quo non facto poteſt contra eos iurari in litem. 7. Quod teneantur ſatisdare rem pupilli ſalvam fore. 8. Ut librum rationum conficiant, in quo omnia data & accepta, reditus & expenſas de die in diem ſcribant. 9. Ut eandem diligentiam præſtent in rebus pupilli, quam bonus pater familias in ſuis rebus non ſolet, ſed debet præſtare, ubi agitur, ad quæ tutores & curatores ex negligentia, aut aliis factis vel omnißis teneantur.*

XXXIII. *De requiſitis in alienationibus bonorum minoris, & quibus caſibus decreto prætoris opus ſit, quibus non, plena declaratio.*

XXXIV. *De eo quod falſo tutore auctore geſtum eſſe dicitur.*

XXXV. *De excuſationibus tutorum vel curatorum, & an à tutelæ delatione appellari poßit; & quomodo ſint proponen-*

 dæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

dæ excuſationes. Item an falſa excuſatio liberet ab adminiſtratione.

XXXVI. *De ſuſpectis tutoribus & curatoribus. Et* 1. *qui dicantur ſuſpecti.* 2. *An paupertas ſuſpectum faciat.* 3. *An ſuſpecti ſint removendi.* 4. *Unde crimen ſuſpecti tutoris deſcendat.* 5. *Cui cognitio de ſuſpectis tutoribus competat.* 6. *Adverſus quos detur.* 7. *An omnibus licitum ſit ſuſpectum tutorem accuſare.* 8. *An remotus à tutela ſit infamis, nec ne.* 9. *An pendente accuſatione, quoad cognitio eius finiatur, interdicta ſit adminiſtratio, nec ne.* 10. *An ſuſpecti poſtulatio extinguatur, ſi pendente lite mors tutoris interveniat.*

XXXVII. *Quomodo & quando tutela vel cura finiatur. Item an pubes teſtamentum facere, teſtimonium perhibere, jurare, in iudicio agere, vel ſe defendere, religionem ingredi, ſeque à patris poteſtate eximere, & votum ſacri ordinis facere, item torqueri poſſit. Et an tutela Regis pubertate finiatur. Item an tutor cauſam ante pubertatem cœptam, finito officio proſequi poßit & debeat. Item, an prodigi & furioſi ſi ad ſanam mentem & mores revertantur, ipſo jure deſinant eſſe ſub cura, vel opus ſit iudicis declaratoria. Et de impetratione veniæ ætatis, ejusque requiſitis, & quis eam concedere poßit. Item de adultis, an ſine curatore teſtamenta facere, contrahere, aliosque actus exercere poßint. Et de deportatione, capitis diminutione, ſervitute, captivitate, & morte pupilli vel tutoris. Et quid, ſi ex pluribus tutoribus unus decedat, an inter ſuperſtites ſit ius accreſcendi, vel ad heredes defuncti tutela tranſeat. Quid item ſi furor vel alius morbus tutori ſuperveniat. Item de matre tutrice ad ſecunda vota tranſeunte.*

XXXVIII. *Quomodo adminiſtratores alienarum rerum, item tutores & curatores rationem reddere, quid in reddendis rationibus*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

tionibus obſervare, an ſemel redditæ rationes iterum reddi debeant. Et an vel quando remitti poſſint. Item de errore calculi, plene tractatur.

XXXIX. *De actione tutelæ directa & contraria, quando, quibus, & contra quos competant. Et an, quando, & ad quid tutor ante decretam ſibi adminiſtrationem teneatur. Et quid ſi tutor ceſſet gerere vel adminiſtrare tutelam, vel pecuniam pupilli in ſuos uſus convertat, vel eam ſe ſimpliciter, vel ad alendos pupillos habere neget. Item de protutore, ad quid teneatur, & quando contra eum agi poſſit. Item, quando tutor de leviſſima culpa & caſu fortuito, de dolo, lata & levi culpa; item heres eius ad quid teneatur. Quid item ſi tutor alteri tutelam gerendam mandaverit, vel alium ſubſtituerit. Et ſi cum uno ex tutoribus actum vel tranſactum ſit, an cæteri liberentur. Item an omnes in ſolidum teneantur. Et quid ſi adminiſtratio inter eos diviſa fuerit. Item de beneficiis ei, qui ſolus convenitur, competentibus, cedendarum videlicet actionum, diviſionis, ordinis, quando & quibus competant vel non: Item coram quo judice tutores conveniri & rationem reddere debent, & quando. Item quando contra magiſtratum agi poſſit tutelæ judicio.*

XL. *De actione tutelæ contraria, quando ea tutori, contra quem & ad quid competat. Item an protutori, curatoribus minoris, furioſi, prodigi vel ventris: item heredibus tutoris & tutori ſuſpecto remoto detur, & quamdiu duret. Item quas expenſas tutor repetere poſſit.*

PAULI

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

PAULI MONTANI JC^ti. ET IN SENATV VLTRAIECTINO QUONDAM CONSILIARII REGII, De Jure Tutelarum & Curationum Tractatus Novus.

CAPUT PRIMUM.

Tutela in genere ſumpta quàm latè pateat.

SUMMARIA.

1 *Tractatus tutelaris frequens, utilis, ac quotidianus.*
2 *JCti proprietatis verborum obſervantiſſimi.*
3 *Multiplicem eſſe ſignificationem verbi* Tueri.
4 *Tueri, id eſt, defendere.*
5 *Tutanus, Deus Gentium.*
6 *Tutelarius.*
7 *Tutilina Dea.*
8 *Varro togatorum doctiſſimus.*
9 *Intellectus l. plerique, ff. de in ius vocando, & multarum aliarum legum.*
10 *Tutor à tuendi verbo deſcendit.*
11 *Tutor pupilli defenſor.*
12 *Tutela eſt defenſio.*
13 *De qua Tutela in hoc Tractatu agatur.*
14 *Tutoris appellatione venit curator, & è contra.*
15 *Tutela pro curatione.*
16 *Finium tutores.*
17 *Tutela corporis & pectoris humani.*
18 *Declaratio l. ut vim, ff. de Juſtitiâ & Jure.*
19 *Quatuor tutelarum genera ex Varrone.*
20 *Tutela rerum.*
21 *Tutela ædium.*
22 *Tutela navium.*
23 *Tutela civitatum.*
24 *Dij tutelares vel patrij.*
25 *Dei Topici.*
26 *Halicarnaſſæus damnatur.*
27 *Mos evocandi Deos.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

28 *Dei Tutelares remiſſivè.*
29 *Tutela ancilla.*
30 *Tutelares cauſa.*
31 *Prætor Tutelaris.*
32 *Marcus Antonius eximiæ doctrinæ & probitatis princeps.*
33 *Ulpiani liber ſingularis de officio Prætoris Tutelaris.*
34 *Tutela Jannæ & Veneris.*
35 *Tutela Dei.*
36 *Tutelatus ager.*

1 TVTELARIS tractatus, utpote qui eſt † frequens, utilis & quotidianus, commentarios ſcripturus, operæ prætium fecero, ſi quàm fieri poteſt, breviſſimè oſtendero, quo ſenſu tuendi & tutelæ verbum, non ſolùm apud idoneos & probatos authores veteres, ſed etiam apud
2 † noſtros ICtos, proprietatis verborum obſervantiſſimos, (ut Fabius dicit) acceptum fuerit; cujus diſcuſſio, licet pleriſque indoctis, qui de nullo dubitant (juxta philoſophum) frivola videbitur; tamen quia ad ſequentium intellectum neceſſaria eſt, non ſunt prætermittenda, neque eadem eſt modici effectus, ut in ſequentibus oſtendemus.
3 Tuendi verbum † generaliter ſumptum latiſſimè patere, etiam remotis à noſtra profeſſione hominibus notum eſt: Cujus ea eſt propria & genuina
4 ſignificatio, ut pro defendere † ſive protegere accipiatur, id, quod ex Oratoribus, Poetis, aliiſque ſcriptoribus omnibus latiſſimè demonſtrarem, ſed brevitatis cauſa, paucis contentus ero. Cicero pater eloquii, *lib. 2. ad Cælium: Te tamen oramus, inquit, quibuſcum, erimus in terris, ut nos liberoſque noſtros tueare, ut amicitia noſtra & fides poſtulabit.* Et ingenioſus ille præceptor amoris Ovidius, *de Arte amandi, lib. 2.*

Nec minor eſt virtus quàm quærere parta tueri.

Hos ſecuti ſunt noſtri Iuriſconſulti, qui ſæpiſſimè eodem ſenſu hujus verbi meminerunt, & illud uſurparunt in paſſiva ſignificatione, contra Grammaticorum regulas, ut Papinianus *in l. filio, ff. de iniuſt. rupt. & irrit. fact. teſtam. Ibi: attamen voluntas teſtatoris ex bono & æquo tuebitur.* Et ita quoque Paulus dicit; *libertatem pro parte tueri debere, in l. duobus, ff. de liberal. cauſ.* Idque etiam Ulpianus ponit *in l. filium, §. ad ea, ff. de legat. præſtand. ibi, uſque ad virilem tueantur.* Et Iulianus *in l. conſilio, ff. de curatore furioſ. Ibi, conſilio & opera curatoris tueri debet, non ſolum, patrimonium, &c.* Denique Alexander Imperator *in l. & in provinciali, C. de ſervitut. & aquæduct.* Ibi, *tueri enim placita inter contrahentes debent.* Et *in l. ſi modo, C. ad Senatuſconſultum Velleianum,* ibi:
5 *authoritate juris tuetur.* Inde † Tutanus, Deus gentium, quem, teſte Varrone, Romæ omnes qui laborabant, invocabant, quod homines tueri putabatur. Pli-
6 nius quoque *lib. 14. cap. 7.* appellat † Tutelarium eum, qui tuetur ædes ſuas, publi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

publicaſque Græci νεοκωρόυ. Et Tutilina †Dea, quæ adeſſe mortalibus crede- 7
batur, & frumentis collectis atque reconditis præeſſe, ut tutò ſervarentur, ſi
credimus Varroni, togatorum †omnium doctiſſimo, & Blondo Flavio Foro- 8
livienſi inſigni Hiſtorico, *de Roma triumphante, lib.* 1. Huc pertinet, quod Cajus
ad leges 12. *tabularum* ſcribit *in l. plerique, ff. de in jus vocando: Domum ſuam unicuique eſſe
tutiſſimum refugium & receptaculum.* Licet †enim olim invitus quis adverſarium in 9
jus vocantem, & manus iniicientem ſequi cogebatur ex lege 12. tabularum,
ac deinde ex media Juriſprudentia, non autem contemnere prætoris authori-
tatem, *l. ex quacunque, ff. ſi quis in jus vocat. non ierit, l. ſi quis ex aliena, ff. de Judiciis*,
tamen ex domo in jus vocare, & nolentem venire in jus rapere, & domo ex-
trahere, non fuit permiſſum. Et hoc eſt, quod Paulus dicit *lib.* 1. *ad edict.* &
eſt inter regulas juris antiqui relatum *in l. nemo, ff. de regul. jur. Neminem de domo
ſua extrahi debere. Et Cicero, pro domo ſua ad Pontifices: Quid eſt ſanctius (inquit) quid omni
religione munitius, quàm domus uniuſcujuſque civium; hîc aræ ſunt, hîc foci, hîc Dij penates, hîc
ſacra religionis cæremoniæ continentur: hoc perfugium eſt ita ſanctum omnibus, at inde abripi nemi-
nem fas ſit*, ut idem Cicero, Romanæ eloquentiæ fons, eleganter graviterque
in Vatinium oſtendit, ſcribens: *Quid igitur? an qui in jus vocatus eſt, ſi domi ſe con-
tineat, eludere impunè Judicium poterit?* edictis evocabitur, ſi non veniat, mittetur
adverſarius in poſſeſſionem bonorum ejus, tandemque ea etiam vendentur,
propter longiorem contumaciam latitantis; & qui jus dicenti non obtempe-
rat, pœnali judicio damnatur, ut præſtet quanti res eſt, quæ petitur, ſicque
ejus contumacia damno litis coercetur, *l. unic. ff. ſi quis jus dicenti non obtemp. & l.
contumacia, ff. de re jud.* Cui adfine eſt, quod Ulpianus ſcribit ad edictum præto-
ris *in l. dies cautioni*, 4. *§. prætor ait*, 5. *ff. de damn. infect.* quo jubetur, ob ædificium
ruinoſum caveri, & ſi non caveatur, in poſſeſſionem iri jubetur; idque non
ſimpliciter, ſed dum ei, qui aberit, prius domum denuntietur verecundè,
ſiquidem non extractionem ſolùm de domo, ſed etiam omnem inverecun-
dam denuntiationem ad domum veteres prohibuerunt, *l. dies cautioni, §. præ-
tor ait. ff. de damn. infect.* Ideo Paulus *lib.* 4. *ad edict.* ex Ofilio refert *in l. qui
in domum, ff. de Injur. Eum, qui in domum alienam invito Domino, quamvis in jus vocato,
introjit, injuriarum teneri.*

Sed ut ad inſtitutum redeamus, ſuperioribus adde, quod à tuendi †verbo 10
deſcendit tutor, id eſt, pupilli †defenſor, ſive protector. Et tutela, id eſt, 11
defenſio, & protectio; de quibus in hoc noſtro Tractatu latiſſimè age- 12
mus, quæ verba tamen & alium habent latiorem † uſum, & ex propria 13
ſignificatione, ad multa elegantia referuntur, quæ hîc explicare non extra
rem videtur.

Non enim tutor, & tutela tantum accipitur pro defenſore, vel defenſione
impuberum; ſed quandoque etiam pro defenſione puberum, & horum defen-
ſoribus & curatoribus.

Nam & † appellatione tutoris venit curator; & econtra curatoris appel- 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

latione, tutor, qui & in pauciſſimis partibus inter ſe differunt, ut ſuo plenius dicemus loco.

15 Eodem quoque modo animadvertimus, alios auctores Tutelam, pro † curatione accipere. Plinius *in Lucullo:* cum alienata mente deſipere cœpit, Tutela ejus M. Lucullo fratri permiſſa eſt, unde Horatius: *Interdicto huic omne adimat ius Prætor, & ad ſanos abeat Tutela propinquos.*

Similiter in Anaſtaſii Conſtitutione *in l. ne lucrum, C. de curat. furioſ.* Tutela videtur accipi pro curatione: *ibi, nihil verò de oneribus tutelæ proſpexiſſe videamur*, ubi de fratre curatore furioſi Imperator loquitur, ita quoque *in l. pater Severinam, §. conditionum, ff. de condit. & demonſtr.* ibi: *Si tutelam in annum octavum gesserint*, quo etiam in loco tutela ſumitur pro cura; quem textum multum notabilem dicit Iaſ. Doctor non minus eruditione integritateque, quàm ſtemmate clarus, *in l. quod dicitur, num.* 12. *ff. de verb. oblig.*

16 Proinde † etiam inveniuntur finium tutores, quorum meminit Horatius *lib.* 2. *Epodon; Et te pater Silvane tutor finium.*

17 Invenitur † & tutela corporis, ſcribit enim Florentinus *in l. ut vim, ff. de juſtitia & jure. Quem jure feciſſe videri, qui ob tutelam corporis ſui quid fecerit:* quod utique intelligendum eſt, non de ea tutela, ſive ſui tuitione, de qua loquitur Scevola *in l. penultima & ultima, ff de in rem verſ.* Et Ulpianus *in l.* 1. *§. ſed nonnullos, ff. de tutel. & ration. diſtrahen.* ibi, *ſe tueri*, ubi non pro corporis, ſuſtentatione, toleratione & alimentis ponitur, ſed pro neceſſaria corporis ſui defenſione, adverſus vim & injuriam ab altero ei illatam, quam unicuique propulſare licet, dummodo id agat, non ulciſcendi animo, ſed, ut dicunt Imperatores Diocletianus & Maximianus, cum moderamine inculpatæ tutelæ, *l.* 1. *C. unde vi*, ut quando ſcilicet aliter ſe defendere ſeu tueri non potuit, niſi cum injuria perſonæ; vel rerum ſuarum, ut tradit Princeps Legiſtarum Bartolus *in l. furem, ff. de ſicar. & d. l. ut vim, nu.* 9. *& ibid.* Philip. Dec. Mediolanenſ. excellentiſſimus Iuriſconſultus *n.* 12. Guido Pap. Doctor in juris peritia exercitatiſſimus, *ſingulari ſuo* 304. *n.* 3. quæ quidem inculpata tutela in tribus partibus conſtituitur.

18 Primò, ut † inermis cum inerme, armatus cum armato, & pari telorum genere congrediatur. Unde dicit Baldus oculatiſſimus Doctor, & incomparabilis memoriæ vir; petentèm te telo, non licere arcu depellere.

Secundò, ut illicò fiat, & in continenti, non ex intervallo, nam tunc ipſa eſſet ad vindictam, non autem ad defenſam: ut tradit Nicolaus Boerius Gallus olim Præſes Burdegalenſis celeberrimus, *deciſ.* 168. *num.* 3. Ferrettus *de bello juſto & injuſto, num.* 148. & hoc niſi ſit timor, quod offendens iterum offendat.

Tertiò, quod fiat ad defenſionem, & non ad vindictam, quæ eſt diſtinctio gloſſæ *in d. l. ut vim*, ex qua diſtinctione colligitur, quod proportionata debeat eſſe defenſio, puta pugnus pro pugno, baculus pro baculo; ut tradit Ioannes de Amicis *conſ.* 77. *n.* 14. niſi aliter pugnum quis evadere potuit; quod ſi moderamen exceſſerit, punitur tantum de exceſſu, ut tradit Alexand. de Imol. uberrimus fons juris, *conſilio* 2. *num.* 14. *lib.* 7. *& conſ.* 119. *num.* 10. *eodem, &*

Decius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Decius *conſil.* 482. *num.* 15. qui exceſſus punitur arbitrio judicis: ut optimè tradit Iulius Clarus Alexandrinus, vir conſultiſſimus, *libro* 5. *criminalium in* §. *homicidium*, *nu.* 34. ſecundum communem opinionem, de qua per Socinum Iuniorem *conſ.* 36. *num.* 10. *lib.* 2. & Fredericum Schenck à Tautenberck *in ſua triade forenſi*, *parte* 1. *cap.* 2. *verſ. ſexto moderare*, & Zaſium *in d. l. ut vim*, *nu.* 11. 12. 13. *& ibi in additione.* Eſt & tutela pectoris humani, videlicet veſtimenti genus, quod de coactili ad menſuram conficitur de mollibus lanis per ſe coactis & ſubcoactis, quam timoris ſollicitudo ſolertiæ magiſtra compoſuit, ut tradit Barnabas Briſſonius *lib.* 3. *de verbor. ſignificat. in verbo*, *coactilia*.

Quin & Marcus Varro, *de re ruſtic. lib.* 1. *cap.* 14. ubi de ſeptis † agit, tutelas 19
apellat ea, quæ ſcilic. tuendi fundi cauſa aut prati fiunt.

Earumque tutelarum † quatuor eſſe genera ait; Unum naturale; Alterum 20
agreſte; Tertium militare; Quartum fabrile, cujus generis etiam ea ſunt, quæ Ulpianus *in l.* 1. §. *ſepta ſunt*, 4. *de rivis*, dicit ad incile opponi, aquæ derivandæ compellendæve cauſa, ſive ea lignea ſint, ſive lapidea, ſive qualibet alia materia, ad continendam tranſmittendamque aquam excogitata, vulgò *een huel*, *ofte zijlguet*.

Eodem ferè ſenſu & rerum tutela invenitur apud Horatium, 1. *epiſtol.* 1. quo loco Mœcenatem vocat rerum ſuarum tutelam, cujus etiam miminit Neratius *in l. penultima*, *ff. de impenſis in rebus dotalibus factis*, quo loco dicit: *Si quid extra tutelam neceſſariam in res dotales impenſum eſt*, *id non in ea cauſa eſſe*, *nam tueri res dotales vir ſuo ſumptu debet.*

Et ædium † *tutela*, *teſte Varrone de re ruſtica libr.* 6. *invenitur* ubi dicit, quod majora 21
tecta pluris ædificamus, & majore ſumptu tuemur. Sic & gallina dicitur pullos ſuos tueri.

Eodem etiam ſenſu dicitur † navium tutela Petronio, & Senecæ, ſignum 22
ſcilicet in prora, unde navis nomen accipit.

Sicut autem ad perſonarum, & rerum particularium defenſionem, tuendi, & tutelæ verbum invenitur tranſlatum; Pari modo ſunt & alii, qui illud † 23
ad civitatum defenſionem retulerunt, comparatione deducta ab ægroto humano corpore ad reipublicæ corpus, ex multis partibus conſtans, malè affectum: ut enim infirmæ & imbecillioris ætatis hominibus, tutore ſive cuſtode aliquo opus eſſe viderunt, eo modo, imo multo magis ægrotæ, malè affectæ, & propè deſperatæ reipublicæ, vel civitati.

Quo ſpectat id, quod Ulpianus *in l.* 1. §. 1. *de Cloacis* dicit; nempe *refectionem & purgationem cloacarum ad ſalubritatem & tutelam civitatum pertinere; nam & cælum (inquit) peſtilens*, *& ruinas minantur immunditiæ cloacarum*, & Calliſtratus *in l. non tantum*, *ff. de decur. non tantum (inquiens) qui teneræ ætatis*, *ſed etiam qui grandes natu ſunt*, *Decuriones fieri prohibentur. Illi quaſi inhabiles rempublicam tueri ad tempus excuſantur*, *hi vero in perpetuum amoventur.*

Ex quo † etiam videntur proceſſiſſe tutelares Dij, quos Virgilius patrios vo- 24
cat. Qui † & topici Dei vocantur, utpote qui locorum, Regionum, Urbium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

peculiarem tutelam gerebant; Nos vero Divos patronos, non aliena voce,
26 nuncupamus peculiares ſingulis fere urbibus. Et † Halicarnaſſeus perperam cum penatibus confundit, ut obſervavit in eleganti ſua nomenclatura, Adrianus Junius inſignis & expertus Medicus; ex eo ita dicti, quod urbium tutelæ
27 præeſſent, illarumque Præſides & propugnatores eſſent. Quos Romani, †ex veteri more, & celebri, in omni obſidione, ubi ad ultimam dimicationem ventum eſſet, certo carmine, & conceptis verbis evocare ſolebant, templaque ampliora, & ſolemnes aras promittere, nefas opinati, eos urbe direpta hoſtiliter, velut mancipia captivos habere. Ut tradit Alexander Neapolita-
28 nus, *Genial. lib. 6. c.* 4. & poſt eum latiſſime Lelius Giraldus, *de Diis gentium*, ubi, *ſyntagmate primo*, de topicis Deis agens, commemorat nonnullos tutelares Deos, quos brevitatis cauſa hîc prætereo, & rurſus, *ſyntagm.* 3. agens de Junone, me-
29 minit ancillæ, quæ vocabatur Tutela † vel Titula (variè enim legitur) cujus hiſtoria celebrata eſt apud Plutarchum, & Ovidium, in *Arte*, cum ait:

Porrige & ancillæ qua pœnas luce pependit
Luſa maritali Gallica veſte manus.

Et meminit Macrobius *Saturnal. lib.* 3. *cap.* 9. & Livius *lib.* 3. quos refert Eguinarius Baro Gallus, homo acerrimi Judicii, *in l. Imperator, ff. de rer. diviſ.* & Blondus, *loco ſupra allegato*, *fol.* 28. ad quos lectorem ſtudioſum remittimus.

Qua ratione moti, quidam dixerunt, muros ſanctos eſſe, rejecta ratione Imperatoris *in §. ſanctæ*, *Inſtitut: de rerum diviſione*, quam putant à Treboniano male confictam: atque ideo ut ſuſpectam, & minus probabilem merito reijciendam; ſed illud, utpote alterius loci, nihil quicquam ad nos in præſentia pertinet.

30 Cui tamen †adde, eodem ferè ſenſu, cauſas tutelares appellari illas ſcilicet, quas adverſus tutorem, vel ejus heredem intendimus; vel etiam tutor nomine pupilli, adverſus contutorem remotum, forte ſuſpitionis cauſa, vel ob cauſam legitimam excuſatum; quibus modis finiri tutela ſolet, ut recte tradit doctiſſimus ac magni ingenii vir, Franciſcus Duarenus, *in primis verbis Commentariorum*, *de in litem jurando*, contra alios, qui cauſam tutelarem eo loco pupillarem interpretabantur, contra mentem Juriſconſulti, & ſermonis proprietatem: ex quibus locis jam arbitror ſatis intelligi, tutelæ appellatione venire omnem protectionem, & defenſionem, quod etiam apertius declarat Cicero *libro tertio*, *de finibus*, *Cum enim inquit, Jovem Optimum & Maximum, cumque eundem ſalutarem hoſpitalem, ſtatorem dicimus, hoc intelligi volumus, ſalutem hominum in ejus eſſe tutela.*

31 Meminit † & Tutelaris Prætoris Capitolinus, quem † Marcum Antoninum,
32 eximiæ Doctrinæ, & probitatis principem primum feciſſe ait, ut diligentius de tutoribus tractaretur, cum antea tutores à conſulibus poſcerentur, ut Blondus, *Romæ triumphantis*, *libro quarto*, ſcriptum reliquit. Et hoc refert quoque Franciſcus Balduinus, *Inſtitut. de Attiliano tutore*, *verbo pretores*, & *in ſua catecheſi*,

nec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

nec non in Notis ad pandectas, titul. de Juriſdictio. in verbo pupillus. Quo loci dicit, Ulpianum de officio prætoris Tutelaris librum ſingularem ſcripſiſſe. Quibus † addo 33
Ciceronem narrare, Verrem dicere ſolitum eſſe: *Pupillos & pupillas eſſe certiſſimam prædam Prætoribus*, fuit fortaſſe talium, non tam Prætorum, quam prædonum improbitas, ut adempta ſit urbanis Prætoribus datio tutoris. Invenitur quoque apud Plautum, † *in Truculento*, tutela Jannæ, & Veneris, † & *in Trinummo*, foribus 34
tutelam gerere, Item tutela Dei: videmus enim à Deo ſervari, & defendi bo- 35
nos Principes, quod etiam animadverterunt gentes, ex eo, quod nitantur Principes Deorum præſidio; nam Homerus Poëta ait, Deum objicere clypeum ſuum in bello, ut Principes tueatur: fingit etiam quemcunque Principem ſui Dei tutela ſecurum eſſe, quemadmodum Palladem Deum Achilli adfuiſſe, &c. Quandoque † etiam coloniæ alicui, vel reipublicæ agri donaban- 36
tur; & ſi ſilvæ erant ex quibus ligna in reparationem publicorum mœnium diſtraherentur, vocabatur ager tutelatus, ut tradit Andreas Alciatus *lib.* 1. *parergon*, cap. 38.

CAP. II.

De definitione Tutelæ.

SUMMARIA.

1 *Tutelæ definitio ex Servio Sulpitio.*
2 *Definitio tutelæ ex Paulo Juriſconſulto.*
3 *Variæ lectiones circa definitionem tutelæ.*
4 *Juriſconſulti non tam definitione, quam deſcriptione uti ſolent.*
5 *Servius Sulpitius Aquilij Galli auditor, & Marci Ciceronis collega.*
6 *Elogium Servii Sulpitij.*
7 *Doctorum digladiatio circa interpretationem verborum*, vis, ac poteſtas.
8 *Accurſiana & Gloſſographi interpretatio.*
9 *Copula poſita inter duo ſubſtantiva idem ſignificantia reſoluitur in adjectivum alterius.*
10 *Authoris ſententia, nu.* 20.
11 *Conſuetudo loquendi obſervanda in verborum ſignificatione.*
12 *Andreæ Alciati, juris civilis illuſtratoris egregii opinio.*
13 *Theophili, & Harmenopuli lectio.*
14 Vis & poteſtas, *dictiones, ſæpe conjungi.*
15 *Petri Lorioti opinio.*
16 *Poteſtas tutoris circa bona pupilli, no.* 18.
17 *Filius, & pater cenſentur una perſona.*
19 *Lex magis de tutore quam de patre confidit.*

ET quoniam ſuperiore capite, varias verbi tutelæ ſignificationes attulimus, & in omni artificioſa diſputatione princeps quæſtio eſt circa definitionem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

nitionem, conſequens eſt, ut eandem adferamus; ita enim lectores benevoli,
claris verbis intelligent rem de qua tractaturi ſumus.

1 Eſt igitur Tutela, *vis ac poteſtas, in capite libero, ad tuendum eum, qui ſe per ætatem defen-*
2 *dere nequit, jure civili data, atque permiſſa, §. eſt autem, Inſtit, eod. lib. 1. ff. eod.* Que † qui-
dem definitio apud Paulum Iuriſconſultum *lib. 38. ad edict.* paulò aliter legitur,
paucis adjectis verbis, in hunc, qui ſequitur, modum: *Tutela eſt vis, atque pote-*
ſtas, in capite libero, ad tuendum eum, qui propter ætatem ſuam, ſponte ſe defendere nequit, jure
3 *civili data. atque permiſſa.* Varii † ut ſunt Pandectarum Codices, ita variæ hoc lo-
co ſunt lectiones, qua de re conſulendæ ſunt notæ Ludovici Roſſardi, quas in
jus civile, manuſcriptorum librorum ope, ſumma diligentia conſcripſit. Quæ
4 † definitio, ſi Dialecticorum regulas intueri volumus, fortaſſe minus bona erit.
Sed quia Iuriſconſulti noſtri, legibus, & rationibus definitionum ſuperſtitioſe
non inſervierunt, ſatis illis viſum fuit, ſi ex his, quæ plerumque accidunt,
definitionem conſtituerent, ac quandam demonſtrationem, & deſcriptionem
nobis relinquerent, ut recte tradunt Ulricus Zaſius, vir longe doctiſſimus, at-
que conſultiſſimus *in l. poſſeſſio, num. 11. & 12. ff. de acq. poſſeſſ.* Longovallius *in l.*
Imperium, num. 55. ff. de Juriſdict. omm. jud. & bene eruditus Iohannes Corraſius
in l. qui liberos, in prin. num. 71. ff. de rit. nupt. quos in hac definitione videtur ſecu-
5 tus Servius Sulpitius Aquilii Galli auditor, & Marci † Ciceronis collega, qui
ſi voluiſſet, ſine ullo negotio, Dialecticis ſatisfacere potuiſſet; licet enim tar-
6 dè ad jus civile veniſſet; tamen quia eloquentiæ lumen, † & Dialecticæ Me-
thodum adhibuit, citò ſe abſolvens, eminentiæ † palmam omnibus ſuſtulit,
non modo ejuſdem ætatis, ſed etiam qui antea fuiſſent; teſte Cicerone, de
claris Oratoribus, adeo quod idem Cicero, *Philippica nona* aperte dicat, ipſum
longo rerum uſu exercitatiſſimum, admirabili quadam, & incredibili, ac pe-
nè divina in legibus interpretandis & æquitate explicanda ſcientiá præditum
fuiſſe. Quare nos, omiſſis inutilibus difficultatibus, quas Doctores movent,
ſingula definitionis verba excutiamus, eiſque congruam, ex ſcriptis Iuriſcon-
ſultorum, noſtriſque (qualeſcunque ſunt) obſervationibus, interpretationem
accommodemus.

7 Primum † omnium dicitur: *vis, ac poteſtas*; quæ verba Doctores varie inter-
pretati ſunt, & quot capita, tot ferè fuerunt ſententiæ. Nam Accurſius
(ſcriptor ingenii, judiciique dexteritate; ſi ſæculi ſui peccata cernimus; non
levi honore proſequendus) ea interpretatur, pro violenta, ac neceſſaria pote-
8 ſtate, cum gloſſa *in l. 1. ff. eod.* At idem † Accurſius *in princ. Inſtitut. hoc tit.* pro
poteſtate executionem habente eadem expoſuit: movetur ea ratione, quod
tutor datur invitus, & invito; & ea ſit longe alia poteſtas, quam patria, vel
dominica, quæ ad commodum datur, hæc vero ad onus; quia tutor tenetur
de dolo, & culpa. Bartolus vero, eum pòſt ſecutus, ejuſdem argumenta
confutavit, & bene quidem, meo judicio, aliter ea verba interpretatur, ſci-
licet, pro poteſtate non infrugifera; ea ratione motus, quod quando copula
9 † invenitur poſita inter duo ſubſtantiva idem ſignificantia, copula debeat
reijci,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

reïjci, & unum reſolvi in adjectivum alterius, per gloſſam *in leg. prima ff. de pactis*, quo loci gloſſa, verba: *placitum & conſenſus*, interpretatur placitus conſenſus; dicens, quod pari ratione verba hæc: *vis & poteſtas*, debeant interpretari, pro viridi, & non ſicca poteſtate; non ut Accurſius putavit; pro violenta poteſtate; cum dictio: *vis*; non à violo, ſed à vinco deſcendat; ut ipſe dicit ex Hugone; quæ interpretatio nunquam placuit, & omnino ridicula videtur) quod pace manium tanti viri dixerim) quibuſcum contendere, aut pugnare nolim, vel in minimo eorum immortali gloriæ derogare, ſed tantum veritatis ſtudio; quamvis non ignorem, pleroſque hanc Bartoli doctrinam in hoc, & cauſa ſimili fuiſſe amplexos, & eandem amplificaſſe; hoc ſcilicet modo: Quod ſi cui data fuerit commiſſio, prout arbitratus fuerit, & voluerit; eam interpretari debere prout voluntarie fuerit arbitratus. Pari modo verba teſtamenti: *lego & dono fundum Titio*; exponi debere, pro legando, dono; ut tradit Marcus Anthonius Baverius, *in repetitione authentica, hoc inter liberos, num.* 81. *Cod. de teſtamentis*, de quo non ſatis mirari poſſum; cum nemo non videat, hæc planè commentitia eſſe, que facile in utramvis partem agi poſſent; adeo ſubtilia, ut auditores legum ea nunquam viderint, nec cogitaverint. Quare nobis
† dicendum videtur, verba hæc: *vis & poteſtas*; rectius interpretationem recipe- 10
re debere ex phraſi, uſu & conſuetudine ſermonis, ſive loquendi; vel ſi forte dubia, obſcura, ex totius negotii circumſtantiis, ſive ex legali æquitate: Si-
quidem ignotum non eſt, loquendi † conſuetudinem, quando de verborum 11
ſignificatione agitur, ante omnia eſſe inſpiciendam, *vulgata l. ſi ſervus plurium*, §. *ultimo*, *ibi: ante omnia ipſius patris familias conſuetudo*, *ff. de legat.* 1. *l. ſupellectile*, *in fin. ff. de ſupellectile legata*; ubi de modo loquendi, licet erroneo, Imperatorum dicitur, quod faciat ius, *l. librorum*, §. *quod tamen. ibi: in uſu, phraſi, libros chartas appellant*, *de legat.* 3. *l. in uſu juris*, *de verborum ſignificatione*, *l. fin*, *ibi: ſed in uſu eodem*. Qua ratione
motus Andreas Alciatus, vir certè admirabilis † doctrinæ & ingenii, qui pri- 12
mus horridam, & incultam noſtram juriſprudentiam, bonarum literarum luce illuſtravit, *libro ſuo parergon* 1. *cap.* 28. hæc verba aliter interpretari cœpit, dicens, *vim* pro jure accipi debere, & verbum, *vis ac poteſtas*; adfinia & ferè eadem eſſe: quia jure gentium ex viribus jura metiebantur, quem deinde alii quidem ſecuti ſunt, aliis, & pluribus rationibus adductis, quod ſcilicet Theo-
philus Græcus paraphraſtes † Hermenopulus hoc loco, juris verbo, nempe 13
δικαίον, uſi ſunt. Et paſſim videmus hæc duo † verba velut adfinia & idem 14
ferè ſignificantia conjungi, ut *in l. ſcire leges, ibi, vis atque poteſtas legis*, *ff. de legib. l.* 1. *ibi, quarum actionum vis, ac poteſtas*, *ff. de noxal. act.* §. *ſeq. ibi; quorum bonorum interdicti*
vis, ac poteſtas hæc eſt, *inſtitut. de Interdict.* Poſt eum ‡ Petrus Loriotus Salinenſis, *de* 16
juris arte, titul. 6. *qui eſt de tutelis*, has præcedentes interpretationes reprobans, dicit, vim eſſe majorem potentiam, quam tutor habet in eo, quod jure non eſt prohibitum; allegat Theophilum, *in* §. *ſumma*, *verſio. vis quidem*, *Inſtitutis*, *de jure perſonarum*, ut cum tanquam Dominus, patris mandatum negligit, ſi pupillo inutile ſit, *l. tutor qui tutelam*, *ff. de adminiſtratio. tutorum*, *l. quidam decedens*, *alias*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

l. ita autem, §. Papinianus, eodem tit. Poteſtatem vero nihil aliud eſſe, quam auctoritatem, per *l. ſed ſi pecunia, in principio, verſiculo pignori, & verſiculo, hæ enim, ff. de rebus eorum qui ſub tutela.* Hanc Domini Lorioti ſententiam, iis quoque, veluti pedamentis eriges, atque ſtabilies, quod tutor habeat mandatum cum libera à lege, id eſt plenam, & liberam adminiſtrationem, per notata Bartoli *in l. inter bonorum, ff. de adminiſt. tut.* Mariani Socini *conſ.* 148. *n.* 23. *lib.* 1. & communem eſſe dicit Franciſ. Curtius Junior, olim primarius Profeſſor Papienſis, vir magni ingenii, *conſ.* 147. *n.* 13. *ex gloſſa fin. in l. mandato general. ff. de procurat.*
quo etiam loci dicit, majorem eſſe tutoris poteſtatem circa bona pupilli, at-
16 que filii circa bona patris, ut qui † non habeat liberam poteſtatem admini-
ſtrandi, niſi ei expreſſè concedatur, *l. contra juris regulas, §. fin. ff. de pactis*, cùm
17 tamen † filius conſeatur una & eadem perſona † cum patre & res unius cenſe-
18 atur res alterius. Tutor vero non ſit Dominus rerum pupillarium, ſed quoad
earum adminiſtrationem, habetur tantum loco, vel vice domini: Facit etiam
in hanc partem, quod lex magis confidit de tutore, quam de patre; quia cum
19 tutore † pupillus obligatur, *§. pupillus, Inſtit. de inutili. ſtipul.* ſed cum auctoritate
patris minimè, *l. finali, §. pupillus, ff. de verb. obligat.* Ex quibus ſatis conſtat, horum verborum interpretationem inter Doctores eſſe omnino controverſam:
20 Si tamen in dubiis libera ſententia cuique eſt, Ego his † neque omnino acce-
do, neque planè diſſentio, ſed quia Juriſconſulti noſtri, vel Laurentio Valla Latinitatis cenſore, & obſervatore moroſiſſimo teſte fuerunt proprietatis verborum obſervantiſſimi; puto dicendum, ut etiam ſuperius aperui, hæc verba interpretanda eſſe ex eorum phraſi, & conſuetudine loquendi, ut tutela ſit virtus, effectus atque auctoritas quædam, ex lege profecta, tutori data, & competens in perſonam, & patrimonium pupilli; ita enim invenio eadem verba conjunctim poſita plerumque accipi, & loco verbi *vis* poſitum *ius*; uti patet ex legibus ſuperius per nos allatis, ac præterea *in l. ult. C. de patria poteſt. ibi, ius, ac poteſtas vitæ, & necis pater in filios habet*, cujus juris, & poteſtatis etiam meminit Cicero *Orat. pro domo ſua: Credo, inquit, quanquam in illa adoptione legitimè factum eſt, nihil tamen te eſſe interrogatum, authòrne eſſes, ut in te P. Fonteus ius vitæ neciſque poteſtatem haberet:* adeo ut non peccaverit, aut à veritate aberraverit, ſi quis ea verba interpretetur; pro jure poteſtatis tutelaris; ut in ſimili facit Ulpianus noſter *in l. 1. ibi, jure patriæ, in fin. ff. de lib. exhib.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

CAP. III.

Explicantur verba definitionis, *in capite libero:* & enodatur illud juris Axioma; Patrem habenti an tutor dari poſſit?

SUMMARIA.

1 *Multiplex ſignificatio verbi* Caput.
2 *Caput membrum hominis principale.*
3 *Religio hominis in capite.*
4 *Caput ſedes animi.*
5 *Reverentia in capite.*
6 *Caput ſanctior pars in homine.*
7 *Percutiens caput hominis occidendi voluntatem habuiſſe præſumitur.*
8 *Caput pro primaria civitate.*
9 *Capitalis curia quæ dicatur.*
10 *Capitale ingenium.*
11 *Roma caput orbis.*
12 *Ultrajectum caput aliarum civitatum ejuſdem proviucia.*
13 *Caput pro perſona.*
14 *Tributum capitis.*
15 *Jumenta antiquitus capita vocata.*
16 *Conſtitutio Servii Tullij de ſingulis recens natorum capitibus.*
17 *Vetus bonorum liberorumque profitendorum mos.*
18 *Servorum nomina in cenſum non deferebantur.*
19 *In capita hereditatem dividere; id eſt in viriles partes.*
20 *Pœna capitalis.*
21 *Appellatione* pœnæ capitalis *venit pœna mitior in dubio, & non mortis.*
22 *Mos ferendi ſententias in cauſis capitalibus.*
23 *Communis opinio.*
24 Auth. ingreſſi, C. de ſacroſanctis Eccleſiis, *apud Belgas non obſervatur.*
25 Liberum caput *multifariam accipi.*
26 *Numa Pompilius ſecundus Romanorum Rex.*
27 *Libera perſona, Cajo & Ulpiano quæ dicatur.*
28 Liberum caput *quomodo accipiatur in hac definitione.*
29 Liberum *dicitur, quod eſt liberum omni libertate, & abſolutum ab omni ſervitute.*
31 *Princeps mandans condemnationes libere cancellari, intelligitur quoad omnia.*
32 Libere, *verbum importat totalitatem.*
33 *Vis dictionis* liberè.
34 *Patrem habenti tutorem non dari.*
35 *Furioſo in poteſtate patris conſtituto non dari curatorem.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

36 *Tutorem non dari ei, cujus pater eſt in hoſtium poteſtate.*
37 *Amor patris in liberos inæſtimabilis.*
38 *Pater præſumitur capere conſilium pro liberis.*
39 *Filiis emancipatis non dari tutorum.*
40 *Paria dicuntur, nullam ab initio fuiſſe cauſam, vel fuiſſe aliquandò, ſed eam eſſe finitam.*
41 *Emancipatio ſolet dari in præmium & favorem filio.*
42 *Multa concedenda ob memoriam, & reliquias præcedentis poteſtatis, & affectionis, & quando hoc procedat.*
43 *Tutorem non dari ſervo.*
44 *Datio tutelæ non tenet in dubitante de ſuo ſtatu.*
45 *Matrifamilias non dari tutorem.*
46 *Nuptæ apud Ultrajectinos nullos actus Judiciales faciunt, ſive marito, vrl tutore electo.*
47 *Filio, patre mortuo, non datur tutor, ſi eſt in poteſtate avi.*
48 *Ventri an poſſit dari tutor.*
49 *Agens actum aliquem, oportet, ut tempore illius actus habeat legitimam perſonam agendi actum illum, nec ſufficit; quod poſtea efficiatur legitimus.*
50 *Auctoritas Dyni apud Veronenſes magna.*
51 *Patre deportato, filio datur alius tutor; quod declara, num. 57.*
52 *Deportatio in locum interdictionis aquæ & ignis ſucceſſit.*
53 *Severinus Boetius vir conſularis, & Chriſtianus Philoſophus.*
54 *Tribonianus omnium artium, & memoria præditus.*
55 *Deportatus loco mortui habetur.*
56 *Deportato patre, nepos admittitur ad avi bonorum poſſeſſionem.*
58 *Impoſſibile cenſetur quod à voluntate ſolius Principis dependet.*
59 *Declaratio ſublimitationis.*
60 *Patre recuſante adminiſtrare, vel res filii agnoſcere, an ad unum actum dari poſſit curator, eleganter diſtinguitur.*
61 *Filiusfamilias, in cauſis, in quibus patri nihil quæritur, abſque conſenſu patris in judicio ſtare poteſt.*
62 *Minori in cauſis beneficialibus agenti poſt annum ætatis 14. datur curator.*
63 *Minori datur curator in caſtrenſibus, vel qaaſi, ſi agere velit.*
64 *Confeſſio facta ſine authoritate curatoris, an ei noceat.*
65 *Filio adoptivo poteſt dari tutor in caſibus, in quibus is in poteſtatem ejus non tranſit.*

1 S*Equitur in definitione; In capite libero:* Quæ vox varia ‡ ſignificat, & proprie
2 membrum hominis principale, quia ‡ eo amputato, fruſtra jactat quis ſe
3 habere membra, *cap. illi offerunt, in fine* 1. *quæſt.* 1. & ſolum caput ‡ ſine aliis membris facit locum religioſum, *l. cum in diverſis, ff. de religioſis & ſumpt. funer. ibi: quod principale eſt conditum, id eſt, caput, l. capitalium, ff. de pœnis.* A quo ſenſus &
4 nervi initium capiunt. Et ‡ ideo dicitur animi ſedes. Unde ſi quem revereban-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

reverebantur veteres, aut honore dignum putabant, ad omnem occurſum caput † revelare, & aſſurgere, ac de via decedere ſolebant, ſcilicet exiſtiman- 5
tes nudo, & aperto capite, in exhibendis honorib. eſſe oportere. Unde quoque Regum capita inſigni faſcia ornari, ſicut Imperatorum aurea corona, vel lauro, quoniam ea pars corporis † ſanctior in homine eſt, & ideo ibi inſigne 6
honorum & diadema eſſe voluerunt.

Ex quo inferunt Doctores, eum qui aliquem percuſſit & vulneravit † in ca- 7
pite; habuiſſe animum occidendi; ut rectè tradit utriuſque juris Doctor, & olim Advocatus in ſuprema Curia Pariſienſi, Petrus Rebuffus *in l. licet, de verb. ſignific.* Quo loci ſcribit, ſe vidiſſe alicujus gratiam periclitari, quod in ea dixerat, ſe noluiſſe illum occidere, cujus tamen caput percuſſerat enſe. Sed extra hanc propriam ſignificationem ad multa alia eleganter refertur; Puta, interdum pro primaria † civitate cujuſque provinciæ, quam alias Metropolim, 8
ſive matricem civitatem vocamus, ut *in l. obſervare, §. ingreſſus, verſ. quædam, ff. de Offic. Proconſ. l. ſi duas, ff. de Excuſat. tut. l. unic. Cod. ut omnes obediant judici, §. fi. Inſti. de ſatiſda. tut.* Sic curia ſuprema † capitalis dicitur, non quod de capite tantùm 9
cognoſcat, ſed dicitur capitalis, id eſt principalis, tanquam caput aliarum curiarum; Ita Ovidius *libro Faſtorum* 3. capitale † ingenium, pro ſolerte expo- 10
nit. Quo ſenſu Roma † olim dicta quoque fuit caput orbis, & fere fuit. Idq; 11
portenderat caput humanum repertum à jacientibus fundamenta Capitolii. Quæ viſa ſpecies (inquit Livius) haud præter ambages, arcem eam Imperii, caputque rerum fore portendebat. Inſtar cujus etiam Ultrajectum † Regia 12
vere civitas, & dulcis patria, & caput cæterarum ejuſdem provinciæ civitatum dici promeretur, facit *l. ſi in aliquam, ff. de offic. Proconſ.* Et recte quoque dicta fuit Roma caput orbis; quia omnes provinciæ debent obſervantiam eius ſequi, *§. ultim. Inſtit. de Satiſdat. tut. & l. de quibus, ff. de legibus.*

Aliquando pro † perſona ſumitur; in qua ſignificatione hîc, capiendo 13
partem pro toto ponitur, & ita perſæpe in jure noſtro, *l. Titia, in princip. de Legat. 2. ibi tot capita ſervorum, l. liberos, §. emancipiato, l. tutelas, §. injuriarum, ff. de cap. diminut.*

Inde prodiit Axioma illud apud Juriſconſultos noſtros celebre; noxa ſequitur caput, de quo *in l.* 1. *§. ſi apud ſervum, ff. Depoſiti, l. qui ex pluribus, l. ultim. ff. de noxal. actio. l. 2. ff. ſi ex noxal. cauſa agatur, l. rem mihi commodaſti, §. in exercitu, ff. Commod. l. 1. in fin. ff. de privatis delictis, l. quod dicitur, ff. de Furtis:* in quibus legibus vox, *caput*; pro perſona capitur, quæ caput habet, cum qua lege agi poteſt, quam, ut nocentem ſequitur: Et hoc eſt quod Paulus dicit *in dict. leg. tutelas*, actionum ex delicto obligationem cum capite ambulare. Sic quoque intelligenda lex; ne conſules in caput civis Romani poſſent animadvertere, de qua *in leg. ſecunda, §. iiſdem temporibus, 2. ff. de orig. juris.*

Inde etiam tributum † capitis dicitur, quod in ſingulas perſonas confertur, 14
l. ætatem, l. in Luſitania, ff. de Cenſibus, l. cum antea, Cod. de agricolis & cenſit. lib. 10. quod alias capitatio dicitur *l. ultim. C. de capit. civium, lib.* 11. *l. unica, C. de colonis Thraænſ. l. 1. C. ne ruſtica ad ullum obſequium, eodem lib.* Alias cenſus capitum, &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

capita, quæ ſunt vetuſtiſſimæ indictiones, in maſculo unus aureus, in fœmina
dimidius, ut eſt gloſſa *in rubrica Cod. de annonis & tributis, libro decimo*, quas omnes
pendere cogebantur, ſola Eccleſia Theſſalonicenſi excepta, quæ exemtionem
obtinuit à Juſtiniano Imperatore, ut apparet *ex leg. ſacroſancta, Cod. de ſacroſanctis
Eccleſiis*. Quamquam non ignorem, capitationes & capita etiam de prædiis
dici, & pro jugorum & capitum relevatione, ſive collatione accipi, *ut in l. ſi
minor, ff. de action. empti, l. ultim. C. Theod. ſine cenſu, vel reliquis*, & pluribus aliis locis.
Inde eſt, quod juga & capita, capitationem & jugationem, in eadem ora-
tione, tanquam parem vim habentia, ſæpiſſime inveniamus poſita, *l. immu-
nitates, Cod. de agricolis & cenſit. lib.* 10. Sed & junctum jugorum capitationem
dici, ut *in Novella* 7. cujus appellationis diverſæ traduntur rationes, quarum
15 duæ ſunt præcipuæ; Primò, quod jumenta † antiquitus capita vocarentur, à
jugis animalium, pro quorum numero penſitatio inferebatur Cæſaribus, vel
ſecundò, quia colonorum mancipiorum, quæ in prædiis erant, nomine præ-
ſtabantur. Quod genus indictionis diximus eſſe vetuſtiſſimum, cùm ab ipſo
ferè Romanæ civitatis exordio originem trahat: Siquidem conſtat quod Ser-
vius Tullius, ſive ut alii volunt, Tullus Romanorum Rex ſextus, & bonorum
ultimus, qui incerto patre natus eſſet, ex Ocriſia, vel ut alii volunt, Ocretia,
vel alii denique, Corniculana; ut Plutarchus refert, de fortuna Romanorum
apud Græcos doctiſſimus Philoſophus, & Medicus inſignis; & latiſſimè ſuo
more Andreas Tiraquellus, Gallus, ſui ſæculi Varro, *de nobilitate, ca.* 4. *num.* 61.
16 Is inquam fortiſſimus juxta ac prudentiſſimus † Rex, in ſingula recens nato-
rum capita aliquid Junonis Lucinæ templo inferri, patriſque in cenſu habendo,
non facultates modò, ſed ſuum quoque & uxoris, & liberorum nomen, &
ætatem profiteri inſtituit: quemadmodum Dionyſius Halicarnaſſeus *lib.* 4.
auctore eſt, idque ea (ni fallor) de cauſſa, ut ex his tabulis quilibet, & nata-
lium, & ætatis probationem, quando opus eſſet, petere poſſet.

Ex qua Servii conſtitutione deinde motus videtur populus Romanus, ut
17 ſingulis † luſtris, id eſt ſingulo quinquennio, cenſum fieri voluerit, puto quod
ſinguli cives Romani comparerent apud Cenſores in campo Martio, & nomi-
na ſua cum familiæ ſuæ capitibus, & fortunis deferrent & profiterentur, ut in
18 tabulis cenſualibus perſcriberetur, non tamen in cenſum deferebantur † nomi-
na ſervorum, quia ſi conſentiente vel jubente Domino nomen in cenſum ſer-
vus detuliſſet, civis Romanus fiebat, & ſervitutis vinculo ſolvebatur, ut tra-
dit Antonius Gubertus Coſtanus *quæſtionum juris, lib.* 1. *capit.* 2. *numer.* 11. quibus
etiam adſcripta fuit ætas eorum, qui cenſebantur, adeo ut ex his tabulis, teſte
Plinio *libro ſeptimo*, longiſſima quorundam vitæ ſpatia exſcripta fuerint, cujus
profeſſionis adhuc veſtigia extant in jure noſtro, & aliis idoneis ſcriptoribus.
Quæ quia adfert Barnabas Briſſonius in elegantiſſimis antiquitatem obſerva-
tionibus *libro primo, capit. quinto*, non repeto, ſed tantum addo *l.* 1. *Cod. ſi minor ſe
major. dixerit*.

Hinc manat nomen exactoris pecuniæ pro capitibus: cujus meminit Arca-
dius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

dius Chariſius, *in l. ultim. §. qui annonam, de muneribus & honoribus*, & perſonalis muneris ſollicitudinem ſuſtinere dicitur, ac præterea illud, quod vulgo dicimus, ſuccedere vel dividere † in capita, idem eſt, quod in viriles partes: ut 19
interptetatur Imperator noſter *Novell.* 118. ſic videlicet, ut æquales partes quiſque ferat, & tot fiant partes, quot perſonæ ſint. Cui opponitur ſucceſsio, vel diviſio in ſtirpes, *in leg. ſi libertus præterito, §. ultim. ff. de bonis libertorum. §. penult. Inſtitut. de heredit. quæ ab inteſt. § hæc etiam, Inſtitut. de Legit. agnat. ſucceſ. leg. penult. Cod. de legit. hered. leg. ſecunda, Cod. de ſuis & legit.* Paulus *lib.* 3. *ſenten. tit.* 2. *lib.* 8. *de inofficioſo teſtamento*: atque hoc eodem loquendi genere utitur Statutum noſtrum Ultrajectinum, *Rubrica* 23. §. 27.

Cui ſimile eſt, quod dicimus, ſervum non poſſe interrogari vel torqueri in caput domini, *l.* 1. *§. ſi ſervus, §. cum quæſtio, §. cum quidam, l.* 2. *& ſequent. l. extraneo, l. ſi quis viduam, ff. de quæſt.* nec libertum in caput patroni, *d. l.* 1. *§. ſed nec libertum*, de quo late Barnabas Briſſonius antiquitatum illuſtrator vigilantisſimus, *de adulteriis, cap.* 22. *& ſequent.* Ac pari modo nomen ‡ pœnæ capitalis, quæ ita di- 20
cta eſt, non à capite materiali (ut vocant) principali hominis membro, quod collo confine eſt, ſed quod per eam caput civile, id eſt, perſona in civitate eximitur, morte, vel deportatione, ſive aquæ & ignis interdictione. Capitalis enim pœna eſt, quæ mortis, vel civitatis amisſionem continet, *l. licet, ff. de verborum ſignificat.* & in dubio ejus ‡ appellatione venit pœna mitior, ut tradit Ale- 21
xand. *conſil.* 104. *num.* 2. *l.* 1. idem 121. *n.* 2. *& ibidem* Carolus Molineus Juriſconſultus Pariſienſis, & in eadem Curia olim Advocatus, vir nunquam ſatis laudatus, *lib.* 7. quæ opinio communis, etiam generali conſuetudine approbata eſt, teſte Nicolao Boerio ornatiſſimo olim Præſide ſenatus Burdegalenſis, *Deciſ.* 254. *n.* 10. 11. qui dicet ideo receptum eſſe, & ab omnibus judicibus obſervari, ut in ſuis ſententiis, quibus aliquem condemnant pœna capitis, apponant hæc vel ſimilia verba: *Quod anima ‡ ſeparetur à corpore*: cujus etiam receptæ ‡ opi- 22
nionis meminit Franciſcus Vivius *commun. opin. lib.* 2. *opin.* 152. 23

Neque omnino diſſimile eſt, quod Papinianus docet *in l. qui ex liberis, §. teſtamento, ff. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tab. Eum, qui ſe dedit arrogandum cum capite, fortunas quoque ſuas in alienam domum ac familiam transferre*: id eſt, cum perſona ſua, res omnes, bonaque ſua, non aliter atque hodie ingredientes monaſteria, bonorum capacia, ſe & ſua Deo dicuntur dedicare, ut in *Authen. ingreſſi, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* niſi tamen locorum ſtatuta & conſuetudines id impediant, quo jure ferè utuntur omnes Belgicæ Provinciæ; ita quod monaſteriis ad ‡ acquirendum opus 24
ſit Principali reſcripto, ac præterea debet impetrari jurium Dominicalium peremptio, & ita apud nos ſervatur.

Ex quibus jam puto ſatis probatum eſſe, capitis nomen perſæpè, ut & hîc, pro perſona capi, & homine ipſo, nec id ſolum obtinet apud JCtos noſtros, ſed etiam omnes probatos auctores, ut facilimè oſtenderem, niſi me penè hujus tractationis cepiſſet faſtidium; quare ne in hiſce interpretationibus longior quibuſdam videar, ad alia tranſeamus.

Et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Et quia hæc definitio loquitur *de capite libero* : videamus, quodnam illud ſit.
25 Conſtat enim ‡ liberum caput diverſimode accipi, etiam apud noſtros JCtos; & ut incipiamus à primis rei Romanæ temporibus, inter leges Numæ Pom-
26 pilii ſecundi Romanorum ‡ Regis una invenitur his verbis concepta: *Si quis hominem liberum dolo morti ſciens duit, parricida eſto*, ita eum referunt Sextus Pompejus Feſtus *lib.* 14. quem referunt & ſequuntur Andr. Tiraq. variæ & indefeſſæ lectionis vir, *in tract. de pœn. cauſ.* 13. *n.* 4. Jacob. Cuiac. clariſſimus, & ſummæ apud literatos authoritatis JCtus, *obſer.* 3. *c.* 40. Nicol. Anthon. Gravat. Briacenſis, *ad Octav. Veſtr. lib.* 2. *cap.* 5. *nu.* 8. & noviſſime Guliel. Forner. Aurelianenſis *ſelect. lib.* 1. *c.* 10. quo loci Feſtus dicit, Numam non ſolum parricidam vocaſſe, qui parentem, ſed qui qualemcunque hominem occidiſſet; vim, ut opinor, legemque naturæ, qua omnes homines pares ſive æquales ſunt, intuitus; ita enim interpretatur hanc legem Jacobus Reinardus Brugenſis *in l. ferè, in fin. ff. de reg. jur.* & facit *l. quod attinet, ff. eodem.*

Rurſus Cajus *libr.* 7. *ad edict. Provinciale in l. ex hac lege, ff. ſi quadrup. pauperiem fec. dicatur*, dicit etiam liberarum perſonarum nomine agi poſſe: fortè ſi patremfamilias vel filiumfamilias vulneraverit quadrupes: ne ſcilicet deformitatis ratio habeatur (cùm liberum corpus æſtimationem non recipiat) *d. l. ex hac lege, & l.* 1. *§. ſed & quia, & l. cum liberi, ff. de his, qui deiec. vel effud. & l.* 2. *§. corporum, ad l. Rhod. de iact.* & ibidem optimè Franciſcus Balduin. vir diligentiſſimus atque doctiſſimus, & *Inſtitu. de obligat. quæ ex quaſi delicto naſc. in verbo* (*Judex enim*) ſed impenſarum in curatione factarum, & operarum amiſſarum, quaſque amiſſurus
27 quis eſſet inutilis factus, quo loci Cajus *liberam* ‡ *perſonam & ejus liberum corpus* intelligit pro perſona ingenua, vel à ſervitute exempta, non de omnino libera, vel nullius juri ſubjecta, id quod evidenter oſtendunt verba ejuſdem legis, ibi: *fortè ſi patremfamilias vel filiumfamilias vulneravit*; cum enim notum ſit filiumfamilias in patris ſui eſſe poteſtate, non poteſt aliter intelligi.

Similiter Ulpianus *in l.* 2. *ff. de acquir. poſſeſſ.* & Imperatores Severus & Antoninus *in l.* 1. *C. de acqu. hæredit.* ſcribunt, per liberam perſonam nobis etiam ignorantibus acquiri poſſeſſionem; quibus & infinitis ſimilibus locis accipitur pro exemta à ſervitute, ſubjecta tamen alterius juri, quod ex eiſdem textibus apertiſſimè convincitur, quibus ex locis pleriſque videri poſſet, liberum caput pro perſona libera hìc dictum eſſe, ad differentiam ſervilis perſonæ, cujus meminit Ulpianus *in l. in perſonam ſervilem, ff. de reg. jur.* vel etiam capitis ſervilis, de quo *in l. liberos, §. emancipato, ff. de capit. deminut.*

28 Verum hoc loco *liberum* ‡ *caput* longè aliter accipitur, pro perſona ſcilicet libera, nullius alterius juri, vel poteſtati, dominicæ, patriæ, vel etiam maritali ſubjecta, ſed ea, quæ propriæ eſt poteſtatis, proprii arbitrii, ſui juris vel poteſtatis, quorum tutela propria res omnino inepta & aliena ab his, qui alieno juri ſubditi ſunt, ut apertè tradit Theophilus *hoc tit.* & ſatis etiam clarè Imperator Juſtinianus. Ex quo fit, ut nec filiofamilias, qui in patris poteſtate,

ſive

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

ſive ſacris patris eſt, nec matrifamilias, quia in manu viri eſt, nec denique
ſervo, ob dominicam poteſtatem, tutor dari poſſit, ut infra latiùs dicemus.

Et hanc noſtram & communem interpretationem optimè confirmat Procu-
lus *lib. 8. epiſtolar. in l. non dubito, §. liber autem, ff. de captiu. & poſt'imin. reuerſ.* cum di-
cit, *liberum* † *populum* eſſe, qui nullius alterius populi poteſtati eſt ſubjectus: ſive 29
is fœderatus eſt ſive non fœderatus eſt, item, ſive æquo fœdere in amicitiam
obuenit, ſive fœdere comprehenſum eſt, ut is populus alterius populi maje-
ſtatem comiter conſervet: hoc enim adjectum eſſe, ut intelligatur alterum
populum ſuperiorem eſſe, non ut intelligatur alterum non eſſe liberum; non
aliter atque clientes noſtros liberos eſſe dicimus, etiamſi neque authoritate,
neque dignitate, neque viribus nobis pares ſint.

Nec huic etiam abhorret dictum Oldradi de Ponte, Landenſis, qui fuit Ad-
vocatus conſiſtorialis Romæ, *conſ. 234. factum tale eſt, quidam miles, nu. 2.* Id *libe-
rum* † dici, quod eſt liberum omni libertate & abſolutum ab omni onere; quem 30
refert & ſequitur doctus & diligens vir Aymo Cravet. *conſ. 122. n. 5. & 6.* Ex
eo inferens, quod ſi Princeps faciens alicui gratiam, mandet condemnationes
liberè cancellari, verbum, *liberè*, generaliter debeat intelligi, & quoad omnia
contenta † in condemnationibus. Quia (ut inquit Anchoran. *conſ. 407. col. 2.* 31
verſ. & certè non videtur dubium, verbum, *liberè*, importat † totalitatem: quod latius 32
probat And. Tiraq. *in repetit. l. ſi unquam, verbo, revertatur, nu. 134. & 25. ſeq. C.
de revoc. donat.* Quo loci dicit, hanc dictionem ejus eſſe naturæ, ut non requirat
alterius conſenſum, authoritatem, factum, ab omni neceſſitate abhorreat;
quod operetur ſine aliqua re extrinſeca, & denique, quod ſit abſtractus ab
omni obſervantia neceſſitatis & ſolemnitatis, ideoque eandem dictionem
reponi inter eas, quæ † faciunt ſubſtitutionem directam, id eſt, quæ nullo al- 33
terius miniſterio indiget, ac præterea omnem moram excludat, & denique
inducere canonem latæ ſententiæ,

Quod ſi verum eſt, ſecuti eſt veriſſimum, conſequi rectè videtur, † patrem 34
habenti tutorem dari non poſſe, cùm talis caput liberum non habeat, ſed in
patris ſui ſit poteſtate, qui ejuſdem poteſtatis ratione ejus legitimus tutor eſt
atque curator, *Inſtit. de Tutel. in prin. & ibi communiter Dd.* Philippus Corneus,
fidelis conſultor, *conſ. 129. n. 11. lib. 1.* Maria. Socin. *conſ. 59. n. 30. 31. 32.
lib. 3,* Arius Pinellus, vir abſque dubio cordatus, & juris apprimè doctus, &
ſubtilis *in l. ult. n. 15. 16. C. de bon. mater. & Deciſ. Pedem. 89. n. 5.* tradit rationem
de capite libero, & omnium noviſſimè Aſcanius Clementinus *in Tractat. de Patr.
poteſt. effectu 14. n. 1. & 2.*

Ideo etiam furioſo in † patris poteſtate conſtituto non datur curator, *l. cum* 35
furioſus. C. de Curat. furioſi. Nec ei, cujus † pater eſt in hoſtium poteſtate, ſed tantum 36
curator datur ſubſtantiæ, ne medio tempore pareat, *l. muto, §. ei cujus, ff. de Tutel.*

Cujus Tutelæ ſunt & aliæ rationes non obſcuræ. Quarum prior eſt: quod
pupillis, non aliis datur tutor; Pupillus autem dici non poſſit, donec in pote-
ſtate patris eſt, ſed is tantum, qui deſiit eſſe, vel morte, vel emancipatione,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

l. pupillus eſt, in prin. & ibi notat. de verb. ſign. Sed efficacior eſt altera ratio ab imis
37 naturæ præcordiis deprompta, ſcil. amor patris in liberos, cujus ‡ paterni amoris ardor dicitur inæſtimabilis. *Quis enim, inquit textus in l. ult. in princ. C. de Curat. furioſ. talis affectus inveniatur extraneus, ut vincat paternum.* Ex eo inferens,
38 nulli † res filiorum credendas eſſe, quam patri, cum is etiam prolem indignam & malè de ſe meritam amare præſumatur, & pro his capere ſalubrius conſilium; Etiamſi patris actus prima facie videatur minus utilis liberis, ut latè tradit Andr. Tiraqu. *in præfat. d. l. ſi unquam*, & nos plenè diximus *in tract. noſtro Præſumptionum.*

Et hoc eſt, quod dici ſolet, naturalem ſtimulum patrem hortari ad cogitandum pro liberis, de quorum ſalute ſemper eſt ſollicitus, *l. cum pater, §. mando, ff. de legat. 2. ibi: mando filiæ meæ, pro ſalute ipſius ſollicitus*, ad quod etiam alludit Virgilius *lib. 1. Æneid.* ſcribens:

Omnis in Aſcanio chari ſtat cura parentis.

39 Hæc, quæ de ‡ patre diximus, & ejus tutela in liberos, ita ſe habent etiam in filiis emancipatis, licet in iis deſiiſſe videatur patria poteſtas, atque ideo ceſſante cauſa, videretur ceſſare effectus. Quæ regula generalis eſt, & in omnibus diſpoſitionibus locum habet, teſte Petro Ancharan. *conſ.* 47. Et paria ſint, nullam ab initio fuiſſe cauſam, vel fuiſſe aliquam, ſed eam eſſe finitam, per
40 textum *in l. 1. ff. de condict. ſine cauſa, & l. nihil intereſt, ff. de nautic. fœn.* cum † hoc eis ſpecialiter reſervatum ſit, ad exemplum Tutelæ patronorum, *Inſtit. de legit. parent. tutela, & in §. præterea, Inſt. quib. mod. ius patr. poteſt. ſol.* Idque optimo jure,
41 cum ‡ ſi aliter diceremus, inducta in favorem verterentur in odium, contra *cap. odia, de regul. juris, in 6. & l. quod favore, ff. de legibus.* Siquidem certi juris eſt, emancipationem in præmium & favorem filio dari: juxta ea, quæ latè tradit Andreas Tiraquel. *in d. l. ſi unquam, verb. donatione, nu.* 146. Et pari modo, tutelam ad ejus defenſionem, ob ineuntis ætatis imbecilitatem, minoris ætatis lubricum infirmumque hujus ætatis conſilium, multorum inſidiis & captionibus expoſitum fuiſſe inventum, *l. 1. ff. de minoribus, §. 1. Inſtitut. de tutel.* qua ille medio emancipationis privaretur.

Superioribus rationibus hanc plerique addunt; eam patri reſervari ob me-
42 moriam ‡ & reliquias præcedentis poteſtatis & affectionis: Licet enim, inquiunt, per emancipationem ſoluta ſint jura civilia, non tamen ſublata eſſe jura naturalia: ita Angelus Aretin. clarus & non contemnendus, Doctor *in §. & hi qui, num. 1. Inſtitut. de hæred. quæ ab inteſt.* Et ideo quamvis una earum ceſſet, non tamen ceſſare effectum ſive diſpoſitionem: vulgata *l. ſi non lex Ælia Sentia, ff. de hæred. inſtit.* Quæ tamen ratio me non movet; cùm ſciam regulam illam de memoria, veſtigiis, ſive reliquiis præcedentis poteſtatis non procedere, niſi in certis caſibus, in quibus lex aliquid ſtatuit ob illas reliquias priſtinæ cauſæ; ut tradunt Ludovicus Romanus, vir ſummæ memoriæ, & Imola, ſummus veritatis Doctor *in l. 2. §. ult. ff. de dona.* quos & refert & ſequitur Andr. Tiraquel. *in hac eadem regul. limit. 16. nu.* 9. niſi tamen, inquit, ſit eadem ratio in reliquis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

reliquis, quæ hîc non reperitur: Imo ob eam cauſam credo editam *l. ult. C. de emancipiat.* Qua conſtitutum, ut ſicut olim pater emancipans filium, contracta fiducia, id eſt, reſervato ſibi jure ſuccedendi, in conſequentiam ejus ſucceſſionis, ad eundem etiam tutela perveniebat: Ita hodie pater emancipans filium videretur, licet ſpecialiter non expreſſiſſet, ſub eadem fiducia emancipaſſe; qua Conſtitutione neceſſariò opus fuit, cum ex diſpoſitione legis tantum fieri poſſit, ut quis cenſeatur eſſe partim in poteſtate patris, & partim non, nec quidquam in eo valeat hominis diſpoſitio, ut tradit Alex. *conſ. ult. n. 5. & 6. lib. 5.* Andr. Barbat. copioſus utriuſque juris Interpres *in tracta. de præſtant. Cardinalium, 1. quæſtio. 1. quæſtionis principalis.* Quamvis non ignorem eſſe alios, qui putant, hoc non procedere quo ad effecta ex emancipatione reſultantia, quæ exiſtimant expreſſe excipi poſſe, cum communis omnium opinio ſit in contrarium: ut de ea atteſtatur Guliel. Benedict. multæ lectionis homo, & in praxi peritiſſimus, *in repetit. c. Raynutius, verb. matrem inſuper cleram, n. 27.* Ita quod nullo modo dubitandum eſt de hac ampliatione.

Exiſtenti ergo in poteſtate, ut hoc reaſſumam, tutor dari non poteſt, quia talis liberum caput non habet. Quæ regula longius produceuda eſt, ut nec ſervo dari † poſſit, ob dominicam poteſtatem: is enim ſuæ poteſtatis non eſt, 43
ſed fit demum manumiſſione, teſte Venuleio *in l. ult. ff. de liberal. cauſa.* Quare rectè dicit Julian. *in l. ſervus, ff. pro emptore*, & Papinian. *in l. eo tempore, §. ſervus alienus, ff. de peculio*, ſervum pro capite pecuniam ſolvere, quando pro libertate ſoluit: quam eandem locutionem non ſolum JCti, ſed & alii uſurparunt, ut Plautus, qui ſic loquitur in Rudente: *Doctè atque aſtutè ego illi puxillatim pollicebar pro capite argentum, ut ſim liber, ac emittat maux*, & alii aliis in locis.

Idem tractatus eſt, ſi quis dubitat de ſuo ‡ ſtatu: puta, ſi de eo litigat, quæ 44
datio non tenet, ſi liber non eſt, ut tradit Ulpianus *libr. 9. ad edict. in l. ei qui, ff. de tut. & curat. dat. ab his, l. 1. & utrobique gloſſa, C. qui dare tutores.* Simile eſt, quod idem Ulpianus ſcribit *libro duodecimo ad Edictum ex Reſcripto Divi Pij, in l. de ſtatu, ff. qui teſtament. fac. poſſ.* Nempe de ſuo ſtatu dubitantes, vel errantes, teſtamentum facere non poſſe.

Idem dicendum † in matrefamilias, cùm ea ſit in manu ſive poteſtate ſui 45
mariti, per in manum conventionem, atque ideo maritus uxori olim non aliter, atque pater filio, teſtamento Tutorem dare poterat, vel etiam Tutoris optionem, ut ipſa ſibi eligat Tutorem, quem velit; Et hic Tutor is eſt, quem *pro Murana* Cicero ait poteſtate mulieris contineri: ut rectè annotavit Jacobus Cuiac. JCtorum omnium poſterioris ætatis facilè Princeps, *obſer. 7. c. 11.* Eòque jure maritalis poteſtatis nos utimur, & de Gallis atteſtatur Andr. Tiraquel. *l. 1. connubiali.* Inde fit, quod quotidie videmus, quod nuptæ omnes actus judiciales faciant authore marito, vel ‡ alio Tutore ad hoc ſpecialiter electo. 46

Eodemque argumento, patre etiam mortuo, filiofamilias Tutor non poteſt dari, ſi eſt in poteſtate ‡ avi: ut ex facto reſpondit Philippus Corneus, *conſ.* 47
129. nu. 9. 10. libr. 1. per l. cum filius famil. ff. de milit. teſta.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Verùm hæc, quæ ſuperius diximus, non in omnibus vera ſunt, ſed quaſdam
reſtrictiones recipiunt: Et primò quidem in iis, qui in utero ſunt; cùm hi non
niſi abſurdè pupilli dici poſſint, *l. non eſt pupillus, ff. de verb. ſignif.* ſed viſcerum
matris quædam portio. Et ideo ancilla prægnante vendita, ſi partus euincatur,
non agitur duplo, quia non videtur magis in contractu, ad partum habitus
reſpectus, quàm ad quoduis aliud inteſtinum, *l. ſi prægnans, ff. de euict.* Propterea
quoque matre prægnante, in exilium acta, filium ibi natum, non videri exu-
lem, dicit Bartolus, luminare juris civilis ardentiſſimum, *in l. in ſervorum, ff. de ſta-
tu hominum.* quia homo non eſt vel animal, *l. in lege Falcidia, ff. ad l Falcid. l. 1. ff. de ventro in-
ſpic.* Siquidem pupillus non ſolùm ætatem ſignificat, ſed & conditionem ejus,
qui ante pubertatem deſiit eſſe in poteſtate patris, & cœpit eſſe in poteſtate tu-
toris: non poſſumus autem dicere eum deſiiſſe eſſe in poteſtate, qui in utero
eſt, quia nec antequam naſcatur, dici poteſt in patris poteſtate fuiſſe, *l. ult ff. de
collat. bonor. & l. ult. ff. de aſſignat. libert §. cum autem. Inſt tut. de tutelis.* Ideo † nec etiam
48 tutor ei dari poteſt, *§. ultim. l. ſi nemo tutorem,* 2. (Saltem datus tutor non eſt, ante-
quam naſcatur) *ff. de teſtament. tutel. l. ventri, ff. de tut. & cur. datis ab his, l. 1. §. ſi quis
quaſi, ff. de eo, qui pro tut.* Sed interim curator datur tantùm bonis, aut ex his qui
tutores dati ſunt poſthumo, aut ex neceſſariis affinibuſque, aut ex ſubſtitutis,
aut ex amicis defuncti, aut ex creditoribus: ſed is vtique, qui idoneus vide-
bitur: aut ſi de perſonis eorum quæſtio moueatur, vir bonus eligitur, *l. 1. §. eligi-
tur, ff. de vent. in poſſeſſ. mitten.* Si tamen patrem habet, quem nuptiæ demonſtrant,
vel patre defuncto, auum, in cujus poteſtate eſſet, ſi naſceretur, hic omnino
dandus eſt, cujus ius minui non debet, ex ratione *l, cum filiusfamil. ff. de milit. teſt-
am.* quia qualiſcumque ſit, ſuo muneri decedet, ſtatim atque infans natus erit,
l. 1. §. tamdiu ff. de vent. in poſſ. mit. Angel. *in §. cum autem, Inſt. de tutel.*

Ex qua limitatione multa inferri poſſunt, quæ quia latius ab aliis ſunt tradita,
omitto: remittens Lectorem ad Andræam Tiraquellum *in l. ſi unquam, verbo,
ſuſceperit liberos, num.* 144. *uſque* 156. *C, de reuoc. donat. & de retract. lig. §. 1. gloſſ. 9. num.*
75. *& 5. ſequ.* & nouiſſimè Iacobum Cuiac. *in l. 2. verſ. altera cauſa, ff. de excuſat tut.*

Vnum ſupereſt, quod ad ſuperiora adiiciendum puto, & ex dicta limitati-
one infertur. Puta, omnem actum à patre vel auo factum, vt tutorem vel v-
teri adminiſtratorem, eſſe nullum, nec eum confirmari ex poſtfacto, cùm
natus erit poſthumus, quia oportet, quod tempore actus agens ‡ actum ha-
49 beat legitimam perſonam, nec ſufficit ex poſt facto ſuperuenire legiti matio-
nem perſonæ, ita Alex. *conſ.* 171. *n.* 8. *lib.* 2. Baldus omnium noſtratium Docto-
rum oculatiſſimus *conſil.* 126. idem 173. *lib.* 1. allegat Dynum Muxellanum *in
cap. non firmatur, de reg. iur. in* 6. cuius tanta fuit authoritas aput Italos, vt Vero-
50 nenſes ‡ ſtatuto cauerint, ceſſante ſtatuto patriæ, iudicandum eſſe ſecundum
gloſſam Accurſii per Dynum approbatam, ut tradit Caſtrenſis *conſ.* 172. *n.* 1. *lib* 1

51 Sed nec procedit dicta regula, quando ‡ pater eſſet deportatus, quo caſu filio
dandus eſt alius tutor, *l. final. §. minores, C. de ſentent. paſſ.* Cuius ratio eſt in promp-
tu: Quia deportati in inſulam, cum ſint apolides, *l. 1. §. hi quibus, ff. de legat.* 3.
l. quidam.

l. quidam. ff. de pœn. & inter peregrinos numerentur, *l. ſed etſi*, *§. ſolemus*, *ff. de hæred*
inſtituend. civitatem amittebant, omniaque Romanæ civitatis jura, hoc eſt, ea
omnia, quæ juris civilis ſunt. Ideo deportatio dicitur media, ſive minor capi-
tis diminutio, per quam civitas amittitur, libertate retenta, omnibuſque aliis,
quæ meri juris ſunt gentium, *dict. l. quidam. ff. de pœnis*, *l. ſi deportati*, *§. 1. ff. de legat.*
3. l. neque, *§. 1. ff. de milit. teſtamen.* Et Ulpianus *in fragmentis*, *tit. 11. de tutelis*, *verſ.*
media. Quo loci enumerat inter media exempla aquæ & ignis interdictiones, in
cujus locum deportationem ‡ ſucceſſiſſe omnes norunt, *l. ejus*, *ff. de teſtamentis*, *cum* 52
ſimilibus. Quamvis non ignorem Severinum ‡ Boetium, virum conſularem, & 53
Chriſtianum Philoſophum, eam inter maximæ capitis diminutionis exempla
reponere, *lib. 1. commentarior. in locum ab adjunctis*, & in eadem hæreſi fuiſſe Calli-
ſtratum, ſive potius ‡ Tribonianum, omnium alioqui artium & memoria præ- 54
ditum, *in l. cognitionum*, *§. ult. ff. de variis & extraord. cognit.* Quos tamen excuſare
poteris, ſi dicas, maxima ſive magna capitis minutione juris authores non uno
in loco mediam comprehendere, ut *l. 1. §. ſi filius. ff. de ſuis & legit. l. 1. §. capitis*,
ff. ad Tertull. & in l. 1. ff. de uſufruct. legat. ut annotavit Franciſcus Duarenus Bituri-
gum ſuo tempore Profeſſor primarius, *diſput. in anniverſ. 1. c. 9.* eaque de cauſa
fortè Ulpianum *in d. l. 1. §. filius*, tantùm duas poſuiſſe capitis minutiones,
quam tamen excuſationem non videtur admittere Barnabas Briſſonius *in ſuo*
libello de ritu nupt.

Inde manat, pœnam deportationis inter capitales pœnas referri, authore
Paulo *in l. 2. ff. de public. judic. Publicorum inquit judiciorum quædam capitalia ſunt, quædam non*
capitalia: Capitalia ſunt, ex quibus pœna, mors, aut exilium eſt, hoc eſt, aquæ & ignis interdictio.
Per has enim pœnas eximitur caput de civitate, cætera non exilia, ſed relegationes propriè dicuntur.

Et hoc eſt, quod Ulpianus dicit *in l. 1. §. qui habeat*, *ff. de bon. poſſ. cont. tab. & in*
l. verum, *§. ſocietas*, *pro ſocio.* Interire homines maxima & media capitis minu-
tione, aut morte. Atque ideo deportatos † mortuorum loco habendos eſſe, 55
quos ſequitur Imperator noſter *in §. cum autem*, *Inſt. quib. mod. ius pat. poteſt. ſol.*

Ex quo & illud proficiſcitur, deportato † patre, non ſecus atque mortuo, 56
nepotem admitti ad avi bonorum poſſeſſionem, *l. 1. §. quidam filium*, *ff. de bonor.*
poſſ. contra tab. Et pari modo deportati patroni, filio ejus competit bonorum
poſſeſſio, in bonis liberti, cui inquit Paulus *in l. ſi necem*, *§. ſi deportatus*, *ff. de*
bonis liberti, non erit impedimento pater ſuperſtes, ut qui mortui loco habeatur.

Quam tamen limitationem non injuſta ratione poteris declarare, niſi pater
ex indulgentia † Principis fuerit reſtitutus; cum per eam reſtitutionem priſti- 57
num ſtatum recipiat, *d. §. cum autem*, & ceſſante cauſa depoſitionis, tutela vi-
res ſuas recuperat, *l. non ſolum*, *§. fin. ff. de excuſat. tut. l. ſi quis ſub conditione*,
§. ſi tutor, *ff. de teſta. tut.* Quæ licet indulgentia Principis non ſoleat ſpe-
rari *vulgata l. apud Ulpianum*, *aliàs Africanus*, *§. conſtat. ff. de legat.* 1. & ideo vulgo
dici ſoleat, ea ‡ quæ dependent à voluntate ſolius Principis impoſſibilia judi- 58
cari, ut eſt communis opinio Doctorum *in l. continuus*, *§. cum quis*, *ff. de verbor.*
obligat. & in d. §. conſtat. Tamen quia quis dum ſpirat, ſperare debet: non adi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

mit deportatio cum civitate omnem reſtutitionis ſpem, cum ea non rarò à Principibus obtineri ſoleat, quo caſu quoque non procedit prædictum commune Doctorum axioma, de quo ego ſemper dubitavi: ſed quia non eſt hujus loci, latius alibi attingam.

Cui conſimile eſt, quod Ulpianus ſcribit *lib. 13. ad legem Papiam, in l. intercidit. ff. de condit. & demonſt.* Intercidere legatum, ſi ea perſona deceſſerit, cui legatum eſt ſub conditione: ſi verò non deceſſerit, ſed in civitate eſſe deſierit, puta ſi conſul fuerit; & is in inſulam deportatus ſit, non interim extingui legatum, quia in civitate reſtitui poteſt, cum aliis ſimilibus adductis per Tiraquellum *in l. ſi unquam, verb. ſuſceperit, nu. 162. & ſequ. C. de revoc. donat.* & idem latè *in ſuo tract. ceſſante cauſ. parte 1.*

59 Hæc autem declaratio ‡ procedit in plena indulgentia, ſiue in integrum reſtitutione Principis, quæ plenè vel indefinitè concepta eſt, ut *in l. 1. & l. ult. §. ult. C. de ſent. paſſis*, quæ omnia jura complectitur, ut patriam poteſtatem, jus agnationis, & alia ejuſdem generis, non autem cùm jura tantum quædam nominatim continet, *ut in l. in inſulam, C. de ſent. paſſis*, quæ ultra expreſſa non extendit: Nec itidem in generali ſive communi indulgentia, ſive reſtitutione, cujus fit mentio *in l. ſi ademptis, & l. generalis, C. de ſent. paſſis*, ea ſi quidem reditum duntaxat in patriam indulget. Itaque nec bona confiſcata reſtituit, nec ullas actiones, ſive pro illo, ſive contra illum conceptæ ſint.

60 Non procedit etiam dicta regula, quando pater recuſat ‡ adminiſtrare, vel res filii agnoſcere, quo caſu ad unum actum, ſive illis rebus datur curator; ut tradit Jaſon, Doctor non minus eruditione integritateque quàm ſtemmate clarus, *in l. bonorum, C. qui admit. ad bonor. poſſeſſ. per l. cum in una, §. tutor, ff. de appell.* & notat Bart. *in l. ſi impuberi, ff. de tut. & curat. dat. ab his, l. fin. §. ſin autem, & ibid. gloſ. verb. hereditatem, C. de bon. quæ lib. & Auth. ut lic. mat. & au. in prin.*

Sed contra hanc limitationem Doctores communiter tenent in pupillo filiofamilias, in ſecunda ætate conſtituto, hoc eſt, pubertatem ingreſſo, quem ſolum dicunt, patre recuſante illi conſentire, poſſe hæreditatem adire, vel bonorum poſſeſſionem agnoſcere; idq; *ex l. fin. §. ſin autem in 2. ætate, verſ. ſin autem patre recuſante, C. de bon. qu. lib.* qui textus hoc apertè probat, dicens, patre recuſante adminiſtrare filium poſſe adire competentem judicem, & ab eo petere curatorem hæreditati dari, per quem gubernatio rerum ad eum delatarum procedat. Ex quibus facilè intelligimus, filium ſolùm poſſe adire ſine tutore, ut bene explicat Philip. Dec. *in d. l. bonorum, n. 2.* Et iterum ex verbis ſequentib. *in utroq; caſu in integrum reſtitutionis auxilio minimè denegando*, quaſi velit dicere textus valere aditionem per ſolum pupillum factam, ne violetur regula noſtra: Et hîc agi de modico pupilli præjudicio, cui læſo Imperator ſpecialiter pollicetur auxilium reſtitutionis in integrum; & ita quoque ſalvatur regula, quod aliquando ad unum actum tutor dari poſſit, ut latiùs infrâ dicemus, pariter & de ſecunda ætate, cujus ſuprà meminimus.

Idem juris eſt, quando filius agit in judicio ſuper re, quæ non pertinet ad patrem,

patrem, ut in actione perſonali, vel criminali; ſive ipſe agat, ſive convenia-
tur, quo caſu non ſufficit † patris authoritas, ſed datur curator. Ita tenet An- 61
gel. *Inſtit. de tutel. in prin. n. 2. verſ. ex his infertur, cum verſ. ſeq. per l. 1. C. de bon. mater. l. fin. §. ubi autem in unum, C. de bon. quæ lib.* Bart. *in l. fin. §. 1. ff. de verbor. obligat.*

Et pari modo in cauſis beneficialib. vel dependentibus, poſt annum ætatis 62
14. datur † minori curator. Vel quando agitur † de caſtrenſibus, vel quaſi: 63
ut latè tradit Sebaſt. Vantius Reverendiſ. Ariminenſis, de *nullit. proceſſ. titu.* 11. *nu.* 40. 41. 42. Aufrerius *ad deciſ. Tholoſan.* 175. *Deciſ. Umbriæ* 13. *n.* 5. 6. 7. 10. Aſcanius *in tractatu de patria poteſt. effect.* 4. & ex noſtris Fredericus Schenck, ex liberis Baronibus à Tautenberck, *in triade forenſi, parte* 2. *cap.* 2. Quibus in locis
dicunt, confeſſionem † à minore in cauſis criminalibus, ſine conſenſu & au- 64
thoritate curatoris emiſſam, eſſe nullius momenti, ac proinde minori non præjudicare, ſecundum Cynum & alios *in l. clarum, C. de auth. præſtand.* ſaltem adverſus eam aliter non probato, facilè debet reſtitui, Alex. *in l. nam & poſtea, §. ſi minor, & ibi Jaſ. de jurejuran.* Afflict. *deciſ. Neapol.* 208. idem *Conſtitut. Neapol. libr.* 2. *rubric.* 38. *nu.* 10. Thom. Grammatic. *conſ.* 16. & ex recentioribus Johan. Maurit. Dolanus *in tract. de reſtitut. in integr. cap.* 150. Iulius Clarus *in practic. crimin. §.* 1. *quæſt.* 50. *in princ.* Quod quoque axioma, quo ad beneficium reſtitutionis, credo verum eſſe. Sed quod attinet ad dationem curatoris, nunquam vidi obſervari, niſi ex Conſtitutione quadam Regia, temporibus Ducis Albani edita, ut etiam atteſtatur Julius Clarus *in dicta ſua practic. d. §. final. quæſt.* 55. *verſ. ulterius*, Rebuffus *in proœmio Conſtitut. gloſſ.* 5. *numer.* 72. Johannes Imbertus, vir doctiſſimus, *in ſuo Enchiridio, verbo, authoritas curatoris.*

Nec denique procedit regula in filio † adoptivo, in caſibus, in quibus is in 65
ejus poteſtatem non tranſit, quos annotavit Aſcanius *in d. tract. de patria poteſtat. c.* 5. & ante eum alii in *§. ſed hodie, Inſtitu. de adopt. & in l. penult. C. eod.* annotorunt.

CAP. IV.

Verba: *ad tuendum eum*, in definitione poſita explanantur, & exemplis illuſtratur regula; *Tutorem principaliter dari perſonæ, & ſecundariò reb.* Et: An tutor à Judice vel teſtamento datus, cenſeatur datus, omnibus bonis, ubicunq; ſitis. Item, an Judex laicus clerico tutorem dare poſſit.

SUMMARIA.

1 *Tutores quaſi tuitores, ſive defenſores.*
2 *Tutela eſt res minus tuta, incerta, fallax, fragilis & periculoſa Papiniano.*
3 *Perfidia Aphobi tutoris Demoſthenis.*

4 *Sempronius*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

4 *Sempronius Rutilius improbus tutor.*
5 *Exempla aliquot perfidorum tutorum.*
6 *Contra tutores affectantes tutelas vehemens oritur præſumptio, velle graſſari in bonis pupilli.*
7 *Tutores tollitores dici Alberico.*
8 *Ratio, cur curatores non dantur invitis.*
9 *Tutores fraudantes vel ſpoliantes pupillos, extra ordinem puniuntur.*
10 *Rufinus Britannus, & Stilico Vandalus, tutores Honorii & Arcadii filiorum Theodoſii Imperatoris fiunt hoſtes & perfidioſi proditores.*
11 *Tutor veneficus à Galba Imperatore cruci affixus.*
12 *Lycurgi Lacedæmoniorum Principis integritas.*
13 *Tutelaris materia legiſlatoribus curæ & cordi fuit.*
14 *Inſpiciendum non tam quod factum, quam quod fieri debeat.*
15 *Tutor datur moribus pupilli.*
16 *Tutor mercedes præceptoribus pro facultatibus patrimonii & dignitate natalium conſtituere debet.*
17 *Areta Ariſtippi filia, poſt patrem ſcholas cum laude rexit, & diſciplinas docuit.*
18 *Regula;* Tutorem dari principaliter perſonæ, & ſecundariò ſive per conſequentias reb. ſive patrimonio pupilli,
19 *Tutores ſeparatim non dantur, ut unus perſonæ, alter rebus detur.*
20 *Tutoris authoritas major curatoris.*
21 *Communis opinio.*
22 *Tutor datur pupillo ab eo Judice, cujus juriſdictioni perſona ejus eſt ſubdita, licet etiam bona alibi ſita ſint.*
23 *Tutor ſimpliciter datus; an & quando conſeatur datus omnibus bonis, declaratur* 24.
25 *Judex laicus non poteſt clerico dare tutorem, ſed à Judice eccleſiaſtico dandus eſt, & an hoc ſit perpetuum* 31.
26 *Authoritas Joannis Fabri ſacroſancta apud Gallos.*
27 *Tutor clericus datus à Judice ſeculari, an habeat poteſtatem in perſonam pupilli clerici, & in bonis eccleſiaſticis.*
28 *Authoris opinio.*
29 *Laicus an poſſit eſſe tutor clerici.*
30 *Laicus an poſſit eſſe procurator clerici & ſyndicus eccleſiæ.*
32 *Judæus non poteſt eſſe tutor Chriſtiani pupilli, ſed ſuorum filiorum ſic, n.* 40.
33 *Chriſtiani cum Judæis non poſſunt cohabitare, nec ſimul in balneo ſtare, aut ab eis medicinam recipere.*
34 *Secta Judæorum peior ſecta Saracenorum.*
35 *Iudæus prohibetur habere Chriſtinianum mancipium, vel nutrices, vel famulos Chriſtianos in domo.*
36 *Judæi non poſſunt ingredi ſcholas Chriſtianorum, etiam cum diſpenſatione Epiſcopi vel Principis.*
37 *Debitor non poteſt eſſe tutor ſui pupilli.*

38 *Anima*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

38 *Anima cunctis rebus præferenda.*
39 *Sententia authoris de Judæis, quod poſſint eſſe tutores Chriſtianorum.*
40 *Judæi crucis Chriſti inimici.*
41 *Reprobatur opinio Ioannis Croti.*
42 Poſteritatis *verbum explicatur.*
43 *Theophilus antiquus Græcus paraphraſtes.*
44 *Intellectus verſ. iam autem. l. ſpadonem, § neque librarios, ff. de excuſat tut.*
45 *Modeſtinus I Ctus quo tempore vixerit.*
46 *Modeſtinus Iulij Maximini Alexandri Imperatoris filij inſtitutor.*
47 *Plures Pontifices miſerrimè occiſi.*
48 *Diſſenſio auctoris ab Alciato.*
49 *Paulus Juriſconſultus vertex legum quo tempore floruit.*
50 *In dubio juris correctio non eſt inducenda, & quando hoc procedat.*
51 *Communis opinio.*

IN eadem definitione aſſcribuntur verba ; *Ad tuendum eum* : Quæ hoc ſignificant, quod tutores eos tueri & defendere debeant; quod & nomen indicat, *l. i. ff. de minoribus, l. i. ff. de Tutelis, Pract. Ferrarienſ. in forma libelli quo agitur ad reddendam rationem tutelæ, verſ. ſuos tutores, in princ.* Appellantur enim *tutores* † qua- 1
ſi tuitores atque defenſores. Quare mirum videri poſſet, cur Papinianus noſter *in lu. fideicommiſſi, § nonnunquam, in fine. ff. de vſuris,* potuit legitimè dicere, Tu-
telam † eſſe rem minus tutam, incertam, fallacem, fragilem, & periculoſam, 2
cum in ea lege dicit, mulierem quandam prætuliſſe lubrico tutelæ remedium fideicommiſſi, ne filiæ tutoribus, ſed potius neceſſitudini res committerentur : Sed mirum videri nulli debet, cum certum ſit, plerumque tutores non ſatis reſpondere ſuo nomini, id quod ; nempe habere quem tutores aliquando improbos ; Demoſthenes ſuo magno malo expertus eſt ; Qui cum ſeptennis
Aphobo † tutori eſſet relictus in opulento patrimonio, puta quindecim ta- 3
lentum , hoc eſt novem millium aureorum noſtrorum ; ita eſt ab improbo tutore ſpoliatus, ut vix ei ſuperfuerit unde ſuis præceptoribus mercedem perſolueret. Et ob id coactus fuit ad ulciſcendam ſuorum tutorum perfidiam, ab hac fauorabili cauſa eloquentiæ ſuæ tyrocinium auſpicari. Notum eſt quoque vetus exemplum & periculum infœlicis pupilli Æbutii, qui tutorem
improbum habebat ſuum vitricum † Sempronium Rutilium, de quo apud 4
Livium in hiſtoria Bacchanalium. Cui exemplo conuenit cujuſdam † helluo- 5
nis ; Qui cum tutor pupillis datus eſſet, eorumque patrimonium decoxiſſet, & iuberetur rationem reddere, proferreque libellos , qui acceptum continerent, & expenſum, ridens : oſtendit primùm gulam ſuam, deinde podicem : indicans, illic recepta eſſe omnia hic expoſita. Certè meminiſſe poterant Decemuiri, quod de Euripidis fabula narrant , Is ſcripſerat, Creſphontem quendam perfidum tutorem pupillis ſuis Meſſenem fraude ſurripuiſſe , hancque ejus vocem fuiſſe : Pecuniam ſummum eſſe bonum , quod & virtuti, &

pieta-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

pietati ſit anteferendum. Hanc vocem cum populus Athenis in theatro audijſſet, dicitur ita commotus fuiſſe, ut & Actorem & Poëtam ſcena deturbare voluerit. Sed Euripides oravit, ut finis fabulæ audiretur, & exitus tam nefarii tutoris. Id Athenis accedit, vix annis viginti ante Decemuiros. Deinde ſi magis Romana quæris exempla, producam illum C. Malleolum queſtorem, cujus tutor Verres, quod argenti placuit, invaſit: quæ mancipia voluit, abduxit: de ceteris rebus, quantum libuit, abſtulit: nec rationem interim dans, nec pecuniam reddens: ut optimè ſcribit Cicero *Act.* 3. *in Verrem.* Quibus etiam affine eſt quod ſcribit Albericus *in l.* 1. *ff. de Tutelis*, olim ſe excuſare tutores ſolere, & hodie bene multos, ut bona pupilli furentur, & ſibi uſurpent, petere tutelas pupillorum, & affectare, & ut
6 eas habeant litigare, contra quos † vehemes oritur præſumptio, illos velle graſſari in bonis pupilli, & ideo judices hoc animaduertentes, debent eſſe cauti, & providi, ne ejuſmodi perſonis adminiſtratio committatur. Cum non ſit verſimile, quod velint tueri pupillos, ſed tollere eorum bona. Un-
7 de tutores (inquit Albericus dicto loco) hodie † non dici tuitores, ſed tollitores, ab effectu, quia tollunt & furantur bona pupillorum. Quam etymologiam à ſe reijciant, qui Chriſtianam cum effectu (uti omnes decet) profitentur religionem. Et quia Curatores idem facere ſolent, ideo juſtè hodie
8 introductum eſt, ut adulti † recuſare poſſint curatores, qui illis invitis non dantur, *l. nec non, ff. de tut. & curat. datis ab his, §. item inuiti, Inſtitut. de curat.* Quam quidem ob cauſam adverſus huiuſmodi tutores, qui pupillos ſuos †
9 fraudant atque ſpoliant, conſtitutum eſt ut ſi peccaverint, & non ſint ſolvendo, extra ordinem puniantur, etiamſi tantum peccarint in ceſſatione, veluti propter omiſſam comparationem fundorum, *l. ob fœnus, ff. de adminiſtrat. tut.* Et hujuſmodi ſpoliationes, & mala, imo furta, non ſolum patiuntur, ſupina magiſtratuum negligentia, mediocris fortunæ homines, ſed aliquando etiam Principes viri. Et inter cæteros id contigit filiis & hæredibus Theodoſii magni Imperatoris, vix dum puberibus, videlicet Honorio,
10 & Arcadio: nam qui iis à patre erant dati tutores, Rufinus † Britannus, & Stilico Vandalus, perfidioſi proditores, atque adeo prædones fuerunt, ille citius, hic poſterius: Vix mortuus erat Theodoſius: & ecce Rufinus in Oriente ex Arcadii tutore fit hoſtis, & ipſos etiam hoſtes Gothos adverſus Arcadium excitat, cumque iis conſpirat. Sed perfidioſus proditor in conſpectu Arcadii à militibus diſcerpitur & dilaniatur, teſtes ſunt Claudianus in ſuo eleganti carmine, & Carolus Signonius *in principio libro* 1. *de Occidentali Imperio.* Et Carolus Molineus *de Monarchia Francorum optime, nu.* 14. *&* 15. Le-
11 gimus quoque apud Suetonium in Galbæ vita, *ca.* 9. Galbam Imperatorem, † tutorem (quod pupillum, cui ſubſtitutus hæres erat, veneno necaſſet) juſſiſſe, ut cruci affigeretur. Nec abſimile eſt quod legitur apud Iuſtinum Hiſtoricum *lib.* 34. de Antiocho Rege, qui deceſſerit, relicto paruulo admodum filio: cui cùm tutores dati à populo eſſent, patruus ejus Demetrius, qui obſes

ſes Romæ erat, cognita morte Antiochi fratris, ſenatum adiit, obſidemque
ſe vivo fratre veniſſe; quo mortuo, cujus obſes ſit, ſe ignorare, dimitti igi-
tur ſe ad regnum petendum, æquum eſſe, quod ſicuti jure gentium, majori
fratri ceſſerit, ita nunc ſibi, qui pupillum ætate antecedat, deberi: cum ſe
non dimitti animaduerteret, à ſenatu, tacito judicio tutius apud pupillum,
quam apud cum regnum futurum arbitrante, ſpecie venandi ab urbe profec-
tus, Hoſtiæ tacitus cum fugæ comitibus navem conſcendit; delatus in Sy-
riam, ſecundo favore omnium excipitur, regnumque ei, occiſo pupillo, à
tutoribus traditur, ſed quomodo hoc ei ceſſerit, tradit idem Iuſtinus *libr.* 36.
& ibidem traditur de Triphone, qui ſe tutorem Antiocho Demetrii privigno
à populo dari laboraverat, quò modo occiſo pupillo, regnum Syriæ inva-
ſerit. Laudandus eſt ſummopere Lycurgus † Lacedæmoniorum Princeps, 12
qui patre ſuo, Spartiatorum Rege moruto, nec non & ejus fratre, natu
majore mortuis, cum regnare potuiſſet, certior factus quod fratris deſuncti
uxor prægnans eſſet, ut legitimus & pius tutor è veſtigio declaravit regnum
pueri eſſe debere, ſi mas foret. Sed cum mulrer verba feciſſet de perdendo
puero, quo illi nubere poſſet, & Spartiatis imperaret, ejus opinionem de-
teſtatus eſt. De quo Plutarchus & Valerius Maximus *capit de ingratis.* Et quo-
tidie ea quæ diximus vera eſſe, magis ac magis experiuntur illi, qui ſub tu-
toribus vivunt. Quæ cauſa eſt, quod ſemper legiſlatoribus tutelaris † materia 13
tantopere curæ & cordi fuerit. Quin nec Decemviri in ſuis legibus 12. &
Imperatores tantum, ſed etiam Iuriſconſulti multum in ea ſudarunt, ut
hanc tutorum improbitatem & perfidiam retunderent & reprimerent, atque
omnem occaſionem, opportunitatem & anſam mali amputarent, ut ex in-
fra dicendis clariſſimè patebit. Sed quia Proculus noſter rectè dixit *in l. ſed licet.*
ff. de offic. præſid. non tam † ſpectandum eſſe, quid Romæ factum ſit vel fiat, 14
quam quid fieri debeat. Et auctore Paulo *in l. jus pluribus, ff. de iuſt. & jure,*
Prætor quoque jus reddere dicitur, etiam cum iniquè decernit, relatione
ſcilicet facta, non ad id, quod Prætor ita fecit, ſed ad illud, quod Præto-
rem facere convenit: non malè dici poterit tutor à tuendo, ſive defendo pu-
pilli perſonam principaliter, & ſecundario res ejus, ſive patrimonium. Si-
quidem lex vetus ſive Decemviralis jubebat tutorem ſuper pecunia & tutela
dari, teſte Cornificio *lib.* 1. *ad Herennium*, Ulpanio *tit.* 11. & Paulo *in l. ſæpe, ff.*
de verb. ſignific.

Rurſus idem Paulus *in l. cum plures. §. cum tutor. ff. de adminiſtrat. tut.* dicit, Tuto-
rem non † rebus duntaxat, ſed & moribus pupilli præpoſitum eſſe, & merce- 15
des † præceptoribus, non quas minimas poterit, ſed pro facultatibus patrimo- 16
nii, & dignitate natalium conſtituere debere. Id quod Iulianus latius etiam ad
fœminas pupillas extendit *in l. qui filium. ff. ubi pupillus educari debeat*: nam & hæ
non minus atque maſculi olim liberalibus artibus inſtituebantur, auctore Sue-
tonio, de claris Grammàticis, ubi refert Attici filiam M. Agrippæ uxorem
his inſtitutam fuiſſe à Q. Cæcilio Epirota grammatico Attici Liberto.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Cui conſimile eſt quod de Aræta † Ariſtippi filia narrat Alexand. *Genial. 6. c. 5.* Nempe eam tanto ingenio valuiſſe, ut poſt patrem ſcholas cum laude rexerit, & diſciplinas docuerit, quæ filium habuit Ariſtippum, qui quod á matre Philoſophiam hauſiſſet, Metrodidactus cognominatus fuit.

Necadmodum huic abludit quod Modeſtinus ſcribit *in l. pater. ff. de teſt. tut.* patri quidem permiſſum eſſe filio, vel inſtituto, vel exheredato Tutorem dare; matri vero non concedi, niſi inſtituto, quaſi inquit in rem potius, quam in perſonam Tutorem dare videatur: quod ipſum etiam confirmat Ulpianus *in l. 1. ff. de legit. tut.* cum dicit: Legitimam tutelam deferri his, qui ad legitimam hereditatem admitti poſſent: & hoc ſumma providentia; ut qui ſperarent hanc ſucceſſionem, ijdem tuerentur bona, ne delapidarentur.

18 Ex quibus Doctores conſtituunt † axioma; *Tutorem dari principaliter perſonæ, & ſecundario, in conſequentiam ſine per conſequentias, rebus ſiue patrimonio pupilli*: Prima ſiquidem ratio dationis tutoris ea eſt, ut perſonæ pupilli eſſet prouiſum, & quia bona, ſive ejus res, perſonam, veluti digniorem, ſequantur, per conſequentias fit, ut etiam rebus cenſeatur datus, ſi non æquè, ſaltem minus principaliter. Ita tenet gloſſa *in §. 1. verbo data, Inſtit. de tutel. & in §. ad certum, verbo perſonæ, Inſtit. qui teſtam. tut.* Marianus Socin. *conſ. 97. nu 6. idem 148. nu 2. lib. 1. idem 85. nu. 25. lib. 3. Alex. conſ. 44. n. 17. lib. 5.*

19 Quæ quidem intelligenda ſunt, Tutorem non poſſe † ſeparatim ſine pecunia dari, videlicet ut unus Tutor perſonæ, & alter rebus; quia hoc fieri non poteſt ſeparatim, ſed uterque erit Tutor ſuper pecunia, id eſt, ſuper patrimonio pupilli & ſuper tutela perſonæ, id eſt tuitione, *l. ut vim. ff. de iuſtit. & iur.* nec debet intelligi, ut quidam intelligebant, quod non detur tutor, niſi pupillus habeat pecuniam; cum perſonæ detur, ut dictum fuit.

Contra quam tamen Regulam diſputat Iohannes Crotus *in Rub. de operis novi nuntiat. num. 7. verſ. tenendo.* Sed quia argumenta ejus valde leuia ſunt, non fuit viſum ea referre. Hoc loco attingam tantum præcipua,

20 Ex qua Regula infertur primo; tutoris auctoritatem majorem † eſſe auctoritate curatoris, cum is principaliter rebus detur, non perſonæ, *vulgata l. in copulandis, C. de nupt.* & ita tenet in terminis Decius, *in l. infantis lect. 2. num. 10. 11 C. Qui admitti ad bonorum poſſeſſ.* Bart. *in l. 3. in fine, de bonorum poſſeſſ. infanti delata* per
21 *l. cum in una, §. tutor ff. de appellat.* Quo loco † dicit eam eſſe communem.

22 Pari ratione inferunt; Tutorem † dari debere pupillo ab eo judice, cujus juriſdictioni perſona ejus eſt ſubdita, licet ejus bona alibi ſita ſint: ita Alex. *conſi. 44. num. 17. lib. 5. per l. 1. in fin. ff. de tut. & curat. datis ab his, l. propter litem, §. licet, ff. de excuſat. tut.* & plene notatur per Doctores *in l. 1. C. ubi tutor, in l. ſi curatores, per illum textum. C. de excuſat. tut.* Albericus *in rubrica, C. de in litem dando tut.*

23 Cui conſequens eſt, Tutorem † ſimpliciter datum á Iudice, cenſeri datum omnibus bonis ubicunque ſitis *§. datus, Inſtitut. de excuſat. tut.* Alexand., *conſil. 128. num 3. 4. libr. 1. per dictam l. propter litem, §. licet. ff. de excuſat. tut. l. magis puto,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

§. *illud. ff. de rebus eorum.* Licet contrarium velit gloſſa, *in* l. *non ſolum,* §. *qui teſtamento, ff. de excuſat. tut.* quam ibi reprobant Dynus Muxellanus, præceptor Cyni, Iacobus Aretius, Cancellarius olim Franciæ, & Cynus *in l. in locum, Cod. qui petant tutores,* ſequitur Andræas Tiraquellus *de jure primogenituræ, quæſt.* 46. *num.* 20 26. ubi plures allegat idem tenentes, & ita reſpondit Caſtrenſis, *conſil* 413. *numer.* 1. *verſi.* 1. *in fine, & verſic.* 3. *in fine,* optime Ioannes Faber, ſubtiliſſimus, & conſummatiſſimus juris Doctor, *de Attil. tut. num.* 3. Quod non tantum in dativo procedit ſed etiam in teſtamentario tutore locum habet. Et ita ex facto Marianus Socinus *conſil.* 148. *num.* 2. *libro primo,* reſpondit per dicta jura, quæ dicit eſſe regularia.

Cæterum id non eſt perpetuum. Si enim tutor ſimpliciter datur à ſuo Iudice, cenſetur datus omnibus bonis, niſi de alio tutore, vel per † teſtatorem, le- 24
gem vel ſtatutum ſit proviſum, quo caſu ea datio non ſe extendit ad ea bona, *per l. pupilla. ff. de tut. & curat. dat. l. ſi tamen, cum ibi notatis, ff. de teſtamenta tut.* Et ita tenet Marianus Socinus *d. conſ.* 48. *nu.* 1. 2. Andr. Tiraq. *d. quæſt* 46. *num.* 28

Similiter de alio tutore providebit alius Iudex, ſi quæ bona ſita ſint extra provinciam dantis, & quoad ea datus ſe excuſet, teſte eodem Fabro.

Iiſdem de cauſis exſtimant non incelebres Doctores, Iudicem † laicum 25
non poſſe dare Tutorem clerico. ſed illum ab Eccleſiaſtico Iudice omnino dari debere: ita Marianus Socinus *in l. ſi quis clericus, num.* 23. *in fin. de foro compet.* Franciſcus Ripa cordatus Doctor, *in cap.* 2. *num.* 10. *de iudiciis*: & Ruinus *conſil.* 89. *num.* 1. *libri* 5. Quia in quiunt, perſona clerici, cui principaliter datur, non eſt laico judici ſubdita, & in ejus datione tangitur ſubjectio clericalis. Allegant quoque Bart. *in l.* 1. *ff. de tut. & curat. dat. ab his,* & Ioannem Andreæ *in c. fin. de judic. in* 6. & Ioan. Fabr. conſuetudinum Gallicarum ſcientiſſimum, cujus auctoritas † apud eos ſacroſancta fuit, *Inſtit. de Attil. tut num.* 4. *in fin.* 26

Imo etiamſi eſſet tutor † clericus datus à Judice ſeculari, is non haberet pote- 27
ſtatem in perſonam pupilli clerici, nec etiam in bonis eccleſiaſticis, ut dicunt Achoranus & Peruſinus *in d. cap. fin. de judic. in* 6. Quia non qualitas tutoris dati, ſed judicis vel ſuperioris dantis inſpicitur, Decius *conſ.* 150. *nu.* 9

Sed contrarium ex diametro tenet Carolus Molineus, ad Decium *conſ.* 150 Quo loco *nu.* 8. dicit prædicta eſſe fatua, Cùm etiam ſacerdos poſſit dari Tutor clerico, à Judice ſeculari, ad quem ſpectat etiam, generalem Curatorem, vel Tutorem, clericis dare: allegat Stephanum Aufrerium, *in repet Clement.* 1. *regul.* 2, *fall.* 28. *& reg* 4 *fall.* 25. *de offic. ordinarij*: qui dicit ita obſervari in Gallia, & pro ea obſervantia facere *l. conſulta, C. de teſtamentis.* & notata Baldi *in l. repetita. C. de Epiſcop. & cleric.* Ac prætera, quod datio Tutoris, nedum perſonam reſpicit, ſed etiam patrimonium pupilli. de quo Iudex temporalis maximè de immobilibus ſolus ſe intromittere poteſt, excluſo omnino Judice eccleſiaſtico. Fatetur tamen Gulielmus Benedictinus, vir Senatorius, & eruditiſſimus, *in repet. cap. Raynuntius, verbo: & uxorem, Deciſ.* 2. *num.* 128. *de teſtament.* tales à laico Iudice clerico datos, non habere poteſtatem in beneficialibus & ec-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

cleſiaſticis negotiis: ut dicit omnes tenere *in d. c. fi. de judic. in 6.* cujus opinio
28 etiam nos ſervatur. Puto tamen † priorem de jure veriorem, quod eccleſiaſticus dare debeat, quando principaliter datur perſonæ: Cæterùm ſi datus tutor ſe excuſat de parte bonorum ſitorum extra provinciam tutoris dati, quia tunc rebus datur, poſſe eo caſu tutorem dari per laicum judicem.

29 Haud abſimili ratione ſunt, qui inferunt: † Laicum non poſſe eſſe tutorem clerici: quia laicus non poteſt habere poteſtatem in perſonam clerici, cui principaliter datur, & clericus dicitur res ſpiritualis, quæ laico ſubijci non poteſt: ut notant Abbas, & alii *in ca. at ſi clerici, col. 8. in prin. de Iudiciis*, Decius *conſ.* 150. *num.* 8. & Franciſcus Ripa *d. c.* 2. *num.* 10. Sed ſunt alii, qui contra tenent, ex eo, quod clericus poteſt eſſe tutor laici, *cap. pervenit*, 86. *diſtin.* ergo idem è contra. Et quia clericatus retorqueretur in odium, contra *l. quod favore C. de ll.* ita tenet apertè Bald. *conſ.* 143. *in quæſtione illa, libr.* 1. Ripa *d. cap.* 2. *num.* 10. dicens, quod eodem modo laicus poſſit eſſe procurator clerici, & ſyndicus eccleſiæ, *cap.* 1. *de procur. c.* 1. *de ſyndic.* Item & hoſpitalarius, ſive rector hoſpitalis, fundati auctoritate Epiſcopi, ut tradit idem Ripa, *d. c.* 2. *num.* 66. Quin etiam Dominicus *in d. c. fin. §. fin. de judiciis in* 6. dicit laicum
30 † tutorem datum clerico à lege, vel à patre in teſtamento, debere confirmari. Quare ſi laicus poteſt eſſe tutor legitimus, vel teſtamentarius, eodem modo poterit eſſe dativus, cum nulla ſubſit ratio diverſitatis, ut dicit Ripa *dicto loco.*

Quam poſteriorem opinionem ego veram puto, quando datus fuit tutor ab
31 eccleſiaſtico † Judice, ad quem principaliter ejus datio ſpectat, nam talis etiam poterit conſtituere laicum tutorem, qui habebit poteſtatem & auctoritatem ab Eccleſiaſtico, ſicut in ſimili gloſſa & communiter Doctores tenent *in cap.* 2. *de judiciis.* Quod Epiſcopus cauſſas civiles laico delegare, & committere poſſit: & idem gloſſa *in c. bene quidem* 96. *diſt. in verb. præter*, Archidiaconus *in c. clericum cujuſlibet*, 11. *q.* Fredricus Senenſis excellentiſſimus & magnæ ſcientiæ Doctor *conſi.* 125.

32 Inferunt denique alii ex hoc Axiomate; Quod Iudæus † non poteſt eſſe tutor Chriſtiani pupilli: Quia Chriſtiani prohibentur cum his converſari, ne animi ſimplicium ipſorum improborum perfidia deducantur in eorum fidem,
33 *cap. Judæi, cum cap. ſequen.* 38. *quæſtio* 1. Nec † ad invicem cohabitare, ſeu communicare: nec in balneo ſimul ſtare, nec aliquem Iudæorum in infirmitatibus ſuis vocare, aut medicinam ab eis percipere, *cap. nullus* 28. *quæſt.* 1, *c. Judæi,*
34 2. *de Judæis.* Quin & eorum ſecta ‡ eſt longè peior ſecta Saracenorum, quia cum in die Paraſceves, eccleſia orat pro omnibus, tamen pro Iudæis non flectit genua. Et tradit Oldradus *conſ.* 51. *incipiente, Judæus tranſeat.* Idem *conſil.* 87. *incipiente, quæritur an Princpes, & conſi.* 263. *incipiente, illa videtur.* Et Decius *in cap. Canonum, num.* 17. & ibidem Gigas *in addit. de conſtitut.* Et hanc opinionem tenet Bart. *in Rubrica de juſtit. & jure,* quem ſequitur Ioan. de Anania Bononienſis *in Rubr. de Judæis, & cap. final. eod. tit.* Et Angel. *in §. preterea, Inſtit. de except.* Zaſius *d. Rubrica num.* 6.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Ex quo profectum videtur ; Quod † Iudæis prohibitum eſt habere Chriſtia- 35
num mancipium, vel etiam habere nutrices, vel famulos Chriſtianos in domo, vel etiam intrare ‡ ſcholas. Quod uſque adeo procedit, ut nec Epiſcopus, vel 36
ſecularis Princeps in contrarium diſpenſare , vel ſtatuere poſſit : ut latè tradit Decius *in cap. conſuluit* 3. *de appell.* Iacob. Menoch. utriuſque juris prudentiſſimus, *de mancip.* 9. *remed. recup. q.* 40.

Et illationem hanc mirum in modum confirmat *Auth. minoris debitor* , *Cod. qui tutores dari poſſunt.* Qua conſtitutum eſt ; Quod debitor ‡ non poſſit eſſe tutor 37
ejus, ne in ejus manibus bona periclitentur : Quare multò magis repelli debet Iudæus , ne periclitetur pupilli anima , quæ cunctis † rebus eſt præferenda , 38
l. ſancimus , *C. de ſacroſanct. eccleſ. c. præcipimus* 21. *q.* 1.

Alii tamen ſunt, qui contrarium ſentiunt, & moventur : quod tutela ſit quid oneroſum , non vero honorificum ; ex eo inferentes, quod ſi Iudæus ob ſuam perfidiam ad tutelam non admitteretur , ex ea ſua malitia conſequeretur commodum & immunitatem , contra ea quæ nos latè adduximus, in verbo : *vis, ac poteſtas* , & in terminis tenet Ioannes Crotus, *ad dict. Rubr. de oper. nou. nuntiat. nu.* 9. qui eodem loco, ut ſupra diximus, diſputativè tenet ; Tutorem non dari principaliter perſonæ, ſed rebus, & in conſequentiam tantùm perſonæ ; & movetur *ex l. cum plures* , *§. cum tutor* , *ff. de adminiſt. tut. & l.* 2. *§. tractari* , *ff. ad Treb. l. cum in una* , *§. tutor* , *ff. de appel. & l. ult. §. pupillus, ff. de verb. oblig.* cui tu adde meliorem textum *in l.* 1. *ff. de legit. tut. & l. quo tutela* , *ff. de reg. jur.* Hoc amplius adducunt textum expreſſum *in leg. ſpadonem*, *§. neque librarios, verſi. jam autem, ff. de excuſat. tut.* In quo Modeſtinus ; dicit etiam Iudæos, non Iudæorum tutores eſſe, quemadmodum cætera munera ſubeunt , nam eos conſtitutiones ſolutos eſſe volunt illis ſolis rebus , per quas ſuperſtitio eorum pollui videatur. Cujus Modeſtini dictum confirmat Ulpianus *libr.* 3. *de offic. conſulis* , *in l.* 3. *§. eis* , *ff. de decurionibus.* Ubi ſic ſcribit : *Eis , qui Judaicam ſuperſtitionem ſequuntur , Divi Severus & Antoninus honores adipiſci permiſerunt. Sed & neceſſitates eis impoſuerunt , qui ſuperſtitionem eorum non læderent.*

Et hujus poſterioris opinionis ſunt Raphaël Fulgoſius , homo alioquin perquàm tenui memoria , ut dicit Andræas Alciatus *in oratione Avenionenſi* , Martinus Laudenſis , & Claudius de Seiſello , aliàs Aquenſis *in dicta Rubrica* , *de juſtit. & jure* , & ibidem latiſſimè Iaſon , Andræas Barbatia , communium opinionum oppugnator , *conſil.* 15. *Clementiſſimi, in primo dubio libr.* 1.

Verum quidquid dicant poſteriores : nos ſequimur priorem opinionem, quæ rationem habet & æquitatem : Quomodo † poſſet eſſe fidelis pupillo , qui 39
Chriſto infidelis eſt , vt dicit textus *in cap. non poſt,* 2. *quæſt.* 7. Quomodo pupillo amici erunt, qui † crucis Chriſti ſunt inimici, *c. licet vniuerſis, de teſtibus.* Et blaſ- 40
phemi nominis Chriſti, *cap.* 1. *c. cum ſit nimis. de Iudæis* fidei noſtræ hoſtes : *cap. in ciuitate, & ibi gloſſa de Iudæis*, imo peiores Sodomitis . *cap. nonne, quæſt.* 1. Quare pernicioſiſſimi eſſet exempli , hos ad Chriſtianorum tutelam admittere , vel etiam admiſſos non reijcere , vt ſcribit Vlpianus *in l. tutor quoque* , *§. ſi tutor inimicus ff. de ſuſpect. tut.*

Nec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Nec ad rem pertinet, quod diximus; non debere quem ex ſua malitia
commodum, ſive immunitatem conſequi; cum hic Iudæus nullam immuni
tatem conſequatur, ſed ob ſuam infamiam puniatur, ne poſſit eſſe tutor Chri-
ſtiani: & licet relevetur ab onere tutelæ, tum non otioſus erit, ſed cogetur
portare rudera, lapides, & cæmenta: ut dicit Ulricus Zaſius, decus admirabi-
le juris, *in l. nulla, in fin. ff. de ll.* Sed hæc quæ diximus de Iudæo, quod non
poſſit eſſe tutor Chriſtiani, non procedit in Iudæo, quo ad tutelàm ſuorum fi-
liorum, cum vivant legibus Romanis, & appellatione Populi Romani veni-
ant: ut optimè tradit Andræas Barbatia *conſil.* 15 *.num.* 1. *&* 2. *lib.* 1. per gloſ-
ſam, invito textu *in c. jus quæſitum, diſtinct.* 1.

41 *A*rgumenta 2. loco adducta per Crotum non magis urgent: ſiquidem † per
eum, & nos, allegata jura, non probant, Tutorem principaliter dari rebus,
ſed hoc tantum dicunt, eos dari, ut bona pupillorum etiam conſervarent: non
tamen negant eos principaliter dari perſonæ. Quinimo Imperator noſter
apertis verbis dicit; incertum tutorem dari non poſſe, & hanc adijcit ratio-
42 nem efficaciſſimam: quod ſcilicet quis debeat certo judicio poſteritati † ſuæ
providere: Quæ verba non ad res ſive bona ſed ad perſonas pupillorum ne-
ceſſariò referri debent. Quemadmodum eo loco verbum; *Poſteritatis*, inter-
34 pretatur gloſſa, pro filiis. Quem ſequitur Theophilus † antiquus Græcus Pa-
raphraſtes, Alex. *conſi.* 160. *num.* 4. *lib.* 2. Rubeus *in l. Gallus.* §. *quidam recte,*
44 *num.* 111. *ff. de lib. & poſthumis*, & noviſſime Andr. Tiraq. *de retract. lig* §.*i. gloſſ.* 9.
num. 239.

Pariter non obſtat, † quod diximus, *ex. l. ſpadonem*, §. *neque librarios, verſ. iam
autem, ff. excuſat. tut.* Quia ad eam legem diverſæ dantur ſolutiones: quia is
textus poteſt intelligi de aliis, quam de Iudæis; quia dicit, quod poterunt eſſe
tutores non Iudæorum. Quæ verba neceſſariò non inferunt, quod poterunt
45 eſſe tutores Chriſtianorum. Cum certum ſit, † tempore Modeſtini (cujus ea
lex eſt) plures fuiſſe ordines hominum, quam Iudæorum, & Chriſtianorum.
Vixit enim tempore Alexandri Imperatoris, Anno Chriſti 221. qui ejus curæ
46 & inſtitutioni filium ſuum Iulium † Maximinum tradidit, quo tempore no-
men Chriſtianorum Romanis vix fuit cognitum, nec admiſſum, & adeo exo-
ſum, ut vix credere poſſim, eos leges condidiſſe in favorem Chriſtianorum,
47 quod ex hiſtoriis patet: Cum inveniamus à D. Petro omnes ſequentes † Pon-
tifices, ſive Romanos Epiſcopos, uſque ad Mercellum: qui creatus eſt Anno
Chriſti 302. ſolo Anaceto excepto miſerrimè ab iis fuiſſe occiſos & crudeliter
trucidatos: & hanc interpretationem ſequitur Iaſon *in rubr. de inſtit. & jure.*

Quam noſtram ſolutionem, ſive potius Iaſonis, haud parum adivuat, quod
Alciatus ſcribit *ad l. quidam ignaviæ, C. de decurionib. lib.* 10. Quo loco verba Ulpi-
niani *in l. generaliter, in* §. *eis, de decurion bus, ibi, Iudaicam ſuperſtitionem*, accipienda
eſſe pro Chriſtiana religione: & dicit hoc probari ex Tacito *lib* 18. Tran-
quillo *in Tyberio* Plinio & Tertulliano, *in Apologetico adverſus gentes*. Quod ſi ve-
rum eſt, ex eo conſequitur, Chriſtianos Iudæos fuiſſe vocatos eo tempore. In
quo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

quo tamen Alciato, † viro alioqui docto ac diſerto, non aſſentior. Cum inveniamus Iuſtinianum Imperatorem eadem appellatione uſum fuiſſe *in l. quoniam multi, C. de hereticis.* Et pontifices, *in cap. auguriis, 26. quæſt. 5.* quod eſt concilii Carthaginenſis, *& in cap Iudæi 28. queſt. 1.* Quibus id locis Iudæi à Chriſtianis & Judaica ſuperſtitio, ac religio Chriſtiana, velut ſeparata ponuntur: ut rectè ante nos obſeruavit doctiſſimus, ac in Pandectarum emendationibus diligentiſſimus Antonius Auguſtinus *libr. ſingularium ad Modeſtinum.* Nec id tantùm ex Iuſtiniano, & dictis capitulis, per Antonium Auguſtinum allegatis, ſed etiam ex Julio Paulo Iuriſconſulto probatur, quem Modeſtinus noſter verticem legum vocat, *in l. ſcire oportet, §. aliud ff. de excuſat. tut.* Et Lampridius, juris prudentiſſimum, qui eodem † tempore ferè ſcripſit, & 49
floruit ſub Septimio Severo, ſub quo una cum Domitio Ulpiniano fuit aſſeſſor Papiniani, Præfecti Prætorio, ut *l. Clodius Clodianus, ff. de acquir. hæredit.* & dicitur obiiſſe ſub Alexandro Severo, vel paulò poſt: Is inquam Paulus *ſent. lib. 5. tit. 22.* ſic loquitur: *Cives Romani, qui ſe Iudaico ritu, vel ſervos ſuos circumcidi patiuntur, bonis ademptis in Inſulam perpetuó relegantur: Medici capite puniuntur,* rurſus idem, *Judæi (inquit) ſi alienæ nationis comparatos ſervos circumciderint, aut deportantur, aut capite puniuntur.* Quin & modeſtinus ipſe *lib. 6. regularum, in l. circumcidere, ff. ad l. Cornel, de ſicariis,* ſcribit: *Judæis tantum permiſſum eſſe filios ſuos circumcidere, ex reſcripto Divi Pii, at in non ejuſdem religionis hominem, qui hoc fecerit, caſtrantis pœnam irrogari.* Quæ leges apertiſſimè demonſtrant, Ulpiniani Modeſtini, Pauli & Papiniani temporibus Judæos ſemper ſeparatos fuiſſe à Chriſtianis, adeoq; Iudaicam ſuperſtitionem aliam fuiſſe atq; Chriſtianam religionem. Si quis tamen ſub verbis Modeſtini: *non Judæorum*; velit comprehendere Chriſtianos, (quod non puto verum) rectius dicere poterit, *d. l. ſpadonem*, quæ Modeſtini eſt, correctam fuiſſe per poſteriores leges Codicis, & Pontificias ſanctiones. Poſtquam enim fides Chriſtiana per orbem terrarum recepta florerè cœpit, non fuerunt Iudæi admiſſi, ad hęc, & ſimilia officia, cum poſteriora jura abhorreant nimiam converſationem, & eorum familiaritatem cum Chriſtianis, ut ſuprà diximus: & patet *in l. fi. & per totum tit. C. de Judæis, & tit ne Chriſtian. mancip.*

Sed hîc evellendus eſt ſcrupulus, qui nonnullos mirum modum ſtimulat & pungit. Is verò eſt ejuſmodi; In † dubio non eſſe inducendam juris cor- 50
rectionem, *l. ſancimus, C. de teſtamen. l. præcipimus. in fin. C. de appell.* niſi in alia lege expreſſè dicatur; quia per tacitos & ſubauditos intellectus non inducitur legum correctio, ſed ea ſemper vitanda eſt, & potius jura concordanda, juxta ea quæ tradit Ripa *in l. ſi. conſtante, nn. 57. 58. ff. ſolut matr.* Zaſ. *conſ. 4. n. 9. 10. lib. 1.* Ideo talis intellectus dicitur vitioſus, ut tradit Alex. *conſ. 227. nu. 10. lib. 6.*

Verùm hic ſcrupulus facilè eximi poterit, ſi dicamus illud vulgare Axioma non procedere: quando ex verbis poſterioris legis, vel ſtatuti, conſtat de mente, quod voluerint derogare prioribus, quo caſu non requitur hujus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

derogationis expreſſè facere mentionem. Ita Salycetus *in l. hac edictali, in 6. q. in fi. C. de ſecun. nup.* Carol. Ruin. Regienſis, vir certè & doctrina, & judicio celebris, *conſ.* 59 *lib.* 3. Nicol. Boër. Præſes olim ornatiſſimus, in celebri ſenatu Burdegalenſi, *Deciſ.* 113. Paulus Pariſ. *conſ.* 191. *lib.* 3. Auguſtinus Be-
15 rous, vir ſummi & pleni ingenii *quæſtione familiarium* 119. quo loco dicit eam † eſſe communem & noviſſimè Rolandus à Valle, diſcipulus Ruini, de lucro dotis *quæſt.* 25. *n.* 3. De qua mente cùm ex poſterioribus legibus clarè appareat, non eſt quod amplius dubitemus.

CAP. V.

Declarantur plena manu verba definitionis: *Qui per ætatem ſe defendere nequit.* Vbi agitur de diverſ. ætat. gradib. Et an infans, qui fari poteſt, nihil agere poſſit, et accedente tut. auctoritate. Item quis dicatur prox. infantiæ. & an is ſit doli capax; & ad judicium ſine tutore vocari, interpellari, eique notificari, denuntiari, offerri; Item, an ſponſalia contrahere, ad beneficia preſentare. & pater in ejus bonis aduentitiis agere, defendere, vel procuratorem conſtituere poſſit, ſine ejus conſenſu. Quis item dicatur pubertati prox. An is Judex eligi, & in collegiata, vel cathedrali eccleſia canonicus eſſe, & ad honores & offic. pub. admitti, & in delict. ſuffragio ætatis excuſari, in teſtem admitti, teſtamentum facere, vel ad id ſtatuto, conſuetud. vel Princip. indulgentia vel juramento habilitari & accuſare poſſit. Item de puberi, virili & ſenili ætate, earumque requiſit. & privileg.

SUMMARIA.

1 *Prætor ſuſcepit tutelam impuberum.*
2 *Impuberes in tutela eſſe naturali juri conueniens eſt.*
3 *Qui ad officium tutelæ ſunt vocandi.*
4 *Tutela pupillaris.*
5 *Tutela muliebris.*
6 *Mulieres olim in perpetua fuiſſe tutela.*
7 *In tutelam ſuam pervenire quid ſit.*
8 *Ætatis appellatione ſimpliciter quid veniat, numer.* 10. 13.
9 *Ætas pupillaris, nu.* 21. 22. 39.

11 *Ætas*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

11 *Ætas ædificiorum.*
12 *Ætas vivorum.*
14 *Diverſi ætatum gradus.*
15 *Tres ætatum gradus ex Gellio & Vlpanio.*
16 Pythagoras Philoſophus *ſummæ authoritatis hominis ætatem quatuor anni temporibus comparabat.*
17 *Quinque gradus ætatum ex Terentio, Varrone.*
18 *Hypocrates* Pythagoræ *deſcipulus, Medicorum Deus, ætatem hominis in ſeptem partes recipit.*
19 *Sex hominum ætates, ex opinione gloſſatoris.*
20 *Authoris opinio.*
23 *Infantia quando incipiat, & quamdiu duret.*
24 *Exiſtens in utero an dicatur infans.*
25 *Veſtes infantiles.*
26 *Infans non poteſt de feudo inveſtiri.*
27 *Infantes apud Vltraiectinos ad inveſtituram non admittuntur, etiam ſeptem annis majores, ſed eorum tutor.*
28 *Johannes Faber, Galliæ conſuetendinum peritiſſimus*
29 *Exploſa quorundam opinio, infantem, qui fari poteſt, nihil agere poſſe, ne quidem tutore authore.*
30 Proximus *infantiæ quis dicatur.*
31 Proximus *pubertati.*
32 *Communis opinio.*
33 *Infantes ſecundi generis.*
34 *Pueri qui dicantur.*
35 *Puerilis ætas.*
36 *Prima ætas.*
37 *Impuberes & admodum impuberes.*
38 *Pupilli.*
40 *Pupillaris ſubſtitutio.*
41 *Pupillares tabulæ.*
42 *Pupillare teſtamentum, & impuberis filii teſtamentum.*
43 *Secundæ tabulæ.*
44 *Hæredis inſtitutio caput teſtamenti.*
45 *Tutores in qua parte teſtamenti ſcribi ſoleant.*
46 *Proximus infantiæ non cenſetur doli capax, & ideo non incidere in pœnam leg. ſi quis in tantam, C. unde vi.*
47 *Proximus infantiæ non committit cauſam exhæredatione dignam.*
48 *Proximus infantiæ non committit furtum.*
49 *Infantiæ proximum in judicio ſine tutore eſſe non poſſe, ſed citandus eſt tutor vel coniuncti.*
50 *Magis communis opinio.*
51 *Proximo infantiæ ſine tutore nihil notificare, denuntiari, offerri, vel interpellari poſſe.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

52 Exploſa eſt opinio Matthæi de Afflict.
53 Proximus infantiæ an poſſit contrahere ſponſalia.
54 Septennio major an poſſit præſentare ad beneficium eccleſiaſticum vacans, ſi eſt patronus ratione juris patronatus laicalis ſine tutore, & an ejus præſentatio debeat præferri præſentationi tutoris.
55 Authoris opinio.
56 Cura animarum ars artium & ſalus animarum.
57 Eccleſiæ Paſtor, Prælatus & parvus Epiſcopus dicitur.
58 Cura patroni in præſentando qualis eſt debeat.
59 Intra quæ tempora patroni præſentare debeant.
60 Bona patroni tacitè eccleſiæ obligata eſſe pro mala adminiſtratione, ut bona tutoris minori
61 Periculum patroni præſentantis indignum.
62 Authoris opinio in præſentando.
63 Ratio tradita, cur proximè infantiæ ſponſalia contrahere & non præſentare queant.
64 Laicus an jus patronatus præſcribere poſſit.
65 An jus patronatus vendi vel donari poſſit cum univerſitate bonorum.
66 Epiſcopus liberatur à patria poteſtate ob ſuam dignitatem, quoad ſuum commodum
67 Pater an in aduentitiis poſſit agere vel defendere, Procuratorem conſtituere ſine filii conſenſu, qui eſt proximus infantiæ.
68 Pubertati proximus quis dicatur.
69 Communis opinio de proximo pubertati.
70 Mellephebus.
71 Infirma ætas.
72 Proximum pubertati in judicem eligi non poſſe, nec ordinarium, nec delegatum, etiam ex certa ſcientia.
73 Impuberes an poſſint eſſe canonici in collegiata vel cathedrali eccleſia.
74 Impuberes an vocandi ſint ad electionem Epiſcopi.
75 Impuberes ab omnibus officiis civilibus remoti ſunt, declara 76.
77 Proximum pubertati, veluti doli capacem, cauſam exheridatione dignam committere, & in delictis non excuſari, declara n. 80.
78 Homerus omnis virtutis parens, & juſtiſſimus omnium rerum explanator.
79 Puer in aleæ luſu ſodalem occidens exilio punitur.
81 Proximus pubertati an torqueri poſſit.
82 Proximus pubertati an teſtis eſſe poſſit.
83 Proximus pubertati an poſſit teſtari de his, quæ in minore ætate vidit.
84 Communis opinio & ejus interpretatio.
85 Proximus pubertati non poteſt teſtamentum facere, ampliatur n. 88.89.91.93.94
86 Hodie à ſententia nulla, etiam ipſo jure ex conſuetudine appellatur.
87 Ingrediens religionem ante legitimam ætatem, profeſſio eſt nulla.
90 Textus in l. ult. C. de milit. teſt. an poſſit defendi à vulgari lectione.
92 Dictio, nullo modo, explicatur.

95 Teneræ

95 *Tenera ætas an poſſit accuſare.*
96 *Pupillus ex conſilio tutoris patris mortem exequi poteſt.*
97 *Pubes ætas.*
98 *Pubertas quomodo olim in maſculis & fœminis æſtimabatur.*
99 *Verba ex habetu corporis quomodo accipienda*, 103.
100 *Apud Romanos nudæ mulieres in ſcenam prodire ſolebant.*
101 *Valerius Maximus quo tempore floruerit.*
102 *Romani à Græcis multa vitia ſuſceperunt.*
104 *Caſſianorum & Proculianorum ſecta.*
105 *Secunda ætas.*
106 *Minor ætas.*
107 *Juſta ætas*, 134.
108 *Definita ætas.*
109 *Nubilis ætat.*
110 *Nubiles anni.*
111 *Quæ ætas ad generandum idonea.*
112 *Adoleſcentia ſive adulta ætas.*
113 *Prætextatorum & proximè prætextatorum ætas.*
114 *Anni prætextati.*
115 *Bulla aurea prætextatorum puerorum inſigne.*
116 *Toga pura quæ dicta.*
117 *Virilis toga quo anno fuerit ſumpta.*
118 *Juventus, juventa, vel juvenilis ætas.*
119 *Poteſtas Pædagogi apud Romanos deſinebat poſt pubertatem.*
120 *Juvenis imbellis.*
121 *Imberbis juvenis.*
122 *Veſticeps.*
123 *Iuveſticeps.*
124 *Juvenis pro impubere in Scævolæ reſponſo.*
125 *Marcellus ICtus declaratur in l. non aliter, ff. de legat.* 3.
126 *Admodum juvenes qui dicantur.*
127 *Pubertatem inchoare anno* 14. *in maſculo, &* 12. *iu fœmina, & an id ſit perpetuum*, 128. 129.
130 *Statutum vel conſuetudo poteſt inhabilem facere habilem & minorem majorem, & quomodo hoc intelligatur.*
131 *Plena pubertas quomodo in maſculo & fœmina circumſcribatur.*
132 *Legitima ætas Longobardorum quæ dicatur.*
133 *Ætas firmata.*
135 *Legitima ætas, & cur ita dicta*, 136.
137 *Ætatis legitimæ appellatione quid veniat.*
138 *Legitima ætas Theophilo.*
139 *Perfecta ætas.*

140 *Imper-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

140 *Imperfecta ætas.*
141 *Robuſta ætas.*
142 *Vir homo perfectæ ætatis.*
143 *Ætas ſtatus.*
144 *Major ætas.*
145 *Iuventa viridis.*
146 *Tertia ætas.*
147 *Naturalis ætas.*
148 *Suæ ætatis homo.*
149 *Senior ætas.*
150 *Extrema ætas.*
151 *Senectus quando incipiat, digladiantur interpretes.*
152 *Neminem ad militiam cogi poſſe poſt quinquageſimum annum.*
153 *A muneribus perſonalibus quem excuſari anno quinquageſimo quinto.*
154 *A tutela & cura quando quis excuſetur.*
155 *Infirma ætas.*
156 *Ægra ætas.*
157 *Statutum de infirmis an habeat locum in ſenibus.*
158 *Epiſcopus ſenex poteſt coadjutorem petere.*
159 *Infirmi an dicantur ſenes.*
160 *Declaratio l. filium, ff. de his, qui ſunt ſui vel alieni juris.*
161 *Ætas defecta.*
162 *Ætas infantis cur infirma dicatur.*

SUBSEQUUNTUR jam alia verba in eadem definitione, *Qui ſi per ætatem defendere nequeat.* Quibus indicare voluit Servius, ſe ſub ea definitione velle
1 comprehendere impuberes; quorum † Prætor naturalem æquitatem ſecutus, ſuſcepit tutelam, authore Vlpiano *in l. 1. ff. de minorib.* Conſtat enim fragile & infirmum eſſe hùjuſmodi ætatum conſilium: & multis captionibus ſuppoſitum, multorumq́ue inſidiis expoſitum. Quò pertinet, quod ſcribit Imperator
2 *Inſtit. de Attil. tut.* nempe impuberes ‡ in tutela eſſe naturali juri conveniens eſt, ſeu æquitati, ut hi, qui perfectæ ætatis non ſint, alterius tutela regantur. Ad quod officium vocandi ſunt non illi, quos amicos menſæ Seneca vocat, ſed
3 fideliores amici, quorum fidem multis rerum † argumentis teſtator cognovit, ut inquit textus *in §. cumq́ꝫ, in procem. Inſtit.* Vel ut Paulus JCtus ait *libr. reſponſor. 9.* amiciſſimi & fideliſſimi, *l. amiciſſimos, ff. de excuſuſ. tut.* Nec lædit Servii definitionem dictum Vlpiani *in ſuis fragment. tit. 11. de tutel.* cùm ait, mulierem etiam
4 † poſt pubertatem eſſe in tutela: cùm conſtet olim fuiſſe ‡ tutelam pupillarem
5 & muliebrem; ut hunc locum interpretemur de pupillari tutela, ne Vlpiano
6 adverſetur: At qui eſt in muliebri tutela, in perpetua tutela eſſe ‡ dicitur, in qua nulla definitur ætas; ſimul atque tamen viripotens eſſe cœperat filiafamilias, tu-
7 tela pupillari liberabatur, & tunc ea quodammodo in ſuam † pervenire tutelã dicebatur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

dicebatur, idque reſpondit Paulus JC. *in l. ſi filiæ famil. ff. de legat.* 3. Qua & ſi-
mili loquendi formula veteres delectari ſolebant, cum dicunt: *Et prius moriatur,*
quàm in ſuam tutelam venerit. Id quod alio loco interpretatur Imperator, antequam
pubes factus ſit, *Inſt. de pupil. ſubſt. in prin.* Cæterum quia ætatis in Servii defi-
nitione fit mentio, paulo latius id verbum explicandum duxi, quia ad totius
tractatus noſtri intellectum confert: Quare videamus, quid ſignificetur appel-
latione ætatis ſimpliciter ſine adjuncto in legibus noſtris poſitæ: Et certè in-
venio ejus † appellatione aliquando pupillarem ætatem ſignificari, ut cùm 8
in pœnalibus judiciis ætati ſucurri dicitur *in l. ferè, de reg. jur.* Quod etiam ad
† publica & criminalia judicia referendum videtur, ſic videlicet, ut impuberi- 9
bus & infantibus ſuccuratur, puberibus verò minimè, *l. de minore, ff. de quæſtio-*
nib. l. ſi adulterium, §. 1. ff. ad l. Jul. de adult. l. auxilium, ff. de minor. l. 1. C. ſi adverſ. delict.

Aliquando etiam pubertas, ſive minor † ætas, ejus appellatione venit; ut 10
cùm ſuæ ætatis aliquem factum eſſe dicimus, Alex Imperator *in l. ſi tutores, C.*
de teſta. tute. Verùm in materia legati putant hanc magis eſſe facti queſtionem,
utrum de pubertate, an de 25. annis teſtator ſenſerit, *l. cum filiofamil. §. 1. de legat.*
3. & hoc rectè: Cùm inveniamus apud Modeſtin. *lib. 2. reſponſ.* fratrem mino-
rem annis, ab eo, qui ſuæ ætatis eſt, (quem idem Modeſtin. eodem loco majo-
rem appellat) ſeparari, *l. ex duob. ff. de negot. geſt.* quem ſecutus eſt Ulpian. *lib. 4. ad*
Sabin. dicens, minorem ſuæ ætatis, factum majorem, venditionem per tutorem
ſuum nulliter factam comprobare poſſe, *l. pupillus, §. item ipſe, ff. de authorit. tut.*
Quod tum ſic intelligendum eſt, ut majorem 25. annis dicamus, non eum, qui
eſt annor. 25. Sed tantum de eo, qui eſt major 25. annis, ut probat Iac. Cuiac.
ex l. ſi minor, ff. de verbor, oblig. & l. ſenatus, ff. ad l. Cornel. de falſ. obſerv. 6. c. 3. Quo loco
dicit etiam aliam inveniri in jure noſtro ætatis ſignificationem, *ut in l. domos, ff. de*
leg. 1. Ubi Papinianus dicit reſtituendas eſſe poſt mortem hæredis res hæredi-
tarias exuſtas, & hæredis nummis exſtructas, fideicommiſſo ſubjectas, viri
boni arbitratu, ſumptuum rationibus deductis, & ædificiorum ætatibus † exa- 11
minatis; & ea verba, *ædificiorum ætatibus*, interpretatur pro amplitudine & ma-
gnitudine: ſed Guliel. Fornerius Aurelianenſis *ſelect. lib. 1. c. 2.* ea verba inter-
pretatur pro vetuſtate ędium, ætatis ſenio confectarum, & hoc dicit probari *in*
l. ſi quando, C. de oper. publ. Et Aggeno Urbico *in commen. ad Jul. Frontin,* qui idem ad
ſylvas & arbores tranſtulit; Cujus interpretatio mihi probabilior videtur, quod
tamen pace doctiſſimi Cujacii dixerim. Cum in eodem ſenſu apud Plautum,
lib. 23. etiam vivorum ætas † inveniatur. Et inde manat, quod dicimus, fru- 12
ctus non fugientes ætatem ferre, & æuum pati. Cujus interpretationem confir-
mare videtur, conſtans omnium ferè opinio & regula, qua traditum eſt, hujuſ-
modi ſumptuum æſtimationem faciendam eſſe ſecundum tempus reſtitutionis
rei, non impenſarum factarum; de quo Antho. Neguſan. Fanenſis *de pign. &*
hypoth 4. membr. 5. partis, nu. 16. & poſt eum Iacob. Menoch. *in 15. remed. recup.*
n. 557. qui atteſtatur de communi.

Ex quibus puto jam ſatis probari, ætatis verbum variè apud JCtos capi,
& inter-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

13 & interpretari pro ratione ſubiectæ materiæ, nunc pro illa † ætate, & hoc generale & propè perpetuum eſt, verba debere intelligi ſecundum ſubiectam materiam, puta ſecundum qualitatem actus, cui adiiciuntur, vel ſecundum qualitatem perſonæ loquentis, qualitatem perſonæ, ad quam verba dirigantur, & qualitatem ſive conditionem partium contrahentium, ſecundum qualitatem temporis rei ſuppoſitæ adiuncti: juxta ea, quæ latè tradit magni Senatus Belgici olim Præſes Nicol. Everard. vir doctiſſimus *in loco à ſubiecta materia.*

14 Videamus ergo, quam interpretationem hoc loco recipiant dicta verba: *Qui per ætatem ſe defendere nequit*; Quæ † res prima fronte obſcura videtur, cùm diverſi diverſos conſtituerint ętatis hominis gradus. Servius quidem Tullius Romanorum Rex, tres tantum gradus conſtituit, & ita deſcribit, ut qui minores eſſent 17. annis, qui majores uſque ad annum 46. juniores: qui hac
15 ætate grandiores, ſiniores † appellarentur: ut refert Aul. Gell. *lib* 1. *noct. Attic. c.* 28. Quem apertis verbis, ſecutus eſt Ulpianus *libr.* 5. *de omnib. tribunalib.* Quo loco dicit, in tranſactione ſuper alimentis alicui teſtamento relictis (quæ fieri non poteſt inconſulto prætore) eum inter alia arbitrari debere ætatem ejus, qui tranſigit, & valetudinem: nam aliter inquit cum puero, aliter juvene, aliter cum ſene tranſigi palam eſt. Conſtat enim alimenta cum vita finiri, *l. cum hi*, *§. modus*, *ff. de tranſact.*

Deinde Pythagoras (qui ejuſdem Servii Regis & Tarquinii Superbi tem-
16 poribus vixit, & floruit) Philoſophus ſummæ authoritatis, hominis ætatem † quatuor anni temporibus comparabat, atque ita in quatuor partes divedebat, quam diviſionem probaſſe videtur Accurſus *in gloſſ.* 2. *l. hereditatum*, *ff. ad l. Falcid.* & Zaſ. *in l. quidam conſulebant*, *n.* 8. *ff. de re jud.* atque ejus videtur fuiſſe quoque ſententiæ Xenophon; qui pueritiam uſque ad 16. annum producebat; Adoleſcentiam verò decennem facit, hoc eſt, uſque ad annum 27. unde virilem ætatem exorditur, quam per 25. annos producit, id eſt, uſque ad annum 52. à quo ſenectutem incipit.

Verum Marcus Terentius Varro, rerum antiquarum ſcriptor, luculentiſſimus author (cui ad huc ſuperſtiti Aſinius Pollio, qui primus Romæ Bibliothecam dicavit in ea, pro cumulo magnæ gloriæ viventis imaginem poſuit.) Is inquam Varro ætatis gradus quinque putavit eſſe diviſos, unumquemque ſcilicet præter extremum in annos 15. Itaque primo gradu uſque ad annum 15 Itaque primo gradu uſque ad annum 15. pueros dictos, quod ſint puri, id eſt, impuberes, Secunda ad 30. annum, adoleſcentes, ab adoleſcendo ſic nominatos, quod corpus proceritate ac latitudine ad id ætatis adoleſcat. In tertio gradu, qui erant uſque ad 5. & 40. annos, juvenes appellatos, eo quod rempublicam in rebus bellicis armis tutari & juvare poſſent. In quarto uſque ad 60. annum ſeniores vocitatos, quod tunc primum ſeneſcere corpus incipiat. Inde uſque ad vitæ † metam uniuſcujuſque gradum factum, in quo qui eſſet, ſenex appellatur, quod ea ætate corpus ſenio laboret: ut tradit Cenſo-

rinus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

rinus *lib. de die natali. c.* 14. quem videtur ſecutus fuiſſe Conſtantinus Imperator
in l. 1. *C. Theodoſ. de his qui veniam ætatis*, dum itidem 5. enumerat ætates. Pueri-
tiam, Adoleſcentiam, firmatam ætatem, perfectam ætatem, & ſenectutem.
Quin & dicto loco Cenſorinus tradit, Hippocratem Pythagoræ diſcipu-
lum (quem medicorum Deum appellant) dixiſſe ætatem † hominis 7. partes 18
recipere: Infantiam, Pueritiam, Adoleſcentiam, Iuventutem, Virilitatem,
Senectutem & Decrepitatem. Quam partitionem ſequitur gloſſ. *in c.* 1. *de
celebrat. miſſarum*, & Hieron. Zanetinus *in ſuo tract. de differ. jur. civil. & can. nu.*
138. & poſt eos, Ioan. de Selua Gallus, *in tract. de beneficio, p.* 1. *q.* 4. *nu*, 3.
ſed † ead. glo. *in proœm. decretal. in verbo, perfectus*, ſex tantum hominis ætates 19
conſtituit. Nos verò quinque tantum conſtituemus, hoc modo: Ut † pri- 20
ma ætas ſit pupillaris ætas, † quæ à nativitate uſque ad decimum quartum 21
annum excurrit, & eo terminatur, *l. ait Diuus, ff. de jur. fiſci, l. ſi teſtamento, C.
de impub. l.* 3. *C. de præſcript.* 30. *ann. l. quæro, §. Lucinus, ff. de teſtamen. tut.* Cujus † 22
ætatis nos cum Theophilo *in §. pupillus, Inſtit. de inutil. ſtipul.* tres facimus gradus
Primus † gradus eſt infantia, id eſt, necdum fandi potens ætas, ex facundo 23
Horatio *libr.* 6. *carmin.* Theophil. *in §. pupillus, Inſtit. de iuutil. ſtipul.* ſequitur Bal-
dus *in l. proinde, verbo neq; impuberem, ff. de edilit. edict.* Decius latè *in l. infantis, C.
qui admitti.* Quæ incipit à primordio ætatis ſive nativitate, & durat uſque ad
annum 7, tam in mare, quàm fœmina, *l. ſi infanti, C. de jur. delib. & ibi omnes
ſcribentes, l. infantis, C. qui admitti ad bon. poſſeſſ. l. in ſponſalibus, ff. de ſponſalib. l.* 1. *§
ſufficit, ff. de adminiſt. tut.* Et hanc eſſe communem, dicit diligens vir Ioan. Cor-
raſ. *in l. etiam infantem, ff. de adopt.* idem *in l. precib. n.* 26. *C. de impub. & aliis ſubſtit.*
Didac. Covar. à Leyva Hiſpanus, vir eruditione & virtute inſignis, ac per-
ſpicacis ingenii, *in epitome. de ſponſal, par.* 1. *c.* 2. *nu* 2. & noviſſimè Iac. Meno-
chius *de arbit. jud. lib.* 2. *cent*, 1. *caſu* 57. *nu.* 7. 8. 9. 10. Licet non ignorem De-
cium eam velle protendere uſque ad annum 12. *in l. infantis. C. qui admitti ad
bonor. poſſeſſ.* Quo loco Menochius meminit etiam anniculi infantis, de quo *in l.
inter ſocerum, in prin ff. de pact. dotal.* Et infantis 8. dierum. Hoc amplius dicit,
& illum infantem dici poſſe, qui in utero eſt, Lucæ *cap.* 1. Quod † tamen 24
cum Iacobo Menochio impropriè dici credo, cum talis non poſſit dici homo
vel animal, ſed tantum ſpes animalis, *l. cum inter, C. de fideicom. libert & ibid.
Bald. l. in l. Falci. ff. ad l. Falcid. l.* 1. *ff. de ventre inſpic.* & tradit late Andr. Tiraq. contra
Galenum, *de retract. lig. gloſſ.* 9. *nu.* 76. Idem *in l. ſi unquam, verbo ſuſceperit, nu.* 147. *&
ſeq. C. de revoc. don* Noviſſimè *Jac. Cuiac. in l.* 2, *verſ. altera cauſſa, ff, de excuſat. tut.*
Inde † veſtes infantiles, quarum fit mentio *in l. veſtis, ff. de auro & argento legato.* 25
Cujus ætatis nullus eſt ſenſus, *l. quamnis, ff. de acquir. poſſ.* id eſt, ratio & judi-
cium, ſed auctoritate tutoris ſuppletur, non intelligit quod agitur, *l. in
ſponſalibus, ff. de ſponſal.* cum innocentia conſilii tueatur, & fati infœlicitas ex-
cuſet, *l. infans. ff. ad l. Cornel. de ſicar.* nec dicitur doli capax.

Ex quo inferunt † Doctores; Infantem non poſſe de feudo inveſtiri, quia
verbis opus eſt ad eam obtinendam: ut tradit Philip. Dec. celeberrimus ſuæ
tempeſtatis jurium interpres, *in d. l. infantis, nu.* 8. ex Iac. Aluar. *c. 1. §. perſona quoq; in penul, q. per quos fiat inveſtit.* ubi tum dicit hoc intelligi debere, quando peteret intra 3. annos cum dimidio, quod dicit obſervari Decius, *d. nu.* 4: allegans pro eadem obſervantia ea, quæ tradunt Doct. de balbutiente. Verum idem Decius *in l. 2. §. impuberes, n. 5. & 6. ff. de reg. jur.* apertè contrarium tenuit: Quia inquit juramentum non eſt de ſubſtantia feudi quod habet magis naturam beneficii, quam contractus. Et ideo potior ratio videtur quod actus feudales ſunt actus ſerioſi, & prudentum, dedecentes eos, qui nondum ſtabilem mentem adepti ſunt, ut fidei præſtatio, induciarum petitio, videlicet in quibus ſæpè multum periculi verſetur, ad quam requiritur ætas idonea: ut in ſimili dicit text. *in l. final. C. de teſtament. milit.* Ob quam cauſam videtur infantes ad hos actus non admitti, cum in his nullus ſit intellectus, & ideo furioſis, abſentibus & dormientibus æquiparentur, Zaſ. *in l. poſſeſſio, §. adipiſcimur, ff. de acq. poſſeſſ.* latè Sebaſtianus Vant. *de nullit. ſent. tit.* 11. *nu.* 10. 13. 14. 15. Imo jus noſtrum in pleriſque caſibus plus favet infanti, quam furioſo, ut tradit Iacobus Cuiac. *in l. ſequitur. ff. de uſucap.* Idem *in §. pupillus, verb. &*
27 *qui infantiæ, Inſtit. de inutil. ſtipulat.* Quare † apud nos non admittuntur ad inveſtituram etiam 7. annis majores, niſi tutor eorum, nomine tutorio agat, vel etiam ad legitimam ætatem ipſi peruenerint, quod & in Gallia obſervari ſcribit Mol. *ad decium l. infantis*, & plenius *in conſuetud. §. 2.* Licet contrarium ſuo tem-
28 pore obſervatum fuiſſe dicat Ioannes Faber, alioqui Galliæ conſuetudinum † peritiſſimus *in l. 1. C. ut cauſæ poſt puber.* & eum refert Benedictinus *ad c. Raynutius, verb. adiectam, n. 56. de teſtamen.* qui tamen de hac Fabri aſſertione dubitare videtur; quæ Galliæ praxis etiam apud nos recepta eſt, nec id quidem abs re, cùm aperti juris ſit, infantem etiam eum, qui fari poteſt, nullum actum gerere poſſe ſine tutore, multo minus is, qui fari non poteſt, qui furioſo comparatur; ſed omnia ejus negotia per tutorem gerenda ſunt, niſi tamen fari nequeat, non defectu ætatis, ſed aliquo vitio, vel caſu, in quem eventum poteſt, authore tutore, gerere omnes actus, qui ab invitis geri poſſunt, *l. ſervo invito. §. ſi pupillo. ff. ad Trebell.* vel etiam ſine tutore acquiſitionem naturalem rerum modicarum, ſuæ notitiæ & affectui congruentium, *l. in negotiis, ff. de reg. juris, l. 1. §. furioſum, ff. de act. obligat* & dicemus latius infrà.

Cavendum ergo à Doctoribus generaliter dicentibus, infantem minorem ſeptennio, contractus atque judicii eſſe ſubiectum penitus inhabile & incapax, ob defectum, ſeu fragilitatem & innocentiam conſilii natura provenientem, atque ideo eum nec cum tutore quidem, ullum negotium gerere poſſe, ſed per tutorem ſolum geri debere, *per l. 1. §. ſufficit, ff. de adminiſtr. tut.* ſive in judicio, in quo quaſi contrahitur ſive etiam extra; cùm in contrarium ſit juris regula eum qui fari poteſt, etiamſi nihil intelligat, tamen omne negotium, tutore † au-
29 thore, gerere poſſe, tam in judicio quàm extra, ut latiſſimè contra communem probat Mol. *in l. 1. n. 4. uſque adn. 26. ff. de verb. oblig.*

Se-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Secundus gradus pupillaris † ætatis eſt proxima infantiæ ætas, ejus ſcilicet, 30
ſecundum quoſdam, qui exceſſit ſemeſtre, ultra 7. annos, ſive ſeptennium, non
ita dudum egreſſus, ſed rerum adhuc ignarus eſt ſeu non intelligit, quod agi-
tur, Zaſ. *in tractat. ſuo, de Judæis, quæſt. 2. in princ.* allegat Innocent. *in c. continebatur, de deſponſat. impub.* & plures alios Legiſtas & Canoniſtas; eo argumento mo-
vetur : quod ſicut proximus dicitur pubertati, cui † tantum ſex menſes defici- 31
unt, *l. non tantum, ff. de excuſat. tut.* ita putat eodem modo dici proximum in-
fantiæ eum, cui ſupra ſeptem annos ſex menſes acceſſerunt. Sunt enim, in-
quit, inter ſeſe, acceſſus & receſſus, reciproca, quæ, teſte Modeſtino, ſeſe re-
ſpiciunt : vel certè, ut duo contraria, quorum (juxta id, quod per manus tra-
ditur) alterum ab altero infertur. Adducit præterea aliud argumentum ex Ul-
piano *in l. deinde, §. in hoc interdicto, ff. de lib. exhib.* quo loco dicit: *Proximè prætextati ætatem accedere eum, qui puberem ætatem nunc ingreſſus eſt.*

Sed contrarium tenet communis ſchola, eum dici proximum † infantiæ, qui 32
10. & dimidiatum annos habet : ita tenet Accurſ. *in d. §. pupillus, Inſtitut. de inutil. ſtipulat.* & ibidem Theoph. *& in l. pupillum, ff. de regul juris*, quem ſequitur Bar-
tol, *in l. 1. in fin. ff. de novat* Angel. *in §. pupillus*, & Zaſius *d. q. 2.* dicit eſſe com-
munem : quam opinionem etiam noviſſimè ſequitur Franc. Hotoman. *lib. de verb. ſignificat, verbo proximus.* In qua ætate conſtitutos Zaſius ideo *in l. poſſeſſio, §. adipiſcimur, ff. de acq. vel amit. poſſ.* vocat infantes ſecundi † generis, quia habent 33
aliqualem intellectum, ſed non perfectum diſcurſum, ſive, ut dicit Iacobus
Cuiacius *in d. §. pupillus*, linguæ quidem gnaros, ſed rerum adhuc ignaros :
Ideo poteſt omnia quæ naturali conſenſu explicantur, ex quo oritur obliga-
tio naturalis; ut capere & amittere poſſeſſionem, ſponſalia contrahere, nec
ea ſolùm quæ ſunt facti, ſed etiam quæ ſunt juris : ut ſtipulari, uſucapere,
& quidquid tendit ad acquirendum ſine onere, vel cauſæ cognitione : Zaſ.
d. q. 2. verſ. & quia, idem d. §. adipiſcimur, & l. 1. nu. 27. ff. de verb. oblig. Soares
de ſponſal. & minore ſeptennio, S. 159. & 4. ſeq. Hos † etiam alii pueros vocant 34
uſque ad 14. annum, unde puerilis ætas deſcendit : *per. l. pueri. ff. de verb. ſign.* 35
& ibidem † Rebuff. quæ in conſtitutione † Iuſtiniani dicitur prima ætas, 36
l. cum quidam, C. de impub. & aliis ſubſtit. l. ult. C. de bonis quæ lib. Iac Cuiac *in l. 2.* 37
ff. de excuſat. tut, Alii impuberes † appellant, & admodum impuberes, qui 38
ingreſſi ſunt annum duodecimum. Sunt † & alii, qui hos pupillos appel-
lant uſque ad decimum quartum annum, Nicolaus Boerius *in conſuetud Bituricenſes. tit. 1. §. 10. in prin.* Ioan Coraſ. † *in l. precibus, verbo ætatis ſuæ, C. de impub.* 39
Arius Pinellus *in 2. parte l. 1. nu. 66. verſ. ſuadetur, C. de bonis quæ lib.* Inde pupillaris
ætas, quam diximus finiri anno decimo quarto, & probatur *in 1. l. fi. §. 1. ff. de rebus eorum, l. fi. §ubi autem 2. C. de bonis quæ liberis.* Inde etiam † pupillaris ſubſtitutio quæ fit 40
liberis impuberibus in poteſtate conſtitutis, in eum caſum ſi intra pubertatem
filius deceſſerit, *l. 2. ff. de vulg. & pupill. & Inſtit. de pupill. ſubſtit.* Eodemque † modo pu- 41
pillares tabulas accipere debemus, † quas etiam pupillare teſtamentũ, & impu- 42

 beres fi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

filii teſtamentum, juris noſtri auctores vocant, *l. plane*, *§. ſi coniunctim*, *ff. de legat.* 1. *l. Papinianus*, *§. ſed neque impuberis*, *ff. de inoffic. teſtam. l.* 2. *§. interdum*, *l. patris*, *& l. qui plures*, *in fi. l. ex facto*, *ff. de vulg. & pupill.*

Sed & alio † loco *Secundas tabulas*, vocant has, cujus appellationis ratio
43 ea eſt, quod patris teſtamentum, ſive tabulæ, in quibus pupillaris ſubſtitutio fiebat, primæ & principales tabulæ, diverſis in locis vocentur, ut à Paulo *in l. poſt legatum*, *§. qui principale*, *ff. de his quib. ut indign. Qui principale* (*in quit*) *teſtamentum arguit : & à ſecundis tabulis repellendus eſt : item à codicillis ad teſtamentum factis, licet non confirmatis. Non idem ſequendum eſt, ſi ſecundas tabulas, vel codicillos coarguit, quia non utrumque hoc caſu improbaſſe videtur.* Rurſus Gajus *in l. duplicibus*, *ff. ad l. Falcid.* Ulpianus *in l. qui ſtatu liberi*, *§. ſi in primis*, *ff. de ſtatu lib. & in l.* 1. *ff. ſi cui plus quam per l. Falcid. l. tabularum*, *§. teſtamentum*, *ff. quemad. teſtam. aper.* Solebant enim † paren-
44 tes in priore teſtamenti parte plerumque ex veteri more, ponere heredis inſtitutionem, ſive unus, ſive plures eſſent, qui in univerſum omnia defuncti bona ex ejus voluntate caperent. Deinde in ſequenti, ſive inferiore teſtamenti parte, vel capite, ſive ima cera, ſecundos hæredes, legata, tutores & reliqua ſcri-
45 bere : † ut rectè annotavit Alexand. Neapolit. *genialium* 1. *c.* 1. & plenius poſt eum Barn. Briſſon. *Antiq.* 3. *c.* 12. Quas dicit aliquando ſeparatim à paternis tabulis, aliquando coniunctim fuiſſe ſignatas, iiſque ſcilicet paternis ſæpè cantum fuiſſe, ne vivo filio, & adhuc impubere aperirentur, ne forte ſubſtitutus vitæ pupilli aliquas inſidias moliretur : & ob eandem cauſam, ſi quando ſeorſim ſignatæ eſſent, etiam ceſſante tali cautione patris, Prætor eas, niſi cauſa cognita, aperiri non patiebatur, *l. pupillares*, *ff. quemad. teſtamen. aperiantur.*

46 Ex eo † quod ſupra diximus, in hac ætate conſtitutum nondum rerum gnarum eſſe, & habere qualem qualem intellectum, non tamen perfectum diſcurſum : inferunt ferè omnes, talem non eſſe doli capacem, & ideo non incidere in pœnam *l. ſi quis in tantam*, Iacob. Menoch. 9. *remed. recup. quæſt.* 3. Nec com-
47 mittere poſſe † cauſam exhæredatione dignam, Anton. Gomez. *de teſtament. c.* 4. *n.* 3. Ioannes Coraſ. *in l. ſi teſtamento*, *n.* 20. *C. de impub. & al. ſubſtitut.* Nec
48 furtum committere *l. impuberem*, *ff. de furtis.* Nec denique † aliquod dilictum ei adſcribi, *l. infans*, *ff. ad l. Cornel. de ſicar. l.* 2. *ff. de term. mot. l. §. prima verba*, *ff. de ſepul. viol.* Et Pet. Placa Hiſpan. *lib.* 1. *epit. delict. c.* 32. *n.* 1. 2. & 3.

Inferunt ſecundo, hunc ſine tutore ad judicium vocari non poſſe, ſed vel
49 ejus tutorem, ſi quem habet, vel eo deficiente, coniunctos † citandos eſſe, alioqui proceſſum contra eum factum eſſe nullum, Alex. *in l neque impuberem*, *nu* 2. 3. *ff. de in jus vocan.* Dicit eſſe communem, & plures alios allegat Arius Pinel. *in* 2. *part. l.* 1. *nu.* 67. *in verbis, verior enim & receptior ſententia eſt*, *C. de bon mat.* Quo loco latè reprobat contrarium tenentes, & dicit hanc eſſe magis com-
50 munem, quam ſequitur Petr. † Rebuff. *in proœm. conſtit. n.* 73 And. Tiraq. *de retract. lig. §. gloſſ.* 13. *nu.* 16. & 369. ſeq. Ioach. Mynſinger. *ſent.* 2. *obſervat.* 35 Quam tamen declara non procedere, quando tutor comparet pro pupillo citato, ante litem conteſtatam: ita Arius Pinel. *dict. numer.* 67. *in fine.* Vel etiam quan-
do

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

do citatus eſt tantum, ut detur curator ad litem, Andr. Tiraquel. *d. gloſſ.* 13. *num.* 19. *in fine.*

Pari modo tertiò inferunt, nec huic ‡ ſoli ſine tutore notificari, vel denuntiari, offerri, vel eum interpellari poſſe, per text. *in l. ſi ex legati cauſa, cum l. ſeq.* 51
ff. de verb. obligat. Sed tutorem adeundum eſſe, vel ſi tutore caret, judicem, ut faciat provideri de tutore, *per l. Divus, ff. qui petant tut.* & ea, quæ tradit Soc. *in tract. citatio. artic.* 20. *num.* 49. ita Carol. Mol. *in conſuet.* §. 13. *gloſſ.* 11. *nu.* 7. ubi dicit cavendum eſſe à Matthæo de afflict. *in tract. de jure protomiſ. colum.* 6. *verſ. ſed quid ille*, contrarium tenente, *per §. pupilli, l. ſi dictum, ff. de evict* perfunctoriè inquit allegatum, & malè intellectum, qui in materia citationis eodem errore lapſus eſt, *lib.* 2. *feudorum, titul. de milit. vaſall. qui contumax eſt, num.* 35. *& in deciſ. Neapol.* 261. *num.* 2, *&* 4. Quam tamen illationem limitat Molinæus ‡ non procedere, quando ei tutore carente, fieret denuntiatio litis motæ pro recur- 52
ſu evictionis; idque propter neceſſitatem talis denuntiationis, qua omiſſa, denuntians gravi damno afficeretur, & perderet actionem & recurſum evictionis, adeoque certat de damno vitando, cujus, inquit, conditio non debet uſque adeo deterior fieri ex perſona hæredis auctoris ſui, quia, inquit, periculum in mora, *d. n.* 7. *& ſeq.* rejecta ratione communiter data per Doctores *in d. l. ſi ex legati cauſſa.* Idem Molin. *de uſuris, quæſt.* 40. *nu.* 509. ubi hanc ſuam limitationem explicat.

Inferunt quartò; † hujus ætatis hominem, imo ſeptennio tantum majorem, ſponſalia rectè contrahere, quia id fieri ab utraque parte intelligitur, dicit 53
Modeſtinus *in l. in ſponſalib. ff. de ſponſalibus*, & naturali conſenſu explicatur: Id quod & ius Canonicum paſſim probat, *ca. literis, ca. acceſſit, ca. ad diſſolvendum, de diſponſat. impub.* Quod tamen ante ſeptem annos ei non permittitur, etiamſi ſit maximè diſcretus, ac doli omnino capax: Quia ubi certa ætas ad intellectum & diſcretionem requiritur à jure, ea non poteſt ſuppleri malitia, nec præcoci judicio: juxta notata Abbatis *in cap. Juvenis, de ſponſalib.* Et Philippi Franci *Rubr. de teſtam. in* 6. *verſ.* 1. *prohibetur.* Quam eſſe communem atteſtatur Didacus Covarruvias *in* 1. *par. Decret. cap.* 2. dicens tamen contrariam opinionem eſſe veriorem, cum Juriſconſultus ſolum requirat eos intelligere quid agant, & ætatis ſeptem annorum mentionem faciat tantum gratia exempli, ut ex ipſo textu apertè colligitur: quæ exempla non ſolent reſtringere, ut ibidem latius probat; dicens tamen, ſeptimum annum debere eſſe completum, nec ſufficere inchoatum, niſi tamen ultimus ejus anni dies fuerit inceptus, licet nondum completus, ex Abbate *in c. atteſtationes, de deſponſat. impub. per l. qua ætate, de teſtamentis.*

Cui illationi affinis eſt quæſtio per Canoniſtas multum agitata; An puer ſeptennio major, poſſet præſentare aliquem clericum, † vel aliàs qualificatum ad beneficium eccleſiaſticum vacans, ſi eſt patronus ratione juriſpatronatus 54
laicalis, ſine tutore; Et an ejus præſentatio debeat præferri præſentationi tutoris ſui; quod illi putant communiter receptum eſſe, & Roch. Curt *verbo*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

competens, *quæſt*. 3. *n*. 12. Citadinus *in* 6. *par*. 3. *artic. quæſt*. 40. Idem *part*. 7. *quæſt*. 13. & poſt eos, Cæſar Lambertinus, 1. *part*. 2. *libr. articul*. 9. 2. *quæſtionis principalis*, Gulielmus Benedictinus *in repetit. cap. Raynutius*, *verb. adjecte*, *num*. 61. *de tectam*. Et præcipuè moventur fundamentis, quod major ſeptennio poteſt contrahere ſponſalia; & ſic unum de tribus, quæ ſunt in conjugio; ergo eodem modo unum de tribus in matrimonio ſpirituali, de quibus *in cap. inter corporalia*, *& cap. ultim. de tranſlat. Epiſcopi*, ſcilicet, præſentare, ducto argumento à matrimonio carnali, ad ſpirituale. De quo latè Præſes Everardus *in ſuis locis legalibus*, vir legalis doctrinæ peritiſſimus.

Alterum eſt, quod Ius patronatus ad ſacerdotia ſit ſpirituale, ſeu ſpirituali annexum, Decius *in Rubrica* 10. *de Judiciis*, *num*. 8. *& in cap. quanto*, *num* 1. *eod*. & ibidem latè Abbas, poſt Antonium de Butrio: & noviſſime Franciſ. Ripa *in dict. Rubric. num*. 60. Quin ſunt, qui ſuſtinent, illud eſſe merè ſpirituale de ſui natura; quia laicis eſt tantum ex gratia communicatum, *cap*. 3. *de jure patronatus*, ſuper quo, inquiunt, non operatur quidquam patria, tutoria, vel curatoria poteſtas: quæ juris civilis eſt, *per cap. ſi annum*, *de judic. in* 6. *& ibi latè Doctores*, *conſ*. 432. *nu*. 8. Jaſon *in l. patre furioſo*, *nu*.47. *ff. de his qui ſunt ſui vel alien. juris*.

55 Nos vero † in contrariam ſententiam deducunt validiores rationes: Quia in præſentatione ad beneficia Eccleſiaſtica onus eſt, preſentanti incumbens, quod teneatur præſentare non ſolum idoneum, ſed idonejorem, ſaltem ex foro conſcientiæ, ut dicunt omnes quos allegat Rochus Curtius *in tract. Jurisſpatronatus*, *verb. utiliorem*, & latè Didacus Couarr. *in repet. cap. peccatum*, *part*. 2. *§*. 7. *num*. 1. *verſ. igitur*. Maximè quando fundatio habet, quod debeat aliquis præſentari de familia, & in ea idoneior altero reperitur; ut tradit Covarruvias *d. loco. verſ*. 5.

Quin & hoc amplius dicunt, quod præſentans inidoneum, vel indignum, graviter peccet: ut tradit gloſſa pragmatica *in ſecundo proœmio*, *verb. indignorum*, *& titul. de collat. verb. gradus*. Et ſecundum quoſdam, magis quam confirmans, vel inſtituens: Quia fons peccati eſt, & origo, ut in ſimili dicitur, per Hoſtienſem ſupremum Doctorem, & canonicæ cenſuræ Monarcham: *in ſumma*, *§. final*. Quo loco dicit, eligentem magis peccare, quam confirmantem, & in Evangelio, qui me tibi tradidit, majus peccatum habet. Atque ideo talem etiam in foro contentioſo teneri de mala adminiſtratione præſentari, ad reſtitutionem illati damni. Quia qui cauſam damni dat, damnum dediſſe videtur, *l. nihil intereſt*, *ff. ad l. Corneliam*, *de ſicariis*, *l. qui occidit*, *§. in hac. ff. ad l. Aquiliam*, *cap. ſi culpa x. de injuriis*, *Rubric. Cod. & ff. de Magiſtrat. conveniendis*, *l*. 1. *§. nunc tractemus*, *ff. de tutel. & rationib. diſtrah*. & in ſpecie dicta gloſſa prag. *verb. indignorum*, Rebuffus *ſuper concordata*, *tit. de nominat. facienda*, *§*. 1. *verb. ſedes*, Felinus Ferrarienſis *in cap. ſi quando*, *numer*. 7. *de reſcriptis*, Joannes Lupus *in repetit. ca. per veſtras*, *in* 3. *notab*. *§*. 26. *num*. 11.

Quod tum præcipuè obtinere debet, quoties quis præſentatur ad beneficinm

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

cium habens curam animarum: Siquidem † ea cura ars artium, & ſalus ani- 56
marum dicitur, cui propterea non rudes, ignari, indiſcreti, ſed tales præfici debent, qui ſcientia, ætate, diſcretione præemineant, & morum fulgeant honeſtate: ut habetur *in cap. Judæorum, cap. cum ſit, de ætate & qualit.* aliàs ſi cæcus cæcum ducit ambo † in foveam cadunt, *d. cap. eum ſit.* Ideo eccleſiæ paſtor di- 57
citur prælatus, *cap. cum ab eccleſiarum, de officio ordinarii, cap. tua, de clerico ægrotante, cap. ut animarum, de conſtit. in 6.* ac quidam parvus Epiſcopus: nam & eum Epiſcopo æquiparat Romanus *conſil.* 340. *nu.* 4. Non alia ratione, quàm quod ad regimen præficitur animarum, pro quibus Dominus noſter Ieſus Chriſtus mortuus eſt, *c. cum. Marthæ, §. ex eo, de celebrat. miſſarum, clementinarum, §. & quia in hac, de ſumma trin.* Et ſanguis eius prætioſus effuſus. In quo non ſimplex ſufficit idoneitas, ſed longê major, quàm in aliis præſentatis ad beneficia merè ſimplicia, ut vocant.

In quibus etiam † non minima cura circa præſentationem eſt adhibenda, ut 58
ſcilicet patronus inprimis obſervet, & ſequatur formam, & tenorem fundationis, ſi fortè extat: ſin minus, ut præſentet perſonam idoneam de jure communi; non inhabilem, vel etiam conſanguineum ignarum, *c. grave, de preben c. ex parte, & ibi Cardin. quæſt. 2. de conſtit. c. ad decorem, de Inſtit. cap. is cui, de preben. in 6. & in extrauag. ad regimen, de preb. in communibus.* Sed & honeſtum, ut dicit textus *in cap. poſt electionem, de conceſſ. prebend.* Debet enim patronus in præſentando puro, juſto, & rationabili motu, non carnali, ad eam procedere. Quia non ſanguini, ſed vitæ meritis ſunt eccleſiaſtica beneficia conferenda, *cap. Moyſes* 8. *quæſt.* 1. *d. ca. grave, & cap. relatum, de prebendis.*

Hoc amplius etiam, intra certum tempus, fortè in fundatione expreſſum, vel eo ceſſante, ſi ſolus eſt laicus patronus, intra quatuor menſes, à die notitiæ in loco beneficii: Sin verò † cum alio eccleſiaſtico patrono, intra ſex Men- 59
ſes ordinario præſentare aliquem tenetur, alioqui pro ea vice, collatio devolvitur ad ſuperiorem, *c. unic. & ibi gloſſ. ſingul. de jure patron. in 6. cum ſimilibus.*

Cum autem ſuperius diximus, hos quidem linguæ gnaros, rerum tamen adhuc ignaros eſſe, aliqualem tamen habere intellectum; ſed non perfectum diſcurſum, nec doli capaces eſſe: quis jure poterit dicere, ipſos eſſe habiles ad præſentandum aliquem ſuperiori eccleſiaſtico, ad beneficia eccleſiaſtica, ac ejus præſentationem tutoris præſentationi debere præferri; cum videamus ex ea non ſolùm ejus bonis, ſed & ejus animæ (quæ præcioſior eſt corpore, *c. præcipimus* 12. *quæſt.* 1. & omnibus rebus præferenda eſt, *l. ſancimus, Cod. de ſacroſanct. eccleſ.*) grave periculum imminere: in bonis namque maximum damnum patietur, quia niſi tempori conferat, vel qualificato, juxta tenorem fundationis, ea vice privabitur jure conferendi, quod devolvitur ad ſuperiorem eccleſiaſticum; ſi verò indignum, quod facile fiet, tenebitur eccleſiæ, de mala adminiſtratione præſentati ſui, qui non ſolùm curare debet, ut acquirat eccleſiæ quid, ſi poteſt, ſed & curare debet, ne jura & bona eccleſiæ ejus negligentia pereant, alioqui tenetur † ob negligentiam 60
de

de proprio patrimonio eccleſiæ ſatisfacere, & eo defuncto, ejus hæres; Suntque ejus bona tacitè eccleſiæ obligata pro eadem mala adminiſtratione, ut bona tutoris minori, conductoris vectigalium fiſco, & in ſubſidium his deficientibus, patroni, qui eum præſentavit, *glo. pragm. in 2. proœm. verb. jura, & verb. depereunt.*

Pariter ejus anima periclitabitur; quia mortaliter peccat præſentans indignum: grave ſiquidem eſt tales Dei ſervitio applicare, *c. monaſteriis 19. quæſt. 3. gloſſ. penult. c. ad apoſtolicam, de regularibus:* & dominno ſuo infidelis eſt committens indignum ſuum miniſterium, contra id quod dicitur in Evangelio, *fide-*
61 *lis ſeruus & prudens, &c.* & vergit in detrimentum eccleſiæ, † cultus & honoris divini, qui per bonos promovetur, & colitur, dum hi verbo prædicationis (quæ eſt Dei manifeſta commendatio & inſtructio, & ſpiritualis animæ cibus) ſuos paſcunt, Rebuff. *de collat. §. 1. verb. prædicationis. fol. 271. & ſequen.* reſidentes in loco beneficii hoſpitalitem exerceant, fructu orationum paſcant, horum vita ſit innoxia & bona converſatione, & bonis moribus imbuant, confeſſiones audiant, ſacramenta miniſtrent, viſitent, atque ita vultus ſive vulnera gregis ſibi commiſſi agnoſcant: Contra, per malos deſtruitur & attenuatur, dum cultum divinum negligunt, nec verbo doctrinæ, vel etiam vitæ exemplo ſuos nutriant & paſcant, hoſpitalitatem non exercent, ne in ſuos quidem temporali ſubſidio indigentes, non vigilant ſuper gregem, ne lupus rapax eos invadat, & quod longè deterius eſt, velut lupi rapaces ſuos dilaniant, bona eccleſiæ turpiter abſumunt, loco orationum & lachrymarum (quæ clericorum arma dicuntur, *cap non pila, ca. convenior 23. quæſt. 8. c. final. 36, diſtinct;*) gaudio, crapulationibus & meritricio indulgent, & quandoque bene poti ad arma militaria concurrunt, & aliis nocent; denique malo exemplo, & pravis colloquiis ſuos corrumpunt, quo nomine, quia ipſi quoad populum, ſunt quaſi ſignum ad ſagittam poſiti, *c. qualiter 2. de accuſat.* & normam vivendi dat minoribus majorum modeſtia regulata vel irregulata *in extravag. Joannis 22. incipiente, dat vivendi normam:* Tot mortibus digni ſunt, quot ad ſubditos perditionis exempla tranſmiſerunt, *c. præcipuè 11. q. 3.* quo non poteſt excuſari hujus patronus, ut qui fons eſt, & origo hujus mali.

Sed dicet quiſpiam, nihil culpæ patrono adſcribi poſſe, ſed hoc mali ſoli eccleſiaſtico ſuperiori, qui talem preſentationem admiſit, & præſentatum inſtituit, imputari debere, cùm is ex iniuncto ſibi munere, in ipſa collatione. per ſe, non per procuratorem, præſentatum poſſit & debeat examinare, *cap. veniens, ibi, examinandi Epiſcopis præſententur, de verb. ſignific in 6.* Panor. *in cap. cum autem, de jure patronatus, & gloſſ. prag. tit. de collatio. verb. gradus. fol. 120. verſo,* & potuit non admittere, adeoque perficit delictum, & magis tenetur, eo quod incepit. Cui reſpondebimus, neutrum eorum excuſari, ſed utrumque teneri, ut latè tradit Rebuffus, *de Regia ad Prælaturam, no. fac. §. primo, verbo, ſedes, fol. 144. & ſequen.*

Quare intrepidè dicendum, non ſolùm eſſe honeſtum (ut putant Canoniſtæ)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

ſtæ) auctoritatem tutoris obtinere, ſed etiam Iuridicum magis, ac ex re pupilli, ut eo modo ſeſe liberet ab his periculis, & culpam reijcere poſſit in tutorem, & contra † eundem (ſi fortè læſus fuerit) regreſſum habere; vel etiam 62
ſecundum alios, reſtitutionem petere: juxta tradita per Carolum Ruinum, virum & doctrina & judicio celebrem, *conſi.* 119. *num.* 18. 19. 20. *lib.* 5. Et Marianum Socinum, *conſ.* 148. *num.* 35. *lib.* 1.

Neque huic noſtræ opinioni impedimento eſt argumentum de matrimonio carnali, ad ſpirituale; quod quidem fatemur in jure noſtro validiſſimum, quando eadem ſubeſt ratio: ut latè tradit Nicolaus Everardi, eximius olim Hollandiæ, & Parlamenti Mechlinienſis Præſes, *eodem loco.* Sed hic † diverſa 63
omnino ratio: quod enim jura permittunt impuberi ſeptem annis majori, ſponſalia contrahere, conſenſu eorum, quorum in nuptiis deſideratur, ea ratione factum eſt, quod ea naturali conſenſu explicantur, nec in eis aliquid ſit periculi, cum ea reſolvantur, ſi impubes tandem pubes factus, ea dirimi poſtulaverit remiſſo nuntio, *l. poteſtatem, l. ſi puellæ, ff. de ſponſalibus, l. quarta, Cod. eodem.* Quod genus renuntiationis repudium appellatur, *l. inter ſtuprum, §. 1. l. inter divortium, de verb. ſignific.* Quod etiam jure Canonico obtinet, *cap. de illis, cap. à nobis, de deſponſat. impub.* Cujus contrarium eſt in præſentatione iſta, ad cujus perfectionem nullius (ex Canoniſtarum opinione) requirit pupillus conſenſum, nec ea reſolvi poterit adveniente pubertate, ad ejus lubitum, ſed firma & rata permanet.

Secundum argumentum non magis adverſatur; quod enim dicunt; jus patronatus eſſe quid ſpirituale, ſaltem ſpirituali annexum: licet enim hoc plerique omnes turmatim ſequantur: tamen frivolum & ineptum eſt: ut latè oſtendit diligentiſſimus Carol. Mol. *in conſuet. Pariſ.* §. 37. *gloſſ.* 10. *num.* 7. 8. Idem *ad Dec. conſ.* 634. Et ideo illud in bonis noſtris eſſe reſpondit Andræas Tiraq. *in l. ſi unquam, verb. donatione, nu.* 354. Ideo ſummus Pontifex eadem beneficia vacantia, etiam in menſibus ſuæ ſanctitati ſpecialiter reſervatis, ea non confert: ut tradit idem Mol. *ad Dec. conſil.* 117. *num.* 1. *verſ.* 3. *etiam.* Idem Alex. *conſ.* 74. *nu.* 27. *lib.* 4. Quo loco dicit hoc communiter obſervari in Curia Romana: Licet non ignorem eſſe aliquos in contraria opinione, maximè quando tale jus patronatus eſt quæſitum non ex fundatione, ſed ex ſola pręſcriptione: ut Decius *dict. conſ.* 117. *num* 3. idem 126. *num.* 3; idem 149. *num.* 3. Aymo Cravetta à Saniliano Illuſtriſſ. Ducis Ferrarienſis olim Senator digniſſimus, *conſ.* 64. *nu* 6.

Pari ratione laicus illud † præſcribere poteſt: ut tradit Decius, dicens eſſe 64
communem, *conſ.* 117. ubi ſoluit contraria. Sed & in feudum poteſt recognoſci à laico, & vendi, & donari liberè, quando eſt temporali annexum, & cum univerſitate bonorum tranſfertur, etiamſi per ſe ſubſiſtat: † ut tradit 65
Mol. *d.* §. 37. *gloſſ.* 10. *nu.* 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11.

Sed demus etiam illud eſſe quid ſpirituale, adhuc corruere debebit opinio Canoniſtarum: Cùm plus quàm manifeſtum ſit, bona omnia hujus benefi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

cii à principio fuiſſe laicalia ; quæ licet ex poſt facto per erectionem Iuriſpa-
tronatus videantur facta ſpiritualia , vi amortiſationis; tamen illa ſuperueni-
ens qualitas non mutat conditionem priorem, licet augeat ſtatum.
66 Ex quo † inferunt , quod licet Epiſcopus liberetur a patria poteſtate ob ſu-
am dignitatem, id tamen debere intelligi , quo ad ſuum commodum ,non au-
tem incommodum : quare eodem modo dicendum in præſenſi caſu, pupillum
hoc loco manere ſub tutore , ne eius reſolutio in ipſius incommodum & per-
niciem retorqueatur, iuxta prædicta.
67 Sextò inferunt ; Patrem in aduentitijs non poſſe agere , vel etiam defende-
re, nec ſine huius conſenſu procuratorem conſtituere : vt notauit Innocentius
in cap. accedens , num. 1. *de procurat. per textum l. finalis, §. ubi autem* 1. *ibi, adhibeatur
etiam filiorum conſenſus , niſi adhuc in prima ætate ſint conſtituti , vel longè abſint , C. de
bonis quæ liberis* , quem videntur ſequi communiter Legiſtæ & Canoniſtæ, quam
illationem latè diſputat & declarat Arius Pinellus conſummatæ doctrinæ Ju-
riſconſultus, *in* 2. *part. l.* 1. *num.* 66. *C. de bonis mater.* ad quem lectorem remit-
timus. Qui eo in loco probat , quo ad conſtitutiones procuratoris , contra-
riam ſententiam , quæ Bartolo adſcribitur, eſſe receptiorem, quam & nos ſæ-
pè vidimus obſervari.
Tertius gradus pupillaris ætatis eſt , pubertati ſive puberi ætati proxima æ-
68 tas : In cujus † ætatis deſcriptione , noſtri in diverſas ſententias ierunt , nec
veteres tantùm , ſed etiam recentiores. Sunt enim qui annum decimum &
dimidiatum requirunt : ut gloſ. *in l. pupillum, ff. de reg. jur.* Sunt & alii , qui re-
quirunt, ut prope pubertatem ſit, ita ut ſemeſtre tempus tantùm deficiat.
Rurſus alii annale tantùm tempus deficere ſatis putant : Sunt etiam qui di-
cunt pubertati proximum dici eum , qui in undecimo anno eſt , ut Eguinari-
us Baro , clariſſimus Iuriſconſultus *in §. pupillus , Inſtit. de inutil. ſtipulat.*. Alii in
ea ſunt opinione , ut ſeptimum annum expletum eſſe ſatis judicent. Quorum
omnium opiniones latè recenſet Iacobus Menochius , *de arbit. jud. libro ſecun-
69 do , cent.* 1. *caſu* 57. Quo loco dicit , veriorem eſſe & magis † receptam opinio-
nem , quam relinquendam eſſe dicit arbitrio Iudicis, qui inſpecta conditione
perſonæ, qualitate actus, & regionis vnde quis natus eſt, hæc arbitrabitur, cum
ingeniorum, actuum, ſiue cauſarum mille ſint formæ & variæ figuræ , hunc
70 veteres μελλέφηβον vocarunt. Quamquam non † ignorem Cenſorinum , *de
die natali , capit. quinto* , eum μελλέφηβον vocare , qui decimo quinto anno pri-
71 mam pueritiam egreſſus eſt , & jam † futurus eſt ephœbus , anno , ſcilicet de-
cimo ſexto. Eadem dicitur infirma ætas. *l. civitatibus, ff. de legatis primo,* Ulpianus
in fragmentis, titul. de tutelis. Ut ut tamen ſit, ejus nullum eſſe animi judicium ,
ait Imperator noſter Juſtinianus, *in §. præterea, Inſtitut. Quibus non eſt permiſſum fa-
cere teſtamentum :* Et quod videt, ignorare, *in leg. prima, verſ. Impuberis , Cod. de fal-
ſa moneta* , Martianus dicit *in l. excipiuntur , ad Senatuſconſultum Syllanianum* , eum
rei intellectum habere poſſe & intelligere ſe delinquere , *§. in ſumma , Inſtit. de
obligat.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

oblig. quæ ex delicto, & intelligere id quod fit, *l. in ſponnſalib. ff. de ſponſalib.* Quare Zaſius *in l. quinam conſulebant*, *num.* 8. *ff. de re jud.* dicit, eum poſſe gerere facilia, quæ magno diſcurſu non egent: Ex quibus patet hujus ætatis definitionem ad multa pertinere.

Primò enim ex prædictis inferunt, hunc † Iudicem eligi non poſſe, vel 72
ordinarium, vel etiam delegatum; cum magna & prægnantia multa ad judicem pertineant, *cap. judicante* 30. *quæſtio.* 5. *cap. cum clerici*; *de ſentent. & re judic. in* 6. *cap. quoniam contra*, *de probat.* ſcilicet ſcientia, & maturitas mentis & conſilii, Molin. *in conſuetud.* §. 29. *num.* 6. *in fine*, & impubes judicio careat, qui ob id natura impeditur, ne Judex ſit, *l. cum Prætor*, *ff. de judiciis.* Hoc amplius aiunt, Principem non poſſe, etiam ex certa ſcientia, impuberem judicem deputare, non quod defectus ſit in Principe, ſed in ſubjecto, in perſona ſcilicet impuberis. Quemadmodum dicunt Theologi, Deum non poſſe ea, quæ implicant contradictionem, quod non eſt ex defectu potentiæ divinæ ſed ex defectu ſubiectæ, nempe creaturæ, quæ contradictoriorum non eſt capax: ut latè Rodericus Suarez, doctiſſimus Hiſpanus, *allegatione* 12. *num.* 8. 9. 10. 11, 12. Niſi tamen hoc fiat ex ſpeciali Dei proviſione, *ut Danielis cap.* 14. Vel niſi hoc Princeps agat ex juſta cauſa, ſive id poſcat utilitas publica; exempli gratia: Si illuſtris aliqua familia civitatem regat, ut Bentivoli Bononiæ, & illa familia ad impuberem unum redigatur, Princeps eo caſu talem in magiſtratum eligere poterit. Suares *ubi ſupra latiſſime*, *num.* 28. 39. *& aliquot ſeq.* Vel ſi Comites, vel Barones habentes juriſdictiones impuberes Herales relinquant, iam magiſtratus ordinarii in eos jure hæreditario influunt, & rectè propter dignitatem Iudices & Magiſtratus dicentur. Cæterum hujuſmodi juriſdictiones reguntur per tutores, donec Herales adoleſcant, ut rectè tradit Ulricus Zaſius, vir inter bonos optimus, & inter doctos doctiſſimus *in d. l. quidam conſulebant*, *num.* 8. *&* 9. *ff. de re judicata* Sed & Decius *in l.* 2. §. *impuberes*, *num.* 4. *ff. de reg. jur.* tradit generaliter, Principem ſuper defectu judicii naturalis diſpenſare non poſſe, niſi cum doli capace, qualis eſt pubertati proximus, ut infra dicemus.

Cui non diſſimile eſt, quod † impubes nedum in collegiata, ſed nec in ca- 73
thedrali eccleſia poteſt eſſe Canonicus, ex communi Doctorum ſententia: ut latè diſputat, & decidit Quintilianus Mandoſius *Regula cancell.* 18. *quæſt. prima*, *num.* 3. *poſt Molin. ad Decium in d. l.* 2. §. *impuberes*, *num.* 6. & ibidem Cagnolus *nu.* 11. 12. allegat alios contrarium tenentes, poſt Ludovicum Gomeſium doctum Hiſpanum, Epiſcopum olim Sarnenſem, & Rotæ Romanæ Auditorem *in tractatu ſuo de gratiis expectativis*, *num.* 86. Sed quia ejus ætatis
homo † non poteſt ſapienter tractare concernentia conſilium prudentium & 74
jura, vocem in capitulo non habet, nec ad Epiſcopi electionem vocatur, ut tradunt Zaſius & Mandoſius locis præallegatis; pro qua opinione optimè facit textus *in ca. ex eo, de elect. in* 6. & ante eos Dec. *in l.* 2. §. *num.* 6. *de reg. jur.*

Secundo inferunt, Impuberes † ad honores, & officia publica non eſſe 75
admit-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

admittendos, etiamſi neceſſitas penuriæ hominum cogat, auctore Vlpiano, *in l. 2. §. impuberes, ff. de jure immunit. l. 2. §. item impuberes, ff. de r g. juris, & ibi Decius num.* 3. Cujus rei cauſa hæc eſt, quod civilia officia virilia ſint, hic autem non veniat appellatione viri, *l. cum quis, §. Codicillis, & ibi Bart. ff. de legat.* 3. Bald. *in l.* 1. *C. de dignit. lib.* 12. Quæ virilia officia ante ſumptam virilem togam non ſubibat juventus Romana: Verebantur enim Romani hanc improvidam & infirmam ætatem, quæ iram colligit, & ponit, temerè mutatur in horas, & nihil poſſe ſcire intelligitur, & ideo aliis conſulere & præeſſe non poteſt, nec debet, cum non habeat niſi ſemiplenum intellectum, ut dicit ſubtiliſſimus Juriſconſultorum Bald. *in c.* 1. *Quo temp. mil. inveſt. pet. debet.* Et nullum eorum animi ſit judicium, ut dicit Imperator *in §. præterea, Inſtit. quib. non eſt permiſſum facere teſtam.* qui etiam hac de cauſa leges annales ſeu annonarias ſcripſerunt; de quibus latius infra dicemus. Id quod tamen intelligendum eſt, quando
76 † dignitas habet adminiſtrationem annexam, non ſi ſine adminiſtratione ſit: ut rectè tradit Decius *in d. §. impuberes*, ſed nec quando ſuccedit in dignitate jure hereditario, quo caſu, ſecuudum quoſdam, debet regi per tutorem, Decius *dict. §. impuberes, num.* 8. quem ibi ſequitur Cagnolus *num.* 18. ex doctrina Oldradi, *conſil.* 52. ubi loquitur de filio Regis, qui mortuo patre ſuccedit, vel ſecundum alios, per ſe, & nomine ſuo cum conſilio, & de electione prudentum & fidelium Procerum: Quæ videtur ſanior & humanior opinio, quam latè probat Carolus Molin. *in conſuetud.* §. 29. & poſt eum Franciſcus Balduinus antiquitatum illuſtrator vigilantiſſimus, *Inſtit. quib. mod. tut. ſiniatur, in princip.* ad quos Lectorem remitto.

77 Inferunt tertiò; eum velut † doli capacem committere poſſe cauſam exhæredatione dignam, Accurſius *in §. quacunque, Inſtit. de pupill. ſubſtit.* Bart. *in l. moribus, ff. de vulgari*, quos refert & ſequitur noviſſimè Ioannes Coraſius, vir diligens & bene eruditus *in l. ſi teſtamento, nu.* 20. *C. de impub. & aliis ſubſtitut.* Atque incidere in pœnam *l. ſi quis in tantum, C. unde vi.* Alexan. *conſi.* 103. *num.* 12. *lib.* 1. Denique in delictis non excuſari ſuffragio ætatis, cum ea non præbeat impunitatem, *l. impunitas, C. de pœnis*, aut beneficium reſtitutionis, *l. ſi ex cauſſa, §. nunc videndum, de minoribus.* Qua ratione apud Cajum, aliâs Mæcianum, *lib.* 11. *de publicis judiciis:* ita enim habent Pandectæ Florentinæ: laudatur Trebatius; alias Trebius Germanus Legatus: quod de impubere qui non multum à pubertate aberat, ſumi juſſerit ſupplicium, *l. excipiuntur, ff. ad Syllanianum.*
77 Et refert ex Homero † omnis virtutis parente & juſtiſſimo omnium rerum explanatore, Claudius Saturnius *lib. ſingul. de pœnis paganorum, in l. aut facta, ff. de*
78 *pœuis.* Patroclum † puerum cum in aleæ luſu ſodalem ſuum fortè occidiſſet, exilio punitum eſſe, rectè, nam talis dolo non caret, & fictione quadam in furtis, injuriis, fraudibuſque cunctis pro pubere habetur, *l. apud Celſum, §. què in tutore, ff. de furtis, l. hæredibus, §.* 1. *de dol. mal.* Idque maxime procedit in illis, quibus quis intelligit abſtinendum eſſe, naturali ratione dictante, de quibus licet lex ſcripta non ſit, tamen quia orta eſt cum mente divina, pro certiſſima

lege

lege naturæ omnes ligat, ac in omnes eſt diffuſa: Itaque ignorari non poteſt, quinin illis numeretur adulterium, *l. probrum*, *ff. de verborum ſignificatione*, Inceſtus, ſcilicet inter parentes & liberos, vel eos, qui parentum inter ſe liberorumque locum obtinent, *l. ult. ff. de rit. nupt. l. ult. ff. de condict. ſine cauſ.* Vis & violentia, *l. 3. ff. de juſtit. & jur.* & dicit. Petrus Rebuffus *in l. pueri*, *ff. de verb. ſignificat.* ſe vidiſſe puerum non excedentem duodecim annos, propter delictum ſuſpendi, non per collum, ſed ſub brachiis, erat tamen reſtis in collo ejus longior; qui poſtea fuit fuſtibus cæſus per civitatem.

Quod tamen intelliges non procedere, quando talis † impubes ob juſtam 80
aliquam cauſam credere potuit ſe non peccare, ſed rei licitæ operam dare, quo caſu, probata illa juſta cauſſa, putant omnes eum excuſari, vel ſaltem non debere ei negari beneficium reſtitutionis, juxta *l. 1. C. ſi adverſus delictum.* Alexan. *d. conſil.* 103. *nu.* 12. *verſ. niſi aliquid.* Aymon Cravettam *conſ.* 193. *num.* 2. quos & alios noviſſime refert, & ſequitur Iacobus Menochius *in 9. remedio recup. quæſt.* 3. quo etiam loco idem Menochius dicit, pœnam ordinariam mitigari debere, *ex dict. leg. ſi ex cauſſa, §. nunc videndum, l. auxilium, §. in delictis, de minoribus*, & ante eum, Marcus Mantua Juriſconſultus Patavinus *Dialog.* 18. Quod tamen non eſt ita generaliter ſtatuendum, ut ſemper pœna ordinario debeat mitigari, ſed ita, ſi hoc Iudici ſederit, & miſeratio ætatis eum ad mediocrem pœnam produxerit, *dict. leg. auxilium*, *§. in delictis*, *ff. de minoribus.* Siquidem tota res pendet ex circumſtantiis; ita ut impoſſibile ſit, quid certi ſtatuere, ob delictorum & ingeniorum varias, imo mille formas, cujus etiam ſententiæ videtur eſſe Andræas Tiraq. *in libel. ſuo*, *de pœnis temper. cauſ.* 7 *in fine.*

Quarto inferunt, non tantum † in ſuppliciis impuberi parcendum eſſe, ſed 81
etiam in quæſtione, & hoc uſu obſervari ſolere, ut habena & ferula cæderentur, ut expreſſe teſtatur Vlpianus *in l. 1. §. impuberi, ff. ad Syllanianum*, ætas enim hos adverſus aſperitatem quæſtionis tuetur, inquit Calliſtratus *in l. ex libero*, *§. de minore*, *ff. de quæſt.* Maximè cum nullis extrinſecis argumentis accuſatio impleatur, *dict. §. minore.* Cujus deciſionis ea eſt ratio, quod in criminibus eruendis, ſiue ſcrutandis, quæſtio adhiberi ſolet, & ita is qui tormentis ſubijcitur, ad teſtimonium provocari; quæſtio ſiquidem adhibetur ad veritatis indaginem & veritatem illuminandam, *l. cum teſtamentum*, *l. hoc quod*, *C. de quæſt. l. 1. ff. de quæſt.* Huic autem teſtimonium denuntiari non poſſit, *l. inuiti*, *ff. de teſtibus*, quia quidquid videt, ignorat, *l. fin. circa fin. ff. rem pupilli ſalvam fore*, *l. fin. ff. de juris & fact. ignoran.* eſſet enim, ac ſi cæcus de coloribus judicaret, ut dicit Baldus *in l. teſtium*, *col.* 2. *verſ. redeo ad primum*, *C. de teſtib.* quem referunt & ſequuntur Dec. & Cagnol. *in l. 2. §. impuberes*, *ff. de reg. juris.* Et hoc nimirum eſt, quod
Calliſtratus dicit *in l. 3. §. lege*, *ff. de teſtibus*, aperte impuberem † ad teſtimonii 82
fidem non eſſe admittendum, propter lubricum conſilii ſui, quemadmodum alio loco Vlpianus dicit: Impuberem facile capi lubrico ætatis, *l. verum*, *§. ſciendum*, *ff. de minorib.* Imo nec in criminalibus, pubes ante 20. annum completum, cogi poteſt, *l. in teſtimonium*, *ff. de teſtibus*, quam Calcan. *conſ.* 110. *n.* 8. *verſ. nec obeſt.* communem dicit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

l. in teſtimonium, ff. de teſtibus, quam Calcan. *conſ.* 10. *n.* 8. *verſ. nec obeſt*, communem dicit.

Quæ quanquam ita ſe habeant, tamen receptum eſt utilitatis cauſa, ut in majeſtatis crimine, quod ad perſonas minorum attinet, ſi qui ad teſtimonium provocentur, omnes omnino, cum res exigit, torqueantur: idque ex reſcripto D. Pii ad Cæcilium Iubentianum, cujus meminit Aurelius Arcadius Chariſius, *in l. de minore, ff. de quæſtio.* non ut indicium plenum faciant, ſed tantum quale quale, ad inſtituendam religionem judicantis, ut in eo loco tradit Bartolus.

Quin & ſunt qui optimis rationibus probant, hos & ſimiles non admitti in teſtes, quando agitur tantum de probando crimine læſæ Majeſtatis, non facto, ſed verbis commiſſo; Vel etiam de probandis adminiculis ejus delicti, ut Dec. *conſ.* 410. *nu.* 5. & Aymon Cravetta *con.* 6. *nu.* 9. 10. 11.

83 Pariter alii tradunt, hos jam puberes † factos teſtificari non poſſe etiam in civilibus cauſſis, de his quæ viderunt, dum prope pubertatem eſſent, ex quo eorum dictum refertur ad tempus pupillaris ætatis, in quo non habeat judicium. Et quia jam pubes factus non deponit, prout tunc, ex ratione textus *in l.* 3. *§. fi. ff. commodati*, ubi major factus non obligatur pro commodato facto in ætate pupillari. Decius *d. l.* 2. *§. impuberes, in fin. ff. de reg. jur.* & poſt eum alios laudat Tobias Nonius, Italus, vir doctus *in §. teſtes, nu.* 21. 22. *Inſtitut. de teſtamentis.* Quamvis non me lateat communem eſſe in contrarium, ut atteſtatur Nonius *d. loco*, & Didacus Couarruvias *in c. poſſeſſor*, 2. *part. §.* 3. *num.* 8.
84 *ff. de reg. juris, in* 6. Quæ tamen intelligenda eſt, ſi deponat ‡ de his rebus, quæ eo tempore veriſimiliter intelligere potuit, & non aliter: ut optime tradit Iulius Clarus *in ſua Practica, criminali, §. ult. quæſt.* 24. *verſ. vidi quandoque*, & Carolus Mol. *ad Alexand. conſ.* 29. *num.* 12. *lib.* 7. ubi dicit puberem etiam poſſe deponere de his, quæ cadunt in notitiam infantis, ſi quæ fortè infans vidit.

85 Quinto inferunt, hunc ‡ teſtamentum facere non poſſe, cujus rationem explanat apertè Imperator, *in l. ult. C. de teſtamen. milit. Quia*, inquit, *ſtabilem mentem nondum adeptus eſt, & indignum videtur in tam tenera ætate ſapientum hominum jure pertractare, & fortè parentibus vel aliis propinquis nocere, & propriam ſubſtantiam extraneis relinquere.* Idem *in §. præterea, Inſti. quib. non eſt permiſſum facere teſtamentum. Quia*, inquit, *nullum eſt eorum animi judicium*; quare non eſt opus aliunde arceſſere aliam magis claram & evidentem, ut probatur *in l. qua ætate, ff. de teſtamentis.* Quod uſque adeo verum eſt, ut ſententia, qua Iudex pronunciat, minorem quatuordecim annis poſſe teſtari, ſit ipſo jure nulla, & ideo in ea
86 ſpecie non ſit † appellationis auxilium neceſſarium, ex reſcripto Alexan. *in l.* 2. *C. quando provocar. non eſt neceſſe.* Licet nos hodie in praxi aliud obſervemus, ut ab omni ſententia, etiam nulla ipſo jure, appellari debeat, quod & apud Gallos obſervari teſtatur Petrus Rebuffus utriuſque juris Doctor, *in procem. Conſtitut. gloſſ.* 5. *nu.* 87.

Nec diſtinguitur, an alioqui prudens, ſive ſagax & doli capax ſit, cum malitia hac in ſpecie ætatem non ſuppleat, quia ubi certa ætas ad intellectum & diſcre-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

& diſcretionem requiritur à jure, non poteſt ſuppleri malitia, nec præcoci
judicio, *l. qua ætate, ff. de teſtam. & ibi Doct.* ſequitur Philippus Francus *in rubrica*
de teſtamen. in 6. Ioan Dilectus Durant. Gualdenſis, *de arte teſtandi, tit.* 1. *caut.*
5. Benedict. *in cap. Raynutius, verb. adiectæ, nu.* 63. *de teſtamentis.* Decius *in l. ſi*
frater, num. 4. *&* 5. *C. qui teſtam. facere poſſunt, & ibidem quoque Caſtrenſis.* Quia,
inquiunt, lex figit † pedes taxando ætatem, unde ſi impubes ante legiti- 87
mam ætatem religionem ſolemniter profiteatur, profeſſio eſt nulla, *c.* 1. *de*
regularibus, in 6. Etiamſi maximè diſcretus ſit puer, & doli capax: ut eſt gloſ-
ſa communiter approbata, *in c. poſtulaſti, de regularibus*, quam ſequitur Abbas,
in c. ſignificatum, eod. titul. Et Cardinalis, *in Clementina finali, de ætate & qualitate,*
quæſt. 3. Licet ſecus ſtatutum ſit in matrimonio, in quo præmatura potentia
ad generandum ætatis defectum ſupplere dicitur, *ex c. fin. de deſponſat. impub.*
& notat. in cap. juvenis, de ſponſalibus, cujus rei rationem hîc non diſcutio.

Neque refert etiam, quantum ad hoc, † ſi teſtatus ſit † ad pias cauſas, ut 88
tradit Bart. *in l.* 1. *quæſt.* 2. C. *de ſacroſanct. Eccleſ.* Decius *in l. pupillum, num.* 5.
ff. de reg. juris. Alex. *conſi.* 182. *num.* 2. *lib.* 5. Tiraq. *de jure conſtitut. limit.* 2. *num.*
4. & Benedictin. *d. §. adiectæ, num.* 69. quo loco dicit, eam eſſe communiter
receptam. Licet idem Benedictinus quædam in contrarium adferat, ex Ric-
hardo de Saliceto, *in repetit. dict. leg.* 1. *C. de ſacroſanct. Eccleſ.* quibus ipſe tamen
non inhæret, ſed communi; plus dicens, etiam † tutoris auctoritatem nihil 89
prodeſſe; quia inquit, effectus ultimæ voluntatis incidit poſt mortem pupilli,
& ita in tempus, quo finita erit tutela, quem ſequitur Andr. Tiraq. *d. limit.* 2.
nu. 4. *&* 5. Idem *late de Privil. piæ cauſ. privil.* 9.

Quibus rationibus Imperator Iuſtinianus motus, licet olim Veſtalibus Ro-
manis, privilegii loco, honoris ac favoris reſpectu atque religionis cauſa,
tributum fuiſſet jus faciendi teſtamenti ante pubertatem: ſtatim enim exi-
bant patriam poteſtatem, & quidvis poterant ſine Curatore, etiam vivo pa-
tre, cum tamen aliæ mulieres eſſent in perpetua tutela: ut Plutarchus in
Numa docet. Eoque exemplo Conſtantinus Magnus, primus Chriſtianus
Imperator, idem Chriſtianis Veſtalibus conceſſiſſet, ut habet hiſtoria tri-
partita & auctores ſunt Soſomenus & Nicephorus; Atque idem quoque an-
tiquis † legibus pupillis, quia tribunatum numerorum meruiſſent, permiſſum 90
fuerit: tamen, quia licentia hujuſmodi videbatur nimis periculoſa, nunquam
quo ad veſtales, fuit recepta: Et, quod ad tribunos numerorum attinet,
eam peculiari conſtitutione ſuſtulit Iuſtinianus *in l. ult. C. de milit. teſtam.* cujus
literam Iacobus Revardus, vir certè doctus, *libr.* 4. *variarum, cap.* 8. putat
eſſe vitioſam & corruptam, & potius legendum eſſe; *id tribunatu numerorum:*
ea nimirum ratione, & forma loquendi, qua, *in officio tui culminis merendi licen-*
tiam habere, præfecto cuidam prætorio reſcripſit Imper. Conſtantinus *in l. fin.*
C. de caſt. pecul. milit. Nec enim (inquit) veriſimile eſt, hujuſmodi dignita-
tem à Romanis Principibus in pupillos unquam collatam fuiſſe, argutè
quidem ille: cæterum mihi religio eſt à vulgata lectione recedere, ma-
ximè

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

ximè cùm inveniamus apud Alexandrum Neapolitanum *Genial 6. ca.* 18 Hadrianum Cæſarem edicto vetuiſſe; ne imberbis adoleſcenſùe tribunus militum fieret, cujus dictum confirmat Spartianus, qui dicit, quod idem Hadrianus, eos non ſolebat eligere, niſi plena barba, ut eum refert Ulricus Zaſius *in l. 2. §. deinde cum poſt aliquot, ff. de orig. juris.* Ex quorum dictis mihi omnino veriſimile fit, etiam pupillos aliquando Tribunatum militum cohortium, ſive numerorum meruiſſe.

91 Quin & ſunt qui aſſeveranter affirmant; nec † eum ſtatuto, conſuetudine, vel etiam Principis indulgentia ad hoc habilitari poſſe, maximè ſi populus vel Princeps recognoſcat ſuperiorem: Angel *in l. ſi quæramus, de teſtamentis*, Bald. *in cap. cum vigeſimum, de offic. deleg.* idem *in l. 1. verſ. quæro quæ ſunt exempla, col. 2. C. de confeſſis*, Angelus & Romanus *in l. more, ff de acq. hæred.* Benedictinus *d. verbo, adiectæ, num.* 63. Anchoranus *in c. quia ingreſſa, de teſtam. in* 6. Et latè Rodericus Suares *allegat* 12. *num.* 14. 16. 17. Quia inquiunt, vitia naturalia ſunt immutabilia, nec poſſunt à Principe ſuppleri per diſpenſationem;
92 tum etiam, quia *lex final. C. de teſtam. milit* prohibet impuberes, etiam tribunos † militum, de bonis ſuis teſtari, & ultra procedens, dicit, hoc nullo modo concedendum eſſe, ut indignum ſuis temporibus & irrationabile. Per quæ verba tollitur omnis poteſtas diſpenſandi, juxta gloſſam ſingularem, *in verb, nullo modo, in Clementina, hi qui, §. illi verò, de ætat. & qualit.* Quam gloſſam ſecutus eſt Imola, *in d. l. ſi quæramus*, & prius Bartolus ſibi contrarius *in l. neque. Cod. de teſtamen. milit.* Ioannes Crotus *in l. omnes populi, nu.* 12. *ff. de iuſtit. & jure*, & latè in ſimili materia, Andr. Tiraq. *de retract. lig, in præfat num.* 19

93 Hoc amplius etiam juridicè ſuſtineri poſſet, nec Principem † vel civitatem, etiam ſuperiorem non recognoſcentem; de quibus juxta communem concluſionem, idem judicari debet: ut notat Bart. *in l. 1. §. de qua, de poſtul.* Idem *in l. hoſtes, ff. de capt. & poſt lim. reverſis* latè Dicius cum Mol. *conſ.* 534. *num.* 2. licet regulariter contra jus ſtatuere poſſint; imo etiam limitare, ſive interpretari jus divinum ex cauſa, & doctrina Innocentii *in cap. quæ in eccleſiarum, de conſtitut.* quem ibi ſequuntur Imola, Abbas, Felyn. *colum.* 2. & Decius *num.* 13. Bart. *in* 1. *conſtit. Digeſtor.* & Baldus *in l. 2. in fin. C. de precib. Imperat. offer.* Etiamſi tale jus divinum nunquam fuit limitatum, qui fortè caſus non evenit, tamen iam cauſſa juſta ſubeſt: ut tradit Decius *dict. c. quæ in Eccleſiarum, num.* 16. *verſ.* 2. *in iſta.* Tamen in hoc noſtro caſu diſpenſare facilè non poſſe, nec debere. Cujus ſententiæ multi quoque ſunt ex Doctoribus, ſuperius à nobis laudati. Niſi tamen juſta & evidens cauſſa ſubeſſet & de ea conſtaret, in quo non puto verbis Principis narrativis credi debere: ut tradit Decius *conſ.* 576. *nu.* 10. idem *conſ.* 602. *num.* 13. 15. & 16.

Rurſus alii dicunt; quod ſi pupillus doli capax de bonis ſuis in eventum mortis donando, diſponat ſub conditione: Si deceſſerit in pupillari ætate;
94 & eam ſuam diſpoſitionem † etiam juramento firmaverit, eam non valere, nec eum aſtringi religione juramenti quia impubes non habet plenum judicium,

um, quod requitur, ut obliget juramentum: ut notatur *in Anth. quod eis, C. de*
nupt. & c. Etſi Chriſtus, de jurejurando. Et in tali ætate non cadit perjurium, *l. qui*
juraſſe, ff. de jurejurando. Quam etiam magis communem eſſe dicit Andræas Al-
ciatus *in cap. cum contingat, num.* 144. *de jurejurand.* Mol. *ad Dec. in l. pupillum, ff. de*
regul. juris. Quamuis contra communem eſſe dicat Decius *in d. l. pupillum.* Ca-
ſtrenſis *conſ.* 213: *libr.* 1. Abbas *conſ.* 108. *libr.* 2. Alex. *in l. qui juraſſe, ff. de jure-*
jur. Iaſon, poſt bart. *in Auth. ſacramenta, C. ſi adverſus vendit.*

Pari ratione tradit Macer, hanc teneram † ætatem nec accuſare poſſe, *in* 95
l. qui accuſare, ff. de accuſat. Nec enim juſtus accuſator ullus eſt, qui nondum ex-
acti conſilii capax eſt, cum is accuſatoris officium implere minimè poſſit, &
magnis ſe ſubiiciat periculis. Cui tamen ex conſilio tutorum patris † mortem 96
exequi, nec non de patris teſtamento agere D. Veſpaſianus permiſit, *l. 2. de*
accuſat. ita eodem ſenſu teneram ætatem poſuit Imperator *Novell.* 155.

Pupillarem † ætatem ſequitur pubertas, ſive pubes ætas, cujus fit mentio 97
in l. cohæredi, §. cum pater, ff. de vulg. & pupill. l. deinde, §. item ſi quis, ff. de lib. exhib. l.
excipiuntur, ff. ad Syllan. l. tutor poſt, C. arbit. tutel. quam veteres non † ſolum ex 98
annis, ſed etiam ex habitu corporis in maſculis æſtimari volebant, ut refert
Imperator, *inſtit. quib. mod. tutel. finiatur.* Habitum corporis ad obſcœnam, ſive
inde coram quandam indagationem, ſive inſpectionem referens, *in l. ult. C.*
quando tut. vel curat. eſſe deſierint. Per veteres † Platonem, ſummum Philoſo- 99
phum fortè intelligens, qui *lib. de ll.* 11. jubet ad deprehendendam puberta-
tem, ſive ætatem ad nuptias idoneam, fœminas nudas inſpici, uſque ad
pubem: ita quod virginum pudenda non omnino nudarentur; Mares tamen
omnino nudos: Ut refert Euſebius *lib* 3. *de præparatione Evangel. cap.* 12. vel forte
etiam Lycurgum Lacedæmoniorum Legiſlatorem, qui virgines omnino nu-
das proponebat oculis omnium, in publicis ſpectaculis: ut tradit Plutarchus
in vita ipſius Lycurgi, & in Apophthegmatis Laconicis & Eupirides *in Andromacho,* Alex.
lib. 2. cap. 25.

Quin & ſunt, qui hoc ad Romanos referri poſſe putant, ex eo, quod in-
veniamus apud eos aliquando mulieres † nudas in ſcenam prodiſſe. Refert e- 100
nim Valerius Maximus, qui Tiberii Cæſaris temporib. floruit *lib. 2. cap.* 241.
Marco Portio Catone ludos † Florales, quos Meſſius ædilis faciebat ſpectan- 101
te, populum, ut mimæ nudarentur, poſtulare erubuiſſe, eumque ſtatim at-
que hoc à quibuſdam cognoviſſet, diſceſſiſſe è Theatro, ne præſentia ſua
ſpectaculi conſuetudinem impediret: quem abeuntem ingenti plauſu popu-
lus proſecutus priſcum morem iocorum in ſcenam revocavit: confeſſus plus ſe
majeſtatis illi uni tribuere, quàm univerſos ſibi vendicare. Cujus etiam me-
minit Lactantius Firmianus *Inſtitut. libro primo, capit. uigeſimo.* Sed & propius
eſt, quod ſcribit Blondus *Romæ triumphantis, libr.* 1. *in fine,* ad Vallem ægeriæ,
(quam dicit fuiſſe ad ſextum decimum ab urbe lapidem; ubi Cinthianum
eſt ſummi viri Proſperi Cardinalis columnæ oppidum, lacus illi ſubiectus,
ſicut ſemper alias, nunc Nemorenſis eſt dictus) templum fuiſſe virilis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

fortunæ, ad quod virgines viripotentes à parentibus perductæ convenire ſo-
lebant, quas ejus templi ſacerdos omnino nudatas undique inſpicere conſue-
viſſet, ut corporis vitia apparentia indicaret, & admonitæ virgines, cum For-
tunæ thura imolaſſent, vitium illud maritum, qui contingebat, perpetuò ce-
lari impetraſſe tenebant. A quo non recedit Alexander Neapolitanus *genial.* 1
cap. 13. dicens, iſtud templum fuiſſe extra urbem, ne Tyberis ripam, ad quod,
inquit, mulieres, quæ nuptui dabantur frequentes ventitabant, & corpore in-
velato ſingula membra, ne quo morbo vitioque affectæ forent, aut labe aliqua
tenerentur, detegebant.

Ex quibus iam ſatis perſpicuum eſſe puto non ſolùm in Platonis umbratili
republica & Laconica, ex legibus Lycurgi eorum Legislatoris graviſſimi: ſed
& in Romana Republica hanc indecoram & inhoneſtam indagationem ſive
102 inſpectionem fuiſſe toleratam aliquando. Quod malum à Græcis ortum vide-
tur, quorum levitas, inſtructa dicendi facultate & copia, incredibile eſt quan-
tas vitiorum nebulas excitarit, ita quod Romani † eos admirati, & alia eti-
am longè peiora exempla ſecuti ſint, horum vitia ſuſceperint, & univerſis
gentibus tradiderint. Et quibus unum exemplum, quod á vitiorum matre
Græcia Romani didicerunt, adferam: Apud Spartanos, lege Lycurgi ſan-
citum fuit, ut ſpecioſus puer & forma liberali, publicè educaretur, mancus
verò & deformis in loca vaſta & prærupta exponeretur, & in ultimas terra-
rum oras ablegaretur; eundem morem licet efferum & immanem, Romani
tamen ſecuti ſunt, etiam à Romuli temporibus, qui legibus ſuis permiſit,
monſtroſum ſive deformem partum ſtatim in flumen aut mare exponi, ut
Alexander *genialium* 2. *cap.* 25. & Halicarnaſſeus, *lib.* 2. tradiderunt: quem
morem multis pòſt annis retinuerunt, ut alio loco dicemus.

Quæ licet ita ſe habeant, non puto tamen verba Iuriſconſultorum puber-
103 tatem ex habitu corporis æſtimantium, eam recipere debere interpretatio-
nem, quam eis decit Iuſtinianus, ſive potius † eo nomine Tribonianus, &
poſt Accurſium, locis ſuperius laudatis: ſed per ea verba ſignificari univer-
ſi corporis diſpoſitionem, formam ac figuram, ex qua facilè quis cognoſce-
re poſſit, quem ad liberorum procreationem eſſe idoneum: ita enim invenio
hæc verba ubique uſurpari apud probatos auctores omnes. Sic enim loquitur
Cicero 3. *de Finibus: Habitus oris & vultus.* Idem *de Finibus: Æquabilis modoratuſque
corporis habitus.* Ac Plinius *Epiſtol.* 6. *Habitus corporis quieſcenti, quam defuncto ſimi-
lior.*

Quin & hoc idem demonſtrari poterit ex ſcriptis noſtrorum Iuriſconſulto-
rum, Ulpiani ſcilicet *in fragmentis*, qui *titul. de tutelis* 12. dicit controverſum fu-
iſſe inter Caſſianos ſive Sabinianos & Proculeios, Proculianos ſive Pegaſia-
nos, quorum principes puta Attejus Capito, & Antiſtius Labeo, ſub Au-
guſto floruerunt, & has ſectas excitarunt, aluerunt, & poſt ſe reliquerunt:
104 an & quando quis pubes diceretur. Et eodem loco refert Caſſianos, ſive
ſcholam † Caſſianam (ita enim eos vocat Plinius Geminio ſuo ſcribens, *libr.* 7

Epi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Epiſtolarum) *Puberem eum dixiſſe, qui habitu corporis pubes apparet*, id eſt, inquit, *qui generare poteſt.* Proculeios *autem, qui* 14. *an. expleviſſet.* Verum Priſcum: qui etſi Labeonis partes ſecutus eſſet, & inter Proculeios cenſeretur; eum demumpuberem dixiſſe, in quem utrumque concurreret, & habitus corporis & numerus annorum. Nam hi diverſæ ſectæ auctores, non ita præceptoribus ddicti erant, quin ab eorum traditionibus nonnunquam recederent, ut patet *ex l.* 2. *§. quid ſi funere, ff. de hær. vel act. vend.* ubi Iabolenus, qui Sabinianus, tamen Labeonis ſententiam probat.

Hoc eodem ſenſu accipi debet, quod tradit Paulus *in l. minor, ff. de minor.* ubi de minore 25. annorum ait: adito Præſide, ex aſpectu corporis probari, quandoque perfectam ætatem, per aſpectum corporis non aliud intelligens quam corporis habitum, ut ſæpè apud probatos auctores invenitur.

Et licet Ulpianus dicto loco non aperiat, cujus olim ſententia obtinuerit, idem tamen Ulpianus id exprimit *in l.* 2. *ff. de vulg. & pupill. Moribus enim, inquit, introductum eſt, ut quis liberis ſuis impuberibus teſtamentum facere poſſit, donec maſculi ad* 14. *annum pervenerint, fœminæ ad* 12. *annum.* Rurſus idem Ulpianus oſtendit annorum numerum ſolum attendi, non corporis habitum, cum *in l. Mela*, ait, *de aliment. & cib. legat.* diſputans de alimentis alicui ad pubertatem relictis, dicit Hadrianum conſtituiſſe, ut pueri ad 18. puellæ uſque ad 14. annum alantur, & deinde in eadem lege adiicit, *Sed etſi generaliter pubertas non ſic definiatur, tamen pietatis intuitu, in ſola ſpecie alimentorum hoc tempus ætatis eſſe obſervandum.* Quod & aliis auctoritatibus probat Iacob. Cuiac. *in l. minor. verb. decreto, ff. de minor.* & poſt eum Iacob. Revard. *variorum* 4. *cap.* 10. ita quod Proculianorum ſententia videtur olim obtinuiſſe, quæ & adhuc hodie ſervatur ex conſtitutione Iuſtiniani, *in dict. l. ult. in §.* 1. *Inſtit. quib. mod. tut. finiatur.*

Quæ cum ita ſint: videamus primò, quibus aliis nominibus pubertas ſive pubes ætas appelletur, & apud noſtros exaudiatur: Deinde, an perpetuum ſit, quod diximus, eam inchoari anno 14. in maſculo, & in fœmina 12. Ita enim intelligemus perfectè omnia ferè, quæ ad hujus ætatis tractatum pertinent. Et certè quod ad primum attinet, invenio hanc ætatem † appellari ſecundam ætatem, uſque ad annum 25. à Iuſtiniano *Novell.* 72. *in princ. ibi: vel puberes quidem in ſecunda tamen adhuc ætate conſtitutos.* Et rurſum *Novell.* 155. *ibi, ſecundæ ætatis curatorem.* Et iterum *in l. ult. C. de bonis, quæ lib.* & ita interpretatur ea jura doctus, & diligens Hippol. Rimin. *in prin. tit. de donat. num.* 523. & poſt eum Iacob. Cuiac. *ad l.* 2. *ff. de excuſ. tut.* Decius *in l. bonorum, C. qui admitti ad bon. poſſeſſ.* poſt gloſſam *in l. hæreditatum, ff. ad l. Falcid.* Quæ cauſa eſt 105
quod eadem ætas † uſque ad annum 25. appelletur minor ætas ab Ulpiano, 106
in l. 1. *ff. de minor.* ubi dicit, *hujus minoris ætatis conſilium fragile eſſe, & infirmum, multis captionibus ſuppoſitum, & multorum inſidiis expoſitum:* quem ſecutus eſt Imperator Juſtinianus, *Novell.* 155. *circa fin.*

Aliquando etiam † hæc ætas vocatur juſta, ut à *Neratio, in l.* 2. *ff. de condict. cauſ.* 107

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

108 *dat.* aliàs † definita, *ut in l. in ſponſalibus, ff. de ſponſalib.* quæ nuptiis jure ‡ contra-
109 hendis præfinita eſt. Et ideo etiam ſæpe † nubilis ætas vocatur. Et nubiles
110 anni à Virgilio magniloquo omniumque Poëtarum principe, Cicerone & aliis: cujus etiam meminit Vlpianus *in l. hæc conditio, ff. de condit. & demonſtrat.* Franciſcus Balduin. latè *Inſtit. de nuptiis, verbo, fœmina.* Quo ſiquidem anno,
111 in maſculis moveri vim generationis, ſcribit Macrobius, & Ariſtoteles † Peripateticorum Princeps, maximuſque rerum naturæ Profeſſor: ſemen quidem abundare fatetur, ſed non credit ſatis eſſe maturum ad generationem ante annum vigeſimum: quare idem in Politicis præſcribit maribus trigeſimum ſeptimum annum, puellis decimum octavum. Quamvis Plato graviſſimus omnium Philoſophorum & Princeps, contentus ſit annis triginta, & eum qui cælebs manſiſſet uſque ad annum trigeſimum quintum, nullo dignum honore, & poſtremum haberi volverit, *lib. 4. & 6. de legibus.* Sed utcumque fit, ſemper expediret Reipublicæ non enervari inventutem præmatura Venere, (non quod velim libertatem nuptiarum certis cancellis concludi; ita enim facilè fieret, ut ruerent in peiora: puta, nefarias libidines) ſed expedire, ut exerceantur in laboribus & corporis patientia; & ut conſtitutionibus principalibus ſtatuatur, ne quis ante certi temporis ætatem matrimonium contrahat, ſine parentum, vel his fortè defunctis, proximorum conſenſu, quas conſtitutiones credo eſſe juſtas & ſanctas, ſalvo tamen ſemper judicio ſanctæ matris Eccleſiæ, cui me ſubijcio.

112 Sæpe etiam vocatur † adoleſcentia, vel adulta ætas, (atque inde adoleſcentes & adulti) quam ætatem Cenſorinus, *lib. de die natali,* & Varro putant excurrere uſque ad annum trigeſimum, & probant jura noſtra, quæ adoleſcentes & adultos ſemper ab impuberib. ſeparant, ut in tit. *Rem pupilli ſalvam fore, l. Impuberibus, ff. de ſuſpect. tut. l. 1. §. 1. ff. de contraria & utili act. tutel. l. tutor, ff. do appellat. l. eum qui, §. actori, ff. de conſtit. pecun.* Et eos adoleſcentes vel adultos nominant, qui ſub curatoribus ſunt, *ut in l. 1. §. finali, ff. de minor. l. ſi judex, eod. l. ſine hærede, §. interpoſito, ff. de adminiſtrat. tut. & l. mutus, §. is qui, ff. de procurat. l. 1. §. in cauſis, ff. de adminiſt. tut. l. ult. ff. de appellat. l. Aurelio, §. 1. ff. de libert. lega.* ſequitur Joannes Coraſius, *in l. precibus, num. 20. C. de impub. & aliis ſubſtit.* ex eo, inquit, quod cum ſanguine ſimul perturbationes animi effrænatius creſcant & adoleſcant, videtur tamen adoleſcentis nomen etiam pro majore viginti quinque annis à Marcello noſtro fuiſſe poſitum, *in l. de ætate, ff. de minoribus.* Nec me latet, alios aliter accipere adoleſcentis & adulti nomen, ac exiſtimare, adoleſcentem dici ab anno duodecimo, uſque ad vigeſimum primum, quamdiu creſcit in longitudinem, poſtea adultum dici, qui creverit ad juſtam ſtaturæ ſuæ altitudinem.

113 Nonnunquam etiam nominatur prætextatorum ætas: *cum ſcilicet puberem ætatem jam quis ingreſſus eſt, l. deinde, §. ult. ff. de lib. exhib.* Gellius *lib. 1. cap. 23.* Inde anni prætextati. Quod ut intelligatur; ſciendum eſt, in more † celebri fuiſſe Ro-
114 manis, ut impuberes non ſolum pueri, ſed etiam puellæ toga uterentur præ-

texta,

texta, & bulla aurea, quæ prætextatorum ‡ puerorum inſigne erat, & eis à 115
pectore dependebat: ut tradit Vlpianus, *in l. veſtis, §. puerilia, ff. de auro & argen-
to legato.* Idque ad differentiam virilis togæ, quæ Pura appellabatur. Sic enim
ſcribit ad Atticum Cicero *libr. 9. Volo Ciceroni meo togam puram dare.* Dicebatur-
que toga pura, quod ei nulla ‡ purpura eſſet prætexta. Et Bulla, Ingenuis 116
ſcilicet aurea (inſigne nobilitatis) libertinis & plebeis, ſcortea erat, habens
figuram cordis, ut ſignarent eam ætatem alterius conſilio regendam eſſe, au-
ctore Feſto, *de verb. ſignific. libr. 2.* qua primum à Tarquinio Priſco, quinto
Romanorum Rege, donatum eſſe filium tradunt, quem in prætexta ætate ho-
ſtem occidiſſe dicunt: ſed propius vero eſt, in fœdere icto cum Sabinis & Ta-
cio cautum fuiſſe, ut bulla, prætextaque, per eas tempeſtates Sabinorum or-
natu, raptarum filii uterentur, de cujus origine ac uſu, optime Macrobius
libro quinto Saturnaliorum 1. *cap. 6.* ut eum refert Gulielmus Budæus, *in Pandectis,
in l. ultim. ff. de ſenatorib.* Sed quomodocunque hæc res ſe habeat, illud minime
dubium eſt, quod cum pueri puellæque eam acciperent, ex veteri more Sa-
crificium perageretur, quod dicebatur ſacrum prætextatum, quo infirmitas
puerilis ſacra fieret, & venerabilis: Puerorum enim tanta fuit cura & educa-
tio, ut nulli, ne patri quidem, fuerit permiſſum quid inſolens, pernicioſum,
vel minus decorum, his præſentibus dicere vel facere; nève vir quiſpiam
mali exempli in eorum convictu eſſet, qui malis vel ſervilibus vitiis animos
imbueret: Magni ſiquidem intereſſe putabant quos quiſque audiret domi,
quibuſque cum loqueretur puer, atque ideo cum de his ad exhibendum age-
retur, non apud quemvis, ſed tantum apud matremfamilias, hoc eſt, ut Ulpia-
nus interpretatur *in d. l. denique, §. ult. notæ auctoritatis fœminam.* Prætor eos, eaſue
deponi jubebat. Quam togam non temere & è re nata occaſione, ac quo-
libet, prout incidiſſet, die, deponebant, ſed ſolemni feſto Laribus ſuſpende-
bant; ſicut Romanæ puellæ, puellare rudimentum, puppas Veneri Argivæ
& maturæ viris, compoſitum capillum Palladi conſecrabant. Qua depoſitione
facta, anno ætatis ‡ decimoſexto vel decimoſeptimo, Virilem togam, quam 117
ſupra puram diximus, ſumebant, feſto videlicet ſolemnique die, ampliſſimo
cultu & apparatu magnifico; præcipue Bachanalibus feſtis & menſe Martio,
quibus diebus ſumere virilem togam in religione fuit, qua ſignabatur, libe-
rioris vitæ pueris facultas dari, & in forum ad cauſas audiendas, his permiſſum
fuit deſcendere. *Quia*, ut dicit Ulpianus noſter; *hanc ætatem moderatam Prætor
ratus eſt, ad procedendum in publicum, qua ætate aut paulo majore fertur Nerva filius & pu-
blicè de jure reſponſitaſſe, l. 1. §. initium, in verbis, quia moderatam, ff. de poſtul.* Quo
etiam exemplo Imperator noſter Juſtinianus, id ætatis hominis judicium ſatis
ſtabile eſſe credidit, ut poſſit, non obſtante lege Aelia Sentia, teſta-
mento ſervis ſuis libertatem dare, *§. fin. Inſtit. quib. ex cauſ. manumitrere
non licet.*

Denique hæc † ætas quandoque etiam *Juventus* ſiue *Juventa*, vel etiam 118
Juvenilis ætas appellatur. Nam facundus Horatius, & alii veteres Scriptores,

H 3 ubique

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

ubique fere *Iuventutem* cum *Adoleſcentia* confundunt : ſic enim loquitur de Arte Poëtica.

Imberbis Juvenis , tandem cuſtode remoto.
Gaudet equis , canibuſque & aprici gramine campi.

Quod carmen Terentius in Andria ſic poſuit.

Quod plerique omnes faciunt adoleſcentuli.
Ut animum ad aliquod ſtudium adiungant , aut equos
Alere , aut canes ad venandum , aut ad Ppiloſophos.

Per *cuſtodem* non alium intelligens , quam pædagogum , quem Romani pueris ſuis adhibebant , quorum poteſtas deſinebat ſtatim poſt pubertatem : ut patet ex Plauto , *in Bacchide* : ubi Piſtocletus adultiore iam ætate ad pædago-
119 gum † magiſtrum ſuum Lydo ab amore turpi dehortantem :

Iam inquit *exceſſit mihi ætas ex magiſterio tuo.*

Quin & ferè omnes hos vocant imbelles · Horatius 3. *Carminum , quaſi ſine*
120 *viribus & bello minime aptos* ; & conſtat , Romanos † nunquam ſeptem & decem annis minorem , ſed paulo majorem , militiæ & Tyrocinio adſcribi voluiſſe. Idque à Servio Tullio 6. Romanorum Rege , vetere cenſione primum cautum; deinde ſubſequente ævo à C. Graccho , lege Sacrata ſancitum fuit ,
121 auctore Alex. Neapolit. *Genialium* 1. *cap.* 20 & Gellio *libr.* 10. *cap.* 28. Sunt & † qui hos *imberbes* appellant , ut paulo ante. Idem Horatius *de arte Poetica. Vel virilem veſtem ſumpſerat* ; & Ovidius ad Piſonem :

Quamuis nunc juvenile decus mihi pingere malas cœperit.
Et nondum viceſima venerit ætas.

Hand dubiè accipientes pro *Impubere.* Siquidem veteres *Veſticipem* † illum ap-
122 pellarunt , cujus genæ prima barba veſtirentur , vel qui nondum veſtem virilem ſumpſerat , *Inveſtem* , cui nulla veſtis , id eſt , lanugo obumbrat malas, nam *veſtis* barba eſt , Virgilius :

Aurea cæſaries ollis atque aurea veſtis.

Lucretius lib. 5.

Tum demum pueris æuo florente Juventus.

Et iterum :

Nec minus incerto dentes cadere imperat ætas
Tempore , & impubem molli pubeſcere veſte ,
Et pariter mollem malis dimittere barbam.

Quod imitatus eſt Virgilius 8. *Æneidos.*

Tum mihi prima genas veſtibat flore Juventas.

Sic etiam Feſtus *Veſticipem puerum* vocat , qui iam veſtitus eſt pubertate. Con-
123 trà *Inveſticipem* qui nondum pubertate † veſtitus eſt , & mirè eleganter expreſſerunt Græci ἥβην qua & ætas & pili indicantur : etſi inhoneſtiores , ut bene obſervavit Obertus Giſanius *in ſuis doctiſſimis , licet brevibus collectaneis ad Lucretium. verbo , Veſtis* ; & in apendice , *verbo , Iuventas.* Quibus omnino conſentire videtur *l. creditor , §. ſubſtituti , ff. de appellat.* ubi ſic ſcribit Scævola : *Subſtituti tuto-*

I *ris*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

res in locum legitimi tutoris experti cum eo tutelæ judicio, cum arbiter iniquè condemnavit, aliter quam rei æquitas exigebat: à ſententia ejus provocaverunt, pendente cauſa appellationis juvenes adoleverunt: quæſitum eſt, cum omnis executio hujus ad adultos pertineat, & cauſam ad ſe pertinentem, idonee tueri poſſunt: an poſtulatio eorum contra quos appellatum erat, dicentium illos debuiſſe cauſas appellationis reddere; qui primi ſunt experti, admittenda non ſit? Reſpondit eos quorum tutela geſta eſſet, ſi vellent cauſam exequi non prohibendos, Idem & in curatoribus obſervandum eſſe, ſi interim adultus ad legitimam ætatem pervenit. Ex quo loco ſatis perſpicuum eſſe puto Scævolam † *Juvenem* pro *Impubere* accepiſſe. 124
Non abſimili ferè ratione Cajus *lib.* 4. *ad edictum Provinciale*, *in l. patri*, *§.* 1. *ff. de min.* quem in principio minorem viginti quinque annis vocavit, eundem ſtatim poſt appellat *Juvenem*. Quare mirari ſatis non poſſum, quid cauſſæ ſit, quod Marcellus *lib. ſingul. reſponſ. in l. non aliter*, *ff. de legat.* 3. *ſcribit: Eum Juvenem exiſtimari* † *poſſe, qui adoleſcentis exceſſit ætatem, quoad incipiat inter ſeniores numerari.* Niſi Marcelli verba interpretemur de *viridi*, non de *prima juventa*, 125 126
ut ea recte interpretatur Cuiacius *in l.* 2. *ff. de excuſat tut.* Et talem † admodum *Juvenem*, id eſt, nimium credulum vocat Ulp. *in l. ſi cum dotem*, *§. nec non illud. ff. ſolut. matr.* Ut ut tamen ſit, 'Juvenum rudes adhuc, & infirmos eſſe animos, ſcribit Imp. Iuſtin. *in §. his*, *Inſt. de Juſt. & jur.* faciles & mobiles, teſte Virg. 3. *Georg. hos plerumque mereri, ſtultos præteriiſſe dies*, dicit Tibul. *lib.* 1. *eleg.* 4.

His ſic explicatis, ſupereſt tractare; an ſemper hæc ætas incipiat ab anno decimo quarto in maſculis, & duodecimo in fœminis; quod licet ſuperius diximus regulariter obtinere, iſta tamen doctrina non eſt in omnibus vera. 127
Primo enim non procedit † in cauſa alimentorum alicui teſtamento relictorum, in qua, pietatis intuitu, puellæ ad decimum quartum, puero uſque ad decimum octavum debetur. Idque ex D. Hadriani conſtitutione, qnam refert Ulpianus, *in l. Mela. ff. de aliment. & cibariis legat.* rectè, nam & Paulus *in l. civitatibus*, *ff. de legat.* 1. (quæ deſumpta eſt ex ejus libro regularum) ſcribit † talia legata, quæ in alimenta infirmæ ætatis, puta ſenioribus vel pueris puellisque relicta fuerint, ad honorem civitatis pertinere. 128

Non procedit etiam prædicta † doctrina in ſpadone, ſive caſtrato, qui 129
pubeſcit demum anno decimo octavo, Paul. *in ſent. lib.* 3. *tit.* 4. *de teſtam. l.* 2. Neque pariter, quando in loco aliquo eſt ſtatutum, aliquem ante 14. annos, vel poſt pubeſcere: ut apud Bituriges, ubi pubeſcunt anno demum decimooctavo, quam ob id *Spadonum patriam* nominat Cuiac. *leb.* 4. *feud. c.* 13 quod tamen non invenitur in lib. Statuti Bituricenſium comment. à Nicol. Boerio, & ita ſtatutum apud Vltraiectenſes *rubrica* 31. *§.* 1. quod ſcilicet mares pubeſcant anno decimooctavo; fœminæ anno 20.

Neque id novum cuiquam videri debet, cum generaliter traditum ſit, 130
ſtatutum † vel conſuetudinem poſſe inhabilem facere habilem: & ita de filiofamilas ad teſtandum, tradit Rebuff. *in tract. ſuo de conſuet. nu.* 86. *per notata in c. Ray-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

c. Raynunttus, x. de teſtam. & de minore majorem facere, ut dicit Bald. *conſil.* 103 *incip. Quæritur, lib* 4. Anchoranus *in repet. ca. in* 14. *quæſt, princip. verſ. ultim. hic refero quæſtionem, de conſtitut.* Quod tamen intelligit Caſtrenſis, *conſi.* 106. *n.* 2. *lib.* 2. *& idem in l.* 2. *C. de his qui veniam ætatis*, non procedere quantum ad bonorum immobilium alienationem, per text *in l.* 2. *verſ. ita autem, & in l. eos, C. de his qui veniam ætatis* Curtius Senior *conſ.* 44. *incip. ſuper contingentia facti, col.* 10. *verſ. minor jurando.* Decius *conſ.* 403. *nu.* 10. refert & ſequitur Andr. Tiraq. *de nobilit. c.* 20. *nu.* 41. 42.

Sic è diverſo habilem inhabilem facere, ut eligibilem de jure communi facere ineligibilem. *cap. cum olim, & ibi notatur, de clericis coniugat.* habilem ad contrahendum matrimonium inhabilem, *cap ſuper eo, de cognat. ſpirit.* Oldradus *conſ.* 105. *incipiente, videtur dicendum.* Didacus Covarr. *in epit. decre:alium, cap.* 6. §. 10. *num.* 18. per gloſſam, quam dicit communiter receptam, *in c. quod ſuper his, de conſanguin. & affin.*

131 Subſequitur iam plena † pubertas, quæ in maſculo decimo octavo anno, in fœmina decimo quarto anno circumſcribitur: quod ea maxime valeant, & ſint habiles tam corpore quam animo, cujus meminit Modeſtinus *in l. arrogato, ff. de adopt.* & Imperator, *in* §. *debet autem, Inſti. de adopt.* quam Cicero *in*
132 *Catone, Ineuntem adoleſcentiam vocat.* Et dicitur Longobardorum legitima ætas, uti tradit Cuiacius *lib.* 5. *feudorum, tit. de pace componenda & retinenda.* Et Con-
133 ſtantinus *firmatam ætatem* † vocat *in leg. l. JC. Theod. de minor.* Et Virgilius Ecloga 4.

Hinc ubi jam firmata virum te fecerit ætas.

Qua ætate plerunque ſolebant Principes fœminis ætatis veniam dare, maſculis tamen non niſi anno vigeſimo, vt patet *ex l.* 2. *C. de his qui veniam ætatis*, quod quia excurrit in annum uſque vigeſimum quintum, *finis pubertatis* dicitur, de quo infra latius.

134 Puberem hanc † ætatem excipit *Juſta ætas*, quæ vigeſimo quinto anno inchoatur, auctore Ulpiano *in l.* 2. *de vacat. mun l. cum filiofamilias, de leg.* 3. Quæ
135 † & *legitima* appellatur, *in l. quæro, in fin. ff. de teſtam. tut. l.* 1. *ff. de fidejuſſ. tut, l. Aurelio, ff. de liber. leg l. ex duobus, ff. de negot. geſtis, l. ult.* §. *Divus. ff. de Publicanis, & aliis innumeris locis*, quam Barnabas Briſſonius, *in ſuis elegantiſſimis antiquitatum obſervationibus lib.* 3. *cap.* 2. ita appellatam exſtimat, quod olim lege aliqua adoleſcentib. id ſpacium ætatis ad res ſuas recipiendas præſcriptum fuerit, lege nempe Lætoria, quam de minoribus viginti quinque annis ſcriptam, totamque in eo argumento verſatam fuiſſe, dicit & probat ex Cicerone, Spartiano, Suetonio & Plauto, vir clariſſimus, atque in omnium bonarum artium diſciplinis egregius. Cujus ſententiam probat Iacob. Cujacius, primarius Profeſſor Bituricenſis celeberrimus noſtræ tempeſtatis juris interpres, in omnium bonarum artium diſciplinis egregius, & confirmat *per l.* 2. *C. Theod. de donat.* in qua ita ſcriptum eſt: *donec annos Lætoriæ legis egreſſus legitimam compleverit ætatem.* Et plenius *in l.* 2. *ff. de excuſat. tutor.* ubi dicitur: *initium legitimæ*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

legitimæ ætatis definitum eſſe lege Lætoria, *finem verò*, *lege Regia*, de qua Gellius, *lib.* 10. *cap.* 28. Quibus addo, quod ubi fit mentio † de legitima ætate, intelligitur de 137
ætate naturali 25. annorum, non autem de ætate diſpenſata per reſcriptum Principis, & ſic per accidens, *ita Alex. conſi.* 2. *in* 1. *volum. Dec. conſ.* 258. Quo loci iſtud ideo eſſe dicunt; quia licet ‡ Princeps poſſit diſpenſare minorem, non poteſt tamen eum facere verè majorem 25. annis: Ideo ubi fit mentio ætatis legitimæ de majore 25. annis verè & non fictè intelligitur, ut verba propriè, & ſecundum jus commune intelligantur. Non ignoro tamen Theophilum *in* §. *& dedititios*, *Inſtit. de libert.* legitimam ætatem eo loco accipere, pro
ea ‡ quæ major eſt triginta annis. 138

Appellatur & perfecta ætas à Paulo *in l. minor viginti quinque annis*, *ff. de minor.* 139
l. ſi reliquero, *ff. de legit. tut. l. cum de indebito*, §. *ſin autem*, 1. *ff. de probat.* Caio *l. tutela*, *ff. de tutel.* Modeſtino, *l. quo defuncto*, *ff. de legit. tut.* Vlpiano, *in l. ſi tutor*, §. 1. *ff. de tut. & rat. diſtrah. l. ſi in rem ſuam*, *C. ſi res aliena pignori*, §. *ult. Inſtitut. de Attill. tut.* & in pluribus aliis locis.

Ex quo fit, ut è converſo major † ſive pupillaris ætas, quæ juſtæ opponi- 140
tur, ab Vlpiano *in l. ait Divus*, *ff. de jure fiſci*, *imperfecta ætas* vocetur, *in l. ult. C. in quibus cauſ. in integ. reſtit.*

Dicitur & *robuſta* † *ætas* ab Vlpiano *in l. ſi maritus*, §. *lex Julia*, *ff. de adult.* propte- 141
rea quod tunc virilis vigor completur, eodem Vlpiano auctore, *in l.* 1. *in fin. ff. de minor.* quæ cauſa eſt, quod Paulus *in l. cum de indebito*, §. *ſin autem*, *de probat.* perfectæ ætatis hominem, *Virum* appellat, † & eum minori, ſive pupillo op- 142
ponit, ut & facit Vlpianus, *in d. l. ait Divus*, *ff. de jure fiſci.*

Eadem quoque *ſtatus* † dicitur à Papiniano, *in l. cum pater*, §. *curatoris*, *ff. de legat.* 143
2. & ab Alexandro Imperatore *in l. ex his verbis*, *C. quando dies legati cedat*, quia eo tempore quis dicitur perveniſſe ad ſuum ſtatum, & fit creſcendi finis. Quamobrem & *Perfecta*, (ut ſupra diximus) & *plena & integra ætas*, ſæpe à noſtris appellatur, & ea quæ ſequitur ætas παρακμὴ dicitur. Eadem tamen verba, *Status ætatis*, aliquando non pro hac ſtata ætate viginti quinque annorum, ſed pro conditione, ſive qualitate ætatis ponitur à Celſo, *in l. cum de ætate*, *ff. de probat.* Non aliter atque *ſtatus conjecturalis*, dicitur apud Rhetores, in quo cauſa maximè vertitur: *Cum de ætate*, inquit, *hominis quæreretur*, *Cæſar noſter in hæc verba reſcripſit: Et durum & iniquum eſt cum de ſtatu ætatis alicujus quæreretur*, *& diverſæ profeſſiones proferuntur*, *ei potiſſimum ſtare*, *quæ noceat*, *ſed cauſa cognita*, *veritatem excuti oportet*, *& ex eo potiſſimum annos computari*, *ex quo præcipuam conſtare fidem in ea re credibilius videtur.*

Nonnunquam etiam *Major* † *ætas* dicitur, *in l. cum mandato*, *ff. de minor.* Et ideo 144
plerumque *major* opponitur *minori*, qui viginti quinque annos natus eſt, *ut in l. denique*, §. *ult. l. quod ſi minor*, *ff. de minoribus*, *& toto tit. ex quib. cauſ. major. l. qui cum natu major. in prin. ff. de bonis libert.* Quomodo autem probetur talis major aut minor ætas, optimè tradit Borgnin. Caualc *de tutor. & curat. n.* 294. *cum duob. ſeq.* Sæpe etiam appellatur *Juventus*, ut ſupra retulimus ex Marcello *in l. non*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

145 *aliter*, *ff. de leg.* 3. Quod tamen † intelligendum eſt, non de prima juventa, ſed
viridi: quam Romani ad annum ætatis 50. quod eſt ſenectutis initium, pro-
ducebant: ut auctor eſt Cicero *in Catone*, ubi loquitur de conſulatu primo &
ſexto M. Valerii Corvin. Licet gloſſ. *in d. l. non aliter & in l. hæreditatum*, *ad leg.*
146 *Falcid.* ad 70. annos protendat, qui etiam hanc vocant *tertiam* † *ætatem*. &
eum ſequitur Joannes Coraſius *in l. precibus*, *nu.* 29. 30. *C. de impub. & aliis
ſubſtit.*

Quin & Theophilus vetus paraphraſtes Græcus, hanc ætatem triginta an-
147 nis minorem *naturalem* † vocat ætatem, licet omnis ætas naturalis & natura
omnem ætatem agnoſcat, *ut in §. & dedititics*, *Inſtit. de libert.*

148 Denique id ætatis homines noſtri juris auctores, ubique ferè ſuæ † ætatis eſſe
dicunt, ut Modeſtinus *in leg. ex duobus*, *ff. de negot. geſt.* ubi eum quem vocavit
majorem, eundem *ſuæ ætatis & legitimæ ætatis* appellat, ac minori annis opponit,
& ita eodem ſenſu minorem ſuæ ætatis factum, emtionem à tutore de rebus
pupillaribus factam, comprobare poſſe reſpondit Ulpinus *in leg. pupillus*, *§.
item ipſe tutor*, *ff. de auctorit. tut.* Verum idem Vlpianus *libr.* 23. *ad eundem Sabinum*,
in materia legati alicui relicti, *cum ſuæ ætatis factus erit*, voluntatis ſeu facti quæ-
ſtionem eſſe ſcribit, utrum de pubertate, an de viginti quinque annis ſenſum
ſit: atque ideo rectè de voluntate diſputari poſſe; non minus, quàm ſi ita
aſſcripſiſſet: *cum juſtæ ætatis*, *vel maturæ ætatis factus fuerit*, vel *cum adoleuerit*. Quo
exemplo puto Tribonianum in reſcripto Alexandri Imperatoris verba hæc:
Si ſuæ ætatis factus ſit, interpretatum: ſi pupillarem ætatem exceſſerit, *l. ſi tuto-
res*, *C. de teſtam tutel.*

Subſequitur juventam ſive legitimam ætatem *ſenectus*, ſive *ſenior ætas*, *l. non
aliter*, *ff. de leg.* 3. ultima hominis ætas, aliarum ætatum tanquam fabula,
149 ut Cic. dicit *lib. de Senectute*, peractio & terminus † ad 100. uſq; annos
perdurans. Nempe is eſt finis vitæ longævi hominis, *l. an uſusfructus*, *ff.
de uſusfruct. l. ut inter divinum*, *C. de ſacroſanct. eccleſ.* Et ideo appellatur, *extre-*
150 *ma ætas* à docto, & facundo Catullo, in Argon, & *occaſus* † *vitæ*, Cicerone
in Topicis. Quæ quando incipiat, non conveniunt noſtri, neque etiam alij
ſcriptores; quorum opiniones Iac. Menoch. *de arbit. iud. lib.* 2. *cent.* 1.
151 *caſu* 59. latè recenſet, & tandem reſolvit, quod in † caſibus, in quibus ex-
tat clara juris conſtitutio, ea ſequenda ſit, in alijs verò non deciſis, hoc
relinquendum eſſe arbitrio Iudicis: cujus opinio menti legum conformior
eſt; licet receptior ſit, ſenem quoque dici eum, qui annum quinquageſi-
mum ex gloſſ. *in l. non aliter*, *de legat.* 3. *& l. hæreditatum*, *ff. ad l. Falcid.* quam
152 & ex recentioribus ſequitur Coraſius *in d. l. precibus*, *num.* 29. Proinde † di-
cendum eſt, militem non cogi poſt quinquageſimum annum, ut auctor eſt fa-
cundus, prudens & acutus Seneca, *de brevitate vitæ*, in quo tamē quadraginta ſex
annos ſufficere putat Alexan. Neapolitā. *lib.* 1. *genialum*, *cap.* 20. quē ſequitur Flo-
rianus noſter, *in l. inuiti*, *ff. de. teſtib.* dicēs: quod quēadmodū quinquaginta quinq;
annos

annos natus bello non eſt idoneus, ideoque vacationem militiæ obtinet: ita non eſt quis idoneus rei uxoriæ, quem refert & ſequitur Tiraq. *l. connub.* 5. *num* 5. Amuneribus † perſonalibus quem excuſari anno quinquageſimo quinto, 153
leg. 2. §. *ultim. l. non tantum, ff. de decurionib. l. ult. C. de decur l.* 3. *C. qui ætate ſe excuſ. libr.* 10. Aciuilibus verò, ut eſt † tutela & cura, non item, ſed ſeptuaginta exigi 154
l. 3. *ff. de jure immunit. l.* 3. §. *quamuis, &* §. *cura, de muner. & honor. l.* 2. §. *num rus, de vacat.* Nec ſufficere ſexaginta quinque, & tres liberos, cum vel ſeptuaginta anni, vel quinque libri exigantur, *leg.* 1. §. *ult. de vacat. muner. l.* 1. *Cod. qui numer. tutel. ſe excuſant.* Ab honoribus ſexaginta annos excuſare, ut ex Plinio, *lib.* 4. *epiſt,* & Varrone *lib.* 3. *de vita populi Romani*, probat Cuiacius *in l.* 3. *C. qui ætate ſe excuſ. lib.* 10. & ex Seneca, *de brevitate vitæ, in l.* 2. *ff. de excuſat tut.* qui tamen inquit *lib.* 2. *controverſiarum*, ſexaginta quinque exigi. Dicens, inde fortè natum eſſe proverbium: *Sexagenarios de ponte deijci oportere*, id eſt, ut ſuffragium non ferant.

Quam ætatem † Iuriſconſulti noſtri, & alij Scriptores varijs nominibus ap- 155
pellant. Sunt enim qui eam *infirmam* † *ætatem* vocant, ut Tibullus *lib.* 1. *Eleg.* 156
Ovidius 14. *Metomorph.* vocat *ægram.* Et Paulus noſter *in l. civitatibus, de legat.* 1. quo loco dicit; *Relictum in alimenta* † *infirmæ ætatis, puta ſenioribus, vel pueris, puelliſque* 157
ad honorem civitatis pertinere. Ex quo infert Abbas, Statuta de Infirmis & Valetudinarijs in Senibus locum habere, *in c. magnæ, de voto, per c.* 1. §. *ſin autem Epiſcopus,* 158
de clerico ægrotante, in 6. ubi diſpoſitum in † Epiſcopo ægrotante, ut poſſit coadiutorem petere, etiam locum habet in Epiſcopo ſene, ſequitur gloſſa *prag. tit. de collat.* §. *ita tamen, verb. permutationis,* quæ dicit, regulam Cancellariæ, de infirmis reſignantibus ſcriptam, etiam locum habere in ſene reſignante, allegat Ioan. Andreæ *in d. c. magnæ, & in c. quoniam frequenter,* §. *in alijs,* & ibi quoque Panor. *ut lite non conteſt.* quos refert latè Lud. Gomeſ. *in d. reg. cancel. quæſt.* 7. quo tamen loco ipſe dicit, eam regulam in ſene non habere locum niſi in decrepito, & copulari.

Quorum opinio mihi nullo modo probatur, cum definitio infirmitatis non conueniat ſenectuti: Eſt enim morbus habitus cuiuſque corporis contra naturam, qui vſum eius ad id facit deteriorem, cuius cauſa natura nobis eius corporis ſanitatem dedit, vt ex Sabino refert Vlpian. *l.* 1. §. *ſed ſciendum, ff. de ædilit. edict.* Quam definitionem A. Gellius *lib.* 4. *cap.* 2. indicat Sabinum à Labeone accepiſſe. Qui quidē habitus contra naturam non † ineſt ſenectuti, cum illa 159
ex natura ſit, quam ob id ex veteribus aliqui, *priorem ætatis partem*, vocāt, vt Lucretius *lib.* 2 & eius exemplo, Virgil. *in Æneid.* priorem partem *meliorem* vocat. Et Paulus noſter *in l.* 2. §. 1. *de verb. ſignif.* dicit, *Maiorem diei partem eſſe horarum ſeptem primarum, non ſupremarum.* Alij *Malam ætatem* vocarunt: ut latè tradit Nonius, *in verbo Senium*, & Plautus *in Menæchmis, Act. ut ætas.*

Cui affine eſt, quod Paulus ſcribit valitudine impeditum militem, cauſa impeditum cenſeri, adeoq; excuſari à pœna emanſionis vel deſertiones,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

dummodo probet ſe non tardius à loco profectum, quam vt occurrere poſſet intra commeatum, *l. qui commeatus, ff. de re milit.* Quo etiam reſpiciens Vlpianus noſter, *in leg. ſi cui. in fi. ff. ex quib cauſ. maior.* reſpondit; *eum etiam reipublicæ cauſa abeſſe videri, qui finito officio in vrbem reuerti potuiſſet, ſed infirmitate impeditus, iter continuare non potuit, habebitur ratio humanitatis ſicuti haberi ſolet & hyemis, & navigationis, & cæterorũ, quæ caſu contingunt.* Ex quibus demonſtratur, infirmitatem caſu contingere, contra atq; ſenectus, quæ natura omni homini ocurrit, vt & omnes res humanæ natura ſeneſcunt, & ad finem temporis veniunt, præter ſolam impudentiam, inquit Theodectus, quæ ſola quanto magis augetur genus mortaliũ, tanto fit maior quotidie. Cui conuenit, & illud Theognidis: *verecundiam quidem inter homines perire, at impudentiã vero vbiq; terram peragrare.*

Quin & Paulus noſter, *lib. 11. ad eundem Sabinum, in l. cui dens, ff. de ædilit. edict.* apertiſſimè reſpondit: *Eum cui dens abeſt, non eſſe morboſum. Magna enim pars hominum aliquo dente caret.* Et maximè ſenes; *alioqui,* inquit, *nullus ſenex ſanus eſſet.* Ex quo loco aperte colligitur, ſenes non infirmos, ſed ſanos dici. idq; dictat ſenſus comunis & ratio naturalis, quæ legis loco eſſe debet.

Superiora haud debiliter fulcit, quod ubiq; & ICti noſtri & Imperatores *infirmitatem, valetudinem, morbum & ſenectutem,* vt diverſa & ſaperata ponunt, ut Vlpian *in l. lecet,* ibi: *valetudo aut ætas, ff. de recept. arbitr.* Et Pamponius *in l, ſolet. ff. de tutel.* ibi: *propter aduerſam valetudinem, vel ſenium ætatis:* Vlpian. iterum *in l. ſi vt certo, §. nunc videndum,* ibi: *ſi ſenectute, vel morbo contingat, ff. commodat.* Et Imperatores; tit. C. *Qui ætate. Et tit. qui morbo ſe excuſant.* quibus conſtitutum eſt, non niſi perpetua valetudine tantum à tutela & cura excuſari nec ſenem quoq; annis niſi tamen 70. annis maiorem. Quare dicendum eſt, ſenes non eſſe infirmos aut valetudinarios propriè loquẽdo; & diſpoſitum in infirmo ad ſenem non debere trahi, niſi talis ſit, quem adeo premit ſenectus, vt in materia, de qua loqimur, ab infirmo non differat, qui rebus illis nullo modo ſupereſſe poſſit, vt reſoluit Dec. *in l. ſenium, num. 7. C. qui teſtam. facere poſſ.* exempli gratia: In materia regulæ de reſignandis beneficiis, non debet ſufficere ſola ſenilis ætas reſignantis, ſed ultra talis valetudo, ſive indiſpoſitio requiritur, quę veriſimiliter tẽpore reſignationis non potuiſſet ſuperuenire viginti diebus, ſed vicina mors videbatur imminere; licet enim dicantur ſenes proximi morti, non tamen ſunt ita vicini quin adhuc poſſunt ſperare quinque annorum vitam, vt volunt probare Dd. maximè Caſtr. & *in l. hæreditatẽ. ff. ad l. Falcid.* duos refert Roderic Suares, *in repet l. quoniam in prioribus, ampl. 3. nu. 12. C. de inoffic. teſtam.* & Gomeſ. *d. quæſt. 7.* & ita in materia eius tradit, *regula, nu. 143.* dicens, ita temperari, & reſtringi debere gloſſam pragmaticam: ſequitur Rebuff. *d. regula,*

Pari modo quando ſumus in materia *l. filium, ff. de his qui ſunt ſui vel alieni juris,*
160 non debet ſufficere † ad tollendam præſumptionem ejus legis, ſcilicet filium quem eſſe ejus, quem nuptiæ demonſtrant, non ſolùm ſenium ætatis in marito, ſed accedere debet infirmitas, ſive mala valetudo mariti, eaque longa, & talis, quod veriſimile ſit uxorem ex eo non potuiſſe concipere, ut

optimè

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

optimè tradit contra Paul. Pariſ. Jacobus Menoch. *de arbit. Jud. lib. 2. cent. 1. caſu* 89. Licet enim leges noſtræ credant ſexagenarium ad generandum minus idoneum eſſe, ut conſtat ex lege Papia, cujus meminit Imperator *in l. penult. C. de nupt. & patet in l. ſi pater, §. ult. ff. de adopt.* & ideo eam ætatem *defectam* vocet Vlpianus, quaſi viribus † carentem, *l. arboribus, §. de illo, ff. de uſufructu, & l.* 3. 161
§. ignoſcat, ff. ad Syllan. Et Valerius Maximus *lib. 2. cap. 1. defunctam virium curſu ætatem*; tamen ſæpè compertum eſt, & quotidie experimur, ſæpè viros idoneos fuiſſe & eſſe ad generandum, & ex honeſtiſſimis uxoribus liberos ſuſcepiſſe, quibus certè atrox inferretur injuria, ſi quis ob ſolam ætatem mariti dicere vellet tales eſſe adulterinos, quales eſſe deberent, ſtante opinione Pariſii *conſ. 29. lib.* 2. In quo tamen is non deciſivè loquitur, ſed tantum diſputativè. Siquidem eo caſu ejus conſilii aderant diverſæ aliæ circumſtantiæ, præter ſenilem ætatem, in quibus ſe principaliter fundat.

Nec contra faciunt verba Pauli & aliorum, qui hanc ætatem *infirmam* vocant. Ex quibus inferri poſſet, eam à pari procedere cum infirmitate, ſive adverſa valetudine. Iuxta ea quæ tradunt Canoniſtæ, *in c. quoniam frequenter, §. 1. ut lite non conteſtat.* & ea quæ latè tradit P. Pariſ. *d. conſ. 29. num. 67. & ſeq.* cum ea verba longè alium habeant intellectum, ut ex eodem textu apparet. In quo Paulus non ſolum Seniorum, ſed etiam Puerorum ætatem *infirmam* appellat. Nec ſolum Paulus, ſed etiam Vlpianus *in fragmentis, tit. 11. qui eſt de tutelis*, ubi dicit: *Impuberibus dari tutorem ob ætatis infirmitatem, fœminis autem, tam puberibus, quam impuberibus, propter ſexus imbecillitatem, infirmitatem, & forenſium rerum ignorantiam.* Quæ verba non poſſunt † intelligi de adverſa valetudine, ſive 162
corporis infirmitate, ſed ſic accipienda ſunt, ut infantis ætas, ideo *infirma* dicitur, quod ejus nullus ſit ſenſus, id eſt, nulla ratio, nullum judicium, lubricum, fragile & infirmum ejus ætatis conſilium multorum inſidiis & captionibus expoſitum, *l. 1. ff. de minorib.* cujus legis mentionem fecimus in principio hujus capitis; & ideo tutoris auctoritate ſuppleri debeat, ut dicit Paulus *in l. quamvis, ff. de acquir. poſſ.* ita pariter ſenilis ætas, cujus ætatis imbecillitas naturæ præſidiis deſtituta, extrariis rebus fulcienda eſt, ut rectè dicebat Diogenes Cynicus, contemptor humanarum divitiarum: & hoc ſenſu ſæpè juris noſtri auctores meminerunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Cap. VI.

Tutela quo jure introducta ſit, breviter, ſed concinnè agitur.

SUMMARIA.

1 *Origo cujuſque rei ſpectanda.*
2 *Verba definitionis*, Iure civili data atque permiſſa, *exponuntur*, *nu.* 20.
3 *Ius Ciuile quid propriè dicatur.*
4 *Auctoris opinio de jure Tutelæ.*
5 *Tutelare ius eſſe antiquiſſimum.*
6 *Lycurgus Ligiſlator Lacedæmoniorum quo tempore vixerit.*
7 *Lycurgus tutor Charilli fratris filii.*
8 *Pupillorum Regum tutores apud Lacedæmonios* προδίκοι *vocati.*
9 *Solon Legiſlator Athenienſium, quo tempore floruerit.*
10 *Tutores pupillorum apud Athenienſes, qui erant.*
11 *Charondas Thuriorum antiquus Legiſlator, & quo tempore vixerit.*
12 *Plato graviſſimus, & in ſanciendis legibus nulli Ethnicorum ſecundus, & quando floruerit.*
13 *Lex Platonis de pupillorum tutela & pœna non petentium tutores.*
14 *Lege* 12. *Tabellarum multa piè ac ſanctè ſtatuta de tutoribus.*
15 *Munus prudentum in quo conſiſtebat.*
16 *Ius tutelare ex vetuſtiſſimo Græcorum jure deſcendiſſe.*
17 *Romani multa mutuaverunt à Græcis.*
18 *Civitates Athenarum & Lacedæmoniorum totius Græciæ oculi.*
19 *Tutela æquitati naturali conveniene.*
21 *Romani linguæ ſuæ valde Zelotypi.*
22 *Declaratur* lex decreta, ff. de re jud.
23 *Legata, Teſtam:nta, Tutelæ, & Libertates, qua lingua relinqui, ſcribi, & dari debuerint.*

NOn videtur ab inſtituto noſtro alienum, ut exponamus quo jure Tutela
1 fuerit † introducta: Origo enim cujuſque rei potiſſimum ſpectanda eſt,
leg. prima, ff. de origine juris, notant interpretes, *in l.* 1. *ff. de contrahen. empt. & in*
2 *§. & non ineleganter, Inſtitut. de jure naturali.* Et ait † hic Textus, *Jur: civili*
data & permiſſa. Quæ verba videntur demonſtrare Tutelam eſſe juris civilis,
3 *l.* 1. *ff. de Tutelis.* An ergo ex † prudentum interpretatione Tutelæ deſcenderunt: Quod videtur, cum ea proprio & ſpeciali nomine *Ius civile* dicatur,
l. 2. *§. his legib. ff. de orig. jur.* Paul. *in Sent. lib.* 4. *tit.* 8. *l. fœminæ, ibi, jure civili,*
id eſt Voconia rogatione videtur effectum. Cæterum lex. 12. Tab. nulla diſcretione
4 ſexus cognatos admiſit, & verba ſimpliciter prolata ad ſpecialem ſignificationem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

nem referre ſolent. Nos verò in † contrariam ſententiam deducunt validiores 5
rationes. Cum inveniamus Tutelare † ius in uſu fuiſſe 140. ferè annis ante 6
urbem conditam, videlicet Lycurgum † nobilem Spartiatum Polydectæ 7
filium & Lacedæmoniorum legislatorem, (qui circa id tempus vixit) illud
regnum adminiſtraſſe tutorio nomine, 18. ferè annis, donec Charillus † ejus 8
fratris filius poſthumus regno maturus eſſet, ut tradit Plutarchus, *in vita ejuſdem*
Lycurgi. Nec ſolum apud Lacedæmonios (apud quos † pupillorum Regum Tu- 9
tores vocabantur προδίκοι) id receptum fuit, ſed & apud Athenienſes, quib.
Solon † unus è ſeptem ſapientibus, & Legum ſcriptor ſolus † leges dedit, & 10
floruit tempore Tarquinii Priſci, ſi credimus A. Gelli *lib.* 17. *cap.* 21. Vel po-
tius fidem habemus Ciceroni ad Brutum, ſive de claris Oratoribus, tempore
Servii. Et inter alias hanc eſſe de Tutelis: *Quod Tutores pupillorum eſſent proximi*
conſanguinei, non tamen illi ad quos poſt mortem pupilli bona redundarent, ne qua fraus, néue
quis dolus compoſitus pupillis exitio forent: referente Alexandro Neapolitano, *Genial.*
dier. lib. 6. *cap.* 10. quem ſecutus eſt Charondas † Thuriorum antiquus Legislator, 11
qui non multis annis ante Decem-viros vixit, qui Tutelam ita dividebat, ut
agnatis proximis bonorum curam, cognatis verò aliis educationem commit-
teret, ſi credimus Diodoro, *lib.* 12. Sed nec Plato † legum peritiſſimus, omnium 12
graviſſimus, & in ſanciendis legib. nulli Ethnicorum ſecundus (vel Cicerone
teſte, qui non multis annis poſt Decem-viros floruit, ſi credimus Athenæo, *lib.*
5. *cap.* 12. Alex. Neapolitan. *libr.* 6. *cap.* 5.) pupillorum curam neglexit. Voluit
† enim quod ſi orphanorum Tutor obijſſet, ut Cognati & Affines ex utriuſq; 13
parentibus; vel ad Conſobrinos & Patrueles, qui præſentes eſſent, alium intra
decem dies conſtitui curarent, alioqui drachma ſinguli ſingulis diebus mul-
ctarentur, ut patet ejus *lib.* 6. *de legibus*. Hoc amplius & Decem-viri *in ſuis* 12.
tabulis, in hac eadem materia, multa piè † ac ſanctè ſtatuerunt, non ſolum de 14
teſtamentariis, *ut in leg. prima, & l. Tutor incertus, ff. de teſtam. tut.* ſed etiam legiti-
mis, *l. Tutelas. ff. de capit. minut. l.* 1. *ff. de legit. tut.* & ſupectis: *l. tres Tutores, ff. de admi-*
niſtrat. tut. l. 1. *ff. de ſupect. tut. & ſparſim in infinitis aliis locis juris noſtri.* Quare dicendum
eſt, ius † tutelare non ex interpretatione Prudentum (quorum munus conſiſte- 15
bat in jure interpretando, non introducendis novis formis) ſed ex vetuſtiſſimo
† Græcorum jure deſcendiſſe, & Romanos illud, ut pleraque alia, ad ſuam 16
Rempublicam † inde traxiſſe. Quæ cauſſa eſt, quod Juſtinianus Imperator, 17
in d. §. & non ineleganter, Inſt. de jure naturali, originem juris civilis repetit &
dicit, † fluxiſſe ab inſtitutis duarum civitatum, ſcilicet Athenarum, & 18
Lacedæmoniorum, duobus totius Græciæ oculis, ita enim eas appellat
Juſtinus *libr.* 5. & Leptines apud Ariſtot. *lib.* 3. *Rhetoricor. cap.* 10. Id ſi
verum eſt (ut certe eſt) nemo dubitare debet originem tutelarum ex ju-
re naturali, ſive gentium deſcendere, cum etiam diſcretè ſcribat Ulpia-
nus *in l.* 1. *ff. de minoribus*, Prætorem naturalem † æquitatem ſecutum, 19
ſuſcepiſſe tutelam minorum & opitulatum fragili, infirmoque hujus etatis
conſilio, quòd multorum inſidiis & captionibus eſt expoſitum. Cui conſenta-
neum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

neum eſt, quod ſcribit Imperator, *in §. penultim. de Attiliano tut. & ibi Portius*, naturali juri conveniens eſſe, ut is, qui perfectæ ætatis non ſit, alterius, ſcilicet prudentioris, tutela regatur. Par enim eſt ſapientiores opitulari imperitioribus, præcipuè ætati imbecilliori, cujus etiam hoſtes miſereri ſolent: eoque diligentius, quo magis inſidiis & captionibus eſt expoſita, *dict. leg.* 1. non ſine magno reipublicæ periculo. Siquidem ejus ſpes eſt in recta inſtitutione juventutis, atque is eſt naturæ cujuſdam melioris inſtinctus, ut propenſiores ſimus in eos tuendos, qui nondum per ætatem ſeſe tueri poſſunt. Neq; his adverſum eſt, quod *in d. l.* 1. *ff. de tutelis, & in §.* 1. *eod. tit. Inſtit.* dicitur,
20 tutelam jure † civili datam ac permiſſam eſſe. Quia hoc ad formam à juris noſtri auctoribus excogitatam referendum eſt, veluti ne quis peregrinus civis Romani tutor ſit, ut certę tutelæ ſint legitimæ, fiduciariæ, quaſi legitimę, Attilianæ; ut unius auctoritas ſatis ſit, vel non ſit: quomodo aliqui ſe excuſare poſſint à tutela, & qui quomodo ſuſpecti accuſandi & removendi ſint: capitis minutione nonnullæ pereant, nonnullæ verò amittantur. Hæc inquam omnia, & alia ſexcenta, Romanorum Juriſconſultorum inventa eſſe conſtat. Nam quoties actibus Iuriſgentium, vel naturalibus, aliquid jus civile addit, eorum cauſam & originem non mutat, ſed tantum facit, ut ob formæ vel ſolemnium adjectionem de jure civili cenſeantur, ut dicit Vlpian. *in l. jus civile, ff. de iuſtit. & jure.* Sed dicet quiſpiam, tutelam juris civilis eſſe, non autem Iuriſgentium, quia ea quæ ſunt Iuriſgentium, quocunque ſermone, ſive Latino ſive Græco, fieri poſſunt, auctore Ulpiano, *in l. an inutilis, in fine, ff. de acceptilat*, ibi: *quia hoc jure utimur, ut Juriſgentium ſit acceptilatio, & Græce acceptum fieri poſſe, dummodo ſic fiat, ut latinis verbis ſolet.* Contra atque ea quæ ſolennis & legitimi & Quiritium proprii juris ſunt, quæ Latina duntaxat lingua olim utiliter expli-
21 cabantur. Cum enim Romani linguæ † ſuæ valde zelotypi eſſent, & ejus propagandę deſiderio flagrarent, partim ut ejus honos per omnes gentes venerabilius diffunderetur, partim etiam, ne ulla re Toga Pallio ſubijceretur, ſtatuerunt ut à Magiſtratibus ſuis, vel in ipſa etiam Græcia non niſi Latinè reſponſa darentur, & ejus ſermonis imperiti albo judicum eraderentur, ut in Claudio refert Sueton. *cap.* 16. *Dion. lib.* 58. Atque ideo Triphonius *in l. decreta, ff.*
22 *de re judic.* reſpondit, ea à Prætoribus † Latinè interponi debere. Legata quoque Latinè tantum relinqui potuiſſe Vlpianus auctor eſt *in fragmentis, tit. de*
23 *fideicommiſſis* 25. Eademque lingua tantum teſtamenta ſcribi, tutelas † & libertates directo dari potuiſſe certum eſt. Vnde non immerito fuit dubitatum *in l. qui teſtamento, §. & veteres, ff. de teſtam.* an teſtes ad teſtamenta adhibiti Latinè ſcire deberent, quod tamen Imperatores Arcadius & Honorius, & immediate pòſt, Theodoſius junior ſolus *ſua Novella, de teſtamentis, tit* 7. *§. ult.* & poſt idem cum Valentiniano emendarunt, ac tranſlato Conſtantinopolim Imperio, ubi Græca lingua vernacula erat, & decreta Græcè pronuntiari, teſtamenta ſcribi: legata, libertates, tutelas directo Græcè dari permiſerunt, *l. judices. C. de ſent. & interlocut. omnium judic. l. hac conſultiſſima, §. fin. C. de teſtam. l. ult. C. de teſtamen.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

men. tutela, *l. directas*, *C. de Manumiſſ. teſtam.* In quibus etiam legibus, ſcilicet penultima & ultim. Latina verba, *legitima verba*, ideo appellantur, & Græcis opponuntur.

CAP. VII.

De diviſione Tutelæ.

SUMMARIA.

1 *Tutelarum deviſio.*
2 *Teſtamentarius Tutor quis dicatur, & quomodo inſtrumentum teſtamentariæ tutelæ concipiatur remiſſivè.*
3 *Teſtamentarius Tutor ab Ulpiano* Dativus *nuncupatus.*
4 *Verba legis 12. Tabularum*, uti legaſſit ſuper pecunia, tutelavè rei ſuæ, ita jus eſto.
5 Filius-familias teſtamentum facere non poteſt.
6 *Teſtamentarios tutores quadruplicis generis eſſe.*
7 *Tutor generaliter datus, cenſeter omnibus bonis ubicunqae ſitis.*
8 *Tutor principaliter Perſonæ, & ſecundario Reb. datur.*
9 *Gloſſa reprobatur* in l. non ſolum, §. qui teſtamento, ff. de excuſat. tut.
10 *Tutores certis rebus dati qui cenſeantur.*
11 *Pater teſtamento ſuo declarans quis Tutorum tutelam geret, ejus declarationi ſtandum eſſe.*
12 *Honorarii tutores cur ita appellentur.*
13 *Honorarius titulus dicitur ſine adminiſtratione.*
14 *Honorarii tutores licet non adminiſtrent, æquè tamen tenentur, excuſſis prius facultatibus ejus, qui geſſit.*
15 *Lex eſt Africana, ergo difficilis.*
16 *Azo maximæ & receptiſſimæ auctoritatis doctor.*
17 *Accurſius Azonis diſcipulus.*
18 *Tutores notitiæ cauſa dati qui dicantur.*
19 *Liberti ſolent notitiæ cauſa tutores dari.*
20 *Tutor datus cauſa notitiæ ita tenetur ut alius.*
21 *Solutionem fieri tutori notitiæ cauſa.*
22 *Legitimus tutor quis dicatur, & quomodo inſtrumentum legitimæ tutelæ concipiatur remiſſivè.*
23 *Auctores juris noſtri facientes mentionem* Legis *abſolute, intelligunt de lege 12. tabularum.*
24 *Legitima hæreditas.*
25 *Legitimi hæredes.*
26 *Legitimi curatores.*
27 *Attiliani & Juliani Dativi appellantur tutores.*

28 *Adminiſtratio licet fuerit per Iudicem decreta, legitimi tutores adhuc dicuntur.*
29 *Legitimos Tutores nemo dat, ſed Lex facit.*
30 *Teſtator an poſſit privare matrem legitima tutela.*
31 *Legitimorum tutorum duæ ſpecies iure veteri cognitæ.*
32 *Quintus Mutius Scævola Pontifex Maximus, Præceptor Marci Tullij Ciceronis, & Aquilij Galli.*
33 *Gallus Aquilius in iure civili regulas generales conſtituit.*
34 *Fœminæ cur prohibitæ eſſe tutrices.*
35 *Tutela eſt virile officium.*
36 *Legitima patronorum tutela.*
37 *Fœminæ non defertur legitima patronorum tutela.*
38 *Senatuſconſultum Rubrianum quo tempore factum.*
39 *Tutela fiduciaria.*
40 *Fœmina olim à Principe impetrare potuit, vt tutrix eſſet.*
41 *Mater & auia tutrices eſſet poſſunt filiorum ſuorum.*
42 *Tutela matris, & auiœ legitima dicitur.*
43 *Tutela matris & auiæ nonnunquam extraordinaria, irregularis, ſæpe etiam anomala vocatur.*
44 *Tutela matris & aviæ permiſſiva tutela vocatur.*
45 *Tutela matris & auiæ legitima voluntaria appellatur.*
46 *Fœminarum tutela quæ fuerit apud Græcos.*
47 *Priſci Romani fœminis tam impuberibus quam puberibus Tutores dare ſolent.*
48 *Ceſſicus tutor.*
49 *Ceſſitia tutela.*
50 *Attilianus Tutor.*
51 *Prætorianus Tutor.*
52 *Mulier in multis locis contahere nequit ſine conſenſu Manualdi.*
53 *Mulieres apud nos in iudicio nihil agere poſſunt ſine tutore electo.*
54 *Datiui tutores.*
55 *Datiuus tutor ſimpliciter datus cenſetur datus omnibus bonis.*
56 *Magis communis opinio.*
57 *Generi per ſpeciem derogari,*

SVperiori capite tutelæ definitionem adduximus, & eius verba ſatis ſuperq́;
explicauimus; nunc deinceps ap diuiſionẽ transgrediamur, nec enim om-
nium eadem eſt natura. Et primum quidem ſumma, prima ſine præcipua ea-
1 rũ diuiſio hæc eſt: Quod ſit *Teſtamentaria*, vel *Legitima* vel *Datiua*. Vnde Teſta-
2 mentarius ſiue † teſtamento datus dicitur, qui teſtamento iuſto, ſiue iure da-
tus eſt, vel etiam ſi codicillis teſtamento confirmatis ſcriptus, *leg, teſtamento datos, ff. de teſtament. tut. leg. ſecunda eod. tit.* Cuius teſtamẽtariæ tutelæ inſtrumentum quo-
modo concipiatur, tradit Speculator, *tit. de tutore, num. 3. rubric. 3. de teſtam.*
3 *tutel.* quem tutorem Vlpianus *in fragmen. tit. de tutel. 2. Datiuum* † appellat,
quod

quod is nominatim teſtamento datus lege 12. rabularum confirmatur, his
verbis: *Vti legaſſit ſuper pecunia, tutelaúe rei ſuæ, ita jus eſto.* Quam ita integriorem
† legimus auctore Cornificio, *lib. 1. ad Heren. Paterfamilas vti legaſſit.* Rectè *Paterfa-* 4
milias, quia filiusfamilias teſtamentum † facere non poteſt, etiam ſi hoc 5
velit pater, ſive conſentiat, *l. qui in poteſtate, ff. de teſtam. & Inſtit. quib. permiſ.
eſt fac. teſtament. in prin.* Quod tamen eo loco ab Vlpiano minus propriè
dictum eſt. Licet enim Teſtamentarij, Attiliani, Iuliani, datione tu-
tores fiant, nullo tamen loco *Datiui* appellantur, ſed hi propriè, qui
neque lege, neque teſtamento inſtituti, ſed a magiſtratu dati ſunt; & ideo
Dativi & Teſtamentarij ſeparantur à Iuriſconſulto Modeſtino, *ut in l. datiuus,
ff. rem pupilli ſaluam fore.* Pari modo *à Teſtamentariis, & Legitimis*, à Iuſtinia-
no, *in l. generaliter, C. de Epiſcop. & Cler. l. ultim. C. de legit. tut.* Sunt autem
hi Teſtamentarij tntores † quadruplicis generis. Quidam ſimpliciter, dan- 6
tur, id eſt, generaliter, &, ut Græci dicunt ἁπλῶς, quia non exprimitur,
pluribus datis, quorum quiſque bonorum adminiſtrationem habebit, quis
Italicarum, vel Provincialium, Africanarum vel Syriacarum rerum, vel
ſimilium, quo caſu hi † cenſentur dati omnibus bonis, ubicumque ſitis, 7
*§. 7. datus, Inſtit. de excuſat. tut. l. propter litem, §. licet, ff. de excuſat. tut. l. 2.
eodem.* Cujus ea eſt ratio, quod tutor perſonæ datur principaliter, & ſe-
cundariò † rebus, vt ſuprà diximus, & tradit Marianus Socinus *conſil.* 148. 8
nu. 2. lib. 2. Neque ſolum rebus præſentibus, ſed etiam futuris, ſi quod po-
ſtea augmentum acceſſerit, *l. quoties, §. per contrarium, ff. de admiuiſtrat tut.*
Quod eadem ratione omnes ad Dativos extendunt, ut Alexand. *conſil.* 128.
num. 4. lib. 1. Caſtrenſ. *conſ.* 413. *num. 1. verſ. 1. in fin. & verſ. 3. in fin.
lib. 3.* & nouiſſimè Andr. Tiraq, *de Primogen. quæſt. 46. nu. 20. 26. 28.* con-
tra † gloſſam *in l. non ſolum, §. qui teſtamento, ff. de excuſat. tut.* Niſi tamen 9
de alio tutore proviſum ſit, quo ad bona, extra territorium ſita, quo caſu ſe-
quens datio, etiam ſimplex ad ea bona ſe non extendit, *per l. ſi tamen, & quæ
ibi notantur, de teſtam. tutel. & l. pupillo, ff. de tut. & curat. datis ab his.*

Quæ cùm ita ſint, facile intelligimus, alterius generis eſſe eos, qui
certis † rebus dantur, puta univerſitati, ut rebus Italicis, vel provincia- 10
libus, vel ſimilibus, quod ferè fit, quando amplum & diffuſum eſt patri-
monium, in diverſis provinciis ſitum. Idque ne detur ſimpliciter, datur
occaſio ſeſe excuſandi, ne ultra centeſimum lapidem tutelam gerat, niſi
in eadem provincia partimonium pupilli ſit, quo caſu rebus provinciali-
bus à præſidibus earum, alij tutores earum rerum in provincia dari ſole-
bant, ut apparet ex Marciano, *in l. propter litem, §. licet, & §. ſeq. ff. de
excuſat. tut.*

Aliquando etiam parens, vel pater, qui in poteſtate habet, teſtamento ſuo
declarat, quis tutorum tutelam gerat: cujus declarationi, ſive deſtinationi
Prætor merito ſtari debere putat, qui eoſdem propterea ita confirmat, atque
ita cæteri non adminiſtrabunt, ſed ille tantum, quem parens deſtinavit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

niſi tamen juſta cauſa Prætorem moueat, qui nonnunquam ab eo, quem pate-
11 delegavit, recedere poteſt: utputa, ſi pater minus † penſo conſilio hoc fecit, fortè minor viginti quinque annis: vel eo tempore fecit, quo tutor iſtæ bonæ vitæ vel frugi videbatur: deinde poſtea idem cœpit malè converſari, ignorante teſtatore, vel ſi contemplatione facultatum ejus res ei commiſſa eſt; quibus poſtea exutus eſt: atque ideo etiam ſæpè uni à patre dato, alii curatores adjunguntur, non ſervata patris voluntate. Sin autem Prætor ſimpliciter patris voluntatem ſequitur, quod ſemper fere facit, ne tutela per multos ſpargatur, ſed per unum ſolum facilus adminiſtretur: eo caſu is ſolus, quem pater deſtinavit, adminiſtrat, actiones exercet & excipit: cæteri ſe non immiſcent, ſed erunt hi, quos † vulgo *Honorarios* appellamus, *l. ſi plures* 1. *ff. de adminiſtrat.*
12 *tut. l.* 3. *§. ſed etſi quidem, ff. judic. ſolvi.* Qui ita appellati ſunt, quod ſine admi-
13 niſtratione tutores ſunt. Eodem ſenſu quo honorarius † titulus dicitur ſine adminiſtratione, *l. ad ſimilitudinem, C. de Epiſcop. & Cleric. & l. ult. C. ubi Senat. vel clariſſimi.* qui licet non adminiſtrent, ſibi blandiri non debent, quaſi omnino nõ tenerentur, cùm ad eos periculum æquè redundet. Conſtat enim eos, excuſſis
14 prius facultatibus ejus, qui geſſit, conveniri poſſe, Dati enim † ſunt, quaſi obſervatores actus ejus & cuſtodes, imputaturque illis, cur, ſi quando eum malè verſari videbant, eum ſuſpectum non fecerint, rationes ab eo aſſiduè non exegerint, & ſollicitè omnia curaverint, quæ concernunt pupillorum utilitatem, *d. l. ſi plures l.* 1. *ff. de adminiſt. tut. l. ſi quis tutor*, §. 2. *ff. de ritu nupt. l. quod ſi forte*, §. 1. *ff. de ſolut.* Quod tamen non eſt accipiendum de eo, quem voluit pater rationes accipere à cæteris tutoribus, quibus negotia gerenda mandavit, nec enim is honoris cauſa datus videtur, ut dicit Papinianus *in l. jure noſtro*, §. 1. *ff. de teſtamen. tutel.* Quæ ratio eſt, quod nec horum filij pupillam poſſunt ducere uxorem, *d. l. ſi quis tutor*, nec etiam pupillus eo auctore poſſit vendere & tradere: quia requiritur auctoritas gerentis, *l. etſi pluribus*, *ff. de authorit. tut. l.* 3. §. *ſed etſi quidem, ff. judicatum ſolvi. Decius conſ.* 479. *nu* 2. *& communem eſſe dicit Curt. Iunior conſ.* 29. *n.* 6. Verum adverſus ea videtur eſſe ſubtilis lex Africani (ut ejus fere ſunt-
15 omnes) uſque adeo ut in proverbium abierit, *Lex eſt † Africani, ergo difficilis*) qui *in l. pupillis, ff. de acq. hæred.* pupillum etiam eo auctore, qui tutelam non gerat, hæreditatem adeundo obligari dicit, Et pariter Vlp. *in l. quod ſi forte*, §. 1. *ff. de ſolut.* dicit, tutori etiam Honorario rectè ſolvi, quem obicem ut tol-
16 lant interpretes ſe mirè torquent. Nam Azo, ſuo † tempore maximæ & receptiſſimæ auctoritatis Doctor, dicit *in d. l. etſi plurib. de auctorit, tut* introductam
17 † à Prætore fuiſſe eam adminiſtrationem tutori, cuius auctoritas ibi negatur ſufficere, quem ſequitur ejus diſcipulus Accurſius, *ibi in gloſſ. in verb. conceſſa non eſt*, & Bart. quoque eodem loco, ad quos brevitatis cauſa lectorem relegamus.
18 Sępè etiã parẽs liberis † ſuis plures dat tutores, quos tamẽ omnes adminiſtrare non vult, ſed unũ tamẽ quem nominat, quib. alios eodem teſtamento adjicit notitiæ cauſa, eo quod diu in familia verſati, cognitas atq; perſpectas pupilli facultates haberent: qui propterea olim dabantur inter alios teſtamento, ut alios

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

alios contutores ſuos, & maximè gerentem, inſtrueret earum rerum notitia.
Ei ideo plerumque † tales erant liberti, *l. quæro, §, idem Paulus, ff. de teſtamen. tutel.* 19
*l. 1. §, ſi pupillis, ff. de tutel. & rat. diſtrah. l. 1. Cod. de peric. tut. l. quod ſi forte, §. ſunt
quidam, ff. de ſolut.* qui ſi ſeſe exhibere non poſſent, poterant alij tutores eis cer-
tam ſummam alimentorum loco ſtatuere, quod non ſolum in teſtamento, ſed
& ex inquiſitione datos procedere receptum eſt, *d. l. 1. §. ſi pupillis, ff. de tut. &
rat. diſtrach.* Nec id quidem abs re Nam & hi licet aliquando ſoli non gere-
rent aut adminiſtrarent tutelam propter tenuitatem ſui patrimonij, niſi pater
hoc voluiſſet, tamen perinde in † omnibus & adminiſtrationis & acceſſionis 20
jure conueniri poterunt atque cæteri tutores, qui eodem teſtamento dati eſſent,
l. quæro, §. 2. ff. de teſtament. tutel. ſive ea quæ ſcire debebant, ex utilitate eorum
tutores vel curatores diſſimulaſſent, ſive fraudem aliquam adhibuiſſent, vel
cum alijs participaſſent, aut cum ſuſpectos facere deberent, vel in officio mu-
neris, vel debito obſequio ceſſaſſent *d. l. 1. C. de pericul. tut.* Cui obid licet ad in-
ſtruendum tantum dato, quia tamen tutor eſt, & æquè obligatur † cum aliis, 21
rectè ſolvitur, niſi prohibitum fuerit ei ſolvi, *d. l. quod ſi forte, §. 1. ff. de ſolut.*
cujus rei rationem ſupra explicauimus.

Legitimus autem † tutor dicitur, cui tutela à lege eſt delata: cujus legiti- 22
mæ tutelæ inſtrumentum, qua forma concipiatur, tradit Speculator *tit. de tuto-
re, Rubrica, de legitimo tutore, num. 2. Legem* autem excellentiæ ſive eminentiæ cauſ-
ſa, Legem 12. Tabularum intelligimus, ut ſæpè aliàs juris noſtri auctores fa-
ciunt, cum abſolutè † *Legem* dicunt, *ut in l. 3. ff. de uſurpat. & uſucap. l. intra dies,* 23
ff. de re jud. l. obuenire, ff. de verb ſignific. & in aliis infinitis legibus. Quo ſenſu & mo-
do etiam *legitima* † *hæreditas, legitimi hæredes & legitimi* † *curatores* dicuntur ab Vlpi- 24
ano *in Fragmentis, tit. 12.* Et licet *Attilianis &* † *Iulianis,* etiam ex novis legibus 25
tutela deferatur, hi tamen legitimorum nomine non intelliguntur, *l. tutelas, de* 26
capit. minut. ſed proprie *Dativi* appellantur, ut infra latius dicemus. Qui qui-
dem legitimi tale † nomen retinent, licet adminiſtratio eis per judicem fuerit 27
decreta, ſecundum † Philippum Cornæum, *conſ. 282. præmittendum eſt, verſ. item* 28
neque, libr. 3. unde quoque dicimus, *legitimum tutorem* † *neminem dare ſeu conſtituere,* 29
ſed eum legem facere, l. legitimos. ff. de legit. tutel. Alex. *conſ. 161. nu 7. lib. 5.* qui eam
etiam ob cauſam tutores legitimos vocat inuitos; poſt Cynum, & Ioannem
Andreæ, ſequitur Philippus Cornæus, *conſil. 164. num. 23. lib. 4.* Et ideo teſta-
tor non poſſet privare matrem legitima tutela filii, niſi indirectè providendo
pupillo de tutore teſtamentario. Et eſt ratio, quia teſtator † legitimam tute- 30
lam non dat, ergo nec adimere poteſt, ut optime Baldus *conſ. 308, nu. 2.*

Sunt autem legitimorum † duæ ſpecies veteri jure cognitæ; quarum pri- 31
maria eſt & vetuſtior Agnatorum. Siquidem Lex 12. tabularum, patrefa-
milias ab inteſtato mortuo, cui ſuus hæres non extaret, agnatum proximum
familiam habere voluit, id eſt, defuncti hæreditatem detulit. Et quia na-
turaliter æquum videbatur, ut eum, qui ſperaret commodum ſucceſſionis,
etiam onus tutelæ ſequeretur: eadem lege (ut inquit Vlpianus noſter) ſum-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

ma providentia ſtatutum fuit, ut quo hæreditas, eo etiam tutela rediret; &,
ut Vlpianus dicit, per conſequentias hæreditatum, *l. 1. & 3. de legit. tutel.*
Idque nulla admiſſa ſexus differentia. Cujus poſtea videntur prudentes primi
rationem habuiſſe, *ut patet ex l. quo tutela, ff. de reg. juris.* quæ deſumpta eſt ex
libro ſingulari ὅρων Q. Mutii Scævolæ Pontificis Maximi, & Præceptoris
32 M. Tullii †Ciceronis, & Galli Aquilii, qui primum jus civile conſtituit gene-
33 ratim, ſive per generales regulas, quod ante eum nemo ‡ fecerat, teſte Pom-
ponio *in l. 2. §. poſt hos Quintus, ff. de orig. juris*, cujus tempore id ita definitum
fuiſſe veriſimile eſt, cum antea fœminis omnino adempta non fuiſſet admi-
niſtratio tutelæ, ſed primus ille inter omnes hanc ſexus differentiam conſtituiſſe
inveniatur, & generalem regulam ex ipſis naturæ præcordiis depromptam
reſtrinxiſſe, ut eo rediret tutela, quo hereditas perveniret, niſi cum fœminæ
heredes intercederent, *d. l. quo tutela*, quem deinde ſecuti ſunt alii, ut Vlpia-
nus *in d. l. 1. §. 1.* & Hermogenianus *in l. agnato, ff. de legit. tut.* Alex. Impe-
rator, *in l. C. quando mulier tutelæ officio.* Cujus rei optima ratio eſt: cum enim
ſcirent prudentes tutoris officium eſſe, res pupillares diligenter adminiſtrare,
eaque in re opus eſſe, non ſolum conſilio & prudentia; pariter & in exigendis
debitoribus, † actionib. exercendis & excipiendis, prædiis idoneis compa-
34 randis, vel pecunia bene collocanda, multum periculi verſari; mulieres
autem ad hoc minus eſſe idoneas propter ſexus infirmitatem, forenſium
rerum ignorantiam, earumque conditionum naturæ & verecundiæ ſtolam
non permittere, ut in foro, judiciis, aut etiam in publico in contumeliam
matronalis pudoris ſæpè conſpicerentur, vel conventibus virorum intereſſe
cogerentur, ſed potius eſſe & è republica, ut ſeſe domi continerent, rei fa-
miliari operam darent, atque ibi philoſopharentur. Rectè, juſtè, atque
ſanctè, iis omnem tutelæ adminiſtrationem ademerunt, manente nihilo-
minus apud eas hæreditate, *§. finali, Inſtit. de legit. patr. tut.* & ob eam
cauſſam dictæ regulæ derogarunt, ac generaliter ſtatuerunt ‡ tutelam eſſe
35 virile officium, *l. fi. ff. de tutel. d. l. 1. C. quando mulier tut. off.* De qua infra la-
tius dicemus.

36 Altera ſpecies ‡ eſt patronorum legitima tutela, Libertorum & Libertarum,
quæ & ipſa *legitima* vocatur; non, quia nominatim in lege de hac tutela cave-
tur, ſed quia per interpretationem perinde accepta eſt, atque ſi verbis legis
introducta eſſet (ex legibus enim eſt, tam quod ex verbis, quam quod ex ſen-
tentiis legum proficiſcitur) Nam eo ipſo quod hæreditatem Libertorum, Li-
bertarumque, ſi inteſtati deceſſiſſent, ad Patronos, liberóſve eorum per-
tinere voluerunt etiam, horum tutelas ad ipſos, eorùmve liberos pertinere;
cum agnatos non habeat libertus: nec ſit in poteſtate patris, à quo teſtamen-
tarium tutorum accipere poſſet: *Inſtitut. de legit. patr. tutel. l. nominis, §. 1. ff. de
verb. ſign.* quam tutelam habent patroni, & eorum liberi, ſi plures ſunt, ſive
compulſi ex cauſa fideicommiſſi manumiſerint, vel etiam ſi hac lege emerint
ut manumitterent, ſed in ea concurrentibus plurium patronorum filio &
nepote,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

nepote, filius præfertur nepoti, qui etiam remoto, vel fortè excuſato filio
non ſuccedit, ſed alius à Iudice datur: *l. tutela legima*, *§. ſi duo*, *&* *§. ſed etſi*, *&*
§. proinde ff. de legit. tut. Verum hæc tutela nunquam ‡ defertur fœminæ, ut 37
nec agnatorum legitima, *d. §. ſi duo*, *& l. 1. §. 1. eod. tit.* Neque etiam defer-
tur patrono, quando quis pronuntiatus eſt liber ex SC Rubriano, facto † 38
temporibus Trajani, Rubrio Gallo, & Cælio Hiſpa. conſulibus. Quo caſu
non habet tutorem eum, qui rogatus eſt, ſed Orcinus libertus effectus ad fa-
miliam teſtatoris pertinebit, in qua ſpecie incipit tutela ad liberos patroni
primos pertinere, quæ ad patronos non pertinuit, *l. 1. §. interdum*, *l. tutela*, *§.
plane*, *ff. de legit. tut. l. cum viro*, *§. ſubventum*, *ff. de fideicom. libert.*

Hujus patroni tutelæ exemplo recepta eſt & alia tutela. Si enim parens fi-
lium aut filiam, nepotem, aut neptem ex filio, & deinceps impuberes, quos
in poteſtate habet, emancipaſſet, vicem legitimi tutoris † ſuſtinebat, id eſt 39
fiduciarius tutor erat tantum, ideo quia non ex lege 12. Tabularum, ſed ma-
gis ex jure prætorio deſcenderet, & eam eſſe communem dicit Portius, *hic
n. 1.* Si tamen eos emancipaſſet contracta fiducia, id eſt reſervato ſibe jure
ſuccedendi, jure civili ſuccedere potuit, & ita tutor fieri. Sed cum hodie ex
nova Iuſtiniani conſtitutione ſemper intelligatur contracta fiducia emanci-
pare, ſine ullo dubio *legitimus* dici debet, *l. final. C. de emancip. lib. §. fin. Iuſtit. de
legit. agnat. ſucceſſ.*

Eſt & alia tutela legitima veteribus incognita, & jure novo introducta, quæ
Fiduciaria vocatur, de qua Alexander ab Alexandro, *lib. 6. Genialium dierum, cap.*
10. Nam ſi pater filium, nepotem vel neptem emancipavit, eo defuncto ſi li-
beri perfectæ etatis exiſtant, fiduciarii tutores fratris vel ſororis efficiuntur, &
parentum loco ſuccedunt, non ex l. 12. tabularum, vel ejus interpretatione,
vel etiam ratione, quia eo jure non vocabatur an hæreditatem, ſed propter
charitatem ſanguinis, cum ejus amor nulli alteri æquandus eſt, cujus tutela,
quia lex de eo multum confidit, ob id *Fiduciaria* dicta eſt, quæ multo magis ho-
die *legitima tutela* dici debet, cum nova lex fratrem ad ſucceſſionem fratris emã-
cipati vocet: & econtra lege 12. Tabularum, *l. Neſennius*, *l. fratres*, *C. de legit. tut.*
Quod tamẽ intelligendũ eſt de liberis virilis ſexus tantũ, *Inſtit. eod. §. quo defuncto*,
& majoribus viginti quinque annis, auctore Modeſtino, *in l. quo defuncto*, *ff. de legit.
tut.* quod poſtea nova conſtitutione generaliter ſtatuit, & locũ habere voluit in
omni tutore & curatore Juſtinianus *in l. ult. C. de legit. tut. & Inſtit. de fiduc. tut. in fine.*

Hac eadem ratione fiduciæ & amoris motus Imperator Iuſtinianus (licet ju-
re veteri mulieres † ad tutelas & curas non admitterentur, ob ſexus fragili- 40
tatem, & alias cauſſas, ſupra à nobis adductas, niſi tamen hoc à Principe
ſpecialiter impetraſſent, *ut in l. fin. ff. de tutel.*) ſtatuit generaliter noviſſimo ju-
re Authen. † ut mater & avia ad tutelam filiorum ſuorem vel nepotum, acce- 41
dere poſſent de jure communi, abſque impetratione Principali, etiam legi-
timis aliis extantibus, *in authentica*, *& aviæ*, *C. quando mulier tut. offic. §. quia
vero*, *in authen. ut ſine prohibit. mat. debit l. matres*, *C. qui pet. tutores*, quæ
ob

42 ob id ‡ merito etiam legitima dici poteſt, Decius *in cap. ex parte*, 2. *num.* 6. *de appellat.* A cujus tamen regulari natura ea in aliquibus differt, & ideo nonnun-
43 quam *extraordinaria* vel *irregularis*, ſæpe etiam *anomala* vocatur à Dd. noſtris, ut à Caſtrenſ. *in l. omnem*, *Cod. ad Tertul.* Nam etſi eo ſtatuto propter agnatos ſucceſſione excludatur, non tamen à tutela excluditur, cum in eis locum non habeat Regula; *Quò tutela redit, eò & hæreditas pervenit*, ſed ordine ſucceſſionis non ſervato ad tutelam admittuntur, ut notat Salic. *in d. auth. Matri & aviæ*, *q.* 9. Imbert. *in Enchir. verb. tutela*, Dec. *in l.* 2. *nu.* 19. *ff. de reg. jur. idem conſ.* 16. *nu.* 2. quo loco alteram tradit differentiam, dicens, legitimas tutelas regulariter eſſe
44 † neceſſarias, ſive juſtas, ad quas ſuſcipiendas agnati vel cognati cogi poſſunt. Cæterum matris & aviæ tutelam non eſſe talem, ſed tantum permiſſam, cum eis non jubeatur, ſed tantum permittitur, *ut in auth. ut liceat matri & aviæ, ibi: ſecundum ordinem graduum tutelam ſubire permittimus, & in auth. Matri & aviæ: ibi,*
45 *ſubire permittimus*, *C. quando mul. tutel. offic.* quare eam † *legitimam voluntariam* dici tradit Decius *d. c. ex parte*, *n.* 6. *de appell.*

Promenda denique eſt ex antiquitate fœminarum legitima tutela, nam an-
46 tiquis Græcis jus fuit, ut mulieribus tutores darent, ſine quorum arbitrio & auctoritate nihil agere poſſent, ut videre licet ex Cicer. in Orat. pro L. Flacco & Demoſth. in orat. adverſus Neæram, quam tutelam poſtea Romani, ut videre licet ex Cicer. in Orat. pro L. Flacco & Demoſth. in orat. adverſus Neæram, quam tutelam poſtea Romani, ut pleraque alia, ad ſuam Rempublicam tranſtulerunt. Apud quos fuit hoc in more priſco temporibus poſitum, ut tutores conſtituerentur tam maſculis quam fœminis. Maſculis quidem im-
47 puberibus duntaxat, propter ætatis infirmitatem: Fœminis autem † tam impuberibus, quàm puberibus, & propter ſexus infirmitatem & propter forenſium rerum ignorantiam, ut refert Vlpianus in Fragmen. *tit.* 11. *de tutelis*, & Seuer. Boët. lib. 2. in Top. Cicer. dicens, *eas antiquo jure perpetua tutela contineri.* Quarum tutela tripartita fuiſſe videtur, ſcilicet *Pupillaris*, quæ durabat ad annum uſq; duodecimum, ſub tutoribus vel teſtamento datis, vel legitimis, quibus pupillaribus annis finitis, ſi tutores teſtamento dati, vel legitimi onere tutelæ
48 defungi vellent poterãt in jure alteri ex agnatis, poſt eum proximo, tutelam ce-
49 dere: & is, cui tutela cedebatur, *Ceſſicus* ‡ *tutor* dicebatur. Atque inde manat, *Ceſſa* vel *Ceſſita tutela*, cujus meminit Ulp. *d. tit.* 11. Quam Ceſſitiam † tutelam poſtea Divus Claudius Imperator ſuſtulit, & fœminarum legitimas tutelas ſuſtinuit, id eſt (ut rectè interpretatur Reuard. *Varior.* 1. *c.* 10.) diſtulit, & ultra pubertatis annos prorogavit. His verò dificientibus, quia. ut ſuperius diximus, eas perpetua tutela continebat, ut ne privatam quidem rem gerere poſſent ſine tutore, teſte Liu. *libr.* 44. nec earum promiſſio valeret, ut ex Cicer. pro Cecin. liquet, nec manumiſſio, nec in manum conventio; ideo eis, interponendæ
50 auctoritatis gratia, olim dabatur tutor Romæ ex lege Attilia à Prætoribus, &
51 majore parte Tribunorum plebis, quos † *Attilianos* appellamus, & aliquando *Prætorianos tutores*. In Provinciis ex lege Julia & Titia ‡ à Præſidibus earum, ut latè

latè tradit Ulpian. *d. tit.* 11. ubi etiam tradit differentias inter pupillorum & pupillarum tutores, quarum ea eſt præcipua, quod harum tutores auctoritatem tantum interponant, non autem negotia gerant, ut pupillorum tutores, de quorum & ſingulorum poteſtate & auctoritate nos infra ſuis locis agemus latius. Verùm ex his, quæ diximus, ſatis opinor conſtat, quomodo intelligi debeat, quod Paulus ſcripſit *in l. ſi quis tutor, §. quid ergo, ff. de ritu nupt. Tutoris officium poſt pubertatem finiri.* Et idem Paulus *in l. ſi filiæfamilias, ff. de legat.* 3. *legatum filiæfamilias factum, cum in tutelam ſuam pervenerit, tunc deberi, cum viri-potens facta fuerit*; ſcil. de pupillari tutela, non de alia. Et pari ratione in omnibus locis, in quibus in Pandect. mulieribus curatores tributi inveniuntur, pro curatores eſſe tutores reponendum, ut rectè obſeruauit Vertranius Maurus, *de Jure lib. cap.* 31. & vir raræ & reconditæ doctrinæ Ræuard. Varior. 2. *c.* 10.

Hinc mos videtur † inoleviſſe apud omnes ferè Italos, ut ipſis mulieribus ſit 52 poteſtas contrahendi interdicta ſine conſenſu Manualdi, ita enim loquitur Ang. *conſ.* 191. *de Statuto Florent. poſt prin. Bald. conſ.* 407. *lib.* 2. *idem in l.* 2. *q.* 9. *C. de reſcin. vend.* Et apud noſtros Vltrajectinos, qui non admittunt mulierem, etiam virginem † in judicio quicquam agere ſine electo tutore ad eum actum. 53

Sequitur tertio loco † *Dativa* tutela, inde *Dativi* tutores. Et propriè ſunt, qui 54 neque lege, neque teſtamento inſtituti, ſed à Magiſtratu dati ſunt, *l. Dativus, ff. rem pupilli ſalvam fore, l. generaliter, Cod. de Epiſcop. & Cleric. l. ult. C. de legit. tut. ut ſuprà attigimus.* Ulpian. etiam teſtamento datos *Dativos* appellat. Quomodo autem inſtrumentum Dativæ tutelæ conficiatur, tradit Speculator, *tit. de tutore, Rubr. de Dat. tut. nu.* 5. 7. & 8. Quare mirum videtur, quod quidam dicunt; ſtante ſtatuto, quo etiam extantibus legitimis vel teſtamentariis, nihilominus defuncto pupilli patre, omnes ejus agnati, cognati, vicini, & affines, ad nominandum & eligendum tutorem pupillo, coram Judice, in cujus territorium defunctus pupilli pater mortis tempore domicilium habebat, citari debent, iiſque citatis, & auditis, Iudex ex eorum nominatione tutorem decernat, quo jure multi utuntur, tales *Dativos* dici. Hoc enim ita intelligendum eſt, niſi cum nominatis ab aliis conſanguineis concurrant legitimi, vel etiam teſtamentarii, & contendant, ſe illis nominatis eſſe anteponendos, quos ſi Iudex ut idoneos dederit, ut certè debet, alio non obſtante legitimo impedimento, hi non deſinunt eſſe legitimi vel teſtamentarii, licet à Iudice eis ſit decreta tutela, ut notat Bar. *in l. legitimos, ff. de legit. tut.* Barthol. Chaſſan. Iurium Doctor, & ſummus Practicus, *tit. des enfans des pluſieurs iictz, §. 6. gloſſa, & prendere, idem §. 7. gloſſa 1. eod. tit.* ubi loquitur in patre & matre.

Horum autem quidem ſimpliciter dantur, & cenſentur † omnibus bonis 55 etiam extra territorium dantis ſitis dati, ut ſuprà de teſtamentario diximus; & in *Dativo* tenet expreſſe Alex. *conſ.* 28. *n.* 3. 4. *lib.* 1. Corn. *conſ.* 102. *num.* 6. *lib.* 2. Caſſan. *in conſuet. tit. des confiſcations, §. 1. in verbo, & appertient. num.* 15. *idem tit. des mainſmors, §. 16. verbo, va demeurer, num.* 9. & noviſſimè Rebuff. *tit. de ſent. proviſion. artic.* 3. *gloſſ.* 2. *num.* 12. & eam eſſe † magis communem dicit Salic. *in*

L *l. 1. num.*

l. 1. *num.* 4. *C. ubi petant. tut* contra gloſſ. *in l. non ſolum.* §. *qui teſtamento, ff. de excuſat. tut.* quam nominatim reprehendit Cornæus *dict. conſ.* 202.

Et hæc quidem locum habent, ſi non eſt alius tutor datus, quo ad bona extra territorium ſita, per Iudicem ejus loci; qui, quo ad illa bona, dicitur competens, licet pupillus alibi ſit oriundus, *l.* 1, *C. ubi pet. tut.* Roman. *conſ.* 250. alias ſequens datio, etiam ſimplex ad ea ſe non extendit, *l. ſi tamen, & ibi notat. de teſtam. tutela, l. pupillo, ff. de tut & curat. datis ab his.* Nam hoc regulare eſt, ut
57 ſemper generi † per ſpeciem derogetur, *vulg. cap. generi, de Reg. juris in* 6. *l. ſeruus,* §. *ſi ff. de leg.* 3. *Bart. in l. Sempronio, ff. de uſufruct. leg.* Maximè quando pòſt datur ab bona, quæ poſt acceſſerunt, vel aliud augmentum, *l. quoties,* §. *conſtat. ff. de adminiſt. tut*· ut ſupra diximus ad verbum, *ad tuendum eum.*

Alij ſunt, qui non ſimpliciter, ſed ad augmentum dantur, vel etiam (ſi forte eſt amplum & latè diffuſum pupilli patrimonium in diverſis diſiunctiſque locis ſitum ſive conſtitutum) diviſim, vel in partes, vel in regiones. Quo caſu ita inter eos à Magiſtratu diviſa tutela ſine ejus adminiſtratione unus quiſque exceptione ſubmovetur ab ea parte, vel regione, quã nõ adminiſtrat, *l. vel in partes, ff. de adminiſt. tut.* De quo Paulus *in l. quæro, ff. de ſolutio.* intelligendus eſt: ubi ſic ait: *Quæro, an curatorib. vel tutoribus in provincia datis Romæ pecunia ſolvi poſſit, quæ in provincia ita ab his fœnerata eſſet, ut Romæ ſolveretur: cum ijdem curatores vel tutores rerum Italicarum adminiſtrationem non ſuſtinerent? an ſi ſolverit debitor liberetur? Paulus reſpondit, tutoribus his vel curatoribus rectè pecuniam pupillo debitam ſolvi, qui negotia ejus adminiſtrant; eos autem, qui provincialium rerum curatores vel tutores ſunt, Italica negotia adminiſtrare non ſolere, niſi ſpecialiter tutores Provincialium rerum, ut res ſibi Romæ redderentur, promitti curaverint.*

Cap. VIII.

Quis teſtamento Tutores dare poteſt, & quibus perſonis dari poſſint.

SUMMARIA.

1 *Teſtamentaria tutela cæteris dignior eſt.*
2 *Parentes poſſe dare Tutores teſtamonto ſuis liberis, ſive maſculini, ſive fœminini, ſexus; ſi modo in poteſtate ſint.*
3 *Ancus Martius quo tempore floruerit.*
4 *Amoris intuitu multa introducta contra Juris regulas.*
5 *Adulti minores* 25. *annis dant liberis tutorem, modo ſapiant penſoq; conſilio in eo uſi ſint.*
6 *Patri permiſſum filio ſuo exheredato pupillariter ſubſtituere:*
7 *Tutor datus in minus ſolemni teſtamento, an egeat confirmatione?*
8 *Communis opinio.*

Datio

9 *Datio tutoris facta in rupto, falſo vel inofficioſo declarato teſtamento, an valeat ſine inquiſitione.*
10 *Confirmatus à Iudice non ſatiſdat.*
11 *Parentes dant liberis tutores Codicillis teſtamento confirmatis.*
12 *Tutor datus Codicillis teſtameto confirmatis non ſatiſdat.*
13 *Datis alijs tutoribus Codicillis, teſtamento confirmatis, atque in teſtamento dati prius, in teſtamento non cenſentur reuocati in codicillis, ſed noui tutores adiuncti, quod tamen declara.*
14 *Declaratur. l. vltim. C. Familiæ-erciſcundæ.*
15 *Tutoris datio in teſtamento ſimpliciter facta omnibus alijs præfertur, etiam matrì.*
16 *Actus morientium purè factos ſuſpenſionem non recipere.*
17 *Reipublicæ intereſſe vt ſuprema hominum iudicia exitum habeant.*
18 *Sui hæredis exiſtentia confirmat dationem tutelæ in teſtamento.*
19 *Parens dat tutorem filijs emancipatis.*
20 *Curator teſtamento regulariter non datur.*
21 *Parens dat liberis tutorem inuitis.*
22 *Datiuus tutor tam præſenti, quam abſenti, nec non ignoranti, & inuito datur.*
23 *Tutoris officium non finiri pupilli voluntate.*
24 *Liberorum appellatione qui veniant.*
25 *Parentes nepotibus dant tutores, & quibus.*
26 *ventri an tutor dari poſſit?*
27 *Inris noſtri auctores à Peripateticis inſtituti.*
28 *Chryſippus ſumma Stoicæ ſapientiæ præfectus.*
29 *Exiſtentes in vtero, quo ad illorum commodum, pro natis habentur.*
30 *Auus centum relinquens cuilibet nepoti, qui tempore mortis ſuæ vivet, etiam is, qui in utero eſt, admittitur.*
31 *Ventri legari, donari, ſtipulari directo, per fideicommiſſum relinqui, & è diverſo eorum fidei committi poteſt.*
32 *Venter hæres inſtitui poteſt.*
33 *Mater tenetur ventri Curatorem petere.*
34 *Curator ventri datus deſinit eſſe curator nato poſthumo.*
35 *Pater filio ſuo naturali teſtamento jure tutorem non dat.*
36 *Vetus mos Romuli, primi Romanorum Regis, de juſtituendis clientelis.*
37 *Fœminæ liberos non habent in poteſtate.*
38 *Mater liberis tutorem non dat ſine confirmatione, & ibi declaratur.*
39 *Mater non poteſt filio dare tutorem, ſi pater ei alium teſtamento tutorem dedit*
40 *Cautela Dd. pro matre in dando tutore.*
41 *Patruus teſtamento tutores non dat, ſed ab eo datos, iubet Prætor à Magiſtratibus confirmari.*

EXpoſita definitione, atque diviſione tutelarum, conſequens eſt, ut ordine ſingula diviſionis membra tractemus. Et quia † Teſtamentaria tutela 1

 cæteris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

cæteris dignior eſt, ejus cauſa prior & potior; de ea primò agamus, cujus tota quæſtio his capitibus continetur:

Quis teſtamento tutores dare poſſit?
Quibus dari poſſint.
Qui dari poſſint.
Quomodo dentur.
Quibus verbis cenſeantur dari;
Quomodo interpretetur datio.
An datus teſtamento, aliis præferatur; legitimis, & dativis.

Quibus omnes omnino tutelæ teſtamentariæ cauſæ explicantur. Quod
2 attinet ad primum & ſecundum caput, eſt vulgi ore trita ſententia: † *Parentes
poſſe teſtamento tutorem dare ſuis liberis, ſive maſculini ſive fœminini ſexus, ſi modo in poteſta-
te ſint*, eamque permiſſionem ex lege 12. tabularum deſcendere, auctor eſt
Cajus, *lib. 12. ad edict. Provinciale, in l. 1. ff. de teſtam. tutèl.* Paul. *in l. tutor, eodem.*
Ulpian. *in Fragm. tit. 11. de tutel. Cujus* hæc ſunt verba: *Parentibus Tutorem in liberis
in poteſtate dandorum teſtamento ius eſto*, & ante eum Paulus *in l. ſæpè, ff. de verbor. ſigni-
fic.* refert verba dictæ legis 12. Tabularum; & plenius Cornific. *lib. 1. ad Heren.*
quorum ſupra meminimus. Neque dubium eſt, quin apud Romanos eadem
etiam in uſu fuerit ante 12. Tabulas. Nam legimus † Ancum Marcium IV.
3 Romanorum Regem (qui anno Vrbis 113. uſque 137. claruit auctoribus Dio-
nyſio, & Solino, adeoque 170. annis, & quod excurrit, ante Decem-vi-
ros) dediſſe filiis ſuis tutorem L. Tarquinium, ut tradunt Carolus Sigon. *de
Jure Romanorum, cap. 13.* & Franciſcus Balduinus, Atrebatenſis, *in 12. Tabul.
cap. 38. & Inſtit. de tutel. in verb. permiſſum.* Id quod more majorum comparatum
eſt, ob effectum patriæ poteſtatis, & ardentem parentum amorem in liberos;
de quibus plene confidebant, nec credebant eos quidquam auctores vel diſpo-
ſituros in præjudicium liberorum, ſed pro eis ſalubrius conſilium capturos,
4 cujus amoris intuitu & plura alia † contra juris regulas ſunt recepta, de quibus
latè Andr. Tiraq. Regius ille Senator, *in repet. l. ſi unquam, C. de revoc. donat. in
5 præfat.* Nec ſolum id permiſſum eſt parentibus majoribus 25. annis, ſed & †
adultis majoribus 25. annis, modò ſapiant, ſatisque penſo conſilio in eo uſi
ſint, ut dicit Angel. Aretin. *in §. furioſis, num. 2. Inſtit. Qui teſtam. tut. dari poſſunt*,
& ſingulare eſſe dicit Romanus, *ſingulari 70. incip. Adultus, per l ſi plures, §. quam-
vis, ff. de adminiſt. tut.* Quod uſque adeo verum eſt, ut ſatis ſit eo teſtamento
bonorum hæredem ſcribere etiam alium, quàm filium, nec ſit neceſſe in eo
quidquam filio relinquere. Angel. *in §. permiſſum, nu. 5. verſ. advertas, Inſtit. de
Tut. l. pater hæredi, ff. de Teſtam. tutel.* & eſt optima gloſſa *in l. naturali, ff. de con-
firm. tut. in gloſſ.* 1. Neque verò obſcura ratio eſt: quia datio Tutoris eſt in fa-
vorem filij, cui adde aliam & meliorem, ſcilicet effectum patriæ poteſtatis,
cujus reſpectu patri permiſſum eſt filio ſuo pupillo etiam exhæredato pupilla-
6 riter ſubſtituere, *§. non ſolum, Inſtit. de pupill. ſubſtit.*

Tantundum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Tantundem dicendum eſt, etſi patris teſtamentum non fuerit ſolemne ex cauſa præteritionis vel exhæredationis, quo caſu non indigebit confirmatione, ſed ſufficit ſola legis confirmatio, *ut in auth. ex cauſa, C. de liber. præterit.* 7
Idemque eſt ſi fuerit voluntas minus ſolemnis † ex alia cauſa, puta propter minorem numerum teſtium, & datus ſit tutor unus ex liberis, *per l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, C. de teſtam & ibid. Bald. & Fulg.* Niſi tamen pater eum dediſſet tutorem, qui ab inteſtato non fuiſſet tutor, alio ſcilicet eum præcedente; quo caſu datio non valeret ſine confirmatione, ſi credimus Saliceto, † *in d. §. ex imperfecto*, & communiter receptum eſſe, dicit Jul. Clar. *de Teſtamentis, q. 10. num. 3. 4.* Neque etiam quando in tali minus ſolemni voluntate extraneum dediſſet tutorem, ut tradunt omnes *in d. ex imperfecto*, & communem eſſe dicit Corn. *conſ. 238. n. 10. lib. 4.* Clarus *d. q. 10. num. 3.* 8
Eadem Regula † locum habet, non ſolum in datione facta in minus ſolemni, ſed & in rupto, falſo, vel in officioſo declarato teſtamento, quo etiam caſu leges noſtræ volunt, Judicem ſequi debere voluntatem patris, *l. pater, §. jure civili, §. fin. cum. l. ſeq. l. ſi pater, ff. de teſtam. tutel. l. qui à patre, ff. de confirm. tut.* idque ſine alia inquiſitione, *§. ult. Inſtit. de tutel. l. 1. & ibi omnes, ff. de confirman. tut. & late conſuluit Corn. conſ. 175. num. 13. lib. 3. & conſ. 238. num. 10. lib. 4.* ubi & hoc extendit ad aliam patris diſpoſitionem circa filiorum educationem, maximè ſi pater in proximo mortis tempore eos tutores ſcripſit. Cæterum ſi ante annos, ut ſpatio medio cauſa, propter quam datus videbatur, in eo mutari potuerit, veluti ſi ex amico inimicus, vel ex divite pauperior effectus ſit, vel morum ante celata vel ignorata emerſit improbitas, vel cum fiſco aliquem damnoſum contractum miſcuit, eo caſu Prætor potius pupillorum utilitatem, quam patris ſcripturam ſequi debet; ſed quia eo caſu deberet removeri, multo magis confirmatio denegari. Corn. *d. conſ. 238. num. 12. lib. 4.* Gratus *conſil. 115. num. 4. lib. 1. dict. l. pater, ff. de teſtam. tutel. l. in confirmando, cum duab. ll. ſeqq. ff. de confirman. tutor.* Quæ tamen ſuſpicio contra tutorem à patre teſtamento datum facile capienda non eſt, quando veriſimile eſt patrem tempore dationis hoc non ignoraſſe: puta, quia eadem ejus patrimonii facies permanſit, & nihil poſt accedit, quod omnino palam faciat mutationem morum, vel diminutionem patrimonij, ut rectè tradit Franciſcus Aret. *in l. is cui lege, ff. de teſtamen. per dict. leg. in confirmando tut. leg. tres Tutores, §. ultim. ff. de adminiſtrat. tut.* ſequitur Alexan. *conſi. 140. nu. 8. lib. 1.* dicens, debere conſtare evidenter de errore teſtatoris, quæ cauſa eſt, quod confirmatus à Judice non ſatiſdat, quia quo ad eum cenſetur teſtamentarius, † auctore Portio, *in d. §. permiſſum, nu. 4.* 9 10
Quæ autem diximus de teſtamento, non abſimili ratione † locum habent in tutoribus datis in codicillis. Nec enim minus hi teſtamento dati videntur, quàm qui codicillis teſtamento confirmatis ſcripti ſunt, *l. teſtamento datos, ff. de teſtamento datos, ff. de teſtam. tutel. l. 2. C. eodem.* Ideo nec talis confirmatione eget, nec ſatiſdat, ut tradit † Rebuff. *de Sent. proviſionali, §. 3. gloſſ. 2. num. 3.* Port. *dict. §. permiſſum, num. 4. & ibi additio*, Corn. *conſ. 168. nu. 12. lib. 2.* Sin 11 12

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

verò ſolum facti fuerint codicilli, & eis fuerit datus tutor, datio non valet, *l. 1. ff. de confir. tut.*

Quin etſi alij dati fuerint tutores codicillis teſtamento confirmatis, atque
13 in teſtamento, qui prius teſtamento dati erant, non cenſentur revocati in co-
dicillis, ſed potius † novi tutores adiuncti: niſi tamen Teſtamentarios vel al-
terum eorum codicillis reprobaverit, vel ſolum alterum ex teſtamentarijs ap-
probaverit, *l. 2. C. de teſtam, tutel·* & ita conſuluit Barthol. Soc, *conſ. 283.*
nu. 3. verſ. 2. reſpondeo, & nu. ſeq. lib. 2.

Conſimilem rationem habet, quod ſcribit Alexander Imperator *in l. 2. C. de*
confir. tut. Neque per epiſtolam, neque ex imperfecto teſtamento Tutorem rectè dari: Judicem ta-
men, cujus de ea re cognitio eſt, voluntatem parentis in conſtituendis tutoribus in hujuſmodi ca-
ſibus ſervare ſolere. Nec id quidem mirum eſt, ſed jure optimè fundatum, cum
Conſtantinus Imperator ſcribat, *in l. ultim. C. familiæ erciſcundæ,* ad validitatem
14 teſtamenti patris inter liberos, nedum † ſufficere codicillum, vel epiſtolam, ſed
etiam quodcunque ejus voluntatis indicium.; ſed talem epiſtolam ſequi Iudex
non cogitur, niſi ejus veritas per quinque teſtes probetur, ut tradit Mantic.
lib. 2. C. 16. nu. 21.

Eſtque hæc tutoris datio ſimpliciter facta, niſi in ea dies, vel conditio fuerit
appoſita, tam favorabilis, ut omnibus alijs debeat præferri, atque etiam ma-
15 tri, ut infra dicemus, † & ſtatim debeat effectum ſortiri, *per reg. l. in omnibus*
obligationibus, ff. de reg. jur. l. omnia, ff. de legat. 2. l. 1. in prin. ff. de condit. & demonſtrat.
16 Quo † ſpectat id quod vulgo dicimus· *Actus morientium purè factos ſuſpenſionem non*
17 *recipere, l. finali, in fin. ff. communia præd.* & † publice expedire, ut ſuprema homi-
num judicia exitum habeant, *l. vel negare. ff. quemad. teſtamen. aperiantur.* Quod
tamen intelligendum eſt, ſtatim atque aliquis hæres extitit. Nam ſi nemo
hæriditatem adierit, nihil valet exhis quæ teſtamento ſcripta ſunt, niſi ta-
18 men † unus ex pluribus adierit. Quo caſu tutelæ ſtatim valent, nec expectan-
dum erit, ut omnes hæreditatem adeant, *l. tutores, l. 8 nemo, ff. de teſtamen. tu-*
tel. Vel denique niſi inſtitutus fuerit ſuus hæres, per cujus exiſtentiam ſtatim
confirmantur tutelæ, ut tradit Bart. *in d. l. ſi nemo.* Quod licet controvertat
Bald. de Vbaldis Peruſin. *in repet. l. in ſuis, n. 60. ff. de lib. & poſthum.* fatetur
tamen hanc eſſe veriorem, quam etiam ſequitur Dyn, *in d. ſi nemo.*

Neque ſolum parens tutorem dat filiis in ſacris ſuis adhuc conſtitutis, ſed
19 & emancipatis, † quos in poteſtate non habet, quam Præſes ſive Prætor
omnimodo, id eſt, ſine inquiſitione confirmat, *l. 1. & l. ſi filium, ff. de confir.*
tut. §. ult Inſtit. de tutel.

Quin & his permiſſum in teſtamento etiam adultis dare curatores, ubi-
cunque is dari poſſet, à lege, licet regulariter teſtamento curator non de-
20 tur. Præſes Euerard. † in loco à lege, ad Teſtatorem, ubi allegat Bald.
& Caſtren. *in l. curatorem tibi. C. de negot. geſtis.*

21 Nec volentibus † tantum, ſed etiam inuitis, *gloſſa in d. §. Permiſſum, verbo*
impuberibus, l. nec non, ff. de tut. & curat. dat. ab his. Nec enim exigendum eſt

à Pu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

à Pupillo, inquit Pomponius, ut ſibi tutorem petat, *l. 2. ff. de tutel. Decius in l. quo tutelæ, §. uemo, nu. 3. ff. de reg. juris.* Quod & in dativo tutore receptum eſt, qui tàm preſenti, quàm abſenti, nec non ignoranti & inuito detur, *l. illud, cum l. ſeq. ff. de tut. & curat. dat. ab his*, quibus † ſuffragatur, 22 quod Diocletianus & Maximianus reſcripſerunt, *in l. 2. C. quando tut. vel curat. eſſe deſinant*, *tutoris † officium ex ſola pupilli voluntate non finiri.* 23

Cùm autem præcedens permiſſio parentibus data de liberis loquatur, & *liberorum* † appellatione veniant filij, nepotes, pronepotes, cæterique, qui 24 ex his deinceps deſcendunt, *l. librorum, ff. de verb. ſignif. l. quod ſi nepotes, ff. de teſtam. tutel. l. ſed ſi §. liberos, ff. de in jus vocando, cum ſimilibus*, eâdem ratione qua filijs tutorem etiam nepotibus dare permiſſum † videtur patri, *& eſt textus in §. permiſſum, Inſtit. de tutel.* Non tamen generaliter nepotibus 25 omnibus, ſed ijs demum, qui poſt mortem dantis non ſunt recaſuri in poteſtatem patris, *d. §. permiſſum, & ibi gloſſa, verbo non poterunt, cum gloſſa ſequen. l. 1. §. final. l. ſi hæreditas, §. qui filium, ff. de teſtam. tutel.*

Etiamſi teſtator tutorem dans miles eſſet (quanquam aliter de ſubſtitutione pupillari ſtatutum ſit) ut à Divis fratribus reſcriptum eſſe tradit Vlpianus, *in l. 2. ff. de teſtam. tutel. & l. cum filius familas, ff. de milit. teſtament.* ubi ſic ſcribit: *Cùm filiusfamilas miles deceſſiſſet, filio impubere herede inſtituto, eiq́; ſubſtituiſſet in aui poteſtate manenti, tutoresq́; dediſſet: Divi fratres reſcripſerunt, ſubſtitutionem quidem valere. tutoris autem dationem non valere: quia hæreditati quidem ſuæ miles, qualem velit ſubſtitutionem facere, poteſt, verum tamen alienum jus minuere non poteſt.*

Sed an id † quod de liberis dicitur, idem in ventre ſit, & quibuſdam videri poſſet, quod non, quia non dicitur animal, neque homo, ſed ſpes 26 animantis, ex Stoicorum ſententia, qui dicunt ἔμβρυα non eſſe animilia, quorum ſententiam, Iuriſconſulti noſtri ſequuntur ut Marcellus *in l. 2. ff. de mortuo infer. Papinian. in l. Falcidia, ff. ad l. Falcid* Vlpian. *in l. 1. ff. de Ventre inſpiciendo*; ſunt enim, cum Peripaticis omnis diſciplinæ Principes, teſte, Lactantio, *lib. 2. cap. 9.* & ab his omnes † fere juris noſtri auctores ſunt inſtituti, ut rectè obſervauit Iacob. Cuiac. *in l. conditio. in præteritum, ff.* 27 *de. verb. obligat. & Novell. 74.* Quare Marcianus *in l. 2. ff. de Legib.* merito laudat Chryſippum, quem vocat ſummæ Stoicæ ſapientiæ † Philoſophum: ergo multo minus pupillus dici poterit, qui non tantùm ætatem 28 ſignificat, ſed & conditionem ejus, qui ante pubertatem deſijt eſſe in poteſtate patris, & cœpit eſſe in poteſtate tutoris, quod in ventre dici non poteſt, quia antequam naſcitur, non poteſt dici in patris morientis poteſtate fuiſſe, ut auctor eſt Paulus *in leg. ſi prægnantem, ff. de collat. bonorum.*

Verùm, his non obſtantibus, contrarium eſt receptius, ex eo quod in datione tutoris † commodum verſatur eorum, quibus dantur, & per manus traditum eſt eos, qui in utero ſunt, quando de eorum commodo agitur, in rem 29 ſuam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

ſuam haberi pro natis, *l. qui in utero* 1. *ff. de ſtatu homin. l. quod dicimus*, *& ibi Alciat. & in l. intelligendus*, *ff. de verb. ſignificat.* quod quibuſdam exemplis oſtendi
30 poteſt, veluti, ſi avus centum † relinquat cuilibet nepoti; qui tempore mortis ſuæ vivet; etiam is, qui in utero eſt, admittetur, ut ex Dyno refert Alciatus *in d. l. intelligendus*, ſic & liberis annumeretur in conſtitutione Divi Hadriani, qua pluribus liberis, id eſt tribus vel quatuor, vel quinque omnia damnatorum bona conceduntur. *l. qui in utero*, *ff. de ſtatu homin.* Sic & eis legari, dona-
31 ri, ſtipulari, directò per fideicommiſſum relinqui, & è diverſo † eorum fidei committi poteſt, ut latè tradit Tiraq. *de retract. lig.* §. 1. *gloſſa* 9. *num.* 75. *& in l. ſi unquam*, *verbo ſuſceperit*, *num.* 144. *Cod. de revoc. donat.* Sed & propius accedit
32 quod ſcribit idem Tiraq. *d. verbo ſuſceperit*, *n.* 146. hunc † hæredem inſtitui poſ-
33 ſe, non tamen eſſe antequam naſcatur, atque matrem teneri huic petere † curatorem, non aliter atque jam nato tutorem, alias puniri: eumque curato-
34 rem ſtatim officio decedere, jam nato poſthumo. Quare † eadem ratione dicendum patrem quidem teſtamento tutorem dare poſſe ei, qui in utero eſt, ſed eum nondum eſſe, niſi poſthumo edito, atque interea, ſi opus eſt, ventri dari curatorem, *ut ſunt textus expreſſi in l. ſi nemo tutorum*, §. 2 *ff. de teſtam. tutel. l.* 1. §. *quoties*, §. *eligitur*, *&* §. *tamdiu*, *ff. de Ventre in poſſ. mitt.* In quibus legibus Vlpian. tradit, quis petere debeat talem curatorem, quare peti debeat; quis dari debeat, an aliquis ex tutorib. poſthumo teſtamento datis, vel quis alius; & quamdiu ejus officium duret. Eoque ſpectat illud Tranquilli de Iulio Cæſare; C. Octavium etiam in familiam nomenque adoptaſſe pluresque ex iis, qui eum occiderunt, tutores filij ſi quis ſibi naſceretur, nominaſſe.

Et in hanc ſententiam optimè facit, quo ſcribit Calliſtrat. *lib.* 3. *edicti monitorij*, *in l. cum pater*, *ff. de nego. geſtis. Cum pater teſtamento*, inquit, *poſthumo tutorem dederit*, *iſq; tutelam interim adminiſtraverit*, *nec poſthumus natus fuerit*, *cum eo non tutelæ*, *ſed negotiorum geſtorum agendum erit: quod ſi natus fuerit poſthumus*, *tutelæ erit actio*, *& in eam utrumque tempus veniet*, *& quo antequam naſceretur infans*, *geſſit; & quo poſteaquam natus ſit.*

Sed quia ſupra diximus omnem hanc poteſtatem dandi filiis Tutorem patri conceſſam eſſe intuitu patriæ poteſtatis, & ardentis amoris in liberos; ideo rectè conſequitur, † non procedere regulam in caſibus, quibus deficit illa poteſtas. Ex quo primò infertur ex Hermogeniano, *in l. naturali*, *ff. de confirm. tut.* patrem filio ſuo naturali teſtamento tutorem jure dare non poſſe, niſi tamen inſtituat eum, vel aliquid ei relinquat intra præfinitum legibus modum, quaſi eo caſu potius in rem, quam in perſonam dare videatur, ut in ſimili dicit Modeſtin. *in l. patri. ff. de teſtam. tutel.* & Imper. Iuſtin. *in l. fin. C. de confirm. tut.* ſed eo caſu debet à comperente Iudice confirmari, & ita res gerere pupillares, ſed non opus eſt tam diligenti inquiſitione, *d. l. fin. l. qui à patre*, *ff. de confir. tut.*

Qua eadem ratione & Paulus ſcribit *in l. ſi patronus*, *ff. de confir. tut.* patronum, vel quemvis alium etiam extraneum impuberi, quem hæredem inſtituit, rectè tutorem dare poſſe, etſi extra ea nihil in bonis pupillus habeat, non malè dici,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

dici, quod ejus judicium ſequendum ſit, quippe qui perſonam ejus, quem tutorem eſſe voluerit, noverit & impuberem ita dilexerit, ut eum hæredem inſtitueret.

Quin etſi patronus impuberi liberto fruſtra tutorem det; tamen ejus voluntatem, ſi fides inquiſitionis congruit, Prætor ſequitur, vt eſt auctor Papinianus, *in l. qui tutelam, §. impuberi, ff. de teſtamen. tutel.* Neque † id mirum cuiquam videri debet, cum notum ſit, quomodo Romulus, primus Romanorum Rex clientelas inſtituerit, ut firmiſſimum ſanctiſſimumq; Reipublicæ vinculum, dans cuilibet è populo optionem, quem vellet, patronum eligendi, ſtatueritque ut patroni clientibus ſuis, non ſecus atque parentes liberis ſuis conſulerent, in judiciis adeſſent, tam pro præſentibus, quam abſentibus, & ut clientes patronos ſuos colerent, non ſecùs atque filij parentes, neùe adverſus eos teſtimonium perhiberent, vel accuſationem inſtituerent, ſi alteruter ſecùs faceret, is facto eſſe improbus, inteſtabiliſque, A quibus inſtitutis operas, obſequia & officia libertorum, aliaque patronorum jura in libertos, (quorum in jure noſtro crebra fit mentio) originem & radicem ſumpſiſſe, non eſt dubium. 36

Inferunt ſecundo matrem, † quæ liberos in poteſtate non habet, *§. fœminæ, Inſtit. de adopt.* his teſtamento tutorem dare † non poſſe, *per l. 1. ibi, ſi modo in poteſtate fuit: de teſtam. tutela, l. 1. ibi: velut mater. ff. de confir. tut. & § permiſſum, Inſtit. de tutelis*, & ita declarat Angel. Aretin. in tract. ſuo de teſtamentis, *verſ. Tutores autem*, & poſt eum Marian. Socin. *conſi. 59. lib. 3.* Dec. *in l. quo tutela, §. nemo, nu. 2. ff. de reg. juris* in quem tamen à matre teſtamento datum lex vult inquiri, & ita, ac non aliter, eum confirmari, quia fragile eſt judicium matris, *l. pater, ff. de teſtam. tutel. l. mater, C. eodem, l. 1. & 2. ff. de conſir. tut.* Quod qualiter fiat, tradit Bald. *conſi. 163. in 2. dubio, lib. 5.* Stephan. Bertrand, Gallus non ſpernendus IC. *conſi. 290. quamuis mater, in princ. libr. 4.* & nouiſſime Tiraq. qui hoc relinquit arbitrio Iudicis, *in præfat. l. ſi unquam, nu. 25.* Quod tamen non procedit, quando filium teſtamento heredem inſtituit: quo caſu etiam eidem tutorem dare poteſt. Cum enim hoc cuilibet extraneo permittitur, ut ſupra diximus, multo magis concedi debet matri, *d. l. pater, ff. de teſtamen. tutel.* Decius *in d. §. nemo, num. 1. & 6. l. mater, C. de teſtam. tutel.* Niſi filius † patrem habeat, in cujus tutela ſit, vel pater ei alium tutorem dederit teſtamento, quo caſu matri non permittitur filio ſuo alium tutorem dare, ne jus alienum minuat, *contra l. cum filiusfamilias, ff. de milit. teſtam* & quia obſtat juris regula; Quod tutorem habenti, alius dari non poteſt, vel datus confirmari, ſi quem dedit, *in §. interdum, Inſtit de curat.* & ita in terminis reſpondit Marian Socin. *conſi. 59. num. 32. 33 lib. 3.* Verum ſi mater patrem, vel etiam tutorem ab eo filio datum ſuſpectum habet, nec velit ab eo bona filij adminiſtrari, cautelam tradunt Dd. † hanc eſſe adhibendam, vt mater in teſtamento dicat, ſe illud facere, ut melius filio conſulatur, & quem velit tutorem dare, hæredem inſtituat, & roget, ut filio ipſius teſtatoris, cum is ad pubertatem venerit, 37 38 39 40

 hæreditatem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

hæreditatem plene reſtituat, & interim ex fructibus filio alimenta præſiſtet, ita enim ſcriptus hæres erit nudo nomine, & adminiſtrabit quamdiu filius erit impubes, & facto puberi hæreditatem reſtituet cum fructibus perceptis, nulla etiam deducta Trebell. *ut eſt text. ſing. in l. in fideicommiſſi, §. cum Pollidius, ff. de uſuris, glo. communiter approbat. in l. in ficeicommiſſi, §. fin. in verb. In fideicommiſſum cadit, ff. ad Treb. quem ſequitur & ſingulare dicit Imola, in l. cum filio, ff. de legat. 1. & ibi Alex. & alij, & nouiſſime Gualdenſis, in tract. ſuo Cautel. vltim. volunt. tit. de Tutel. caut. 4. Aymo. in repet. l. cum filium, in 3. part. nu. 32. 33. & 34. ff. de legat. 1. quam cautelam in dictandis aliorum teſtamentis ego ſæpe practicaui.*

Ex eadem ratione conſequitur, nec patronũ liberto, impuberi tutorem dare poſſe, & ita reſcripſerunt Diui Seuer. & Anton. Imper, *in l. 1. C. de t ſtam. tutel.*

41 Neque etiàm patruus, ſed tamen † ab eo datos, jubet Prætor à Magiſtatibus confirmari, cautioneque ab eis accepta, & idoneis declaratis decretũ in terponit Prætor, non ante, *vt in l. tutores, ff. de confir. tut.*

Cap. IX.

Qui teſtamento tutores dari poſſunt.

SUMMARIA.

1 *Quilibet teſtamento tutor dari poteſt, ſiue Prætor, ſive Conſul ſit.*
2 *Filiusfamilias tutor dari poteſt.*
3 *Patria poteſtas in his, quæ publici iuris ſunt, non attenditur.*
4 *Filiusfamilias tanquam publica perſona patrem in ius vocare non poteſt.*
5 *Filiusfamilias tutor quatenus teneatur.*
6 *Communis opinio,*
7 *Feliafamilias mater poteſt dari tutrix comunibus eorum liberis.*
8 *Mater, quæ in poteſtate patris æſt, filiorum ſuorum tutrix eſſe poteſt ſine conſenſu patris.*
9 *Seruus an tutor teſtamento dari poſſit.*
10 *Complures fuiſſe ſeruos Philoſophiæ & aliarum artium peritiſſimos.*
11 *Terentius Comicus Afer Terentio Lucano Senatori Romæ ſeruiuit.*
12 *Anaxilanus Rheginorum Tyrannus ſeruo ſuo credidit tutelam liberorum ſuorum, cum vniuerſi regni adminiſtratione.*
13 *Statius Cæcilius ſeruus.*
14 *Æſopus ſeruus Fabulator laudatiſſimus.*
15 *Veteres Romani ſolent è ſeruis deligere pædagogos liberis ſuis.*
16 *Seruo tutor datus liber fibat. Declara: nu. 17.*
18 *Capienda eſt præſumptio ut actus potius valeat quam pereat.*

19 *Seruus*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

19 *Servus alienus an & quando tutor dari poſſit.*
20 *Error in qualitate, vel conditione perſonæ tutoris vitiat ipſam dationem.*
21 *Hæres teſtamento tutor dari poteſt.*
22 *Civis alterius civitatis tutor dari poteſt, & quando.*
23 *Inhabilis teſtamento tutor dari poteſt.*
24 *Inſpici non tempus, quo actus geritur, ſed quo affectus conſummatur, & ibi exemplificat.*
25 *Inhabilitas an & quando vitiet.*
26 *Qui ſe à tutela excuſat, perdit quod ſibi ſuiſq́ ea contemplatione relictum eſt Ampliatur nu.* 27. 28. 29. 30. 31. *Declaratur nu.* 32.
33 *Communis opinio.*
34 *Mutus tutor eſſe non poteſt.*
35 *Reprobatur opinio Jacobi de Aretio quondam Doctoris Tholoſani, & Franciæ Cancellarij.*
36 *Pupillus inhabitans domum paternam, ſciente & patiente tutore, non cenſetur ex eo adire hereditatem. Declara nu.* 37.
38 *Mutus factus ex accidenti an deſinat eſſe tutor ipſo jure, ingens Doctorum controverſia.*
39 *Multa prohibentur fieri, quæ facta tenent. Declara num.* 42.
40 *Multa impediunt ab initio quæ non tollunt jam factum.*
41 *SCto opus fuit, ut in locum furioſi, & muti, & ſurdi tutoris alius tutor daretur.*
43 *Surdus tutor eſſe nequit.*
44 *Surdus ſtipulari non poteſt.*
45 *Surdus non poteſt fidejubere, nec poſtulare in judicio.*
46 *Exempla mirabilia de naturaliter ſurdis.*
47 *Surditas à patrimonialibus oneribus non excuſat.*
48 *Surdus ad negotia conſtitui poteſt.*
49 *Tutor teſtamento dari nequit, cum quo teſtamenti factio non eſt.*
50 *Fœminæ de jure veteri tutelæ erant incapaces.*
51 *Cauſa tutelæ an tutor dari, & quis debeat, compromitti non poteſt.*
52 *Jure Authenticorum mater & avia tutrices eſſe poſſunt, abſque aliqua impetratione.*
53 *Fruſtra precibus impetratur, quod jure communi conceditur.*
54 *Mater in educatione liberorum prefertur agnatis.*
55 *Tutela matris & aviæ anomala vocatur.*
56 *Creditorem arceri à tutela, vel cura pupill. debitoris, & an id procedat in reali, vel perſonali actione, numer.* 58.
57 *Frater creditor vel debitor pupilli, tutor eſſe nequit.*
59 *Creditor vel debitor, an curator dari poſſit?*
60 *Habentes communionem cum minoribus ab eorem tutela vel cura arcentur.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

61 *Judicis arbitrio relinqui quod magnum vel parvum debitum dicatur, & debitor removetur à tutela, & cura creditoris.*
62 *Creditori vel debitori pupilli aliquando contutor, vel curator adjungitur.*
63 *Diſpoſitio Auth. minoris, C. qui dare tutores, an locum habeat in omni tutore?*
64 *Matris & patris appellatione qui veniant.*
65 *Declaratur dict. Auth. minoris, C. qui dare Tutores, num. 67.*
66 *Diſpoſitio prædictæ Auth. minoris, an locum habeat in tutore faciente Inventarium, cum æſtimatione rerum ſingularium.*
68 *Probatio ſpecialis fortior, & potentior generali.*
69 *Lex ſpecialis debet attendi præ generali.*
70 *Mandatum ſpeciale derogat generali.*
71 *Voluntas in ſpecie fortior & potentior.*
72 *Diſtinctio communis ſcholæ.*
73 *Communis opinio declaratur.*
74 *Excommunicatus à tutela repellitur.*

1 SEquitur ut tractemus, † qui teſtamento tutores dari poſſunt. Et inprimis Regulam ponit Paulus *in l. tutor, ff. de teſtam. tutel. Quemlibet teſtamento Tutorem dari poſſe, ſive is Prætor, ſive Conſul ſit*; *quia*, inquit, *lex. 12. Tabul. id confirmat.* Neque
2 † ſolum patremfamilas, ſed & filiumfam. *§. 1. Inſt. qui teſt. tut.* licet is alienæ poteſtati ſit ſubjectus, & ideo videatur eum non poſſe alium habere ſub tutela, *per l. ſic eveniet, ff. ad leg. Jul. de adult. & notat Bart. in l. patre furioſo, ff. de his qui*
3 *ſunt ſui vel alieni juris.* Quia in his, † quæ ſunt publici juris, patria poteſtas non attenditur, *l. filiusfamilias, & ibi Coraſ. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni juris, Cornæus conſ. 17. num. 14. 15. lib. 4. & noviſſimè Joannes Ramus lib. 1. de tutelis, tit. 14. in prin. aliam rationem tradit.* Maximè in quibus quis aliquid agit tanquam publica perſona, publica auctoritate electa, ut eſt Magiſtratus, Tutor, ut tradunt Angel. & Port, *d. §. 1. num. 1. & 5.* quo caſu duplicem perſonam repræſentant,
5 ex eo inferentes, † filiumfamilias tutorio nomine poſſe patrem in jus vocare ſine venia, ut & poteſt libertus patronum, *per l. quæſitum, ff. de in ius vocando.* Poſſe quoque eundem ſi pupilli nomine legatum petierit ex teſtamento, nihilominus adhuc ſuo nomine illud dicere inofficioſum, ſi queritur ſe injuria ex-
6 hæredatum, *§. tutor. Inſtit. de Inofficioſo teſtament.* Porro ubi † filiusfamilias tutor datus eſt teſtamento, ſi pater pro eo interceſſit, & quaſi in ſe periculum recepit (quod facere non tenetur) tenebitur pro filio in ſolidum. Sin autem tantum conſentiit, de peculio tantum, vel de in rem verſo, *l. Lucius Titius, ff. de adminiſt. tut.* Et eam eſſe † communem opinionem aſſerit Port *in d. §. 1. num. 6.* & Angel. *nu. 4. & 5.* licet aliud ſtatutum ſit in *dativo*, de quo poſt dicemus.

7 Hæc, quæ de filiofamilias diximus, † etiam in matre filiafamilias procedunt. Quæ licet in patris ſit poteſtate; tamen rectè a marito communibus eorum liberis tutrix dari poteſt teſtamento. Neque patris poteſtas impe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

dimento eſt, etiamſi fortè ſtatutum loci dicat, mulierem ſeſe non poſſe obligare ſine præſentia patris, cum illud ſtatutum debeat recipere interpretationem à jure communi, & ideo non videatur habere locum in obligatione † inducta à lege; & ita conſuluit Andr. Barbat. *conſ.* 11. *nu.* 11. *lib.* 3. in quo 8
tamen contrarium tenuit Bart. *in l.* 2. *ff. de legat.* 1. licet hoc cogitandum relinquat Andr. Alciat. *de præſumt. regula* 1. *præſumpt.* 52. *num.*70.

Similiter & ſervus teſtamento tutor ſcribi poteſt, neque id cuiquam mirum 9
videri debet, ſervos liberis imperare; cum inveniamus multos iniquitate fortunæ ſervientes, qui digni eſſent, ut etiam quibuſuis liberis imperarent, & multos † ad ſupremum uſque Philoſophiæ & aliarum nobiliſſimarum ar- 10
tium faſtigium fuiſſe evectos, longoque poſt ſe intervallo liberos ſuæ tempeſtatis homines reliquiſſe, ut Terentius Comicus Afer quidem ille, † ſed qui 11
Romæ Terentio Lucano Senatori ſervivit, à quo ob ingenium & formam non inſtitutus modò liberaliter, ſed & maturè manumiſſus eſt, ut à Donato illius interprere ſcriptum eſt, unde novum videri non debet id quod hiſtorici literis mandarunt, nempe Anaxilanum Rheginorum † Tyrannum cuidam 12
ſervo ſuo crediddiſſe tutelam liberorum ſuorum, cum univerſi regni adminiſtratione. Idem † quoque dicitur de Statio Cæcilio & Æſopo fabulatore † 13
laudatiſſimo, atque aliis, quorum nomina refert Andr. Tiraq. *de nobilit. c.* 31. 14
nu. 524. Itaque veteres non dubitarunt ſuis pupillis præficere virtutem in ſervis deprehenſam, & tam Pædagogos quam tutores ex ſervis deligere †, *ut pa-* 15
tet ex l. collacteneus, ff. de manumiſſ. vindict. & ex Iuſtino lib. 4.

Verum quia libertas debeat præcedere tutelam, & ea requirat perſonam habilem, talis † datio ſtatim ipſis ſervis tribuebat libertatem, etiam antequam 16
tutelam adminiſtrarent; puta, ſi ſervus minor viginti quinque annis datus erat tutor, is quidem liber fiebat ab adita hæreditate, ſed ante legitimam ætatem tutela non onerabatur, auctore Paulo, *in leg. quæro, §. final. ff. de teſtam. tutel.* Quod tamen ſic intelligendum eſt † ut procedat in ſervo proprio, non 17
alieno, *d. §.* 1. *Inſtitut. qui teſtamen. tutel.* niſi enim ita interpretemur, actus non valeret, † quam præſumptionem capere non debemus, ſed aliam, quod 18
voluerit tollere omne impedimentum, ad tutelam, & ſic ſervitutem, quam dare poteſt proprio ſervo. Et ideo hanc interpretationem noſtri juris auctores vocant aliquando aptiorem & rei gerendæ convenientiorem *l. quoties, ff. de reg. Jur. l. quoties, ff. de verb. oblig. ibi, ut res de qua agitur in tuto ſit.* Sæpe etiam benignam interpretationem, *per l. cum in teſtamento, juncta glo. & Sec. in* 2. *notabili, ff. de reb. dubijs.* Quin & ferè omnes dicunt, hanc præſumptionem ſuperare omnes alias, *Decius conſil.* 140. *numer.* 6. Idem *in leg. ſi donatione, Cod. de collat. l. poſtquam liti, numer. vigeſimo tertio, Cod. de pactis, cap. quoniam Abbas, num.* 5. *de offic. delegat.* quod tamen hoc loco non diſcutio.

Poterit etiam ‡ alienus ſervus recte teſtamento tutor dari ſub conditione, 19
cum liber erit, non purè, obſtante regula juris antiqui, quo alieno ſervo liber-

 tas

tas directa dari non poteſt, & data non valet, etiamſi detur ſervo hæredis, *l. ſervo tuo, Cod. de teſtamen. manumiſſis*, quia etiam rei hæredis legatæ dominium rectò non tranſit, *l. inquilinos, §. cum ſervum, ff. de legat. primo.* Verum ſi teſtator ſervum dans filiis tutorem, & ita ei libertatem conferens, ſolvendo non fuerit, non poterit niſi unum ex propriis ſervis hæredem inſtituere, filiis tutorem dare, & ita manumittere, *l. ſi is qui ſolvendo 1. ff. de hæredit. inſtituendis*, etiam ſi is teſtator miles eſſet, *l. in fraudem, ff. de milit. teſtam.* Et inter plures ſcriptos vel datos unus tantum, iſque primo loco ſcriptus libertatem conſequetur, *leg. ſi is qui ſolvendo 2. ff. de hæred. inſtituendis*, quæ omnia plenius tractantur & declarantur *in §. licet, inſtitut. quibus ex cauſis manumit. non licet.*

20 Non abſimili † ratione dicendum eſt, ſi quis ideo ſcripſerit aliquem tutorem, quod putaret eum eſſe liberum, eo caſu neque libertatem peti poſſe, neque tutelam libertatis præſtationi patrocinari, ſed manebit inutilis datio, ut ex Marcello refert Ulpianus *in l. generaliter, §. ſi quis tutorem, ff. de fideicommiſſariis libert.* Paulus *in l. ſi quis tutorem, ff. de teſtament. tut.* Cujus deciſionis ratio eſt in promptu, quia error in qualitate, vel conditione perſonæ tutoris, vitiat ipſam dationem, ut dicit Angelus *in dict. §. primo, numer.* 3.

21 Sed † & hæres ipſe teſtamento tutor dari poteſt, quia tutores non ab hærede, ſed à teſtatore proficiſcuntur ſimulatque aliquis hæres extiterit, ut auctor eſt Paul. *in l. tutores, ff. de teſtamen. tutel.*

22 Alterius † quoque civitatis civem tutorem teſtamento dari poſſe Paul. reſpondit, *in l. quæro, ff. de teſtamen. tut.* & eſt glo. notab. *in l. Divus, ff. de tut & curat. dat. ab his, l. amita, C. qui pet. tutores.* Si tamen is in eo ſe gravatum ſenſerit, excuſare ſe poterit ab iis bonis, quæ pupillus in alia Provincia, quam unde ipſe tutor eſt, vel ubi moratur, poſſidet, idque intra quinquaſimum diem quod ſi fecerit, uſitatiſſimum eſt ei earum adminiſtrationem remitti, *l. illud, ff. de excuſat. tut.* Quin etſi hoc facere neglexerit, excuſatio quidem temporis præſcriptione ſubmovetur, ſed propter latè diffuſum patrimonium, ſi datum tutorem inſufficientem deprehenderit, nihilominus Præſes Provinciæ, vel alius competens Iudex æſtimare debet, curatores aliquot ei adjungi, *l. teſtamento, C. de excuſat. tutor. l. illud, l. propter litem, §. licet, ff. de excuſat. tut.* Quod & in legitimo tutore locum habet, cum eum lex det, quæ ubique ſuam poteſtatem excercet, *l. legitimos, in prin. ff. de legit. tutel. l. fin. de præſcript. long. temp. & not. in l. ex ea, ff. de poſtulat.* Et ita, cum ex facto incidiſſet ſpecies talis, reſpondit Alex. *conſ.* 16. *num.* 7. *lib.* 5. non tamen in Dativo, cum is detur à Judice inſpecta ſua juriſdictione, *ut eſt text. & ibi tradit Salic. in l.* 2. *C. qui dari tutores, l. naturali, ff. de confir. tut. l. ſi ut proponas, & ibi optima glo. C. de confirm. tut.* Niſi tamen ita datus conſentiat, quo caſu valebit, *ut notatur in d. l. Divus, ff. de tut. & curat. datis ab his. & tradit Alex. d. conſ.* 161. *nu.* 7.

23 Poteſt † & inhabilis teſtamento tutor dari, & intelligitur cum erit habilis, etiamſi

etiamſi hoc non exprimatur, ut docet Paul. *in l. furioſus*, *ff. de tutel.* & aſſentitur Vlpianus Pomponium ſecutus, rejecta Proculi adverſantis ſententia, *in l. ſi hæreditas*, *§. ſi furioſus*, *ff. de teſtamen. tutel.* Imperator, *in §. furioſus*, *Inſtitut. qui teſtam. tut.* Cujus ea ratio eſt, quod inſpicitur non tempus, quo actus geritur, ſed quo effectus conſummatur, ut tradunt Aret. & Port. *Inſtit. qui teſtam. tut. dari poſſunt.* Quo loco Angelus dicit, † idem eſſe in datione procuratoris, 24 & collatione beneficii, quod ultimum de collatione beneficii non placet Fabro, quia, inquit, collatio non poteſt eſſe in pendenti, *per cap. ſecundum*, *de elect. in 6.*

Inferunt etiam idem Angelus, Portius, & ante eos Plateanus, quod ſtatuto prohibitus habere officium infra certum tempus, infra illud non prohibetur eligi ad officium quod inchoari debet poſt illud tempus: quia ſufficit habilitas temporis, quo officium exercetur, quod & placuit Dec. *conſ. ſuo 40. nu. 2.* In quibus tamen locis in eo omnes conveniunt, id non procedere in inſtitutionibus & legatis, quas inhabilitas tempore mortis † vitiat, *§. in extraneis*, *Inſtit. de hæred. qualit. & differ.* quia hi ad ſui commodum recipiunt, *l. cogi*, 25 *§. hi qui*, *ff. ad Trebell.* contra atque tutores, qui dantur ad proviſionem alterius, non ſui. Quare non mirum, ſi ejus inhabilitas non impedit, quin valeat, ut valere poteſt. Et ut interim bona conſerventur, datur à Iudice tutor, idque ſecluſo legitimo, qui deſinit ſtatim ſuperveniente habilitate teſtamento dati, *ut tradunt Aret. d. §. furioſus*, *num. 1. verſ. & advertas*, *Portius*, *nu. 2.* Sunt enim ex die datis tutoribus ſimiles, in quorum locum ideo non curator, ſed tutor datur, *l. ſi quis ſub conditione*, *ff. de teſtam. tutel.* & *§. 1. Inſtit. de Attil. tut.*

Ne autem teſtamento datis tutoribus facile eludere teſtantium voluntates, & tutelam mandatam excuſationis jure effugere, rectè ſtatutum fuit, ut tales non ſolum legatis, ſed & omnib. aliis † eo teſtamento relictis, ſubmoverentur, 26 *l. qui tutelam*, *ff. de teſtam. tutel.* *Roman. conſ. 235. Segur. in rep. l. cum patronus*, *nu. 21. ff. de legat. 2. Ang. conſ. 166. Bart. & Alex. in l. ſi legatarius*, *C. de legatis*, *& noviſſimè Tiraq. de privil. piæ cauſæ*, *privil. 71. ubi limitat in legato piæ cauſæ.*

Quod procedit ‡ etiamſi talis eſſet conjunctus teſtatori, *juxta ea quæ tradit* 27 *Dec. conſ. 192. num. 4. & conſ. 178. num. 1. & 2.*

Idque etiam † nulla facta diſtinctione, an teſtator reliquerit animo com- 28 penſandi, & aliàs fuiſſet relicturus, vel non. Et ita reſpondit Roman. *conſ. 235. num. 1.* Bald. *conſ. 356. lib. 4.* Caſtrenſ. *conſ. 337. lib. 1.* Dec. cum Molin. *d. conſ. 192. num. 3. & 4.*

Maximè † in legato liberationis à redditione rationis, quia habet connexi- 29 tatem cum tutela, etiamſi non adminiſtret ut tutor, ſed ut conjunctus vel negotiorum geſtor, *ut tradit Dec. conſ. 178. n. 2. & conſ. 192. n. 4.*

Et multo † magis is, qui ſemel ſuſcepit, ſed poſt deſiit, vel ut ſuſpe- 30 ctus remotus eſt. *Rom. conſ. 235. num. 1. per l. quid autem*, *verſ. multo magis*, *ff. de excuſat. tut.*

Neque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

31 Neque † abſimili ratione & is, quietiam ſi apertè non renuit tutelam ſuſcipere, tamen in notabili mora fuit, & interim pupillus deceſſit. *Angelus dict. conſil 166.verſ.3.caſus.*

Hoc autem ita † intelligendum eſt, vt procedat iure nouo, ſive hodier-
32 no. Siquidem iure veteri ſi quid relictum eſſet coniunctæ perſonæ, vel aliter conſtare poterat, quod teſtator alioquin daturus fuiſſet etiam ſine tutela ab huiuſmodi relictis non cadebant, vt reſponderunt Romanus, *d.conſ.*235. Decius *conſi.* 192. *&* 178. *per l. Neſennius, & l. Tutor, § quæ tutoribus, l. amiciſſimos, ff. de excuſat. tut.* Et eam communem † eſſe poſt Roman. dicit Plotus *in tract. de in litem*
33 *jurando, §.9.n.3.*

Sed & Ruin. *conſ.*38.*lib.*2. putat, nouum ius non procedere in relicto alimentorum, ſed quia non loquitur in noſtro caſu, ſed alio diuerſo, nihil ad nos inpræſentiarum pertinet, quare illud reſeruamus ad noſtrum tractatum alitorum.

Sed hæc Regula † multis modis limitanda eſt. Et primo quidem in muto,
34 quia auctoritatem præbere non poteſt, vt dicit Angel. *in dict.* §,1. & eſt textus apertus *in l.* 1. *§. mutus, ff. de tutel.* Et eam communem eſſe dicit *Bal. rubr. Inſtit. de tutel,* & Portius *d. §.* 1. *n.* 4. dicentes contrarium tenuiſſe gloſſam, & Iacobum Aretinum, quondam Doctor. Tholoſanum, & Franciæ † Cancel-
35 larium, ſi credimus Benedictino *in repet. c. Raynut. verbo & vxorem. deiſ.*2. *nu.*194. *extr. de teſtam in l. vbi non voce, ff. de reg. iur.* Sed quia ea opinio communiter eſt reprobata, vt etiam atteſtatur Portius *in d. §.*1. *num.*4. vlterius non inſiſto, cum & is legitimus, nec datiuus eſſe poſſit, *l. penult. ff. de legit. tut.*

Quæ tamen intelligenda ſunt non de eo muto, qui balbus eſt, vel lingua hæſitante, vel qui blæſus eſt, cui lingua eſt impedita, & inexplanata, ſed qui elinguis eſt, & nihil eloqui poteſt. Et ideo Vlpian. tractans edictum Ædilium & docens mutum morboſum eſſe, veluti explicaturus quis eſſet mutus, ſubijcit morboſum eum eſſe, qui ſine voce apparet, ſed qui graviter loquitur, morboſus non eſt, ut neque qui ἀσαφῶς, planè quique ἀσήμως loquitur, is utiq; morboſus eſt, nempe, quia pro muto habeatur, qui ſic balbutit, ut non intelligatur, *l. mutum, ff. de ædilit edict.*

Ex quo inferunt Dd. nempe Portius, *in d. §.* 1. *nu.* 4. & ante eum Bald.
36 *in rubr. de tutel. nu.* 1. Bart, *in l. gerit, in fin. de acq. hæred.* Quod † etſi pupillus inhabitarat domum paternam ſciente & patiente tutore, non cenſeri aditam hæreditatem, quia talis patientia tutoris non operatur auctoritatem, quæ ei neceſſaria eſt, *l. pupillus, ff. de acq. hæred. & l. potuit, C. de iuro deliber.*

Quod tamen † non procedit, ſi tutor mandaſſet pupillo, ut aliquid face-
37 ret in domo illa, quia talis expreſſio mandati auctoritatem induceret, vel ſi pupillus in domo diu manſiſſet, videlicet per decem annos, nam per hoc aditio probaretur, & omnia fuiſſe ſolemniter acta, *l. qui in aliena, §. ſed etſi non adierit, ff. de acq. hæred.*

38 Quin etiamſi † ſuſcepta tutela aliquis ex accidenti mutus fiat, is deſinit eſſe tutor

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

tutor ipſo jure, ut tradit gloſſ. quam ſequitur Bart. *in l. 1. §. ult. ff. de tutel.* De
quo muto refert Bal. *in tit. Epiſc. & Abb. §. mutus*, ſe vidiſſe quendam mutum,
cui ſi quis voce inaudibili loquebatur, in gutture ejus vocem mutus audiebat,
ſed ſi vocem exprimeret, non audiebat, ut eum allegat Guilielmus Benedict.
ad c. Raynutius, verbo, in extremis poſitis, num. 35. de teſtamen. Ratio autem hujus
eſt, quia actus devenit ad eum caſum, à quo incipere non poſſet, quo caſu
vitiatur, *l. exiſtimo, l. pluribus, §. ſed etſi placeat, ff. de verb. obligat.* & ibi Bart, Sed 39
gloſſa † *in d. l. ubi non voce*, contrarium tenet, quæ in eo ſe fundat, quod multa
prohibentur fieri, quæ tamen facta tenent, & facilius conſervatur in eſſe
productum, quam ſi de novo deduceretur, *vulg. l. patre furioſo, & ibi latè Jaſon.
ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni juris.* Niconitius rubric. *ſolut. matrimon. num. 11.* Et
quod dicunt Dd. quod multa impediunt quid ab initio, quæ non tollunt jam
factum, † *l. in ambiguis, §. non eſt novum, & ibi Dec. ff. de reg. juris. Gomeſ. in cap. 1.* 40
nu. 76. & ſeq. de judic. in 6. Ideo facilius quis repellitur ab obtinendo, quam ab
obtento, *cap. ſuper his, de accuſat.* etiam quando aliquid illegitimè factum eſt
contra juris prohibitionem, vel propter honeſtatem, aut alias, ut latè tradit
Dec. *dict. §. non eſt novum, num. 5. & 6.* de Guardiano executore teſtamenti,
Prælato ſuſcipiente delegationes à Laicis, notario non admiſſo, ſcribendo in-
ſtrumenta. Maximè quando talis actus legitimè ab initio factus non ſolum eſt
inchoatus, ſed & perfectus & conſummatus, *l. ſi Gaudentius, C. de contr. empt.*
Qua ratione tutela (quæ matrimonium cum pupilla impedit, *l. tutor. ff. de
Sponſal. l. non eſt matrimonium, ff. de ritu nupt.*) curatelaque cum adulto, *l. tutor. l.
SCto. ff. de ritu nuptiarum*, poſt contractas legitimè nuptias ſuperveniens, eas non
infirmat, *l. 3. C. de interdict. matr.* Sic & furor, qui matrimonium contrahi non
ſinit, rectè contractum non impedit, *d. l. patre furioſo, l. oratione, in fin. ff. de ritu
nupt.* Sed hæ rationes non tanti ſunt ponderis, nec tam urgent quàm prima
fronte videntur, ſi paulo penitius inſpiciantur. Nam quantum attinet ad ra-
tiones gloſſæ, *l. 1. §. ult. ff. de tutel.* ex qua ſe fundat Bart. illæ non probant eorum
dicta, & tamen idem Bart. dicit, & communiter ſequuntur alii, gloſſæ & Dd.
dicta eſſe intelligenda ſecundum ea, quæ allegant *in l. non ſolum, §. ſi liberationis
verba, ff. de liberat. legat.* quem refert & ſequitur Alex. *conſ. 218. num. 4. lib. 2.* In-
primis enim *l. poſt ſuſceptam, ff. de excuſat. tut.* nihil minus probat, imò potius
contra, cum dicit, quod poſt ſuſceptam tutelam cœcus, mutus, aut ſurdus aut
valetudinarius deponere tutelam poteſt, quia verba aperte demonſtrant, ipſam
non deſinere ipſo jure, cum in ejus poteſtate relinquat deponere, vel non de-
ponere. Eidem modo nec *lex. 1. §. caſum, ff. de poſtul.* quidquam probat, ſed
eam opinionem convellit prorſus & jugulat. Dicit enim, quod magiſtratum
cœptum Cœcus retinere poteſt, non tamen ad novum aſpirare. Tertium ar-
gumentum, quod nos ſuperius ultra gloſſam adduximus, non magis urget
quia non procedit in actu perfecto & conſummato, ut diximus, qualis eſt tu-
tela, ſtatim atq; eſt ſemel ligitimè ſuſcepta. Licet enim ea tractum temporis ha-
beat, & continuam actionem, nihilominus perfecta dicitur, non ſolum quo ad

 obligationem,

obligationem, ne liceat eam relinquere, quam in ſimili Dd. vocant eſſentialem perfectionem; ſed etiam quo ad obligationes & periculum, ut per totum titulum, *de adminiſtrat. tut.* Cum enim regulæ juris utrunq; obſtarent, ſcilicet tutorem habenti alium dari non poſſe, *de qua in §. interdum, Inſtit. de curat.* & quod actus perfectus & conſummatus, eo caſu ſuperveniente, non vitiaretur,
41 SC. opus fuit, † & eo ſtatutum, ut in locum furioſi, & muti, & ſurdi tutoris, alii tutores darentur, cujus meminit Paulus *in l. complura, ff. de tutelis.*

Rurſus impedimento non ſunt rationes ex altera parte adductæ, quod multa prohibentur fieri, quæ tamen facta tenent. Maximè † quando actus eſt per-
42 fectus & conſummatus, quia illa regula non procedit, quando res devenit ad eum caſum, quo cauſa finalis deficiat, ut tradit Dec. *d. §. non eſt novum*, præſertim quando concurrit præſumpta, & veriſimilis mens legis, ut hoc caſu, quæ cauſa eſt dicti SC.

43 Quare dicendum tutorem, tali caſu ſuperveniente, non manere in tutela, neq; etiam ob eum caſum deſinere ipſo jure, ſed in ejus locum alium ſententia competētis Judicis ſubſtitui debere, ut & in locum ſuſpecti, conuicti, ac remoti, in locum excuſati, vel defuncti, vel relegati, id eſt, deportati, furioſi & ſurdi, *l. 4. C. In quibus cauſis tut. hab. & in d. l. complura, ff. de tutelis, &* ita ſæpè vidi practicari.

Quæ de muto diximus, in ſurdo ſimiliter probantur. Nam ut Pomponius dicit, non tantùm loqui, ſed & audire tutor debet, *dict. l. 1. §. final. ff. de tutelis*, quare non poteſt eſſe legitimus vel dativus, *l. penul. ff. de legit. tut.* Etiamſi talis ſit ſurdus, qui ad motus labiorum loquentis, quid dicatur, intelligit, ut tradit Bald. *dict. §. 1. verſ. ſed pœna*, & Ioan. de Plat. *in l. 2. nu. 1. C. Qui numero liberorum, libr.* 10. quia lex requirit, quod intelligat per ſenſum auditus, & ſonum vocis, non motu labiorum, vel alio nutu; talis enim non audit, vel loquitur naturaliter, ſed ſignis & actibus alienis dijudicat mentem alterius: ſicut ille non dicitur legere, qui oculis corporeis non legit & perſpicit, quæ ſunt ſcripta, ſed tamen extrinſecus intelligit, *l. 1. in prin. ff. de his quæ in teſtam. delent.*

44 Nec diſſimile eſt quod ſcribunt † Dd. tales etiam non poſſe ſtipulari, licet intellectum habentes omnes alios actus facere poſſunt, quia in ſtipulatione verba pro forma neceſſaria ſunt, *l. 1. §. final. ff. de actio. & obligat. §. mutum, Inſtit. de inutil. ſtipulat.* ut & in fideiuſſione, *l. Blanditus, C. de fideiuſſ.* & in autoriſatione tutoris, ut dicit Bart. *in d. l. 1. §. fin. ff. de tutel.*

45 Ex quo ibidem infert † Andr. Alciat. *in l. 1. §. eadem, n.* 52. hunc tutorem eſſe, vel fideiubere non poſſe, nec etiam poſtulare pro alio in judicio, quia decretum Prætoris exaudire non poterit.

Sed dicet quiſpiam vix fieri poſſe, ut quis ad motum labiorum alterius intelligere poſſit, quid ille loquatur, cum experiamur quotidie etiam homines habentes aures acutas, & ſcientes, ſæpè non intelligere ea, quæ dicuntur. Cui reſpondemus hoc quidem verum eſſe, ſed Deum ſua dona ſæpè variè diſtribuere, & ſurdis ac mutis plus ingenii tribuere, quo ad intellectum, atque aliis, quod uno aut altero exemplo oſtendam. Refert Bartol. *in l. 1. num. 7. ff.*
de verb.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

de verb. obligat. ſuo tempore fuiſſe quendam D. Nellum de Gabriëlis de Eugubio, qui ob perſpicaciam ingenii, licet ‡ non audiret, omnino tamen ad motum labiorum homines quantumcunque ſecretè loquentes, quatenus viſus ejus protendebatur, intelligebat. Cujuſmodi alium & Senis fuiſſe, & ſe vidiſſe, Ioannes de Imola refert dicto loco: Rudolphus quoque Agricola *libr.* 3. *de Inventione*, *cap. ultim.* teſtatur ſe vidiſſe ſurdum à primis annis, & (quod eſt conſequens) mutum, qui dicerat, ut quæcunque ſcriberet aliquis, intelligere, & ipſe quoque, tanquam loqui ſciret, omnia mentis ſuæ cogitata perſcribere poſſet. 46

Huc ſpectant quæ ſcribit Plin. *lib.* 10. *cap.* 69. nempe cui homini auditus primo negatus eſt, hunc & ſermonis uſum ablatum, nec ſunt naturaliter ſurdi, ut non ſint & muti. Muti verò naturaliter multi ſunt, qui tamen audiunt, ut meminit de Crœſi filio A. Gell. *libr.* 5. *cap.* 9. quem elinguem à puero fuiſſe, & tamen articulatè ad hoſtes exclamaſſe, refert.

Si quis tamen non ſurdus fuerit, id eſt, nihil prorſus audiens, ſed tantum ſurdaſter, ſive minus audiens, qualem fuiſſe Marcum Craſſum refert Cicero *libr.* 5. *Tuſculan.* 16. rectè tutor dari poterit ex Pauli ſententia, *in l. ult. ff. de legit. tutel.* & tradit Portius *in dict.* §. 1. *num.* 4. poſt Ioan. Plat *in l.* 2. *C. Qui morbo ſe excuſant*, neque enim auditus gravitas, ſive aurium tarditas huic rei impedimento eſt.

Pari modo † nec ſurditas (licet à perſonalibus muneribus, ut eſt tutela vel cura, *l.* 1. *ff. de munerib. & honoribus*, non tamen patrimonialibus, in quo ſumptus maximè poſtulatur (aliquem excuſat, teſte eodem Portio, *num.* 4. 47

Quin & idem ſurdus (quamvis ad judicia inhabilis ſit) & pro alio poſtulare non poſſit, quia decretum Prætoris exaudire non poteſt, & ideo, eo non exaudito, facile ut contumax † plecteretur, *l.* 1. *ff. de poſtul. l. mutus, ff. de procur.* tamen 48 ad negotia rectè procurator dari poterit, ut tradit Bald. *d. rubr.* §. 1. *Inſtit. de tutel. per l. mutus, ff. de procur.* & ita quoque tenet Ioan. Plati. *d. l.* 2. *C. qui morbo ſe excuſant.*

Fruſtra quoque † ei teſtamento tutela mandatur, cum quo teſtamenti factio 49 non eſt, id eſt, cui vel hæreditas, vel legatum relinqui non poteſt, ſive ut noſtri Dd. loquuntur, qui non habet teſtamenti factionem paſſivam. Et ita accipit hæc verba Accurſ. noſter ſemper, *ut in* §. *legari*, *Inſtit. de legat.* §. *extraneis, Inſtit. de hæred. qualit. & differ.* ſic enim Paulus *in l. teſtamento*, & ibi gloſſ. communiter recepta, *ff. de teſtam. tut.* loquitur: *Teſtamento tutores ij dari poſſunt, cum quibus teſtamenti factio eſt.* Multi autem ſunt, qui ex teſtamento capere nequeant, ut deportati, hoſtes peregrini, collegium illicitum, in metallum damnatus, inceſtuoſus, & alii, de quib. Accurſ. d. *legari*, quo loco & hæreticos, apoſtatas, mulierem intra annum luctus nubentem, & perſonam incertam inter eos nominat.

Sufficit autem hîc paſſiva teſtamenti factio, licet deſit activa, nam & furioſi rectè tutores dantur, ut ſupra diximus; tamen activam teſtamenti factionem non habent, ſed ex teſtamento capere non prohibentur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

50 Neque etiam admittunt † leges noſtræ fœminam teſtamento tutorem dari, quia, inquit Cajus *in l. tutela, ff. de tutelis*, plerumque virile officium eſt, & Neratius id munus maſculorum eſſe dicit, *in l. fin. eodem tit.* & ibi gloſſa communiter approbata. Rationem explanat Impera Alex. *in l.* 1. C. *Quando mul. tut. offic.* ne aliam aliunde arceſſere ſit opus, quia virile munus, & vltra ſexum fœmineæ infirmitatis tale officium. Qua ratione dicunt Dd. officium illud eſſe differens, ad quod etiam maſculi, cæteris paribus, magis idonei, vt tradit Corn. *conſ.* 284. *nu.* 6. *lib.* 3. *&. conſ.* 164. *n.* 2. *lib.* 4. Quin etſi pater teſtamento comunium liberorum tutelam mandauit matri, & præſes prouinciæ imperitia lapſus patris voluntatem ſequendam decreuerit, ſucceſſor eius ſententiam (quam leges noſtræ non admittunt) ſequi non tenetur, auctore Papiniano *in l. iure noſtro, ff, de teſtam.. tutel.* Neque etiam poterit filijs teſtamento tutores relinquere ad dationem vxoris ſuæ, quia vbicunque in deſpoſitione nltmæ voluntatis electio perſonæ in alterius arbitrium confertur, adeò vt illo non eligente, nullus eſſet, qui ad eam diſpoſitionẽ admitteretur. ea diſpoſitio tanquam captatoria, ſiue potius ab alieno arbitrio dependens, non valet, *l illa inſtitutio, & ibi Bart. in vltima quæſt. ff. de hæred. inſtituendis*, quo loco communiter Dd. & maximè Imola dicit, id locum hæbere non ſolum in hæredis inſtitutione, ſed etiam in legatis, quod ipſum & alia grauiori ratione confirmari poteſt, quia tutores conſtituuntur, aut à teſtatore, aut lege, aut Iudex alteri mandare poſſit vt is det, *l. nec mandante, ff. de tut. & curat. dat. ab his.* Cum ergo hoc ius dandi tutorem aliquibus tãtum ſpeciatim permiſſum ſit, *§. permiſſum, & ibi notat gloſſ. Inſtit. de tutel. l.* 3. *ff. de tut. & curat. dat. ab his, l. inteſtato, ff. de legit hæred.* atq;
51 ideo cauſa † tutelæ, an tutor dari, & quis debeat, compromitti non poteſt, vt tradit Bart. *in l. Prætor, ff, de tut. & curat. dat. ab his*, quia ab arbitio & electione alterius pendere non poteſt, licet Bartolus ibi aliam rationem adferat, longè minus ab arbitrio & electione fœminæ, quæ ab officio tutelæ penitus excluſa eſt, ob ſexus imbecillitatem & inconſtantiam, vt ſupra dictumeſt. Si tamen patri viſum fuerit teſtamento tutores dare, eiſque mandare, vt conſilio matris pupillorum tutelam gerant, neque id non id circo minus integrum erit tutoris officium, ſed viris bonis conveniet, ſalubre conſilium matris admittere, alias contemnere, cum & illis permiſſum ſit etiam quandoque patris præceptum negligere, *l. ita autem, §. Papinianuus. ff. de adminiſtrat. tut.*

Quæ tamen † de matre dicta ſunt, licet veteri iure ita obtinuerint. niſi à Principe filiorum tutelam ſpecialiter poſtulaſſent, tamen hodie non proce-
52 dunt nouiſſimo iure Authenticorum, quo generaliter conſtitutum fuit. vt mater & avia ad filij uel nepotis tutelã admittantur, idque iuri communi abſque alia impetratione: FRUSTRA quidem precibus poſtulatur, quod † iure communi conceditur, *l. 1. C. de Theſauris, lib.* 10. quod eis conceſſum eſt propter affectionem & pietatem in filios, *ut in Auth. matri & aviæ, C. Quan-*
53 *do mul. tut. officio fungi poteſt, §. quia vero, in auth. ut ſine prohibit. matr. cred. ibi, cum illam namque natura amor pius circa filios ſine ſuſpicione faciat, & l. matris pietas,*

C. qui

C. qui petunt tut. & hac etiam ratione jura † antiqua concedebant educatio- 54
nem filii potius matri, quam agnatis, *l. 1, C. ubi pupill. educ. debeat.* Decius latè, *conſ. 16. num. 2.* de quo infrà, quando de legitimo agemus, latius dicendum erit. Et quamvis hæ teſtamento dantur, tamen ad tutelam ejus mandatam cogi non poſſunt; ſunt enim teſtamentariæ voluntariæ, & harum tutela ob id dicitur † irregularis & anomala, ut notat Bar. *in d. auth. matr. &* 55
aviæ, nu: 10. & 18.

Et licet jure veteri potuerit tutor pupillo dari, vel curator adulto, ejuſdem creditor, vel etiam debitor, *l. creditorem, C. Qui dari tut. poſſunt, l. neque, C. de excuſat. tut. l. ita autem 1. §. debitor ff. de adminiſt. tut.* nec is quoque, qui litem habuerit cum pupillo vel adulto, non excuſaretur, niſi lis eſſet de ſtatu, vel omnibus bonis, vel maxima parte eorum, *l. ſi pupillum, cum l. ſeq. ff. de excuſat. tut.* quia tamen Imper. Iuſtin. experientia didicerat, tales creditores vel debitores multa contra ſuos moliri in intercipiendis chyrographis, apochis, aliiſque probationibus ſupprimendis; neceſſe enim eſt plerumque eorum fidem ſequi, & res pupillares cuſtodiæ eorum committere, ut hanc delinquendi materiam ſive
occaſionem † tolleret, rectè & ſanctè Novella ſua conſtit. 72. ſtatuit, ut hi 56
dari tutores non poſſent, etiam ſi à lege vocarentur. Imo † etiam ſi frater 57
ſit, *Bart. in dict. Auth. minoris, nu. 3. & 4.* quia non eſt tantus amor inter fratres, ſicut inter aſcendentes & deſcendentes, & inter eos eſt ſæpè invidia magna. Sed & ſi quis diſſimularit ſe creditorem eſſe, & ita factus fuerit tu-
tor, perderet ius ſuæ contra pupillum actionis. Quod † ſi debitorem ſe diſſi- 58
mulaverit, non poſſe tutelæ tempore ſeſe ullo modo debito liberare, etiamſi eſſet creditor vel debitor in actione reali, ut eſt conſtans omnium ſententia, *reprob. glo. in d. Auth. minoris*, quia eadem ratio militat in reali, quæ in perſonali actione, ergo idem ius, *vulg. l. illud. ff. ad leg. Aquil.* Et eadem Novella loquitur de iis, quibus minor tenetur, vel res minoris, *Pertius in d. §. ſi inter, nu. 17. ff. de auctorit. tut. Corn. conſi. 238. nu. 13. lib. 4. Bart. d. Auth. minoris, num: 7, & 8. dicit communem.* Idemque † eſſe in omnibus curatoribus, noſtri uno ore di-
cunt, & Novellæ verba demonſtrant. Quod licet Angel. *in §. actionum, num:* 59
33. Inſtitut. de Action. controvertat, fatetur tamen eam eſſe communem, quem ſequitur Andreas Barb. *conſ. 61. num: 14, libr 3.*

Hoc amplius † ajunt, non ſolum creditores & debitores, ab eorum tutela
vel cura arceri, ſed & communionem tantum cum minoribvs habentes, ut 60
eſt gloſſ. communiter approbata *in l. quod res, C. de excuſat. tut.* quia in communione oritur quidam quaſi contractus, producens obligationem & actionem communi dividundo, & ſic poteſt dici debitor & creditor; & militat eadem ratio, ut tradit Andr. Barbat. *d. conſ. 61, num. 14,* dicens communem, & ante eum Barto, *in d. Auth. minoris, num. 9. C. Qui dari tut.* Quo loco tamen idem Bart. dicit id non procedere, quando talis eſſet communio, quæ nullas poſſet parere lites, ſed facilè explicari: puta, ſi tantum unum fundam habeat cum minore communem, vel aliàs eſt modica communio, ita ut ceſſet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

omnis maligna ſuſpicio, quod ipſum bonus Iudex variè pro perſonarum &
61 rerum qualitate æſtimare debet, vt in ſimili † de paruo ſiue modico debito,
vel credito tradit Angel. *in d, §. ſi inter, verſ. & prædicta, & d. §. actionum, num.* 33.
Barbat. *d. conſ.* 6. *num.* 14. Alexan. *conſ.* 186. *num.* 1. *lib.* 7. Tiraq; *de iudiciis
exiguis, verſ.* 33. & omnium nouiſſimè Iacob Menoch. *de arbitr. Iud. libr.* 2. *cent.*
2. *caſu* 96. quo loco alios laudat,

Qua ratione motus idem Imperator eadem Nouella, vt ſi poſtſuſceptam
tutelam vel curam ipſi acquirunt obligationem aduerſus minores, fortè
adita hæreditate creditoris pupilli, vel etiam alio modo incidant in obligati-
onem, eis tali caſu adiungeretur contutor, vel concurator, † quod & olim fiebat
62 litis cauſa ex conſtitutione Imperatoris Alexandri, *in l. neque, de excuſat. tut.*
Neque eo contentus Imperator ulterius contra *legem non fit, ff. de reb eorum, quæ
ſub tutel.* ſtatuit, qoud ſi poſt ſuſceptam, tutelam, vel curam tutor vel curator
minoris jure ceſſionis obligationem acquireret contra minorem, fortè dona-
tionis, venditionis, vel alio titulo, eadem nulla eſſet ipſo jure, nec eo caſu tu-
tor haberet regreſſum adverſus cadentem, & pupillus ſive adultus ab utroque
eſſet liberatus, etiam ſi talis ceſſio facta fuiſſet finita tutela, tamen ante datas
ſive redditas rationes, *ut patet ex contextu d. Novellæ* 72. ſive ex titulo Authenti-
corum. ut hi qui obligant ſe habere prohib. res minorum, & ita eam conſu-
lendo interpretatus eſt Marian. Socin. *conſ,* 148. *num,* 13. 14. 15. *lib.* 1 Atque
hujus Novellæ ratione, vel non abſimili, moti fuiſſe videntur Divi fratres, in
ſuo reſcripto ad Rutilium Luppeum (cujus meminit Vlpian. *in l. reſcripto, §.
debitores, ff. de muner. & honor.*) & poſt eos Imper. Anton. *in l.* 1. *C. de debit. civi-
tatum, lib.* 11. cum reſcribunt debitorem reipublicæ ab honoribus & admini-
ſtratione honorem habente annexum arcendum tantiſper, donec tale debitum
exſolverit, & reipublicæ ſatisfecerit.

63 Quæ cum ita ſint, † videamus an dicta Authent. *Minoris*, ſemper procedat,
& In omnibus vera ſit, atq; etiam locum habeat in teſtamentario, de quo in-
præſentiarum agimus. Et inprimis Imper. Juſtin. in dd. ſuis nouellis conſtitu-
tionibus, puta, novella hac eadem, & 94. ab ea exemit matres, excipit & avi-
as, eodem modo quo de matre conſtitutio Divi Severi trahitur ad aviam, *l.* 2.
§. & quid ſi nepotibus, ff. ad Tertull. quas non vult ullius obligationis nomine à fili-
orum vel nepotum tutela arceri, quia cum peculiari pietatis motu agantur, nõ
64 ſunt extraneis conferendæ, & aliàs ſemper † matris appellatione veniant om-
nes aſcendentes, ſicut etiam patris, ſecundum Innocent. *in c. ſi vero* 1. *& ibi glo.
de ſenten. excom. & eſt text. cum gloſſ in §. illud quoque, in Auth. ut liceat matri, vel aviæ,
Boer. conſ.* 17. *num.* 6. 7. qua ratione & ſunt qui ab hac Novella excipiunt pa-
trem & auum, imo & parentes onmes virilis ſexus, ut Iacob. Cuiac. *d. Novell.*
65 72. atque filius quoq; Curator patris furioſi, *d. Auth. minoris, num.* 2. propter
ſpem ſucceſſionis, cujus ſpei intuitu dicitur quaſi Dominus rerum paterna-
rum etiam vivo patre, adeoque adminiſtrator bonorum propriorum, quia
eo caſu ceſſat omnis ſuſpitio, niſi tamen plures eſſent filij ejuſdem patris

furioſi,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

furioſi, quo caſu minus ſuſpectus debebit dari.

Sunt & qui dicunt, d. Auth. non procedere, quando tutor conficeret inven-
tarium cum æſtimatione rerum ſingularum, † ad quod de jure non tenetur, *l.* 66
fin. & ibi Salic. C. de magiſtrat. convent. quia, inquiunt, per inventarium recurri-
mus ad ius antiquum, quo debitor non arcebatur à tutela, *d. l. creditorem.* De
quo tamen merito dubitat Sebaſt. Montic. in tract. ſuo, de Inventario hære-
dis, *c.* 10. *num.* 254. quia inventarium non corrigit nec abrogat leges anterio-
res vel poſteriores, niſi quatenus in duabus conſtitutionibus Iuſtin. continetur.
Et quia militat adhuc eadem ratio, licet in inventario, ad cujus confectionem
omnis tutor tenetur, ſi bona fuerint æſtimata.

Sed magis dubium eſt an d. auth. etiam locum habeat in teſtamentario: Et
quidem gloſſa *in d. auth. minoris, & in corpore, unde ſumpta eſt*, apertè † dedicit, 67
etiam in eo auth. procedere, quia in eadem tantum excipiunter mater &
avia, ergo nulli alteri videtur permiſſa. Et licet, inquit, ejus fides videatur à
teſtatore approbata, ea tamen approbatio non ſe extendit ad alia, quàm ad
ſatisdationem, a qua liberatur per teſtatoris approbationem, ut inferius di-
cemus, & hanc partem tenuit Dynus judicando & conſulendo, *conſ. ſuo* 38.
quem deinde ſecutus eſt Azo Bonon. *in ſumma ſua tit. Qui dari tut. poſſunt*, ut
eum allegat Portius, *d. §. ſi inter, n.* 17. quo loco dicit horum opinionem eſſe
veriorem, & ideo ſequendam.

Alii tamen, quæ maxima turba eſt, contrarium ſentiunt. Primo ex eo,
quod ejus fides eſt electa & approbata, non generaliter, ſed ſpecialiter à teſta-
ſtore, *§.* 1. *Inſtit. de ſatisd. tut.* Qua ratione Vlpian. *in l. teſtamento, ff. de teſta-
men. tutel.* dicit, eos non eſſe cogendos, ſatisdare rem pupilli ſalvum fore, id-
que certo certius eſſe, & Iuſtinianus *in l. ult. §. & ſiquidem parens, Cod. de curat.
furioſi, & l. de creationibus, C. de Epiſcop. audientia* paternum teſtimonium pro ſa-
tisdatione ſufficere dicit. Et rurſus Iuſtinian. *in dict. Novell.* 72. non loquitur de
teſtamentariis, ſed tantum à lege datis, quorum fides licet etiam lege appro-
bata videatur, non tamen ſpecialiter, ſed tantum generaliter, inter quæ lon-
ga eſt differentia, juxta ea quæ tradit Portius, *Inſtitut. de ſatisdat. tutel.
num.* 2.

Hinc videmus † quod probatio ſpecialis eſt fortior & potentior generali: 68
Aymo *conſ.* 143. *nu.* 2. Pariſ. *conſ.* 29. *num.* 87. *lib.* 2. Innocent. Canoniſt. co-
riphæus, & alii, *in cap. auditis, de præſcript.* & præſumptio in ſpecie tollit aliam
generalem. Aymo, *conſ.* 250. *nu.* 2. Molin. *in conſuetud. §.* 46. *num.* 13. Gratus,
conſ. 2. *num.* 67. *Idem conſil.* 11. *num.* 37. *Idem conſ.* 43. *nu.* 41. *libr.* 2. Dec. *in c.
quoniam Abbas, de offi. deleg. in l. Divus, de in int. reſtit. l. cum de indebito, ff. de probat.*

Nec huic etiam † abhorret, quod dicimus, legem ſpecialem debere attendi 69
præ generali, & quando duæ leges ſunt generales, illa, quæ eſt minus gene-
rales, pro ſpecie reputatur, *Dec. conſ.* 382. *nu.* 4. *per not. Dyn. cap. generi, de reg.
jur. in* 6. *ut reſpondit idem Dec. conſ.* 646. *n.* 89. per regulam, quam tradit Angel.
in l. cum Prætor, de judic. Bart. *in l.* 1. *§. hoc interdictum col. penult. ff. de oper. novi nunc.*

Et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

70 Et ideo ‡ quoque mandatum ſpeciale derogat generali. *Dec. d. conſ. 664. nu. 8. 9. Alexand. in l. Titiæ extores, ff. de legat. 1.*

Sed & propius accedit, quod ſcribit Angel. Aret. *conſ.* 8. *col.* 3. quod volun-
71 tas in ſpecie ſit fortior † & potentior, quem refert & ſequitur Aymo, *conſ.* 143. *nu.* 2. *per l. ſanctio legum, de pœnis, & de c. generi.*

27 Sed quamvis ‡ iſta utcunque videantnr colorata, tamen communis ſchola hanc controverſiam componit, hoc modo; Vt ſi teſtator, qui dediſſet talem tutorem, ſciverit ipſum eſſe creditorem, vel debitorem, eo caſu valeret datio, quia ejus fides & diligentia eſt per teſtatorem approbata, *per l. tres tutores, §. finali, ff. de adminiſtrat. tut. quam ſequitur Bart. in d. Auth. minoris, n. 11. 12. & communem dicit Ang. in d. §. ſi inter, verſ. tertio caſu, ff. de auctorit. tut. Idem in §. actionum, num. 33. Inſtitut. de actio. Barb. d. conſ. 61. num. 15. 16. lib. 3. Socin. Junior, conſil. 5. num. 1. lib. 4. & ex recentioribus Gualdenſis in tract. Cautelar. ult volunt. tit. de tutore, cautel. quæ dicit ideo expedire, ut eam ſcientiam teſtator aperiat in ſuo teſtamento.*

Ex quo inferunt alii etiam tales poſſe dari per inquiſitionem, maximè quando Iudex inquiſivit, an eſſet creditor vel debitor talis debiti, ob quod deberet à tutela repelli, quia, ut ſupra diximus, hæc ab arbitrio boni Iudicis pendent, *Bart. in d. Auth. minoris, nu. 12. Angel. in d. §. actionum. num. 33. verſ. advertas, allegat. text. in l. ſi nemo tutorum, §. 1. de teſtam. tut. ibi, quamvis verba edicti ad teſtamentarios pertineant.* Nec enim horum fides minus ſpecialiter eſt approbata à Judice, atque illorum à teſtatore, *ſequitur Barbat. dict. conſ. 61. num. 16. libro tertio.*

Sin autem teſtator ignoravit eum eſſe creditorem vel debitorem, eo caſu dationem non valere, quia non videtur ejus fidem approbaſſe, quem talem ignorabat, *argum. leg. mater, ff. de inoff. teſtam.* Et hanc putat eſſe veram Barbat. *d. Auth. minoris, nu.* 12. ubi huius opinionis & diſtinctionis coryphæum laudat Oldrad. ſed liber mendoſus eſt, cum ſit Odofred. *in d. Authen. minoris*, cujus jam etiam meminit Barbat. *d. conſ.* 61. Soc. Iun. *d. conſ.* 5. Idem conſulendo tenuit Barbat. *conſ.* 148. quo etiam loco liber ejus æque vitioſus eſt.

Cujus diſtinctionis poſterior pars confirmatur ex eo, quod dicit Cynus *in l. ſi quis teſtibus, in 8. quæſtione, C. de teſtib.* Et Paul. de Leaz. *in c. teſtimonium, de teſtib.* quod licet teſtes inſtrumentarii non videantur poſſe repelli aliqua exceptione, quia eorum fides eſt à partibus approbata. Curtius Senior *l. 2. §. ſed quia veremur, C. de juram: propter calum: dand. Idem conſ. 55: num:*8, Jaſon *in l. 1, C. de teſtib.* Alex. *conſ.* 70, *numer:* 6, *libr:* 1, hoc tamen non procedere, quando non apparet de ſcientia partium, quod ſciverunt illorum defectum, quia ignorans non videtur approbare, *l. in repudianda, ff. de acq. hered. d. l. mater*, & ignorantia in dubio præſumitur, *vulg. l. verius, ff. de probat.*

37 Quam rationem † ſic etiam puto temperandam eſſe, ut ſi nova aliqua cauſſa ſupervenerit, vel etiam antiqua detegatur, quæ veriſimiliter teſtatori fuit ignota, hos eo caſu non eſſe admittendos; idq; relinquendum eſſe arbitrio boni Iudicis, ſecundum ea quæ ſupra diximus.

Repel-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Repelluntur † præterea à tutela & cura excommunicati ; ſecundum Decium, *in cap. Intelleximus, num: 56: de Iudiciis.* Idque hac ratione, quod quia ei non communicemus, interponere auctoritatem nequiret, ſecundum Lanfran. *in repet. cap. quoniam contra, cap. 4, num. 17, de probat.* 74

CAP. X.

Quomodo Tutores Teſtamento dari debeant.

SUMMARIA.

1 *Tutor non ſolúm purè, ſed ſub conditione, & uſque ad conditionem teſtamento darì poteſt· Declara nu.* 4.

2 *A Iudice ſub conditione inutiliter tutor datur. Declara num.* 8.

3 *Ratio cur à Iudice tutor ſub conditione dari nequeat.*

5 *Deficiente conditione, actus habetur, ac ſi nunquam factus fuiſſet. Amplia num.* 6.

7 *Communis opinio,*

9 *Actus legitimi non recipiunt diem nec conditionem.*

10 *Tutoris datio actus ligitimus.*

11 *Lex,* actus legitimi, de reg. iuris *declaratur.*

12 *Tutor ad certum tempus, vel ex certo tempore dari poteſt,*

13 *Tutor ante, & poſt heredis inſtitutionem dari poteſt.*

14 *Tutor Latinis & Græcis verbis dari poteſt.*

15 *Tutor teſtamento datus, poſteriori teſtamento vetari poteſt.*

16 *Poſteriori teſtamento iure perfecto, prius rumpi.*

17 *Tutor codicillis mutari poteſt.*

18 *Executores teſtamento datos codicillis poſſe caſſari.*

19 *Tutor codicillis non confirmatus an mutari poſſit.*

20 *Clauſula,* Valeat iure alterius cuiuslibet voluntatis, *quid operetur.*

21 *Incertus Tutor dari nequit.*

22 *Incertitudo perſonæ vitiat reſcriptum delegatorium, executoris teſtamentarij deputationem. legitimationem perſonæ & libertatis dationem.*

23 *Incertitudinem vitiare omnes actus, non ſolum inter vivos, ſed etiam in vltima voluntate. Declara numer.* 24.25.28.30.

26 *Idem iudicandum de veriſimili, quod de ipſa veritate.*

27 *Veriſimilitudo maximè attendenda in materia probationis & præſumptionis.*

29 *Paria cenſeri quid eſſe certum, vel poſtea certificandum.*

31 *Tutoris datio ſiue electio in alterius arbitrium conferri non poteſt,*

32 *Legatum non poteſt conferri in alterius arbitrium.*

33 *Qui ſibi aſcripſit tutelam in teſtamento, non erit tutor.*

34 *Pœna illius, qui ſe teſtamento ſcribat heredem.*

35 *SC. Libonianũ & edictũ D. Claudij, an habeat locũ in teſtamentis nuncupatiuis.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

36 *Communis opinio, & ea declaratur, nu.* 37.
38 *Ipſe facere videtur, qui per alium à ſe ſolum delectum quid facit.*
39 *Gabriel Mudæus Præceptor auctoris.*
40 *Tutor certæ rei, vel cauſſæ dari non poteſt.*
41 *Tutor teſtamento datus, tutelam ſibi mandatam dividere, & ad certum, vel certos actus tantum acceptare non poteſt.*
42 *Intellectus verborum*, hoc enim jure utimur, in l. ſi tamen, ff. de teſtamen. tutel.
43 *Datio tutelæ ad bona exiſtentia in certa villa an valeat.*
44 *Tutor datur impuberi ad adeundam hereditatem, non curator.*
45 *Deficiente tutore teſtamentario, locus eſt legitimo, excluſo dativo, Declaratur* 46.
47 *Statutum permittere poteſt tutorem dari ad certum actum, & quomodo id procedat.*
48 *Tutor ad unum actum dari poteſt, quando pater adminiſtrationem recuſat.*
49 *Tutor ex lege Julia de maritandis ordinibus datur à Prætore urbis mulieri, virginive tutorem non habenti.*

SUpereſt ut quartum caput aggrediamur; *Quomodo ſcilicet tutores teſtamento dari*
1 *poſſunt?* Et ultra ea quæ diximus in definitione, de ſimpliciter dato, ‡ certis
rebus, ad augmentum, honorariis, notitiæ cauſa datis, & aliis ut gerant,
certo certius eſt, non ſolum purè, ſed etiam ſub conditione & uſque ad con-
ditionem teſtamento tutores dari poſſe, auctore Vlpiano, *in l. tutor, §. tuto-
rem, ff. de teſtam. tut.* Quod † tamen Præſidib. Provinciarum non eſſe permiſ-
2 ſum idem Vlp. auctor eſt, *in l. muto, §. ſub condit. ff. de tutel.* & ita reſpondit
Marian. Soc. *conſ.* 85. *n.* 45. *lib.* 3. contra regulam, de qua Ioan. Coraſ. Tho-
3 loſ. *in l. ſervitutes, nu.* 9. *ff. de ſervit.* Et eſt † ratio differentiæ non obſcura: quia
pendente tempore vel conditione adjecta teſtamento, poteſt provideri pu-
pillo de tutore legitimo, vel dativo, ſecus ſi a Iudice, ut tradit Portius, *in §.
1. nu. 9. Inſtit. Qui teſtament. tut. dari poſſunt.* Angel. *in §. ad certum, nu. 2. Inſtit.
eod.* Cyn. *in rubr. C. de teſtam. tutel.* Tum, quia nullus erit, qui poſt eum vacan-
tis tutelæ tempora impleat, tum etiam quia videtur abſurdum, ut quicquam
eorum, quæ Magiſtratus in republica facit, ſit imperfectum, *argum. l. actus,
de reg. jur. & Baro hîc.* Quæ tamen ratio pleriſque periculoſa videtur, quia etiam
quando Iudex dedit tutorem ſub conditione, poſſet alius Iudex ſupplere defe-
ctum eius, cum multi poſſunt dare, *Inſtit. de Attil. tutor. in prin.* quem obicem
alii tollunt *per l. ubi cœptum, ff. de judiciis, & l. nulli, C. eod.* Coraſius tamen *in d. l.
ſervitutes, num.* 23. aliam rationem comminiſcitur, quod in datione tutoris,
Iudicis decreto vel ſententia opus ſit, quod non poteſt fieri ſub conditione. Et
hoc quidem locum habet in teſtatore, quando conditio non eſt prohibita;
cæterum ſi eſt prohibita in odium domini, qui noluit ſervo ſuo dare liberta-
tem, non tutelæ, ſecus erit, *Gloſſ. & ibi notat. Ang. in §. ſervus autem, Inſtit. Qui
dari tut. Riminal. ſequitur Inſtit. per quas perſonas, §. item vobis, nu. 69. ubi optimè expli-
cat, ſicut facit Alciat. lib. 3. Parerg. cap. 8.*

Idem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Idem erit † etiamſi conditio teſtamento adiecta pòſt defecerit, *l. tutor datus*, 4
in prin. l. Tutoribus, *ff. de teſtamen. tutel.* Nam ‡ ex communi Regula, deficiente 5
conditione actus habetur, ac ſi nunquam factus fuiſſet, *l. 1. ff. de donat. l. ſi donaturus, in princ. ff. de condict. cauſa data*, *l. hæc venditio*, *ff. de contrah. empt. l. neceſſario*, *§. 1. ff. de peric. & commodo rei venditæ. Aymo. conſ. 5. num. 3. & ante eum Dec. hanc regulam poſuit*, *conſ. 377. numer. 1.* etiam † ipſo jure deficit diſpoſitio, tam inter 6
vivos, quam in ultimis voluntatibus, *l. Mæuius*, *l. qui hæredi*, *§. ult. ff. de condit. & demonſt. l. ſi rem*, *§. omnis*, *ff. de pignorat. act. l. Iulianus*, *§. offerri*, *& l. qui pendentem vineam*, *ff. de contrah. empt. Dec. in materia ſubſtitutionis*, *d. conſ. 377. n.* 1. idem *conſ. 427. n. 1. & 2. Carol. Ruin. in l. hoc edicto*, *§. nuntiatio*, *n. 193. ff. de oper. novi nuntiat. Bart. Bald. & alii poſt gl. in l. 1. C. de his qui ante apertas tabulas.* Et eam communem eſſe dicit Socinus Iunior *conſ. 43. n. 1. lib. 4.* contra gl. *in l. is cui*, *ff. de act. & obligat.* quam dicit † communiter reprobari, etiamſi deficit conditio mi- 7
ſta ob aliquem caſum ſupervenientem, *l. in teſtamento 2. ff. de cond. & demonſtr.* Vel etiamſi caſualis deficiat, *l. 1. §. ſin autem aliquid ſub conditione*, *C. de caduc. toll. & notat. Bart. in l. 1. C. de inſtit. & ſubſtit. & poſt eum Dec. conſ. 485*, *num. 4.*

Sed & quæ de Iudice ſive tutore ab eo dato diximus, locum non habent,
quando non ſuſpenditur tutoris datio, ſed tantum ‡ adminiſtratio; puta, ſi 8
is adijciat conditiones, quæ tacitè ſubintelligebantur, quo caſu eo non conditionem, ſed tantum monitionem inducit, ut auctor eſt Ulpianus *in l. muto*, *§. 1. ff. de tutel. Hanc*, inquiens, *adjectionem*, *quam Præſides Provinciarum faciunt*, TUTOREM DO, *ſi ſatisdederit*, *non conditionem in ſe habet*, *ſed admonitionem*, *non aliter ei tutelam committi*, *quam ſi ſatisdederit.* Et ita interpretatur Ang. Aretin. *in d. §, ad certum*, *num. 2*, *verſ. advertas*, *Inſtit. qui teſtamen. tut.* Dec, *in cap. ſignificaſti*, *num. 14*, *de elect. Bart. in l. 1*, *num. 3*, *verſ. inſtatur ergo contra prædicta*, *ff. de cond. & demonſtr.* quem ſequitur Georg. Nat. *conſ. ſuo 529*, *num. 26*, poſt Bald. & Abbat. in locis per eum citatis.

Cujus rei duas potiſſimum reperio rationes. Nam licet actus legitimi (inter
quos ſpeciatim tutoris † datio numeratur) non recipiant diem, neque conditio- 9
nem: tamen hæc intelligi de conditionibus extraneis, ſive extrinſecis, non
autem de intrinſecis, ſive † tacitis, quæ ſunt de natura actus, ex ejus natura 10
intelliguntur, & ipſam † reſpiciunt, ut eſt conditio, SI SATISDEDERIT, 11
in hac materia, ut tradit Dec. *in l. actus legitimi, nu. 8. 9.* & ibidem Cagn. *num. 28*, Rip. *in l. is apud. num. 17. C. de edendo.* Rimin. *Inſt. per quas perſonas*, *§, item vobis*, *num. 66. & 67.* Sed hæc ratio dubia redditur ex notatis per eundem Dec. *in dict. l. actus*, *num. 10. 13. 14.* quæ expreſſa conditio in actibus legitimis in ea lege enumeratis inducet vitium formæ, & hæc rationem ſolum habere videtur in aliis actibus legitimis, quem ſequitur Deciſio Pedemont, 146, *nu. 7. verſ. nec etiam movet.*

Ideo altera ratio ſolidior videtur, quod ſcilicet talis conditio non reſpiciat ſubſtantiam actus, ſed tantum eius executionem, quæ nec expreſſa vitiat, ut tradit Dec. *d. nu. 7*, deciſ. Pedemont. 145, *nu. 4. & 8*, Ludou. Gomeſ. *in c. ſi pater*, *num. 3. de teſtam. in 6.* Georg. Nat. *d. conſ. 529.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Ut autem ſub conditione, vel uſq; ad conditionem dare permiſſum eſt, ea-
12 dem ratione, & à certo † tempore, id certum tempus, id eſt, ut certo die, vel tempore finiatur tutela, dare teſtator poteſt, eodem Vlpiano auctore, *in d. l. tutor, §. tutorem, ff. de teſtam. tutel.* ſicque ea verba accipienda eſſe infinitis propè legibus, & alijs auctoritatib. probatur. Tantus enim eſt tum pupillorum, ne ſint indefenſi, tum affectionis paternæ fauor, ut hîc omnes juris communis regulæ ceſſent & conturbentur.

13 Neque ſolum † ante hæredis inſtitutionem, *§. ad certum, Inſti. qui teſtam. tut.* ſed & poſt mortem hæredis rectè dari poteſt, *l. tutores, ff. de teſtam. tut.* quod tamẽ autiquitus non obtinebat; Siquidem antiquo jure ante hæredis inſtitutionem libertas relicta, vel aliud quodcumque relictum, dicebatur nullum, ut tradit Port. *in §. an ſervo, nu.* 3. *Inſtit. de legat* cujus antiquitatis meminit Iul. Paul. *Sent.* 3. *tit.* 6. *l.* 2. & Imperator, *in §. ante hæredis. Inſtit. de legat*, quo loco, *& §. ſeq.* corrigit jus vetus.

14 Neque † etiam verbis tantum Latinis, ſed etiam verbis Græcis teſtamento dari poteſt, quod ſupra à nobis ſatis eſt declaratum, ſuper verbis definitionis, *Iure Ciuili*, ad quem locum lectorem remittimus, ne bis idem repetamus.

15 Denique † non ſolum dari, ſed etiam datus vetari potuit teſtamento ſequente, *l. tutor datus. ff. de teſtam. tutel* quia vltima teſtatoris voluntas eſt ambulatoria vſque ad mortem, *l. quod ſi iterum ff. de adimen, legat. ca. cum Marthæ, de celebrat: miſſarum.* Et poſteriore † teſtamento iure perfecto, prius rumpitur. Nam
16 poſterius prorſus tollit prius & abolet ipſo iure, cum omnibus ſuis partibus, veluti ſubſtitutiones, legata, fideicommiſſa; etiam ſi teſtator principalem ſuam voluntatem non mutauerit, *l. ſi jure, ff. de legat.* 3. *l.* 3. *§. item ſi ipſe, ff. ſi plus quam per leg. Falcid. l. ſi quis eum, ff. de vulgari. l. ſi mihi & tibi, §. in legatis, ff. de legat.* 1, *l. clari, C. de fideicom.* Eſtque id generale, noviſſimam ſemper teſtatoris voluntatem eſſe ſervandam, *l. ſancimus, §. ipſo jure, Cod. de teſtamentis.*

17 Neque † id ſolum fieri poteſt teſtamento, ſed etiam codicillis, *d.l. tutorem, in princip.* quod tamen omnes intelligunt de codicillis teſtamento confirmatis, ſiue ad teſtamentum factis, vel pertinentibus puta, ſi quis in teſtameno ſuo dicat, CODICILLOS QVOS *poſtea fecero, valere volo:* Vel ſic. SIQVID TABULIS *aliòve genere ad hoc teſtamentum pertinens reliquero: vel in his tutorem filiis meis dedero, valere volo*, Bart. *in d. l. tutorem. poſt gloſſ. commun. approbatam.* Baldus
18 *in l, ſi emancipati; num.* 10. *C. de collat. & in l.* 2. *C. de teſtam. tutel.* Ex † quo infert Bald, *eodem loco*, executores teſtamento datos, codicillis poſſe caſſari.

Et licet Dd. textum *d. l. Tutorem*, ita reſtringant, nobis tamen ſemper viſum fuit etiam in codicillis non confirmatis idem eſſe, † ex Oldr. clariſſ. IC. *conſi.*
19 138. *num.* 7, *incip. exiſtimauerit*, Quamuis enim hæreditas, vel ejus pars regulariter non poſſit directò dari vel adimi codicillis, *l.* 2, *C, de cod cill, l. hereditas. C. de his quib. ut indig. l. non codicillum C, de teſtam, §, pen. Inſtit, de codicill*, Id tamen non procedit in tutela, cujus rationem tradit Bart *in d, l. tutorem*, neque etiam in codicillis conditis à patre inter liberos, & in eorum favorem

Bart.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Bart. *in l. multis codicillis, ff. de teſtam. milit.* Alex. *in l. hac conſultiſſima, §. ſi quis autem, C. de teſtam.* Dec. *conſ.* 361. *nu.* 4. Et licet in hoc aliqui teneant contrarium, quando ſuam voluntatem vocaret codicillos, ut tradit Alexan. *conſil.* 146. *num.* 10. *lib.* 2. quia tamen hodie communiter codicillantes illis apponunt † clauſulas 20
conſuetas, QUOD SI NON VALET *jure Codicillorum, valeat jure cujuſlibet alterius ultimæ voluntatis:* ceſſat diſputatio, quia propter hæredis inſtitutionem codicilli ſuſtinentur in vim teſtamenti imperfecti inter liberos, de quo videtur codicillans cogitaſſe, ſaltem in genere, non reſtringendo ſe tantum ad unam ſpeciem codicillorum. Nam illa verba; SEU ALTERIUS *conjuſlibet ultimæ voluntatis*, ad teſtamentum imperfectum inter liberos referri poſſunt, cum ſit æqualis vel minoris ſolemnitatis, ut tradit Bart. *in l.* 1. *q.* 17. *ff. de jure Codicill.* Et ita ſaluari poteſt opinio Oldr. ab impugnationibus Socin. *conſ.* 283. *num.* 3. *vol.* 2.

Quamvis autem patris poteſtas in dandis teſtamento tutorib. † ex verbis 21
legis 12. Tab. ſupra relatis, latiſſima & ampliſſima videatur: eam tamen juris noſtri auctores certis iiſque legitimis finibus contineri voluerunt, favore pupillorum. Ac primo quidem non admiſerunt veteres tutorem dari niſi certo judicio, reijcientes omnem incertam tutoris dationem, quia de præjudicio filii tractatur, ne malè gubernetur. Vnde de certa perſona eſt illi providendum, ſive ea incertitudo ſit circa perſonam tutoris dati, ut *in l. Tutor, l. duo ſunt Titij, ff. de teſtam. tutel.* Cornæus *conſ.* 46. *lib.* 4. quo loco tradit nec talem à Iudice confirmari debere, maximè, quando tutor eſt incertus & declarandus ex futuro eventu, puta, ſi dicit, RELINQUO TUTOREM *eum qui erit conſul,* 8. *§ Tutor, Inſti. de legat.* ſive etiam circa perſonam ejus, cui datus eſt, *l. Tutor ita, ff. de teſtamen. tutela,* & Petrus Rebuff. *in l. ſubſignatum, in §. incertus, ff. de verb. ſignific. in verbo, Quarto.*

Eademque † ratione incertitudo perſonæ reſcriptum delegatorium, execu- 22
toris teſtamentarii deputationem, legitimationem perſonæ, ac denique libertatis dationem vitiat, ut de Primo tradit Hoſtienſis, *in ſumma, tit. de officio delegat. §. quibus modis, verſ. quid ſi impetrant*, idem cum Ioan. Andr. & Panormit. *in cap. quoniam Abbas, de officio delegat. contra gloſſ. ibi in verbo, præfixit.* De Secundo Baldus, *in l. ſi quis à filio, §.* 1. *in fin. de legat.* 1. Hippol. de Marſil. *tit. de probat. num.* 406. De Tertio Bald. *conſ.* 146. *incip. titulus Principis, lib.* 1. *& iterum conſ.* 388. *lib.* 5. De Quarto eſt text. *in l. ſi fuerit, ff. de reb. dubiis, l. ſi quis expluribus, (alias, cum ex pluribus) eo, tit.* & ibid. bona gloſſa, Alex. *conſ.* 46. *lib.* 4.

Et hoc generale eſt, & propè perpetuum, ut incertitudo vitiet omnes actus, non ſolùm inter vivos, ſed etiam † in ultima voluntate, ut tenet. Alex. *d. conſ.* 23
46. *lib.* 4. *Bart. in l.* 1. *nu.* 14. *ff. ſolut. matrimon.* Gomeſ. *in §. ſed iſte, num.* 31. *Inſtit. de act.* Cornel. Bevincaſius Peruſin. *in tract. de paupert. in* 3. *ſpeciali, ult. volunt. nu.* 1. *uſque* 10. & latè Menoch. *de arbit. Jud. libr.* 2. *caſu* 288. Quintil. Mandoſ. *reg. Cancill.* 3. *q.* 4.

Quod tamen non ſemper locum habet. Si enim talis incerta perſona poteſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

24 certificari ex † verbis per teſtatorem prolatis, ante vel poſt conditum teſtamentum, uel etiam tempore conditi teſtamenti, non dicitur incerta, juxta ea quæ ſcribit Paul. Pariſ. *conſ.* 3. *nu.* 13.14. 36. 37. 38. 39. 40. 41. *lib*, 3. Alexan. *conſ.* 100. *num.* 10. *lib.* 4. *l. hæredes palam*, §. *& quid ſi poſt. cum ibi notatis per glo. & Dd. de teſtam.* Bart. *in l. cum proponeretur, ff. de legat.* 2. *& in l. ſi quis in fundi vocabulo, ff. de legat.* 1. latè Vlricus Zaſ. Friburg. IC. ſuæ Germaniæ decus admirabile, *conſil.* 2. *num.* 8. 9. *lib.* 1.

25 Sed & † Aymo Crauet. *conſ.* 21. *nu.* 1. idem putat eſſe, quando talis incertitudo ex aliqua veriſimilitudine poteſt verificari, puta, quia teſtator maiorem affectionem habuit ad vnum, quam ad alium, vel alia ſimilis datur coniectura, Roman. *conſ.* 408. *nu.* 8. Bald. *in l, voluntatis, num* 11. *C. de fideicom* & facit tex. *in l. ſi quis ita*, §. *ſi quis cum ignoraret, ff. de verb. obligat.*

26 Et hoc eſt † quod Dd. dicunt, idem iudicari debere de veriſimili, quod de ipſa veritate, neque rem eam cenſendam dubiam, quæ eſt veriſimilis, ſed &
27 veriſimilitudinem in qualibet materia debere attendi, maximè in materia Probationis & Præſumptionis, iuxta ea quæ tenet idem Aymo de antiq. temporum. §. 4. *num.* 43. *idem conſ.* 269. *num.* 4. *idem conſ.* 298. *num.* 16. *& conſ.* 51. *num.* 9. quas coniecturas puto relinquendas eſſe arbitrio boni viri, iuxta ea quę tenet Gomeſ. *reg. cancel.* 7. & poſt eum Andr. Tiraq. *in præfat. l. ſi vnquam, num.* 53. *circati. C. de reuoc. donat.*

Non procedit etiam regula incertitudinis, quoties quidem tempore teſta-
28 menti quis eſt incertus, tamen dubium non eſt poſſe † certificari, *vt in l. qui-*
29 *dam relegatus, ff. de reb. dub.* Atque ideo Bald. ait, paria eſſe, quid eſſe † nunc certum, vel poſtea certificandum, *l.* 1. *ff. de legat.* 2. eumque refert & ſequitur Salom. *in l. Gallus*, §. *& inſtituens, nu.* 15. *ff. de lib. & poſthum.*

30 Neque etiam † præfata regula procedit, quando talis incertitudo poteſt certificari per relationem ad aliud, puta, quia cauſſa eſt admixta, & tantum in uno verificari poteſt, *l. ait Prætor*, §. *ſi Index, ff. de re iud. l. vbi autem*, §. *illud, ff. de verb. oblig.* Bald. *in repet. l.* 1. *nu.* 116. 118. 122. *ff. ſolut. matr.* Coraſ. *in l. qui liberos, in* 2. *parte, n.* 173. & poſt eos Aymo *conſ.* 12. *num.* 5. *&* 6.

31 Secundò † limitatur ius patrium dandi tutores liberis, quia non poteſt illam dationem, ſiue perſonæ tutoris electionem in alterius arbitrium conferre, vt
32 nec legata conferri poſſunt † in alterius voluntatem meram, *l. ſenatus*, §. *legatum & ibi gloſſ. & Dd. ff. de legat.* 1, *& reſpondit Corn. conſ.* 258. *lib.* 1.

Quin & legatum quod ita relinquitur, SI HÆRES ARBITRABITVR; eo cui relinquitur decedente, antequam hæres arbitrandi more argui poſſit, inutile omnino eſt. vt tradit Socin. *in l. arbitratu, nu.* 22. *ff. de verb. obligat.* longe minus in electione ſiue nominatione vxoris, vel alterius ſimilis perſonæ prohibitæ, vt diximus *cap. præced.*

33 Non permittit † quoq; ſententia SCti. Libaniani, vt quis teſtamẽto tutorẽ pupillo ſcribat, *l. ex ſententia, ff. de teſtam. tutel.* Neque etiam eum, quem in poteſtate habet, vel eum, qui in eadem poteſtate cum eo eſt, *l.* 1. *l. de eo, l. Diuus,*

ff. ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

ff. ad leg. Cornel. de falſis. Etiamſi teſtator ipſe dictaverit tali Scriptori. & hoc generali ſubſcriptione confiteatur, ſive recognoſcat, nihil valeat ea ſubſcriptio, adverſus SC. auctoritatem, *d. l. Divus.* Sed & talis teſtamentarius ſive teſtamenti Scriptor ultra tenebitur pœna legis Cornel. de falſis, vel quaſi falſi pœna, quæ † deportatio eſt, & omnium bonorum publicatio in libertis, & in ſervo ultimum ſupplicium, *l. 1. in fin. de Falſis.* Cujus SC. & Claud. edicti ratio evidens eſt. Nam ſi licet teſtamentario impunè ſibi adſcribere, aperta eſſet via falſi fabricandi, nullo non alieni teſtamenti Scriptore ſibi adſcribente aliquid vel inſcio teſtatore.

Sed circa hujus materiæ cognitionem verſatur elegans dubitatio, quæ quotidie in foro occurrit, & ad alia multum † utilis eſt; An illud edictum D. Claudii & SC. Libonian. etiam locum habeat in teſtamentis nuncupativis, quæ hodie communiter & fere ſemper fiunt, quando teſtator coram notario, & teſtibus duobus vel pluribus ſuam voluntatem declarat, & per notarium in ſcriptis redigi, & per teſtes à ſe rogatos, ſubſcribi facit, ad faciliorem probationem tantum, non ſe arctando ad viam teſtandi in ſcriptis, in qua Doctores ſe adeo involuunt, ut Mæandri alueus non ſit ita erroneus. Sunt enim qui dicunt, quando quis ritè ſuam voluntatem ultimam declaraverit coram Notario, & teſtibus, nullo de ea facto inſtrumento, ceſſare diſpoſitionem SC. cum ſubjectum nuſquam ſit cui aliquid aſſcribi poſſit, in quo videntur omnes convenire. Bart. *in l. 1. §. ex illa: de falſis.* Baldus *in l. dictante, Cod. de teſtamentis.* Cynus *in l. 1. C. de his qui ſibi aſſcribunt.* Sin autem deſuper ſcriptum fuerit inſtrumentum publicum ad rei probationem & memoriam, putat Speculator *titul. de Inſtrumen. edit. in §. poſtremo, verſ. item excipitur*, SC. locum non eſſe. Licet enim regulariter diſpoſitio in teſtamento facta in ſcripto trahatur ad nucupativum, *l. fin. C. de bonor. poſſ. ſecundum tab. gloſſ. in l. fin. verbo, depoſitionibus. C. de edict. Divi Had. toll.* tamen quia ille, qui ſibi ita aſſcribet, poteſt ſuam innocentiam probare per teſtes, qui audiverunt voluntatem teſtatoris, excuſatur. Cujus etiam opinionis videtur eſſe Alex. *conſ. 50. num. 2. 3. 4. 5. lib. 3.* QUIA, inquit, EO CASU *teſtamentum non capit vires à ſcriptore ſolo, ſed à teſtibus.* Licet ipſe Alex. loquatur in alio caſu quàm noſtro.

Verùm contraria opinio, quæ communis eſt, magis placet, † & ita ſentit 36
Cyn. *in d. l. 1.* dicens, SCtum procedere in omnibus teſtamentis, quæ ſecundum generalem conſuetudinem rediguntur in publicam formam, & quibus ex eadem generali conſuetudine fides adhibetur, etiamſi teſtes omnes in eo deſcripti deceſſerint, juxta gloſſ. & Dd. *in l. 2. C. de teſtam. l. ult. C. de fideicommiſſ.* cum & in his adſit eadem facilitas, occaſio, & materia falſi fabricandi, ut quotidiana docet experientia. Licet enim teſtes adſint, tamen hi facilè obliviſcuntur ea, quæ ad ipſos non pertinent, nec multum attenti ſunt, quando ea teſtamenta per Notarium teſtatori prælegentur. Quin & ſæpe ſunt homines idiotæ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

idiotæ, qui teſtes adhibentur, qui vix intelligunt quid legatur: quare & hanc
ſententiam ſecutus eſt Dyn. ab eodem Cyn. relatus, quem communis ſchola
ſequitur, ut dicit Bellon. *conſ.* 80. *num.* 3. *& ſeq.* & noviſſime Lodovicus Boiſ-
ſet, Doctor Dolanus, inter conſilia Mol. *conſ.* 33.

37 Quæ opinio communis maximè procedere debet, quando † hujuſmodi
teſtamentum nuncupativum clauſum fuit, & ab alio ſcriptum, teſtator coram
Notario & teſtibus declaravit illud eſſe ſuum teſtamentum & ultimam volun-
tatem, ut in caſu Alexand. *conſ.* 176. *libro quinto*, quem morem multi hodie ob-
ſervant, ne eorum ſuprema judicia publicentur, nam eo caſu longè major
ſubeſt materia & ſuſpitio falſi. Idem puto dicendum, quando quis ignorante
teſtatore, ipſe ſibi propria manu aſſcripſit quid teſtamento, vel alteri ſcriben-
ti dictavit, etiamſi id ipſum pòſt teſtatori infirmo, & fortè morti vicino à
Notario in præſentia teſtium à ſcribente convocatorum fuerit prælectum, &
ab eodem Notario cum teſtibus ſubſcriptum. Neque enim eo caſu Notarius
poterit dici organum teſtatoris, à quo nunquam fuit rogatus, neque adhibitus,
ſed ſolius ſcribentis, vel dictantis, adeoque perſonæ ſub pœna falſi prohibitæ,
38 quo caſu magis augetur falſitatis materia. Dicitur enim † ipſe facere verè, qui
per alium à ſe ſolum delectum facit, ut latè in materia teſtamenti tradit Ca-
rol. Molin, vir omnibus modis laudatiſſimus, *conſ. ſuo* 31. *&* 34. *q.* 4. quamvis
Gabriel Mudëus, Præceptor meus, & Ioannes Wammeſius, Dd. Louanienſ.
contra reſponderint, *conſ. inter ejuſdem Molin. conſ.* 32.

39 Si tamen teſtator † in calce teſtamenti id, quod ſibi adſcripſit ſua manu,
non tantum generaliter, ſed ſpecialiter approbaverit, valebit relictum excu-
ſabiter teſtamenti ſcriptor à pœna SC. *l. Divus*, §. *& quaternis, verſ. si tamen*, *ff.
de falsis*, ſequitur Gualdenſis, *dict. cautel.* 1.

Quia autem † perſonæ, non rei, vel cauſæ tutor datur, ut autor eſt Marcia-
40 nus, *in l. quia perſonæ*, *ff. de teſtamen. tutel.* Imperat. *in* §. *certæ*, *Inſtit.
Qui teſtam. tut.* ideo non poteſt dari certæ rei vel cauſæ, & ſi datus
fuerit, tota datio non valebit, *l. certarum, cum l. ſeq: ff. de teſtam: tutel:* quia nihil
haberet eius quod eſt tutelæ. Eſt enim *Tutela ius ac poteſtas in capite libero ad tuendum
eum, qui ſe per ætatem defendere nequit*: quam rationem ponit Bar: *in d. l: certarum*,
num: 1, Angel. & Port. *in d:* § *certæ*, idem Port. *tit: de curatoribus*, *num*: 4. Et hanc
eſſe veram concluſionem dicit Curt. Iun. *conſ:* 29, *num:* 2, ex eo inferens, non
poſſe datum teſtamento tutorem tutelam ſibi mandatam dividere, & ad cer-
41 tum, vel certos actus tantum acceptare, ſequitur noviſſimè deciſio Pedemon-
tana 89, *num*: 3, 4, 5, Dec. *conſ:* 479, *nu*: 3,

Si tamen, inquit Vlpian. *in l. ſi tamen*, *ff. de teſtament. tutel. tutor detur univerſitati,
puta, rei Africanæ vel Syriacæ, Italicis vel Provincialibus rebus, utilis datio erit*, *d.* § *certæ*,
& ibi Angel: num: 2, *Port. num*: 9, non quidem ſtricto jure, dicit Angel. *l. obſtante
ex facto*, *ff. de hære: inſtit*: ſed ex conſuetudine, quia magis uſu quam ſtricta ra-
42 tione probatur. Et hoc eſt † quod dicit Vlpian: *in d: l, hoc jure utimur*, *& Bart.
in l: certarum*, *nu*: 1, *ff. de teſtam. tutel.* Ego tamen hæc verba longè alium habere
ſenſum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

ſenſum puto, ſcilicet his verbis ſignificari ius illud, quod diſputatione communi quadam Prudentum deſinitione concluſam erat, & aliâs ius receptum appellari ſolet, id quod evidenter probatur ex *l. ſi tibi decem*, *§. pactum*, *ff. de pactis*, & bene obſervavit Iacob. Ræuardus Brugenſis, *de auctorit. Prudentum*, *c.* 15.

Cujus limitationis exemplum tradit Rebuff. in ſua Praxi benefic. *titul. de Vicar. Epiſcopor.* quod licet idem Vicarius debeat eſſe generalis, *c. conſtitutus*, *c. fin. & ibi Dd. de conceſſ. præb. c. fin. de offic. Vicar. lib.* 6. *c. deliberatione*, *§. prohibemus*, *de offic. legat.* ibidem tamen docet, eum poſſe conſtitui in temporalibus & ſpiritualibus ad conferenda omnia, & quæcunque beneficia vacantia in aliqua Provincia puta Aquitania, & ita poſt longam diſputationem fuiſſe conclusum.

Idem dicit Augelus, *in d. §. ad certum tempus*, *nu.* 2. *in gloſſ. verbo*, *certæ cauſæ*,
eadem ratione ſtatuendum eſſe, quando quis deputatus eſt tutor ad bona alicuius territorii, vel etiam civitatis; cum, inquit, hodie quælibet civitas habeat ſuum † territorium, & in eo habetur loco Principis, *ut notat. in l. fin. ubi* 43
glo. & Cyn. *C. de præſcr. long. temp.* dicens, ex Iacobo Aretio, ſecus eſſe quando datus eſſet ad bona exiſtentia in certa villa, quem in eo ſequitur Port. *tit. Qui teſtam. tut. num.* 9. allegans Bart. *in l. certarum*, *num.* 1. *&* 2. *ff. de teſtament. tutel.*
Et cauſa quoque permiſſum eſſe ſcribit Martianus impuberi tutorem dari ad 44
hæreditatem adeundam, *l. impuberi*, *de tut. & curat. dat. ab his*, cujus auctoritas in eo neceſſaria eſt: quia curatoris auctoritas ad hoc inutilis eſſet, auctore Modeſtino, *in l. cum in una*, *§. tutor*, *ff. de appellation.* quia cum pupillus infante major non poſſit adire hæreditatem, etiam lucroſam ſine tutoris auctoritate, *§. neque*, *Inſtitut. de auctorit. tut.* & infra dicemus latius: Tutor autem teſtamento ſcriptus tutor non ſit ante aditam hæreditatem, per quam eius datio confirmatur, *l. ſi nemo*, *ff. de teſtamen. tutel.* Ideo neceſſaria fuit ei dari tutorem Atilianum, ad eam hæreditatem adeundam, cujus officium ſtatim adita hæreditate finitur, & incipit teſtamentaria tutela, ut rectè tradit Angel. *in d. §. ad certum*, *num.* 2. *ff. qui teſtam. tut. & ibidem additio ad Port. num.* 2.

Sed dicet aliquis, † quomodo poterit dari tutor à Iudice; cùm regulam 45
habeamus; *Deficiente teſtamentario tutore*, *locum eſſe legitimo*, *excluſo dativo: imo ab legitimo ſuperveniente*, *dativum excludi*, *l. ſi tutor Reipublicæ*, *§.* 1, *ff. de tut. & rat. diſtrah. l. non ſolum*, *§, ſi libertus*, *ff. de excuſat. tut. l. ſorores*, *C. Qui dari tut. & probatur ex ordine titul. Digeſt. & Inſtit. Alex. latè conſil.* 161, *nu.* 1, *&* 2, *lib.* 5, *de quo nos etiam pòſt*
ſuo loco agemus. Cui † reſpondere facile eſt, regulam illam non procedere, quando 46
eſt ſpes teſtamentarii, ut probatur *Inſtit. de Attil. tut. in princ.* quo caſu interim locus eſt dativo, & ita bene ſolvit Angel. *in §, quod autem*, *nu.* 2, *de legit. tut.*

Poteſt & ſtatutum † permittere tutorem dari ad certum actum, ut reſpondit 47
Dec. *conſil.* 479, *num.* 2, 3, qui tamen id putat procedere in dato à Iudice, non permittens tutori teſtamento dato tutelæ adminiſtrationem ad certum actum reſtringere, *quia*, inquit, *officium tutoris individuum eſt*, quem ſequitur Curt. Iun. *d. conſi.* 29. *num.* 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

49 Sunt & qui dicunt, † tutorem dari poſſe ad unum actum, quando pater legitimus filii adminiſtrator recuſat adminiſtrare, ut tradit Iaſon *in l. bonorum, C. qui admitti ad bonor. poſſeſſ.* quem ſequitur Bart. *in l. impuberi, ff. de tut. & curat. dat. ab his, per text. in l. cum in una, §, tutor, ff. de appellat. & l. finali, §, ſin autem patre recuſante, C. de bon. quæ lib.* ex eo concludentes, tali caſu non eſſe permiſſum pupillo ſoli hæreditatem adire, quia militat eadem ratio, quod obligari non poſſit ſine tutore, *l. more, ff. de acq. hæred.* Sed major pars noſtrorum recipit ex *dict. l. finali, §, ſin. autem patre recuſante*, eo caſu ſolum pupillum poſſe adire, nec impedimento eſſe dicit, *l. cum in una, § Tutor, ff. de appell.* quia illa loquitur in pupillo, qui ſit ſui juris, non in eo, qui in poteſtate patris eſt, & ita cum communi concludit Dec. *dict. l. bonorum, in* 1, *lect. nu.* 2, *& in* 2, *lect. nu.* 12.

49 Poſtremò † ex lege Iulia de maritandis ordinibus tutor dari poteſt à Prætore urbis, mulieri, virginiúe tutorem non habenti, & quam ex hac lege nubere oportet ad dotem dandam, dicendam, promittendamúe, quod & poſtea Senatus Præſidibus in Provincia ſimiliter ex eadem cauſa permiſit, ut auctor eſt Vlpianus in Fragm. *tit. de tutel.* Quin & idem Vlpian. *lib.* 1, *de omnib. tribunal. in l. non tantum, ff. de tutor. & curat. datis ab his*, non tantum ad dotem dandam nupturæ curatorem dari oportere, verum etiam ei quoque, quæ iam nupta eſt: Sed & ad dotem augendam datur, & mutandæ quoque dotis gratia dari poteſt, ubi *tutoris* loco *curatoris* nomen ſuppoſitum invenitur in Pandectis noſtris, qua de re latè Vertranius Maurus, *de jure lib. cap.* 31.

Cap. XI.

Quibus verbis Tutores teſtamento dati vel ſcripti cenſeantur?

SUMMARIA.

1 *Varia forma dandi tutores.*
2 *Teſtator relinquendo liberos ſuos ſub poteſtate alicujus, an faciat eum tutorem?*
3 *Teſtator relinquens liberos ſub manibus alicujus, eum tutorem facere cenſetur.*
4 *Pater relinquens filium ſuum vivum & mortuum Titio, quid verba illa operentur.*
5 *Teſtator relinquens fillos ſub gubernio, regimine, adminiſtratione & cura alicujus, an cenſeatur tutorem conſtituiſſe?*
6 *Quid denotent verba illa*, ſi pater teſtamento dixerit, quod voluit liberos ſuos ali, ſive educari, ſive gubernari apud aliquem.
7 *Teſtator relinquens filium ſub cuſtodia matris, non cenſetur per ea verba tutricem conſtituiſſe.*
8 *Pater conſtituens aliquem omnium bonorum ſuorum adminiſtratorem, non videtur per hæc verba eum ſcripſiſſe tutorem filiis ſuis, Declara nu.* 9.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

10 *Teſtator relinquens curam filiorum matri, ſeu quod cum filiis moretur, an cenſeatur tutricem conſtituiſſe.*

11 *Communis opinio.*

EXpoſitio dandi tutoris teſtamentarii modo, conſequens eſt, ut ordine exequamur; *Quibus verbis teſtamento dati vel ſcripti cenſeantur.* Cujus rei inveſtigatio non ſolum utilis, ſed etiam neceſſaria erit. Nam ſi quis putans ſe teſtamento tutorem datum, tutelam adminiſtrare velit, forte agendo, à judicio repelletur, ſi tutor non fuerit; neque ſolutionem recipiendo debitores liberavit, ad extremum omnia per eum acta erunt nulla. Dari autem † conſue- 1
viſſe non ſemper una eademque verborum forma, ſed varia, facilè colligi poteſt *ex l. ſi quis ita, l. quæro, l. Tutoribus, ff. de teſtamen. tutel. & infinitis aliis legibus.* Et ſi, quando verba teſtamenti clara ſunt & aperta, ut in legibus ſupra citatis, nulla dubitatio erit: ſin autum minus clara & aperta, facilè ſuper iis diſputari continget. Quid ergo † ſi teſtator dicat ſe liberos ſuos telinquere ſub 2
poteſtate alicujus, dicemúſne per hæc verba talem ſcriptum eſſe tutorem omnino, & ita reſoluit Decius, *in c. ex parte, 2, de appellat.* & ante eum Bald. *ibidem*, & Præpoſitus Mediolan. *in 3, notab.* quos refert & ſequitur Nicolaus Boërius olim Præſes Burdeg. celeberrimus, *Deciſ.* 124, *num.* 6, Quo loco idem eſſe dicit, ſi teſtator dixerit, *ſe liberos relinquere ſub manibus alicujus*, cujus etiam † 3
opinionis eſt Jaſon *in l. manumiſſiones, ff. de iuſtit. & jure*, ubi dicit, ſe ita conſuluiſſe Mutinæ, & eam eſſe tutiorem & veriorem opinionem.

Quibus jure concinit, quod ſcribit Bartholomæus Socin. *in l. qui duos, ff. de reb. dub.* ubi dicit, ſe conſuluiſſe ſuper teſtamento, quo pater reliquerat filium ſuum vivum † & mortuum Titio, quod ſcilicet per verba, quibus relinquebat 4
vivum, cenſebatur illum reliquiſſe tutorem filio; per reliqua vero verba, illum filio impuberi ſubſtituere voluiſſe, *per cap. ſi pater, verb. moriatur, de teſtam. in 6*, & ita conſuluit *conſ. ſuo* 83. *lib.* 1.

Idemque multo magis dicendum erit, † quando teſtator dixit ſe liberos ſuos 5
relinquere *ſub gubernio, regimine, adminiſtratione & cura alicujus*, atque ita ſe ex Socin. in locis præallegatis, conſuluiſſe dicit Carolus Molin. ad Dec. *dict. c. ex parte*, quem ſequi videtur Caſtrenſ. *in l. ſi vir uxori, alias l. ſed ſi hoc, §. cum vir, ff. de cond. & demonſtr.*

Non idem juris erit, † ſi pater teſtamento ſuo dixerit, quod voluit liberos 6
ali ſive educari & gubernari apud aliquem. Neque enim verba æquipollentia ſunt, ac ſi diceret, *Tutorem filiis do.* Licet enim tutela principaliter reſpiciat perſonæ gubernationem, tamen reſpicit etiam nec minus principaliter bonorum adminiſtrationem, ut patet *in C. & ff. de admin. & peric. tut. & nos ſupra diximus*, & notum eſt nomen tutoris & tutelæ omnibus etiam idiotis, & ruſticis, quod teſtator facilè expreſiſſet & exprimere potuiſſet, & ita cum in facto incidiſſet ſpecies talis, reſpondit Corn. *conſ.* 280. *nu.* 1. 6. 7. *lib.* 1.

Quo etiam loco † idem Corn. *num.* 6. tradit, quod ſi pater reliquerit filium 7

 ſub

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

ſub cuſtodia matris, non cenſeri eum per hujuſmodi verba reliquiſſe tutricem, per gloſſam, quam dicit ab omnibus approbari, *in l. qui in aliena*, *§. quamquam*, *ff. de procurat.* quam ibidem nominatim approbant Bald. Ang. & Fulg. Idem Bald. *conſ.* 428, *lib.* 4, *idem conſ.* 294, *incipiente*, *cujus initium eſt*, *data particula libr.* 5. Aretin. *conſil.* 76. *viſo teſtamento*, Caſtrenſ. *in l. cum ita legatum*, *ff. de condit. & demonſtr.* Roman. *ſing.* 164, *committo.* Dec. *d. cap. ex parte*, *de appellat.* & nouiſſimè Boërius *d. Deciſ.* 124, *num.* 1, Marian. Soc. *conſ.* 85, *nu.* 26, *lib.* 3, & Chaſſan. *tit. des enfans*, § 4, *in verbis*, *ſi par lepere*, *num.* 4, *&c*.

8 Sed ſi pater aliquem † conſtituerit omnium bonorum ſuorum adminiſtratorem, non videtur per hæc verba eum & ſcripſiſſe tutorem filiis ſuis, ſed ſolum Procuratorem, etiamſi talis adminiſtratio data fuerit matri, quia & huic poteſt dari ſimplex adminiſtratio bonorum, ut eſt textus & ibi Bald. annotavit *in l. matri*, *C. ad Velleianum*, Boër. *d. deciſ.* 24, *nu.* 2, 3, *Neque enim*, inquit, *hæc verba ſunt ad tutelam congrua*, *ſed alterius ſollicitudinis expreſſiva*, *ſive declarativa*, *niſi tamen vel ex communi uſu loquendo*, *ea verba in matre latius interpretentur*, *vel ex ſequentibus*,
9 *vel præcedentib.* † *verbis teſtamenti*, *alijſue legitimis conjecturis mens alia teſtatoris declaretur.*

10 Tantundem † dicendum eſt, ſi pater filiarum ſuarum curam reliquit matri, & voluerit quod ea cum ipſis moraretur, ibique victum haberet & veſtitum, niſi alia verba proferantur, quæ ſonant eam fieri tutricem, ita Bart. *in d. l. qui aliena*, *§. quanquam*, *ff. de negot. geſt. & ibi* Odofred. Albericus, Angelus & alii, & inter alios Bald. & Fulgoſ. in terminis quos refert & ſequitur, dicens eſſe com-
11 munem, † Marian. Socin. *d. conſ.* 85, *num.* 26, *lib.* 3.

CAP. XII.

De datione tutoris, & an ea ſit favorabilis vel odioſa.

SUMMARIA.

1 *Datio tutelæ an ſit favorabilis*, *vel odioſa?*
2 *Tutor datus filiis*, *vel filiabus*, *an cenſeatur datus poſthumis.*
3 Filii *vel* filiæ *appellatione poſthumus continetur.*
4 *Ratio traditur*, *cur in datione tutelæ appellatione* filii *veniat poſthumus*, *& non in legatis.*
5 *Legatis relictis filiis*, *vel filiabus*, *non procedit in poſthumis*, *Declara num.* 6.
7 *Legatum relictum filiabus*, *an unica poſthuma debeatur?*
8 *Petri Rebuffi conſideratio de legatis filiabus relictis.*
9 *Extenſio an poſſit fieri de perſona ad perſonam*, *& quando?*
10 *Tutor datus tribus fratribus*, *indiviſum patrimonium habentibus*, *unam tutelam ſuſcepiſſe videtur.*

11 Lex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

11 *Lex vel Statutum loquens de filijs, etiam poſthumos includit.*
12 *Diſpoſitio nunquam trahitur ad ignorata.*
13 *Tutor datus filiis an datus videatur filiabus?*
14 *Maſculinum non concipere fœmininum, & an ſit perpetuum?*
15 *Magis communis opinio.*
16 *In teſtamentis an & quando larga interpretatio facienda, num. 17.*
18 *Tutor datus filio, cum plures haberet, an cenſeatur datus omnibus?*
19 *Singularis locutio uno contenta eſt.*
20 *Pomponius JC. 78. annos natus diſcendi cupiditate tenebatur.*
21 *Pater dans tutorem filiis, & unicum relinquens, ei quoque dediſſe cenſetur.*
22 *Pluralitas quandoque in ſingularitatem reſolvitur.*
23 *Tutorem dans filiis non cenſetur dediſſe ei, quem ignorabat ſe habere.*
24 *Generalis inſtitutio facta de filiis non extenditur ad filios, quos teſtator ignorabat ſe habere.*
25 *Clauſula Codicillaris, an ſuſtineat teſtamentum nullum, ex cauſſa præteritionis, quando poſthumus, vel alius filius eſt ignoranter præteritus.*
26 *Communis opinio.*
27 *Tutor datus filiis an cenſeatur datus nepotibus.*
28 Filiorum *appellatione in favorabilibus an nepotes contineantur.*
29 Filiorum *appellatione an nepotes contineantur in materia tutelari? Declara num. 30. 31.*
32 *Tutor datus liberis cenſetur quoque datus nepotibus.*
33 Liberorum *appellatione veniunt nepotes, pronepotes, caeteriq; ex his deſcendentes.*

NUnc ad interpretationem dationis tranſeamus. Et primum videamus, an ea debeat latè tanquam favorabilis interpretari, an verò ut odioſa ſtrictam interpretationem recipere? Et quia † inferius dicemus, tutelam ex parte pupilli eſſe favorabilem, reſpectu verò tutoris oneroſam, adeoque odioſam, ideo rectè tradunt Caſtrenſis & Alex. *in l. ſi quis ita, §. ſi quis cum ignoraret, ff. de teſtam. tut.* eam debere reſtringi, ne onus tutoribus impoſitum accipiat incrementum: & quia modicum fit præjudicium pupillis, quibus, mediante proviſione legis, facilimè de legitimo vel dativo provideri poterit, & ita tenet gloſſ. *in l. Gallus, §. inſtituens, ff. de lib. & poſthum.* Alex. *conſ. 9, num. 2, lib. 1.* 1

Quo conſtituto, videamus an datus filiis vel filiabus, cenſeatur etiam datus poſthumis? Quod † videtur; quia *filij vel filiæ* appellatione † etiam poſthumus 2
continetur, dicit Imper. *in §. ſi quis filiabus, Inſtit. qui teſtamen. tut. Ulpian. in l. ſi* 3
quis filiabus, cum l. ſeq. ff. de teſtamen. tut. l. qui quartam, l. qui filiabus, ff. de legat. 1. l. nomen filiarum, ff. de verb. ſignific. Et eſt ratio, † quia in hac diſpoſitione, quæ 4
fit ex officio, & quaſi debito patris, concurrit par affectio nati & naſcituri, quia fit ratione filiationis, ut tradit Zaſ. *in l. ſi quis filiabus, nu. 6. ff. de legat. 1.* & eadem eſt utilis poſthumis, nec hæreditati damnoſa. Alciat. *d. l. nomen.*

 Qua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Qua de cauſſa † in legatis filijs vel filiabus relictis hæc interpretatio non
procedit, quia in illis tantùm habetur ratio præſentis affectionis quæ non
æquè in naſcituris atque natis procedit. Idem Zaſ. *d. l. ſi quis filiabus*, Alex. *conſi.*
29. *nu.* 8. *lib.* 13. Hieronymus Gratus *conſi.* 5. *num.* 32. *idem conſil.* 18. *nu.* 19.
lib. 2. & latè probat Tiraq. *in. l. ſi vnquam, verbo, filios non habens, nu.* 1. *C. de
reuocand. donat.* & propterea multum grauant hæredem, quia veriſimiliter
teſtator non reliquiſſet tot legata, ſi de pluribus liberis cogitaſſet, quæ rationes
in datione tutelæ ceſſant. Angel. *in d. §. ſi quis, nu.* 4. Port. *num.* 6. Rub. *in d.*
6 *l. Gallus, §. quidam recte, num.* 98. *ff. de lib. & poſthum.* Si † tamen aliquo modo
conſtiterit, quod ventris non fuerit ignarus teſtator, vel etiam de futuris liberis
cogitauerit, vt quia in aliqua parte teſtamenti eorum mentionem fecerit,
etiam in legatis *filiorum* appellatione poſthumi continebunrur, *d. l. qui filiabus,
de leg.* 1. Ang. & Port. *d. loco*, & Alc *in d. l. nomen.* Præſes, *in loco, à vi numeri.*
7 Quod amplius, legatum relictum filiabus † etiam vnicæ poſthumæ deberi,
8 quamuis non ignorem † Petr. Rebuff. *in d. l. nomen*, aliter interpretari; etiam
poſthumis legata indiſtinctè deberi, ſiue non: *Quia*, in quit, *licet non veniant ex
diſpoſitione teſtatoris, tamen veniunt ex diſpoſitione legis.* Ex quibus Zaſ. *in l. ſi quis filiabus*,
infert, quod ſi pater aliquid aſſignauerit loco dotis filiabus, vel etiam eas
inſtituerit in legitima, ſub eadem aſſignatione vel inſtitutione, etiam contineri
poſthumos vel poſthumas, quia illa ſunt à patre & officio & debito patris,
de quorum agitur commodo; & teſtamentum, quod alioqui rumperetur,
valebit.

Sed obijcet fortè aliquis, quod ſi ita interpretamur in tutela, onus tutori
datum incrementum accipiet, contra ea quæ ſupra diximus: quia facilius
erit paucorum habere tutelam, quàm plurium, & ita magis grauabitur tutor,
ſi cogi poſſit ad ſuſcipiendam quoque poſthumorum tutelam. non aliter atque
diximus, hæredem magis grauatum eſſe, ſi legatum filijs relictum traheretur
ad poſthumos: atque tale incrementum (ſi tamen ita appellari poteſt) non
debet venire in conſiderationem, cum veniat ex veriſimili mente teſtatoris,
quod ſi de poſthumo cogitaſſet, vel de eo interrogatus fuiſſet. haud dubiè
idem ſtatuiſſet, quare hic caſus haberi debet pro expreſſo, vt eſt textus quem
ita ſummat Bart. *in l. Titius, §. Lucius, ff. de lib. & poſth.* & eſt gloſſ. ſingularis
in l. tale pactum, §. fin. de pactis, quam omnes Dd. approbant, teſte Afflicto, *deciſ.*
141. *num.* 1. Alex. *conſ.* 130. *num.* 4. *lib.* 2. *idem conſi.* 17. *nu.* 1. *lib.* 7. Bellon.
conſi. 9. *nu.* 15. quæ veriſimilis mens teſtatoris non concurrit in legato, iuxta
ea quæ ſupra diximus.

Nec ad rem pertinet, ſi dixerit aliquis hanc extenſionem ex veriſimili
9 mente fieri non debere, quando fieret extenſio de perſona † ad perſonam;
vt in propoſito fieret, vt pro regula tradit Aretin. *l. Gallus, §. & quid ſi tantum,
collat.* 3. *verſ.* 2. *aduerte, ff. de liberis & poſthumis*, quem communiter ſequuntur
alij præter vnicum Iaſonem, *conſil. centeſimo quinquageſimo quarto, libro ſecundo.*
Nam ea Aretini & communis regula non procedit, quando late ſumpto
vocabulo,

vocabulo, comprehenditur alia perſona, ut in caſu præſenti, etiamſi ſumus
in materia odioſa, per textum *in l. filium habeo, ff. ad Macedonianum.* Neque etiam
quando perſona, ad quam fit extenſio, non eſt omnino omiſſa, ſed in ea re-
peritur qualitas in perſona expreſſa, *dict. leg. tale pactum*, *§. finali*, *ff. de pactis.*
Et ita hanc regulam limitat Hieronymus Gratus, *conſ. 5. numer. 44. & ſequen-
tibus, libro ſecundo.*

Præterea, ſi in hac materia tutor ſimplicitir datus, etiam datus cenſetur
omnibus bonis ubicunque ſitis, atque etiam ad augmentum, ſi quod poſtea
acceſſerit, auctore Vlpiano, *in l. quoties*, *§. per contrarium*, *ff. de adminiſt. tut.*
non video quid excuſationis tutor adferre poſſit, quo ſe excuſet à tutela per-
ſonarum teſtatori poſt accedentium, & ejus familiam augentium. Neque enim
fratres conſortes plurium loco habendi ſunt, neque non fratres, ſi idem pa-
trimonium poſſideant; & ratio adminiſtrationis pariter reddenda ſit: & ex
diverſo fratres diviſo patrimonio duæ tutelæ ſunt, non enim, ut dixi, nume-
rus pupillorum, ſed patrimoniorum ſeparatio & difficultas rationum confi-
ciendarum & reddendarum conſideranda eſt. Et ideo, qui tribus fratribus
tutor datus eſt, qui indiviſum patrimonium habent, unam tutelam ‡ ſuſce- 10
piſſe videtur, teſtibus Ulpiano, *in l. tria onera*, & Paulo, *in l. ſi is qui tres*, *§.
cæterum*, *ff. de excuſat. tutor.* de quo pòſt ſuo loco latius dicemus.

Pari ratione, quia ſtatuta comparantur ultimis voluntatibus, eorumque
naturam ſequantur, & ab illis interpretationem quoque mutuantur, *ut not. in
l. 1. per gloſſ. & Dd. C. de his quib. ut indig. Tiraq. latè ad fin. tit. retract. lig. num. 3*,
Iaſon *conſ. 149, num. 4, verſ. 1, dubitatio, lib. 2*, reſpondit, quod ſi lex vel ſtatu-
tum aliquo caſu providerit liberis in alicujus poteſtate conſtitutis, etiam pro-
viſum cenſeri poſthumis, qui ‡ tamen non poſſunt dici unquam in poteſtate 11
fuiſſe, *per l. final. C. de collat. bonorum*, ut quibus verba legis, vel ſtatuti nullo
modo conveniunt: *Quia*, inquit, *licet verba non conveniant; tamen mens & cauſa
finalis conveniunt, & veriſimiliter ſtatuentes idem ſtatuiſſent, ſi de eo interrogati fuiſſent.*
Ergo haberi debet pro ſtatuto, *per dict. gloſſ. l. tale pactum*, *ff. de pact.* quo loco &
alia allegat ad ejus ſuæ ſententiæ confirmationem. Idemque putat Baldus,
conſ. 472. illa verba, libr. 5. dicendum, ſi dederit filiis, qui tutoribus indigent.
De quo tamen dubitat Rebuff. *d l. nomen.* Si tamen certum ſit, teſtatorem
de poſthumo non cogitaſſe. quia forte putabat uxorem ſterilem eſſe, ceſſà-
bit in eius perſona non tantum legatum, ſed etiam tutoris datio, quia cum
is ſit patri, re & ſpe incognitus, non poterit patris diſpoſitio eum complecti,
ut tradit Angel. *in d. §. ſi quis, nu. 4. per l. si quis ita, §. penult. ff. de teſtam. tutel.* &
Zaſius *in dict. l. si quis finalibus, num. 10. 11. ff. de legat. 1.* & hoc generale eſt,
† & prope perpetuum, ut diſpoſitio nunquam trahatur ad ignorata, *l. cum* 12
*Aquiliana, ff. de tranſact. l. tres fratres, ff. de pactis, l. mater, ff. de inofficioſo teſtamen.
l. legitimum, ff. de petit. heredit.*

Rurſus † videamus, ſi pater filiis providerit de tutore, an continebuntur 13
filiæ? de quo dubitari poſſet, quia cum ſit verbum Maſculinum non com-

mune

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

mune, Fœminam non † comprehendit ex vi verborum, *l. inſta interpretatione, l. pronũtitiatio, verb. porrigitur, ff. de verb ſignific. & tradit Alber in 2. part. ſtatut. q.* 107. *Alex. conſ.* 61. *nu.* 1. *lib.* 1. Dec. *conſ.* 171. *num.* 4. & ſi dubium eſſet, adhuc contra eas eſſet datio interpretanda, per regulam *l. veteribus, ff. de pactis,* Decius *conſ.* 41. *in prin. & in cap. in præſentia, nu.* 46. *ff. de probat.* Iaſon *conſ.* 39. *lib.* 1. quam regulam receptiſſimam eſſe dicit Zaſius, *conſ.* 14. *nu.* 36. 37. *lib.* 1. Sed contrarium verius eſt, cùm habeamus textum expreſſum *in l. ſi quis ita, ff. de teſtam. tutel.* Ergo nulla dubitato. Neque cuiquam ſcrupulum inijcere debent ſuperius obiecta argumenta: Prius enim argumentum valde leue eſt. Demus enim eam regulam communiter eſſe receptam, & regulariter veram, vt affirmat Tiraq. *de retract. lig.* §. 1. *gloſſ.* 9. *num.* 178. *& ſeb.* & ante eum Mol. §. 12. *nu.* 2. & nouiſſimè Mantica, *de coniect. vlt. volunt. lib.* 6. *cap.* 7. *num.* 18. hi tamen fatentur eam eſſe multum controuerſam, adeo vt non deſint, qui intrepidè aſſerant, contrariam eſſe veriorem & magis communem, † vt Mo-
15 lin. *d.* §. 12. Arius Pinel. *d. l. num.* 23. & alij per eum allegati, quod & plerique alij faciunt, qui & vno ore reſoluũt, priorem comunem non procedere in vltima voluntate, adeoque in hac teſtamentaria tutela. Alex. *conſ.* 61. *num.* 2. *verſ. non obſtat. lib.* 1. Tiraq. *d. gloſſ.* 9. *num.* 219. & Molin. *d.* §. 12. *nu.* 4. Decius *conſ.* 236. *num.* 5. Iaſon *conſ.* 140. *libr.* 2. *per d. l. ſi quis ita, ff. de teſtam. tutel. l. ſi ita ſcriptum ſit, ff. de ligat.* 2. Id quod ea ratione factum interpretandum, quod in teſtamentis larga ſit interpretatio facienda, *l. in teſtamentis, ff. de reg.*
16 *iur. l. plenum, §. ſed ſi pecoris, ff. de vſu & habit. Quia,* inquit Vlpianus, *in l. ſi ſponſus, §. ſi quis rogatus, ff. de donat. inter vir. & vxor. ſæpe credimus defunctum aliquid voluiſſe, & tamen non rogaſſe,* quod tamen non placet Molin. *d.* §. 12. Siqidem is putat, eam regulam non procedere, niſi in inſtitutione hæredis quando agitur de conſeruando, vel rumpendo teſtamento, quia tunc agitur de intereſſe publico, & ideo in dubio pro eo eſt indicandum, neq; contra illud admittenda aliqua ſubtilitas; non verò in legatis particularibus, in quibus ſtricta interpretatio eſt facienda, vt minimum debeatur, & vt minus grauetur hæres. Quod quidem regulariter verum eſt, vt latè tradit Dec. *conſ.* 289. *nu.* 2. *idem Dec. d. l. in teſtamentis.* Soc. Iun. *conſ.* 9. *nu.* 4. *lib.* 1. & nouiſſimè Aymo *conſ.* 297. *in princ. verſ.*
17 3. *videtur.* non tamen procedit, † quando qualitas perſonæ teſtatoris aliam interpretaionem ſuadet: Dec. *conſ.* 289. *nu,* 2. *verſ.* 9. maxim ſi concurrat qualitas legati & legatarij, puta coniunctæ perſonæ, vt eſt filius, vel filia, quo caſu lata interpretatio facienda eſt *ut eſt text. in l. Aurelius, §, Titius teſtamento, ff, de liber. leg.* Dec. *conſ.* 69. *nu.* 4. *verſ. confirmatur hoc idem, conſ.* 289. *num.* 2. *verſ.* 8. *& conſ.* 92. *circa ſi.* Quo loco licet id controvertat & dicat, *d, l, Aurelius,* tantum loqui in patre cui liberatio relicta erat à filio, tamen idem Decius in alijs conſilijs ſuperius allegatis tradit, hoc procedere in omni legato, relicto coniunctæ perſonæ, quem ſequitur Aym. *conſi.* 297. *numer,* 1, etiamſi teſtamento grauati ſint æquè coniuncti teſtatori: tamen probatur, quod ad legatarios majorem habuerit affectionem, vel alio modo, Aym. *d. conſ.* 297. *n.* 2, 3, 6, & 7.
verſ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

verſ. poſtremo. Quare ratio communis per Alexand. adducta, *d. conſ.* 61. *lib.* 1. non omnino impertinens videtur, licet in hac materia non plenè concludat, niſi communem ſequamur, quæ tamen & mihi erronea videtur in materia indifferenti, etiam in contractibus, ut bene declaravit Molin. *d.* §, 12. Tiraq. *d. gl.* 9. Arius Pinel. *in dict. leg.* 3. & alij per eos laudati. Si tamen patris diſpoſitio de filiis tantùm loqueretur, ad filias non deberet porrigi, juxta ea quæ tradit Dec. *conſ.* 318, *in prin. & nu.* 1. Guald. *de ſubſtitut. cautel.* 17, *num.* 3, neque etiam quando ſumis in materia differenti quo ad tutelas, vel ex ſtatuto, vel ex mente teſtatoris. Decius in ſimili, *conſ.* 15, *nu.* 4, *&* 5, *verſ. ſecus videtur,* Alex. *conſ.* 52, *nu.* 7, 8, 9, 35, 36. *lib.* 4, *Idem* 38. *lib.* 6. Tiraq. *d. glo.* 9. *num.* 195.

Nunc explorandum an datio facta filio, cùm plures quis habeat, etiam omnes alios comprehendat. Et prima † facie quilibet diceret alios non contineri, cum ſingularis locutio regulariter uno ſit contenta, & plures abhorreat: 18
† & ratio, quia verba ſunt intelligenda, ut ſaluetur ratio recti ſermonis, quæ 19
non ſervabitur, ſi dationem tutoris à patre filio factam volumus porrigere etiam ad alios filios, quos idem pater habebat ejuſdem dationis tempore, juxta ea, quæ tradit Nicol. Euer. Præſes meritiſſimus, in loc. ſuis legalibus, *loco, à vi numeri.* Quare † non ſine cauſſa Pomponius unus ex præcipuis noſtris 20
Iuriſconſultis (qui adeo ſtudioſus fuit, ut annos octo & ſeptuaginta natus diceret, ſe adhuc diſcendi cupiditate teneri, ut ipſe refert *in l. apud Julianum, C. de fideicom. libert.*) dubitaſſe dicitur, ut idem ſæpe aliàs. Sed quia naturalis ratio dictat, patrem omnib. liberis ſuis providere, idque etiam certo judicio, §. *Tutor autem, Inſtit. de legat.* hac naturali ratione attenta, potius quam ſingulari locutione & ſubtili juris regula, magis eſſe viſum fuit, ut omnibus datus videretur, auctore Ulpiano *lib.* 39, *ad Sabinum, in l. ſi quis ita, ff. de teſtam. tutel.* quia mens arguit & verba patiuntur, diſpoſitum in uno ad alios extendi, ut eſt in ſimili text. *in l. ſi ita ſcriptum ff. de lib. & poſthum. l. ab omnib. in princ. ff. de legat.* 1, & alioqui æquitas ſuggerit, conſulitur poſteritati teſtatoris, & ejus veriſimili menti.

Idemque † è diverſo deciſum eſt, quando pater tutorem dedit filiis, & uni- 21
cum tantum reliquit, ut eo caſu ſcilicet pluralis † locutio reſolvatur in ſingula- 22
ritatem, licet proprietas verborum (à qua tamen in dubio recedendum non eſt, *l. non aliter, ff. de legat.* 3.) repugnet. Quia eadem ratio naturalis eſt in uno, quæ eſt in pluraribus: ac propterea ea pluralitas diverſos reſpicit effectus, quibus traditum eſt, pluralitatem reſolvi in ſingularitatem, etiam in his, quæ ſunt ſtricti juris, atque etiam pœnalibus, nedum in diſpoſitione patris inter liberos, & in eorum favorem, ut latè tradit Decius, *conſ.* 47, *num.* 9, Idem *in terminis noſtris, conſ.* 50. *per totum, idem conſ.* 484. *nu.* 4, *in materia ſtatuti, & de eodem ſtatuto, conſ.* 627, *num.* 6, 7. Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo, ſuſceperit liberos,. nu.* 247, *& ſeq. uſque ad num.* 261, quo loco adducit multa ſimilia exempla, poſt Alex. *conſ.* 109, *num.* 6, *uſque* 14, *lib.* 7. idem Tiraq. *de retract. lig.* §. 1. *glo.* 21, *num.* 8. Hippolytus Riminaldus, *Rubr. Inſtitut. Quibus alienare licet, num.* 14, *& ſeq.* Rolandus à Valle, *de lucro dotis, q.* 55. *num.* 7, *&* 10.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

23 Quid item, ſi quis filiis ſuis ‡ dedit, ignorabat autem ſe habere filium Titium, vel certus fuit eum deceſſiſſe, qui tamen ſupererat, an & huic dediſſe cenſeatur? Quod non puto, ſed ceſſare in eo dationem, licet nomen *filiorum*, tales admittat. Nec enim veriſimile eſt, patrem ei dare voluiſſe, quem ignorabat, vel quem obijſſe credebat, dicit Ulpianus, *in d. l. ſi quis ita, ff. de teſtam. tutel.* de qua ne in genere quidem teſtator potuit cogitare, & facit vulgaris Theorica: quod generalis diſpoſitio nunquam referatur ad ignorata, *l. tres fratres, ff. de pactis, l. qui cum tutorib. in fi. l. cum Aquiliana, ff. de tranſactio. & tradunt omnes, in l. ſi de certa, Cod. de tranſactionibus.*

Cui adfine eſt, quod ſcribit Alexan. & communiter ſequuntur alii, *in l. ſicut certi, C. de teſtam. milit.* quod licet jura multum faveant teſtamentis militum, *l. ff. de teſtam. milit.* adeo ut præteritio ipſorum habeatur pro exhæredatione, & eorum ultimæ voluntates, ſive ſuprema judicia ſuſtineantur, tamen præteritionem militis non comprehendere filium, quem ipſe ignorabat ſe habere, ut ille videatur exhæres factus, *d. l. ſicut certi, & l. ſi cum vel in utero, C. de teſta. milit.* quo loco gloſſa communiter approbata dicit, quod generalis inſti-
24 tutio facta de filiis non extendatur † ad filios, quos teſtator ignorabat ſe habēre, quem ſequuntur communiter Dd. *in l. Titius, C. de lib & poſthum.*

25 Sed & huc commodè † referri poteſt, quod tradit Bart. *in l. 1. ff. de Jure Codicill.* clauſulam Codicillarem non ſuſtinere teſtamentum nullum ex cauſa præteritionis, ita ut hæres, qui ſuccedit ab inteſtato, cenſeatur rogatus reſtituere hæreditatem per fideicommiſſum hæredi ſcripto, quando poſthumus, vel alius filius eſt ignoranter præteritus, Quo caſu hæc clauſula nihil operabitur, & eam hodie eſſe communem fatetur Carolus Molinæus ad Alexand. *conſi.* 26. *num.* 5. *lib.* 1. *idem conſ.* 41. *num.* 6. *verſ. non obſtat, eodem libro*, & nouiſſimè Iulius
26 Clarus, *de teſtam. quæſt.* 46. ubi † & hujus & alterius opiniones multas recenſet, & nos in tractatu noſtro teſtamentorum latius diſcuſſimus

27 Illud etiam † dubitationem recipit, an tutor datus filiis cenſeatur etiam datus nepotibus? Quod videtur dicendum, quia filius ab amore dictus eſt, qua ratione multi exiſtimant nepotes filios vocari, cum plerumque videamus, a-
28 vum non minus hos, atque proprios filios amare, & certum † ſit, appellatione *filiorum* in ultimis voluntatibus favorabilibus contineri nepotes, ex præſumpta mente teſtatoris. Bart. *in l. liberorum, ff. de verb. ſignificat.* quem referunt & ſequuntur Alexand. *conſil.* 1. *num.* 4, *lib.* 1. *Idem conſ.* 5, *num.* 26, & 7. *lib.* 3, Dec. *conſ.* 95, *nu.* 5, & 7. Socin. Iun. *conſ.* 43. *nu.* 8. *lib.* 4. Verùm ſatis conſtanter decreverunt veteres ceſſare hanc dationem in perſonis nepotum, cum regulam habeamus, *filiorum* appellatione nepotes non contineri, ſed tantum primi
29 gradus † filios ex eius propria ſignificatione, idque etiam in hac materia tutelari, *in l. quid ſi nepotes, ff. de teſtam. tutel. & §. fin. Inſtit. qui teſtamen. tut.* Et eam communem eſſe in omni ferè materia, tradit Curtius Iunior, *conſ.* 57. *nu.* 6. Alex. *conſ.* 125, *nu.* 12, *lib.* 5. Andr. Alc. *in l. filii, de verb. ſignificat.* Zaſ. *conſ.* 7. *num.* 4. & 5. *lib.* 1. Nec quidquam contra faciunt ea, quæ ſupra diximus, quod in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

in favorabilibus, ultimis voluntatibus, *filiorum* appellatio porrigatur ad nepotes. Hoc enim verum eſt, quoties principaliter agitur de favore nepotum, & ea diſpoſitio non eſt alteri oneroſa, ut eſt tutela, quæ licet pupillis favorabilis ſit, tamen reſpectu tutorum oneroſa eſt omnino: quare ejus datio latè interpretari non debet, ut *filiorum* appellatione contineantur nepotes, quibus nec per hoc multum incommodi oritur, cum his facilè per Iudicem de alio tutore provideri poſſit. Alex. *conſ.* 9. *num.* 2, *verſ. nec obſtat, lib.* 1, *idem conſ.* 5, *nu.* 10, *lib.* 3, *idem conſ.* 26, *num.* 6, *&* 7, *lib.* 3, Dec. *conſ.* 97, *nu.* 7, *&* 9. Dicit communem *idem conſ.* 545, *nu.* 10, *& conſ.* 593, *num.* 5. Curt Iun. *conſ.* 111, *num.* 2, communem dicit Alciat. *l. liberorum, ff. de verb. ſignific.* Et hæc quidem † regulariter procedunt 30
& locum habent, etiamſi filiis non fuerint dati nominatim, ſive propriis eorum nominibus expreſſis, aut alio ſimili modo, puta, per verba, ut noſtri dicunt, arctativa, non convenientia nepotibus, de quib. Alex. *conſ.* 204, *nu.* 4. *lib.* 2, *idem conſ.* 4, *n.* 7, *lib.* 4, Bald. *conſ.* 302 *lib*, 4. Dec. *conſ.* 355, *n.* 5, Zaſ. *conſ.* 7. *lib.* 1, *ferè per totum* Aymo, *conſ.* 98. Hieron. Zanch. *in repet. §. cum ita, l. hæredes mei, n.* 237, *ff. ad Treb.* & nouiſſimè Rol. à Vall. *in tract. de lucro dotis, q.* 56. Cæterum ſi talis ſit nepos, quem teſtator ſolebat tractare ut filium, & ita nominare: ad eum, non 31
dubito, quin ‡ talis datio extendi debeat, juxta notata Bart. *in l. alimenta, ff. de aliment. legat.* quem refert & ſequitur Zaſ. *conſ.* 7, *circa fin. lib.* 1. & ante eum Romanus *in repetit. l. ſi vero, §. de viro, ff. ſolut. matr.* & noviſſimè Andr. Tiraq. *in tract. de pœnis, cauſa* 22, *nu.* 22.

Quæ † cum ita ſe habeant, jam facile intelligimus dationem liberis factam, 32
multo magis ad nepotes extendi debere: latior enim eſt liberorum ſignificatio quam filiorum, ut quæ comprehendat nepotes, pronepotes, cæteroſq;, qui 33
† ex his deinceps deſcendunt, *l. liberorum, ff. de verb. ſignifi. & ibidem Alex. idem Alex. conſ.* 1, *num.* 36, *lib.* 1. *Bald. in l.* 1. *C. de conditionib. incertis*, ut nos latius dicemus aliquando, Deo dante, *in tract. de verb. ſignfic.* & eſt text. *in terminis noſtris, in §. ſi quis filiabus, Inſtit. Qui teſtam. tut. l. quid ſi nepotes, ff. de teſtamen. tutelæ.*

Cap. XIII.

Quo ordine Tutela deferatur.

SUMMARIA.

1 *Tutor teſtamentarius legitimo & dativo præfertur.*
2 *Cauſa teſtati facit ceſſare cauſam inteſtati.*
3 *Teſtamentaria tutela cæteris dignior.*
4 *Tutor teſtamentarius non ſatiſdat, ſecùs in legitimo atque dativo.*
5 *Tutor datus in teſtamento minus ſolemni, à Prætore confirmatus, præfertur legitimo & dativo.*
6 *Tutor teſtamentarius præfertur fratri puberi impuberis.*

7 *Tutor teſtamentarius præfertur matri.*
8 *Mater non admittitur donec ſpes eſt tutelæ teſtamentariæ.*
9 *Datis pluribus tutoribus teſtamentariis, ſi unus decedat, vel excuſet, vel ex cauſa remotus ſit, quamdiu unus ſupereſt, non admittitur legitimus.*
10 *Declaratio regulæ.*
11 *Pendente aditione hæreditatis, poteſt dari pupillo tutor temporarius.*
12 *Tutor teſtamentarius licet excludat tutorem legitimum, non tamen legitimum adminiſtratorem, ut eſt pater.*

1 NVnc explorandum † an teſtamentarius aliis, tam legitimis, quam dativis præferatur, de quo habemus regulam: Eum his præferri, *l. si tutor. §. si duobus, ff. de tutelis, & rat. diſtrah. l. inteſtato, ff. de legit. tutel. & inſtit. tit. de legit. agnat. tutel. in princ.* Nec id quidem abs re: quia tutela legitima non defertur, donec locus eſt teſtamentariæ, vel ea ſperatur, *l. si quis ſub conditione, ff. de teſtam. tutel,* & regulatur ad inſtar hæreditatis, quæ ab inteſtato non defertur, donec eſt lo-
2 cus, vel eſſe poteſt ex teſtamento, † quod facit ceſſare cauſa inteſtati, *l. ante-*
3 *quam, C. communia de ſucceſſ. l. quamdiu, ff. de acquir. hæred.* Qua de cauſa † eadem teſtamentaria tutela cæteris dignior dicitur, & ita datus ſatisdationi non eſt
4 ſubjiciendus, contra atque dativus, vel legitimus, ‡ qui ſatisdare tenentur, *l. ſi nemo, ff. de teſtamen. tutel. & ibi latè gloſſ. & Dd. & Inſtit. eod. in princip.* ubi gloſſa etiam extendit ad teſtamento datum, & à Iudice confirmatum, de qua infra latius. Cuius regulæ non obſcura eſt ratio, quod fides eorum & diligentia à teſtatore approbata eſt, idque in ſpecie, cum legitimi fides tantum à lege ſit in genere probata, *ut dicit Port. Inſtit. de legit. agnat. tutel. in princip. & ibidem Apoſtilla ad eundem Angel. num.* 1. Marian. Socin. *conſ.* 85. *num.* 13. 31. *lib.* 3.

Idque adeo obtinet, etiamſi datus eſt in teſtamento minus ſolemni, tamen à
5 Prætore confirmatus eſt, ut tenet Bart. *in l. neque, per illum text. C de confirm. tut.* & ibidem quoque Salic. quos & plures alios refert & ſequitur Alex. *conſ.* 140. *num.* 4, *lib.* 1. dicens, eam eſſe receptiſſimam, ſequitur Port. *in §. permiſſum, num.*
6 5. *Inſtit. de tutel.* reprobata gloſſa *in l.* 2. *C. de confir. tut.* Idem & fratrem puberem impuberis excludit ex reſcripto Imper. Alexand. *l. ſi tutores, C. de teſtamen.*
7 *tut.* quod novum videri non debet, † cum & is matri præferatur. Philip. Corn. *conſ.* 168, *n.* 12, *lib.* 3. etiamſi datus ſit in teſtamento minus ſolemni, tamen à Iudice confirmatus, quia, ut inquit Alex. *conſ.* 140. *num.* 4, & 6. *lib.* 1. ea nunquam admittitur contra voluntatem patris; quem ſequitur Marian. *d. conſ.* 85, *nu.* 13, *libr.* 3.

8 Quin † nec eadem admittitur, donec ſpes eſt tutelæ teſtamentariæ, *d. l. ſi quis ſub conditione, ff. de teſtam. tut.* ut tradit Port. *Inſtit. de tut. num.* 7. *verſ. dicunt aliqui, & tit. Qui teſtamen. tutores dari poſſunt, in princ. num.* 9. *Mar. Socin. d. conſ.* 85, *nu.* 31.

Hoc amplius, ſi unus ex pluribus teſtamentariis deceſſerit, vel ſeſe excuſarit, vel ex cauſa remotus fuerit, quamdiu unus ſupereſt, non admittitur in locum defuncti excuſati, vel remoti legitimus, niſi omnibus defunctis: ſed alius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

alius † à Iudice datur, *per d. l. ſi quis ſub conditione, §. final. ff. de teſtam. tutel.* ſive 9
tales decedant vivo teſtatore, vel eo mortuo, *l. inteſtato, ff. de legit. tut. §. quid autem, Inſtit. eodem.*

Hæc tamen regula non in omnibus vera eſt. Si enim nullus ex eo teſtamento, quo tutor datus eſt, hæres extiterit vel hæreditas nondum adita fuerit, ex
quo tutor ſperatur; verius eſt, † inquit Vlpianus, alium tutorem dari poſſe, 10
quaſi nondum ſit, nec ſperetur, *l. ſi hæreditas, ff. de teſtam. tutel.* ſed is tempora- 11
rius tutor erit, quia ſtatim atque hæres ſcriptus exſtiterit, deſinit eſſe tutor, *§. ſed etſi, Inſtit. de Attil. tut.*

Neque etiam † teſtamentarius, licet legitimum tutorem excludat, admini- 12
ſtratori legitimo præfertur, ut eſt pater, *l. 1. C. de bon. mater. & tradit Port. in d. §. permiſſum, & ibi Apoſtilla, nu. 4.*

CAP. XIIII.

Quis faciat legitimum tutorem.

SUMMARIA.

1 *Legitimum tutorem nemo conſtituit, ſed eum lex facit.*

2 *Tutor non poteſt dari à Judice, qui habitat extra juriſdictionem dantis.*

3 *Judex ſecularis an poſſit cogere clericum ad ſuſcipiendam legitimam tutelam.*

4 *Inteſtatus decedens an cenſeatur tacite vocare venientes ab inteſtato ad legitimam ejus hæreditatem.*

5 *Communis opinio.*

6 *Legitima tutela licet à lege deferatur, tamen eius exercitium ſive adminiſtrandi facultas legitimo tutori non competit, niſi ei à Judice decernatur.*

7 *Mater vel avia tutrix legitima, non habet exercitium, niſi tutela fuerit decreta.*

8 *Decretum Judicis non requiritur in tempore perituris, vel dilationem non admittentibus.*

9 *De jure veteri, proximioribus inidoneis exiſtentibus, dabant Conſules alium tutorem ex agnatis idoneum, ex lege Claudia.*

10 Extra ordinem fieri *verba quid denotent.*

11 *Apud Gallos omnis tutela eſt Dativa.*

12 *Minor ſeptennio in ius vocari non poteſt, ut legitimè compareat, ſed vel tutor, ſi quem habet, citari debet, vel eo deficiente, citandi ſunt proximiores agnati, & cognati infantis.*

13 *Proximiores ad legitimam tutelam non admittuntur, niſi cum decreto Judicis.*

HActenus de teſtamentaria tutela, nunc de legitima agamus. Et quia ſupra diximus ſummatim, quare ita dicta ſit, & quibus ea deferatur, † ſtatuenda 1
eſt hoc loco inprimis regula; *Legitimum tutorem neminem dare, ſive conſtituere, ſed*

ſed eum legem facere, auct. Ulpian, *in l. legitimos, ff. de legit. tut. Cornæus conſ.* 164. *num.* 2. *&* 3. *lib.* 4. *Alex. conſ.* 161. *num* 7. *lib.* 5. Ex eo inferens † à Iudice non
2 poſſe dari tutorem habitantem extra iuriſdictionem Iudicis dantis, ſed legitimum vbique à lege dari: *Quia*, inquit, *lex vbique poteſtatem ſuam exercet, per l. finalem, C. de præſcript. long. temp. & ea quæ notant. in l. ex ea, ff. de poſtulando.* Fx quo infert Steph. Aufrer. Gallus, Senator olim Tholoſanus, & inter Gallos pragmaticos facilè Princeps, *in repet. Clement.* 1. *de Offic. ord. reg.* 2. *fall.* 38. *num.*
3 28. Iudicem ſecularem.† poſſe cogere clericos ad eam ſuſcipiendam, quo tamen jure non utimur.

Sed aduerſus hanc regulam acerrimè vrget alia iuris Theorica, quod inteſtatus decedens videatur tacitè vocare venientes ab inteſtato ad legitimam
4 †eius hæreditatem: ergo & per conſequentias ad tutelam, *l. ſi quis, l. conficiuntur,*
5 *ff. de iur codicill.* quam † communem eſſe dicit Curt. Iun. *conſ.* 4. *num.* 8. Aymo *conſi.* 176. *in fin.* & nouiſſimè Arius Pinel. ſupremi prætorij olim Senator, *in* 1. *par. l.* 1. *nu.* 73. *C. de bonis mater.* cum & talis credatur ſponte ſua de bonis ſuis diſponere. *d. l. conficiuntur, Cagnol. rubrica, C. quando non petent. part. n.* 16. *& poſt eum Hieron. Zanch. d. §. cum ita, legis hæredes mei, nu.* 709. *ff. ad Treb.* Verum hoc difficiles explicatus non habet, quia licet talis inteſtatus decedens cenſeatur velle vocare hæredes ſuos proximiores ab inteſtato: ea voluntas non eſt diſpoſitiua, ſed tantun permiſſiua. atq; ideo talis ſuccedens non dicitur habere tit. à defuncto, ſed à lege, *vt rectè reſpondit Alex. conſ.* 44. *in fin. lib.* 5. *per not. gloſſ. in l. Lacius* 2. *ff. de hered. inſtit. ſequitur Ioan. de Garon. in Authen. ex teſtamento, nu.* 7. *&* 8. *C. de ſecund. nupt.*

6 Et licet † tutela ipſa à lege deferatur, tamen eius exercitium, ſiue adminiſtrandi facultas, legitimo tutori non competit, niſi ei à Iudice illa decernatur; Corn. *d. conſ.* 164. *num.* 3 *libr.* 4. *per l. fin. C. arbit. tutel.* Etiamſi mater vel
7 auia tutrix fuerit, teſte eodem Corn· *d. conſi.* 164. *num.* 4. Quod † tamen decretum non exigimus, quo ad tempore peritura, & dilationem non admit-
8 tentia, † vt reſpondit idem Corn. *d. conſi.* 164. *num.* 4. & nos infrà latius.

9 Non procedit etiam dicta regula † jure veteri, quo proximioribus inidoneis exiſtentibus, ex Lege Claudia, Conſules alium ex agnatis idoneum ſubroga-
10 bant, quod dicebatur fieri extra ordinem, ut benè † declarat Ræuard, *Varior.* 1. *cap.* 10. quamuis alij aliter interpretentur eadem verba. Verum hodie manente inidoneo, relinquitur adminiſtratio apud alium idoneum, ut eſt apud Caium *lib.* 3. *ad edictum provinciale in l. ſæpe. ff. de curat. furioſi.*

11 Neque etiam † locum habet eadem regula ex conſuetudine Galliæ, qua omnis omnino tutela eſt dativa potius, quam legitima. Nam, ut legitimi, aut teſtamentarij tutores etiam ſint, debent poſtulante juriſdictionis (in cujus territorio defunctus pupilli pater mortis tempore domicilium habebat) procuratore, vel alio quopiam impulſore, in jus vocari ad ejuſdem juriſdictionis Iudicem agnati & cognati, vicini, vel affines pupilli, ut ad nominandum & eligendum pupillo tutorem accedant, qui ea nominatione & electione facta decernet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

decernet, & pronuntiabit eum, ad quem ea res pertinebit, ſatiſdationemq́ue ab eo exiget, una cum jureiurando rectè beneq́ue res pupilli adminiſtratum iri, ita tamen: ut ſi agnati, quibus defertur hæreditas, cum aliis nominatis concurrant, ſeq́ue illis anteponi contendant, ſint omnino, ſi idonei fuerint, præferendi aliis nominatis, quoniam non ideo conſanguinei tutores deſinunt eſſe legitimi, quod à Iudice dentur, ſiquidem legitimis etiam debet à Iudice decerni tutela, ut tradit Bart. *in l. legitimos, ff. de legit. tut.* Et de ea conſuetudine latè Ioannes Imbertus in ſuo Enchirid. *in verb. tutela, in princ. & verſ. ſanè dativa,* quare hæc tertia limitatio propriè limitatio non eſt. NEQVE ENIM, inquit idem Imbertus, *tam late accipienda eſt legum abrogatio, ut ſtatim ob uſum quendam, qui etiam ex legibus proficiſcitur, ab illis omnino deſciſcere operteat,* cum & jura noſtra eandem convocationem ferè requirant, & Iudici ſuadeant convocatorum judicium in deligendo tutore ſequi, ut eſt videre apud Corn. *conſ.* 163. *num.* 8. *&* 9. *libr.* 4.

Cui non abſimile eſt, quod Vlpian. ſcribit *in leg. hæc autem. §. non defendi ff. ex quib. cauſis in poſſeſſ.* Prætorem non debere permittere bonorum poſſeſſionem contra pupillum, niſi ei liqueat pupillum non defendi. Hoc autem conſtare debere ſic, ut evocentur ad Prætorem tutores pupilli, ut defendant: ſin autem eos non habeat, requirendos eſſe cognatos, & adfines, omneſq́ue alios, quos veriſimile eſt defenſionem ejus non omiſſuros, vel propter neceſſitudinem, vel propter charitatem, vel qua alia ratione.

Ex qua † lege inferunt omnes, minorem ſeptennio in ius vocari non poſſe, 12
ut legitimè compareat, ſed vel tutorem, ſi quem habet, citari debere, vel, eo deficiente, citandos eſſe proximiores agnatos & cognatos infantis, ut notat Alex. *in l. neque impuberes, ff. de in ius vocand. & in l. contra pupillum, ff. de re jud. Bald. conſil.* 340, *cujus exordium eſt, Tria ſunt, in fine, lib.* 2, quos refert & ſequitur Matth. de Afflict. *deciſ. Neapolitan.* 262, *num.* 1. *&* 2, & Aym. *conſ.* 2, 5, *num.* 1, & 2. quo loco dicit ſimile obſervari, quando curator datur bonis abſentis, per notata Alex. *conſ.* 107. *lib.* 5. de quo nos infra latius.

Quæ cum ita ſe habeant, jam facilè conuincitur error non parvus, multorum tutores legitimos ad judicium adducentium in ea ſola qualitate, quod proximiores ſint pupilli (vulgo **geboren Mombers**) qui error inde manavit, 13
quod falſo crediderint, & imperitè putarint ſatis eſſe eos à lege datos eſſe, neque ad ejus exercitium vel adminiſtrationem aliquo Iudicis decreto, ac aliis requiſitis opus eſſe.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

CAP. XV.

Cui deferatur legitima tutela, & quæ ſint pœnæ ſecundò nubentium & non petentium tutores.

SUMMARIA.

1 *Regula eſt*: ei deferri onus tutelæ, cui defertur hæreditas ab inteſtato. *Limitatur* 16. 17. 132. 133. 134. 135. 136.
2 *Communis opinio.*
3 *Plures legitimi in eodem gradu concurrunt in tutela, ſublata differentia juris agnatici & cognatici.*
4 *Statuto Prælatus in ſucceſſione præfertur & in tutela.*
5 *Mater & Avia licet excludantur ab hæreditate, non tamen à tutela.*
6 *Avia poſtponitur matri in tutela.*
7 *Legitima tutela defertur etiam invitis proximioribus.*
8 *Mater & avia invitæ non fiunt tutrices.*
9 *Diſpoſitio* Auth. Matris & Aviæ, *an habeat locum in proavia?*
10 *Origo legitimæ tutelæ demonſtratur.*
11 *Pater dicitur inteſtatus, reſpectu tutelæ, etiam qui condidit teſtamentum, ſi in eo tutores liberis non dederit.*
12 *Patrono defertur tutela libertorum & libertarum.*
13 *Patronorum tutela legitima vocatur.*
14 *Pater legitimus tutor filij emancipati.*
15 *Fiduciarij tutores qui dicantur.*
16 *Minor* 25. *annis, licet proximus, tutor eſſe non poteſt.*
17 *Minor* 25. *annis ante Iuſtinianum non potuit eſſe fiduciarius tutor.*
18 *Mater minor* 25. *annis non poteſt eſſe tutrix. Declara* 19.
20 *Tutelam virile munus ſive maſculorum officium eſſe, recepta eſt ſententia.*
21 *Livius quo tempore vixerit.*
22 *Fœmina an ex Principis habilitatione admiſſa excludat teſtamentarium & legitimum tutorem.*
23 *Fœmina hodie tutrix eſſe poteſt.*
24 *Mater præfertur in tutela avo & aviæ.*
25 *Mater filij ſpurij poteſt eſſe tutrix.*
26 *Mater ſemper certa eſt.*
27 *Spurij ſuccedunt matri aliiſque coniunctis per lineam maternam.*
28 *Mater ſuccedit filijs ſpurijs.*
29 *Filij ſpurij poſſunt dicere teſtamentum matris inofficioſum & legitimam petere.*
30 *Spurij quo ad matrem pro legitimis habentur.*

31 *Com-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

31 *Communis opinio.*
32 *Mater etiam in poteſtate patris filiorum ſuorum tutrix eſſe poteſt.*
33 *Tutela ius publicum.*
34 *Mater creditrix, vel debitrix pupilli, tutrix eſſe poteſt.*
35 *Mater etiam pauper, dato idoneo fideiuſſore, tutrix eſſe poteſt.*
36 *Mater & auia omnibus agnatis, & ſic legitimis & dativis præferendæ ſunt.*
37 *Mater in tutela præfertur fratribus, cum quibus pariter ſuccedit.*
38 *Mater præfertur patruo. licet à filij ſucceſſione excludatur.*
39 *Avia ſive materna ſive paterna præfertur legitimis & dativis.*
40 *Mater, etiam dato alio tutore intra tempora & ante moram, volens præfertur & datus removetur.*
41 *Mater teſtamentario tutori non præfertur.*
42 *Mater teſtamentario tutori non præfertur etiam dato in teſtamento minus ſolemni, tamen confirmato.*
43 *Quamdiu ſpes eſt teſtamentariæ tutelæ, non admittitur mater, ſed interim locus eſt dativæ.*
44 *Paria ſunt*, non dare, vel malè dare tutorem.
45 *Pater non poteſt privare matrem, vel aviam tutela, ſed tantum indirecte providendo de alio.*
46 *Mater an præferatur legitimis aſcendentibus vel deſcendentibus.*
47 *Auus maternus in tutela vincit auiam & patruum.*
48 *Requiſita,, vt mater vel auia, legitimos vel datinos tutores excludat.*
49 *Mater intra quatuor menſes, vel aliud tempus à ſtatuto præfixum, debet aſſumere tutelam.*
50 *Communis opinio*
51 *Mater tutrix ſolet apud acta jurato promittere, qnod ad ſecundas nuptias non convolaret; ſecùs hodie.*
52 *Mater tutrix ſecundis nuptijs apud acta renuntiare, eamq́; renuntiationem in teſtatum ſive teſtationem redigere debet.*
53 *Renuntiatio ſecundarum nuptiarum an ſit de ſubſtantia?*
54 *Mater tutrix teſtamentaria ſecundis nuptijs an renuntiare debeat.*
55 *Magis communis opinio.*
56 *Tutela defendi poteſt à nullitate, ſi mater tempore aſſumptionis ea promittat omnia obſervare, ad quæ de jure tenetur.*
57 *Renuntiatio ſecundarum nuptiarum, an morib. Galliæ ſit ſublata?*
58 *Auctoris opinio de renuntiatione ſecundarum nuptiarum.*
59 *Mater & auia non admittuntur ad tutelam, niſi renuntiauerint SC. Velleiano.*
60 *Mater & auia an tempore renuntiationis SC. Velleiani debeant certiorari de eius beneficio?*
61 *Conditio ſolemnitatem continet.*
62 *Mater & auia fideiuſſores ut tutrices dantes illi non obligantur, ſi non renuntiauerint Senatuſconſulto Velleiano.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

63 *Renuntiatio SC· Velleiani an exigatur in matre, vel avia ex moribus Galliæ?*
64 *Mulieres in multis melioris ſunt conditionis, quam viri.*
65 *Mater vel avia tutrix renuntiat Velleiano, & omni alio legis auxilio.*
66 *Mater an pro debito contracto ratione tutelæ carcerari poſſit?*
67 *Bona tutoris tacitè ſunt pupillis pro eius adminiſtratione obligata.*
68 *Par effectus tacitæ & expreſſæ hypothecæ.*
69 *Mater & avia tutrices expreſſe tenentur obligare bona pro defenſione pupilli.*
70 *Effectus plures expreſſæ, quam tacitæ hypothecæ.*
71 *Mater vel avia, an liberetur dando fidejuſſores pro aſſumptione tutelæ tales quales poteſt.*
72 *Renuntiationes in matre & avia an & quando præſumantur interveniſſe?*
73 *Matris vel aviæ geſta ante renuntiationem quatenus valeant.*
74 *Mater vel avia conuolans ad ſecundas nuptias tutrix eſſe deſinit. Ratio ibid.*
75 *Mater vel avia tutrix teſtamento data an amittat tutelam, conuolando ad ſecundas nuptias?*
76 *Magis communis opinio.*
77 *Mater an reaſſumat tutelam ob mortem ſecundi mariti.*
78 *Quid in matre ſponſalia contrahente de præſenti, non tamen cognitæ.*
79 *Solus Princeps matrem ſecundò nubentem ad tutelam admittit.*
80 *Matre tranſeunte ad ſecunda vota, tutela in ſolidum remanet apud tutorem teſtamentarium, nec poteſt alium adjungere, ſi teſtamentarius ſolus ſit ſufficiens.*
81 *Argumentum bonum à tutela ad educationem, &ècontra.*
82 *Pupillus vel pupilla educari non debet apud matrem, quæ vitricum induxit. Declara nu. 83.*
84 *Mater tranſiens ad ſecunda vota, antequam filiis impuberibus alium tutorem ordinari fecerit, rationem reddiderit, & reliqua perſolverit; privatur ſucceſſione eorundem.*
85 *An idem in matre inhoneſtè vivente?*
86 *Matri non ſufficit petere tutorem, ſed inſtare debet, ut datus ad adminiſtrandum compellatur, & an illa duo requiſita copulativè concurrere debeant?*
87 *Ignorantia an excuſet matrem in petendo tutorem.*
88 *Mater in dubio docere debet ſe prius impleviſſe, ut non repellatur à ſucceſſione filii defuncti.*
89 *Mater tutrix filiorum non jurans, ſed tantum renuntians ſecundis nuptiis, incidit in eaſdem pœnas, in quas incideret, ſi juraſſet.*
90 *Mater volens ad ſecundas nuptias tranſire, an teneatur petere tutorem filio, ſi is habeat agnatos, ad quos ſpectat legitima tutela.*
91 *Mater non petendo tutorem filiis an privetur omnibus legatis & fideicommiſſis ſibi obuenientibus à viro & patre pupilli relictis.*
92 *Quid in donationibus cauſa mortis.*
93 *Pœna conſtitutæ adverſus mulieres ſecundò nubentes an habeant locum in muliere vidua inhoneſtè vivente.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

94 *Communis opinio.*

95 *Quando mulier inhoneſtè vivere dicatur.*

96 *Bona ſecundi mariti ſunt tacitè obligata pro muliere, convolante ad ſecundas nuptias, ſuſcepta legitima tutela liberorum, non petito tutore, nec redditis rationibus.*

97 *Bona ejus, qui accipit in concubinam viduam, quæ gerebat tutelam filiorum, nec curaverit alium tutorem in locum ejus ſubſtitui, an ſint tacitè hypothecata pro adminiſtratione talis tutelæ.*

98 *Matre de facto adminiſtrante abſque ſuſceptione legitimæ tutelæ, an ſecundi mariti bona ſint obligata?*

99 *Mater non incurrit pœnas ſecundò nubentis, finita tutela pubertate liberorum.*

100 *Mater, quæ acceptavit & geſſit tutelam filij impuberis, an ſi eo mortuo tranſierit ad ſecundas nuptias, non reddita ratione fratribus impuberis defuncti, incidat in pœnas, de quibus* in Aut. eiſdem pœnis, C. de ſecundis nuptijs.

101 *Quid in matre ingrediente monaſterium.*

102 *Mater, quæ petito tutore filijs, & reddita ratione adminiſtrationis, tranſit ad ſecundas nuptias, an patiatur pœnas, ob id quod per errorem calculi minus ſolverit de reliquis quam debuerit, & quid ſi in parua quantitate fuerit erratum.*

103 *Mater excuſatur, ſi reddat rationem ſecundum juris diſpoſitionem, non tamen ſtatuti, requirentis fortè præſentiam alicuis, qui non fuit adhibitus.*

104 *Mater an filiis egenis tutorem petere teneatur, ut non incidat in pœnas.*

105 *Mater, quæ, petito tutore filijs, & reddita ratione, tranſit ad ſecundas nuptias, an incidat in pœnam, ſi propter paupertatem reliqua reſtituere non potuit?*

106 *Mater an excuſetur à pœna, ſi non habet de quo rationem reddat.*

107 *Mater minor 25. annis an teneatur pœnis* auth. eiſdem pœnis, C de ſecun. nupt,

108 *Mater executrix teſtamenti non privatur officio executionis, convolando ad ſecunda vota.*

109 *Pater convolans ad ſecunda vota an privetur liberorum tutela.*

110 *Actus non poteſt incipere à caſu, quo finiri debet.*

111 *Pœnæ ſecundò nubentium communes ſunt viro & uxori.*

112 *Communis opnio.*

113 *Vir & uxor ad imparia non judicantur, ſed ſtatutum in uno militat & in alio.*

114 *Exemplum patris, qui in gratiam impiæ novercæ filium necavit.*

115 *Lex magis confidit de patre quam de matre.*

116 *Matri non eſt permiſſum exemplariter ſubſtituere, ſi liberis vitricum inducat, ſecus eſt in patre.*

117 *Pupilla apud vitricum non educanda.*

118 *Viduæ difficiles abſtinent ab actu venereo.*

119 *Statuta Italiæ pro refrenanda libidine viduarum.*

120 *Mater binuba non revocat collata per donationem in liberos primi matrimonij prætextu ingratitudinis: ſecùs eſt in patre.*
121 *Fœminæ inconſtantes, leues, minus credulæ, & decipi faciles.*
122 *Mater licet vehementius amare dicatur, pater tamen conſtantius.*
123 *Fœmina præſumitur magis amare fœminam, quam maſculum, propter ſextus ſimilitudinem.*
124 *Maior licentia maribus, quàm fœminis de jure conceſſa.*
125 *Viro olim fuit permiſſum uxorem adulterantem impunè occidere, ſed non ècontra.*
126 *Auctoris opinio.*
127 *Variæ epitheta Nouercarum.*
128 *Habens regulam generalem pro ſe dicitur habere intentionem fundatam.*
129 *In pœnalibus an & quando fiat extenſio?*
130 *Dictio*, plerumque, *frequentiam denotat.*
131 Erubeſcimus ſine lege loqui, *verba quomodo intelligenda ſint?*

CUm ſuperiori capite diximus, à lege dari tutorem legitimum, hic locus poſcere videtur, ut aperiamus, cui lex eam deferat tutelam, & eſt firma
1 omnium ſententia; † *Ei deferri onus tutelæ, cui defertur hæreditas ab inteſtato.* Et hoc eſt, quod Vlpian. dicit, *in l. tutela legitima, ff. de legit. tut.* tutelas deferri per conſequentias hæreditatum Quintus Mutius Scævola, *in l. quo tutela, ff. de reg. juris.* Quo tutela redit, eo & hæreditas pervenit. Idque ſumma providentia factum eſſe, dicit idem Vlpian. *in l. 1. ff. de legit. tut.* UT QUI ſperarent hanc ſucceſſionem, iijdem & bona tuerentur, ne dilapidarentur. Ideo & Iacob. Menoch.
2 *de arbit. iud. lib. 2. cent. 3. caſu 150, num. 32. & 35.* dicit, hanc † regulam communi omnium calculo eſſe receptam poſt Dec. *conſ. 16. num. 1. & conſ. 188, nu. 1.*

Sed etſi plures ſint in eodem gradu, hi concurrunt actore Caio, *lib. 2. rerum quotidianarum, in l. ſi plures, ff. de legit. tut.* & Imperatore, *in §. cum autem, Inſtit. de capitus diminut.* Cornæo *conſ. 175. num. 2. lib. 3. & conſ. 274, nu 1, eodem lib.* Verùm idem Imperator *Nouella ſua* 118. jubet omnes tam agnatos, quam cognatos, qui proximi ſint, & idonei ad tutelam, ut hæredes, ita & tutores eſſe, ſublata differentia iuris agnatici & cognatici in ſucceſſionibus ab inteſtato, & per conſe-
3 quentias in tutelis. Et ita quoque † cum ex facto incidiſſet quæſtio talis, reſpondit Corn. *d. conſ. 274. num. 1, & plenius conſ. 101, num. 1, & 2. eodem lib. 3. &* noviſſimè Plot. *in tract. de in lit. jur. §. 9. nu. 10, 11,* ubi plures laudat.

4 Et ita quidem hæc obtinent, ut etiam ſtatuto Prælatus † in ſucceſſione præferatur in tutela. Dec. *in l. quo tutela, num. 1. & l. 2, num. 19, eod. tit. de reg. jur. Idem dict. conſ. 16, num. 2,* Andr. Barbat. *conſ. 11, nu. 7. lib. 3,* Boër. *in conſuetud. Bituric. tit. 1, §. 6. in verbo, à ſon pere,* & nouiſſimè Menoch. *d. caſu 150. nu. 32, 33.* Corn. *conſ. 101, uum. 1, 2, & 3.* Iaſon *conſ. 149. num. 2. verſ. 2, perſiſto, lib. 2.*

Hanc tamen ampliationem non injuſta ratione declarant, omnes non procedere in matre, quæ licet per ſtatutum à ſucceſſione filiæ excludatur, ſi ta-
5 men velit tutelam filii ſuſcipere, non prohibetur. Quod † enim dicimus eo pervenire

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

pervenire tutelam, quo hæreditas redit, locum habet in tutelis juſſis, quæ jure agnationis vel cognationis deferuntur; non autem in tutelis permiſſis, qualis eſt tutela matris, neque enim ei jubetur, ſed permittitur: *ut in Auth. ut liceat matri & aviæ*, ibi, *ſecundum ordinem, ſcilicet graduum, tutelam ſubire permittimus, & in Auth. matri & aviæ, C. quando mulier tutelæ officio.* Quæ tutela ideo non regulatur ab hæreditate, quod & probatur ex eo. Nam licet mulier tutelam ſubire non poſſet, quia virile officium eſt, *l. fi. ff. de tutelis*, tamen jure Digeſt. & Cod. mater potuit habilitari à Principe, ut filii tutelam ſuſcipere poſſet, ſed neque tamen eo caſu admittebatur, extantibus legitimis, quibus nihilominus omnibus per SC. Tertul. fuit in ſucceſſione prælata jure veteri: ſed noviſſimo jure Authenticorum ea admittitur abſque ulla impetratione, idque propter affectionem matris, & ejus in liberos pietatem, ut rectè conſuluit. Dec. *d. conſ.* 16, *nu.* 1, 2, *&* 3, *Idem d. l.* 2, *nu.* 19, Alex. *conſ.* 109, *n.* 2, *verſ. & poſito, & numer. ſeq. lib.* 3, Corn. *d. conſ.* 101, *lib.* 3, *Idem conſ.* 7. *nu.* 7, *libr.* 2. Barbat. *d. conſ.* 11, *nu.* 8, *lib.* 3, Boër. *d.* §. 6. & nouiſſimè Imbert. *in Enchirid. in verb. tutela.*

Eademque ratione & in avia locum habet dicta ampliatio: quia jura in iſta materia pariter loquuntur de matre & avia, *ut patet in d. Novell.* 18, *& tradit* Dec. *in d. l. quo tutela, & conſ.* 16, *n.* 5, quæ tamen matri poſtponitur. Corn. 6
optime, *d. conſ.* 274, *n.* 1. *lib.* 3. Menoch. *d. caſu* 150, *n.* 38, Neque ſolum volentibvs, ſed etiam † invitis proximioribus, lex hanc tutelam defert, quia juſſa 7
eſt, inquiunt Dd. hæc tutela, non permiſſa, ut eſt matris & aviæ, ut ſupra probavimus, ſive pupillus maſculus ſit, ſive fœmina, ſublata lege Claudia, *l. conſtitutione, Cod. de legit. tutel. l.* 2, *C. Theodoſ. de tutor. & curator. creandis*, de quo nos ſupra.

Quæ tamen ampliatio ſimiliter, † nec in matre, nec in avia procedit, qua- 8
rum tutela, ut ſupra diximus, dicitur Anomala, Extraordinaria, ſive irregularis, ut tradit Decius *d. conſ.* 16, *nu.* 2, 3, 4, *&* 5. Marian *conſ.* 16, *nu.* 19, *lib.* 2. Corn. *d. conſ.* 101. *nu.* 8, *lib.* 3, *Idem conſ.* 164. *num.* 2. *lib.* 4, Boër. §. 6. *verbo, à ſon pere.*

Quod & Corn. extendit † ad proaviam, *conſ.* 20, *lib.* 2, de quo non ſine cauſſa 9
dubitat Dec. *d. conſ.* 16, *nu.* 4.

Eſtque hæc legitima tutela † non ſolùm juris Romani inventum, & deſcen- 10
dens ex legibus 12. tabularum, *l.* 1. *ff. de legit. tut.* §. 1. *Inſtit. eodem*, ſed & originem trahit ab inſtitutis Lacedæmoniorum 140. ferè annis ante urbem conditam, ac deinde quoque Athenienſium, ut expreſsè teſtatus eſt Plutarchus, dicens, quod mortuo Clinia Alcibiadis patre, tutores legitimi Alcibiadis impuberis fuerint Pericles & Ariphon: quamquam conſtat, Solonem aliquando vetuiſſe ad eos tutelam deferri, ad quos pertineret pupilli hæreditas, ut ſupra probavimus. Cui periculo leges noſtræ occurrerunt, jubentes ut præſentibus cæteris propinquis Prætor provideret, ubi pupillus tutò moretur, & ſine ſuſpitione alatur, *l.* 1, *l. ſi diſceptetur, ff. ubi pupillus educ. debeat, & C. eod. tit.*

Quod autem lex vocat ad tutelam agnatos, non hanc habet ſignificationem, 11

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

ſi omnino non fecerit teſtamentum is, qui poterat tutores dare, ſed ſi, quan-
11 tum ad tutelã pertinet, inteſtatus deceſſerit, id eſt, teſtamentũ quidẽ fecerit ſed in eo nullos liberis ſuis tutores dederit, quod & tunc quoque accidere intelligitur, cùm is, qui datus eſt teſtamento tutor, vivo teſtatore deceſſerit, *l. inteſtato, ff. de legit. tut. §. quod autẽ Inſti. eod.* Ex ejuſdẽ legis interpretatione etiã patrono
12 defertur tutela libertorum & libertarum, *l. 1. l. tutela legitima, ff. de legit. tut. quæ & ideo legitima* dicitur, quia ex interpretatione, id eſt, mente legis provenit, de quo nos ſupra latius.

Ejuſdemque legis exemplo & patri ab eadem lege defertur, qui filium aut
13 filiam, nepotem, aut neptem ex filio, & deinceps impuberes, † quos in pote-
14 ſtate habeat, emancipaſſet: maximè cúm hodie ſemper cenſeatur hoc facere, contracta fiducia, ut nos ſupra probavimus, *ex l. fin. C. de emancip. liber. & §. fin. Inſtit. de legit. agnat' ſucceſſ.*

Haud diſpari ratione eadem lex propter ſanguinis charitatem, in locun defuncti parentis, qui filium filiamùe, nepotem neptémue, ex filio videlicet,
15 emancipaverit, perfectæ † ætatis fratri fiduciariam tutelam fratris vel ſororis impuberis defert, quæ noviſſimo jure longè magis *legitima* dici debet, cum noviſſima lege frater ad defucti fratris ſucceſſionem vocatur, ut ſupra diximus.

Neque abſimili ratione charitatis & pietatis in liberos motus Imperator Juſtinianus matri & aviæ eandem tutelam permiſit, ſublata juris veteris auſteritate, ut à nobis ſatis ſuperque oſtenſum eſt.

Hæc tamen, quæ ſecundum regulam ſupradicta ſunt, locum non habent in agnato, vel alio proximiore minore 25. annis. Qui licet olim excuſabuntur,
16 tamen hodierno jure ad tutelam vel curam aſpirare prohibentur.† adeo ut nec excuſatione opus ſit: Siquidem inciuile putavit Imperator Iuſtinianus, eos, qui alieno auxilio in rebus ſuis adminiſtrandis egere noſcuntur, & ſub alijs reguntur, aliorum tutelam vel curam ſubire. *§, minores, Inſtit. de excuſat. tut. & ibi optima gloſſa. in verbo, ſubire, l. final. C. de legit. tutel.* Corneus *conſil.* 274 *num.* 1. *lib.* 3.

17 Quin † & jure veteri ante Iuſtinianum talis non poterat eſſe fiduciarius tutor, *§. fin. & ibi gloſſ. in verbo, perfectæ, de fiduciarta tutel. quam ibi quoque ſequitur* Bald. *verbo, noſtra conſtitutio, Idem tit. de excuſat tutel. verbo, olim, l. quo defuncto, ff. de legit. tut.* Nec admittebatur ad alia munera, quæ non patrimonij ſunt, *l. ad rempublicam, ff. de muneribus & honoribus, l. 2. §. 1. ff. de vacat. munerum.*

18 Neque etiam hodie † admittitur mater minor 25 annis *l. 2. C. quando mul. tut. offic.* Marian. *conſ. 8. nu. 7. 9. & 10. lib. 1.* Quo loco dicit, nec matri minori ius petendæ tutelæ fuiſſe datum ante maiorem ætatem: & quod Iudex decernens eam tutricem ſiue expreſſo errore, ſiue tacito, nulliter dicitur procedere, ex crebra Doctorum traditione, quos ſequitur Boër. *deciſ. 124. nu. 7. Idem in conſuetud. tit. 1. §. 6. verbo, à ſon pere.* Chaſſan *in conſuetud. tit. Des enfans des pluſieurs*
19 *lictz, §. 6. in prin.* niſi ex conſuetudine maritata habeatur pro † maiore, vel ſtatutum matrem minorẽ expreſsè admittat. vt in Gallia obſeruari dicit Boërius *d. §. 6. & deciſ. 124. num. 7.*

Et quia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Et quia † tutela virile munus, ſive maſculorum officium eſt, *l. ſi quis ita*, & 20
l. fin. ff. de tutel. Et eam communem eſſe regulam dicit Corn. *conſ.* 164, *nu.* 2,
lib. 4, Dec. *in l.* 2. *num.* 18, *ff. de reg. jur.* Boër. *d. §.* 6, *in verbo, à ſon pere.* Non
procedit dicta regula, quoties fœminæ hæredes intercedant, quæ quidem hæredes manent, tamen alibi eſt tutela, *l.* 1, *§. ſi duo, l. penult. ff. de legit. tut*

Quod tamen in matre non obtinuit ante tempora Scævolæ, quo ea indiſtinctè admittebatur. Quod ex eo ſuſpicari licet, quod ſcripſerit in hunc modum Livius, qui ſub Auguſto vixit, *lib.* 39, *P. Æbutius, cujus pater publico equo ſti-* 21
pendia fecerat, pupillus relictus, mortuis deinde tutoribus, ſub tutela Duroniæ matris, & vitrici, T. Sempronii Rutili educatus fuerat, ut obſervavit Reiuardus *in l. quo tutela, ff. de reg. jur.*

Quin † & ipſa Iure Digeſt. & Cod. fuit ad eam admiſſa, obtenta ha- 22
bilitatione à Principe, *l. fin. ff. de tutel.* Dec. *d. conſ.* 16. *num.* 2. ubi tamen dicit, eam habilitationem neque teſtamentariis, neque legitimis obfuiſſe, quem ſequitur Marian. *d. conſ.* 8. *nu.* 7, *lib.* 1.

Verùm, † ut ſupra annotavimus, eadem hodie ratione præſumptæ charita- 23
tis & pietatis, indiſtinctè admittitur patre mortuo, ut tradit Dec. *d. conſ.* 16, *num.* 2, *verſ. poſtea vero*, & regulam eſſe dicit Hieron. Grat. *conſ.* 115, *num.* 12,
libr. 1. Angelus *de legit. patro. tutel. num.* 5, & præfertur † avo & aviæ, Afflictis, 24
deciſ. 231, *nu.* 1, & 3, ſed matre mortua, eadem avia matris locum ſubintrat, *l. ubi, l. nepotes, C. de ſuis & legit.* Angel. *d. num.* 5, diciturque earum tutela legitima voluntaria tantùm. Dec. *in cap. ex parte, nu.* 6, *de appell.* Corn. *conſ.* 136, *num.* 3. *lib.* 3, Bart. *in Auth. matri, & aviæ, nu.* 9, *C. quando muli r tut. offic.* Quod licet Corn. *conſ.* 20, *lib.* 2, ad proaviam extendat, id tamen Decio, *d. conſ.* 16, & Angelo, *d. tit. de legit. patronorum tutela*, non probatur, neque nobis placet: quamvis idem Angelus dicat, quod durum eſſet contrarium in practica obtinere, contra opinionem Bartoli, quam nunquam vidimus obſervari; eſt enim caſus rariſſimè contingens.

Quod † adeò verum eſt, ut etiamſi ſit mater naturalis tantum, vel etiam 25
filius ſpurius ſit, eadem ad tutelam filii admittatur, excluſo etiam patre naturali, non aliter atque ſi is filius eſſet legitimus, *l. ult Cod. quando mul. tut. offic. l. ult. C. de confir. tut.* Ang. *de legit. patronor. tutel. nu.* 6, Bart. *in d. Auth. matri, n.* 3,
quia mater ſemper certa & cognationis † jura cum illis retinet, & ideo non 26
ſolum matri, ſed & aviæ maternæ aliiſque conjunctis per lineam † maternam 27
ſuccedunt, *l. Modeſtinus, l. hac parte, l. ſpurius, ff. unde cognati.* Alberic. *in l. parentes,*
in fi. ff. de ius vocando, &ècontra † mater his, *d. l. hac parte, & l. si ſpurius, ff. unde* 28
cognati. Guid. Pap. queſt. 280, quare velut † legitimi poſſunt dicere de inofficioſo 29
teſtamento matris, quia ipſis legitima debetur jure ſanguinis, & quo ad matrem pro legitimis habentur, *l. si ſuſpecta, §. de inofficioſo, ff. de inoffic. teſtam.* 30
§. tam autem, & ibi Aret. *Inſtit. eod.* Alex. *in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, num.*
4, *ff. ad Trebell.* ubi dicet † eam eſſe communem, quem ſequitur Boër. *deciſ. Bur-* 31
degalenſi 240, *nu.* 14. Benedictinus *in repet. cap. Raynutius, in verbo teſtamentum*

prima,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

*prima, nu.*84. *de teſtam.* & ex recentiorib. Paleotus, *in eleganti ſuo tract. de Nothis & ſpuriis, cap.*36, *num.*4. Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo ſuſceperit, num.*62. *idem de retract. leg.* §. 1, *gloſſ.* 8, *nu.*9. Didac. Couar. *in* 2. *part. decret. cap.*8. §. 4, *num.* 5. Aſcan. *de Patria poteſt. cap.* 5, *nu.* 41, & 43. qui tamen omnes fatentur ſupra relata procedere tantum ſecundum diſtinctionem *l. ſi qua illuſtris*, C. *ad Orphit.* ut tenet Bart. *in l. ſi quis ſub conditione, num.*7. *ff. de teſtam. tutel.* Angel. *in tit. de legit. patron. tutel. num.*6.

32 Quin etſi mater ſit ‡ in poteſtate patris filiorum ſuorum, tutrix eſſe poterit.
33 Quia cum tutela ſit ius publicum, non curatur ius patriæ poteſtatis, & ideo
non ſolùm paterfamilias, ſed etiam filiusfamilias tutor dari poteſt, *l. ſi filiusfamilias, ff. de tutel. & in prin. tit. Inſtit. qui tutores dari poſſunt*, & ita in terminis noſtris reſpondit Barbat. *conſ.* 11, *nu.* 11, *libr.*3.

34 Idem dicendum ‡ etiamſi mater ſit debitrix vel creditrix filii pupilli, ut ſupra de teſtamentario diximus, & ita Alex. reſpondit *conſ.* 190. *n.* 16, *lib.* 2, Corn. *conſ.* 17. *nu.* 16, *lib.*2, & Boër. *in conſuet.* Bituricenſ. *d.* §. 6. *in verbis, à ſon pere.*

35 Idemque etiam ſi mater eſt pauper, † ſaltem dato idoneo fideiuſſore, Corn. *d. conſ.* 17. *nu.* 16.

36 Hoc amplius † mater & avia omnibus agnatis, & ſic legitimis, & multo
magis dativis præferuntur, *ut not. in d. Auth. Matri & Aviæ*, & ita reſpondit
37 Corn. *conſ.* 101. *lib.*3. ubi dicit, matrem † quoque præferri fratribus, cum qui-
38 bus pariter ſuccedit, atque etiam patruo, licet † à filii ſucceſſione excludatur,
ſequitur Decius *in cap. ex parte, de appellat. Idem conſ.* 16. Boër. *d.* §. 6, *verbo, à ſon pere*, & Guald. *de cautel. ultim. volunt. tit. de tutore, cautel.* 1, Idque etiam obtinet,
39 † ſive avia ſit materna ſive paterna, ut in terminis reſpondit Alexan. *conſ.* 109,
*lib.*3. Quod adeo verum eſt, ut ſi intra quatuor menſes, & ſic ante moram aliis
40 fuerit datus, † is removeri debeat, ea volente. Dec. *conſ.* 16, *nu.*6, 7.

Non tamen ſemper & indiſtinctè omnibus aliis agnatis præferuntur. Nam
ſi pater teſtamento agnatos, vel alios liberis ſuis tutores dederit, hi eas exclu-
41 dunt, † quia data teſtamentaria tutela ceſſat legitima, Corn. *conſ.* 129, *nu.* 10, *lib.* 1, *Idem conſ.*175, *nu.*9, *lib.*3. Alexand. *conſ.* 140, *nu.*4, *lib.* 1, Marian. Socin. *conſ.* 85, *nu.* 17, *lib.* 3, Dec. *in l.* 2, *nu.* 18. *& ibi additio, de reg. juris*, Boër. *d.* §. 6. & Guald. *d. cautela* 1.

42 Etiamſi † pater eos dederit in teſtamento minus ſolemni, tamen confirmati
fuerint, Alexan. *d. conſil.* 140, *nu.*4, *lib.* 1, *verſ. etiamſi tantum ſpes eſt teſtamentariæ*
43 *tutelæ*, quo caſu † hæ non admittuntur, ſed interim locus eſt Dativæ, Corn. *d. conſ.* 175, *num.*2, *lib.* 3. Marian. *d. conſ.* 85. *nu.*31. *lib.*3, *per l. ſi quis ſub conditione, ff. de teſtam. tutel.* Si tamen teſtamentarii datio effectum ſortita non fuerit, ad-
44 mitti debent: quia † talis datio non dationi æquiparatur, Iaſon *conſ.* 149. *in fin. lib.* 2.

45 Non poterit etiam † pater eas expreſsè privare hac tutela, ſed tantum indirectè providendo de alio, quia teſtator legitimam tutelam non dat, ergo nec adimit.

adimit. Bald. *conſ.* 308, *num.* 2, *lib.* 2. quo loco miratur Bartolum de eo dubitaſſe, *in l. miles*, *§. ſexaginta*, *ff. ad leg. Jul. de adult.* ſequitur Dec. *in l.* 2. *nu.* 18, *ff. de reg. juris*, ubi tamen Mol. in apoſtillis dicit, hoc ex cauſa fieri poſſe, quod & nobis placet; ſi cauſa fuerit evidens & legitima.

Nec ſimiliter hæ præferuntur legitimis aſcendentibus, vel deſcendentibus, quia in aſcendentibus ius antiquum manet incorrectum, niſi ſecundum ordinem hæreditatis, ſive ſucceſſionis. Ideo mater præfertur aviæ & avo ſaltem paterno, ut reſpondit Corn. *d. conſ.* 101, *nu.* 6, *lib.* 3. Afflict. *deciſ.* 281, licet, inquit gloſſ. *in dict. Auth. matri*, *C. quando mul. tut. offic.* velit avum præferri, & eam ſequitur Iac. de Beluiſ. *in Auth. ut liceat matr. & aviæ*, quod non-niſi deficiente ſexu maſculino, fœmineus non ſit admittendus: quæ opinio Bartolo non placet, cum hodie in ſucceſſionibus, & conſequenter in materia tutelari, ſublata ſit differentia juris agnatici, & cognatici, *l. maximum vitium*, *C. de liber. præter. & in Auth. de hæred. ab inteſt.* 46

Ideo etiam avus maternus † vincit aviam, & multo magis patruum, quia 47
proximior, etiam ſtante ſtatuto, quod mater ad tutelam non admittatur, niſi cum uno ex cognatis, quæ ratio ſtatuti in perſona avi ceſſat, ut latè defendit Dec. *conſ.* 188, *nu.* 1, & 2. niſi tamen ex ſtatuto patruus eum in ſucceſſione præcedat, ut in caſu, in quo conſuluit Ludouic. Gozad. *conſ.* 54.

Ut tamen † mater, vel ea fortè defuncta, avia alios legitimos, vel etiam 48
dativos excludat, multa debent intrevenire: ac inprimis intra quatuor menſes, vel aliud tempus à ſtatuto præfixum debet aſſumere tutelam, ut patet † ex no- 49
tat. per Dyn. Bart. *in l. tutor ſi petitius*, *ff. de tutel. & curat. dat. ab his*, & eundem Bart. & alios, *in d. Auth. matri*, *ad fin.* quos refert & ſequitur Alexand. *conſ.* 140, *num.* 5, *lib.* 1. *Idem conſ.* 109, *num.* 2, *lib.* 3. ubi dicit eam eſſe ‡ communem Dec. 50
conſ. 16, *num.* 7, Marianus *conſ.* 85, *num.* 16, 17, *lib.* 3. ubi pariter hanc dicit eſſe communiter receptam.

Debebat & ipſa olim in aſſumptione tutelæ apud acta jurato promittere, 51
quod ad ſecundas nuptias non conuolaret, Nouella 22, & tradit Bart. *in Auth. matri, & aviæ, num.* 11, *per l.* 2, *& final. C. quando mulier tutel. offic.* ubi tradit rationes, quod iuramentum pòſt idem Imperator Iuſtinianus eis remiſerit, *Novell.* 94, volens tamen † ut ſecundis nuptiis apud acta renuntiarent, eaque re- 52
nuntiatio in teſtatum, ſive teſtationem redigeretur, Boër. *d. deciſ.* 124, *num.* 9, *&* 10, *Alexand. conſ.* 103, *num.* 13, *lib.* 2, *Molin. in conſuet.* §, 56. *gloſſ.* 1, *nu.* 30, & hanc eſſe † de ſubſtantia, dicit Capyt. *deciſ.* 50, *verſ.* 8, adeo, ut non ſufficiat uno 53
die ſuſcipere tutelam, & alio renuntiare, velècontra, Boërius, *d. deciſ.* 124, *nu.* 124, *num.* 10, Tiraq. *de jud. in reb. exiguis*, *verſ.* 15, *per not. Bart. in d. Auth. matri, col.* 2, *verſ. quid mater*, *C. quando mul. tut.* Quod † & in matre tutrice teſtamentaria 54
procedere magis communiter receptum eſt, quamvis aliqui contradicant, ut latè ‡ Ioan. de Garonibus, *in Auth. eiſdem*, *nu.* 41, 42, *C. de ſecund. nupt.* 55

Verùm ad defendendam hanc tutelam à nullitate ſatis eſſe putat Capytius *d. deciſ.* 50, ſi tempore aſſumptionis ea promittat omnia obſervare, ad quæ de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

jure tenetur : maximè ſi pars non opponit, & ea fuerit in loco remoto, in quo
56 non † potuit facile conſulere peritiores, & ita per eam non ſtetit. Boër. *d. deciſ.* 124. *nu.* 20.

57 Quamuis etiam † Joannes Imbert. *in ſuo Enchirid. verbo, tutela*, ſcribat, hanc renuntiationem moribus Galliæ non eſſe receptam ex Boërio, *in conſuetud. Bituricenſ. tit.* 1. *§.* 6. *in verbo, à ſon pere, in fi.* atq; id vulgo obſeruari dicat: inuenio tamen quod Petrus Iacobi antiquus Galliæ practicus *in libello, de actione tutelæ directa, in fin.* hanc renuntiationem exigat etiam à matre tutrice teſtamentaria, & quod ex recentioribus eximius practicus, Carolus Molin. *in conſuetud. §.* 56. *gloſſ.* 1. *nu.* 30. ſuper omiſſione huius renuntiationis ſe fundat, nulla vel minima mentione facta contrariæ conſuetudinis, Quo etiam loco allegat Specul. Callum Narbonenſ. idem tenentem. Quare veriſimile eſt hanc renuntationem magis per errorem, & ex imperitia quorundam Practicorum contraria obſeruantium, eſſe abrogatam, quam ſatius eſſet rurſus in
58 vſum revocari, cum alijs † renuntiationibus iure requiſitis, de quibus ſtatim dicemus, quas ſemel vidimus obſervari in hac curia noſtra Vltraiectenſi.

59 Cum autem † tvtela ſpecies quædam ſit interceſſionis, teſte Bart. *in d. Auth. matri. num.* 12. & Iac. Cuiac, *Nouell.* 22. rectè quoque Imperator Iuſtinianus voluit, ut ad tutelam non admitteretur mater vel auia, niſi renuntiet beneficio SC. Velleiani, vt patet *in d. Authen. matri, & in corpore, vnde ſumpta ſt, & l. fin. Cod. quando mul. tut. offic.* Quam renuntiationem licet Cyn. *in dict. Auth. matri*, & poſt eum Federicus Senenſis excellentiſſimus, & magnæ ſcientiæ Doctor, in quodam ſuo conſilio, dicat eſſe modici præiudicij, atq; idio eius omiſſione tutelam non vitiari: Bart. tamen *in eadem Auth. matri*, dicit & probat, eam eſſe magni præiudicij & ſe quatuor vicibus contrarium, cum ex facto incidiſſet ſpecies talis, conſuluiſſe. Sequitur Signorolus de Hondodeis acutiſſimus Legiſta, & contemporaneus Bart. *conſ.* 216. *cuius initium eſt, Mulier, num.* 1. 2. 3.
60 *&* 4. Quo loco dicit, eam † renuntiationem eſſe nullam, ſi mater tempore renuntiationis de eo beneficio non fuerit certiorata, Capyt. *d. deciſ.* 50. *verſ.* 7. Dec. *in c. ex parte, num.* 4. *de appellat.* & nouiſſimè Mol. *d. §.* 56. *glo.* 1. *nu* 30. quo loco dicit, quod cùm mater beneficio Nouellarum ad tutelam admittatur, debeat prius omnia legibus requiſita facere, ita vt omiſſio modicæ ſolemnitatis vitiet : & plures alios allegat, cum & hæc renuntiatio cum præcedente & ſequente non poſſit dici leuis ſolemnitatis, † quam lex conditi-
61 onaliter requirit, & vulgò notum ſit, conditionem continere non leuem ſolemnitatem, *l. Prætor. ff. de collationibus bonorum*, latè Abbas, Præpoſitus, Franciſus & Decius, *in cap. ex parte, de appelat.*

62 Neque † ſolùm tutela ipſa vitiatur, & nulla eſt, ſed etſi mater vigore illius tutelæ inuentarium confecerit, tutelamque geſſerit, vt vera tutrix, ac in eam rem fideiuſſores dederit, neque hi erunt obligati, vt in terminis decidit Signor. *d. conſ.* 216. *nu.* 6. 7. *&* 8. *per l. ſi ante, ff. iudicat. ſolui.*

63 Hanc tamen † renuntiationem ex moribus Galliæ non exigi, tradit idem

Imber-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Imbertus, *d. verbo, tutela*, ex Boër. *d.* §. *6*, qui *deciſ.* 124, *nu.* 11, 12, *&* 13. amplius dicit, etiam matrem tutricem teſtamentariam ad hoc de jure teneri: ſed magis communem eſſe in contrarium, ſupra probavimus ex Ioan. de Garonibus.

Quia verò † mulierib. multa ſpecialiter jure noſtro indulta ſunt, in quibus ſint melioris conditionis, quam viri; de quibus latè Dec. *in l. fœminæ, num.* 70, *uſque* 83. *ff. de reg. juris*, & omnium latiſſimè Commentator *in conſuet. Aluerniæ, tit. des donations, cap*, 13, *artic.* 11. Eadem ratione ſtatutum fuit, ut ea volens accedere ad tutelam, non ſolùm Velleiano, ſed & omni alio legis auxilio renuntiare teneatur, *l. ult. C. quando mulier. tut. offic.* per quam † renuntiationem ea privilegia amittit, quæ aliàs ei competerent. Et ideo licet mater tutrix retineat beneficium, ac conveniatur ultra quam facere poteſt, tamen pro omni debito contracto ratione tutelæ incarcerari poterit, non obſtante privilegio mulieribus competente, quo † pro civili debito capi non poſſit, Dec. *in d. l. fœminæ, nu.* 74. poſt Bart. *in d. auth. matri, nu.* 13. *& in l. ſi quis ſub conditione. ff. de teſtam. tutel.* 64 65 66

Sed contrarium ex profeſſo tenet Didacus Couarruvias *variarum reſolut. lib.* 2, *cap.* 1, *nu.* 3. Nam ſi, inquit, privilegium habet, ne teneatur ultra quam facere poteſt, ut omnes fatentur, eius bona capienda ſunt, ſi quæ inveniantur, antequam ad carceres ducatur, ſi verò bonis caret, hoc privilegio tuta erit. Deinde hoc privilegium, ait, introductum eſt favore honeſtatis conſervandæ, & ad bonos mores conſervandos; Nimis ſiquidem incivile eſſet, parentes, quibus honor & reverentia à liberis debetur, ob civile debitum in carcerem conijci, quare ei renuntiari non poſſe omnes tradunt *in l. ius publicum, ff. de pact. & cap. ſi diligenti, Extra de foro compet. & eſt text. in l. alia*, §. *eleganter, ff. ſolut. matrimon.* Sed & melius facit, quod tradit Bald. *in l. liber captus, in fin. C. de capt. & poſtl. reverſis*, & Aretin. *in l. maritum*, §. *eleganter, ff. ſolut. matr.* non poſſe capi eum perſonaliter, qui non poteſt conveniri ultra quam facere poteſt: ubi dicit ſe hoc ſic vidiſſe practicari Ferrariæ. Verùm quidquid dicant Didacus Couar. & alii ejuſdem opinionis in eo conflictu Interpretum, non puto recedendum eſſe à communi, & hactenus recepta ſententia. Nec me movent ea, quæ ſupra retulimus, quæ locum habere poſſunt in ſecundo capite obligationis Tutelaris, quod in datione, ſive reliquorum ſolutione conſiſtit. Non in primo, quod in faciendo conſiſtit, cujus implementum mater ſine aperto dolo negare non poteſt. Quid enim prohiberet, quo minus eæ rationes, volumina, cautiones, inſtrumentaque actus ſui exhibeat legendas, percunctandas, diſpungendas, atque excutiendas offerat, doceat, quantum fieri poteſt, fidem conſtare his, quæ ab eo geſta ſunt: codices rationum reſtituat, & filium ſuum iam majorem notitia rationum inſtruat. Quare ſi mater in eo capite, quod in executione prius eſt, tergiverſatur, non video quid obſtet, quin illa ad hoc faciendum in carcerem duci non poſſit, maximè cum dicat Ulpianus, eum facere poſſe, qui dolo facit quo minus poſſit, nec æquum eſſe dolum ſuum quemquam relevare. Qui licet loquatur in materia ſocietatis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

voluit tamen & in cæteris, qui in id, quod facere poſſunt, conveniantur, id accipiendum eſſe, *l. verùm, §, tempus, ff. pro ſocio, l. penult. ff. de jure dotium.* Idemque putarem dicendum eſſe de ſecundo capite, ſi fortè caſus contingeret, in quo detegeretur evidens matris dolus, ut ſæpè fieri poteſt: Et hoc eſt, quod videtur mihi dicere voluiſſe Andr. Barbat. *in c. 2. de pignorib.* matrem tutricem pro magna ſumma poſſe incarcerari, licet non ita declaret.

Non trahit me quoque in contrarium, quod ſecundo loco adducitur, huic privilegio renuntiari non poſſe, quia introductum eſt propter honeſtatem perſonæ & ſexus, cum hæc renuntiatio fiat de conſcientia juris iam admittentis, ut dicit Bald. *in l. 1, in 1. lectura, ante fi. ff. ſi quis in ius vocatus non ierit*, quem ſequitur Bartol. & Scalicet. *in d. Auth. matri*, Roman. *in l. ſi vero, §, de viro, in 2, principali fallentia, ff. ſolut. matr. & in l. plerique, ubi Alex. col. ult.* Socin. *col. 6, verſ. Secundus caſus*, & Iaſon *col. ult. ff. de ius vocando*, Matheſilan. *notab.* 109, & nouiſſimè Andr. Tiraq. *in præfat.*

67 Et licet † bona tutoris tacitè ſint pupillis pro eius adminiſtratione obligata,
68 *l. pro officio, C. de adminiſtrat. tut.* de quo nos infra latius dicemus, & regulariter
tacita hypotheca tantundem operetur atque expreſſa, ut notat Dyn. *in regula,*
Qui prior, ff. de reg. juris, & Bart. *in l. ſi is qui, ff. de iure fiſci*, latè Neguſan. Fanenſ.
in ſuo elegantiſſimo tract. de pignoribus & hypothecis, in 4. membro 2, partis, num. 1, *&* 166,
& in 1, membro, 5. partis, num. 14, *&* 18, & nouiſſimè Iacob. Menoch. *in 3, reme-*
dio adipiſcendæ, num. 105, voluit tamen Imperator Iuſtinianus, ut mater & avia
in aſſumptione tutelæ omnem ſuam ſubſtantiam pro tutelari adminiſtratione
69 expreſsè obligarent, ſive ſupponerent † pro defenſione pupilli, ut Bart. ſcribit
in d. Auth. matri, num. 15, Mol. *d. §,* 56, *glo.* 1, *num.* 3, Capyt. *d. deciſ.* 50, Boërius
deciſ. 23, *num.* 100, *& eſt textus, in l. ult. C. quando mulier tutelæ offic. & in Auth. ut ſine*
70 *prohibitione*, quia † multi ſunt effectus expreſſæ ultra quam tacitæ, maximè in
caſu *l. aſſiduis, C. qui pot. in pign.* ut dicit Bart. *d. loco*, volens tutelam aliter aſ-
ſumptàm eſſe nullam, quem ſequuntur alii. Dicit tamen Imbertus *d. loco*, ex
Boër. *in conſuetud. Bituricenſ. §,* 6, matrem † non ſatiſdare ex moribus Galliæ. Et
71 plus Andr. Barbat eo caſu ſufficere, quod mater det fideiuſſores tales, quales
poteſt, etiam ſtante ſtatuo vel conſuetudine fideiuſſores requirente, ex notatis
Raph. Fulgoſ. *in l. de creationibus, C. de Epiſc. audient. per illum text. verſ. in quantum*
poſſibile, ubi refert, Vbert. de Bobio, dum legeret in ſtudio Vercellenſi, ita
conſuluiſſe, ad requiſitionem & in favorem Reginæ Franciæ Blancæ, quæ
tutelam filii impubertis patri in regno ſuccedentis aſſumpſerat, & quoſdam
nobiles fidejuſſores dederat, quorum facultates videbantur minus ſuffi-
cientes.

72 Si tamen mater † vel avia duobus vel pluribus annis adminiſtraverint, &
ejus geſta longo tempore tenuerint, præſumere debemus, omnes renuntiatio-
nes interueniſſe, omniaque ſolemniter acta eſſe, nec ipſa per judicem admiſſa
decepta ſit, ac etiam illi, qui cum ea contraxerunt, argumento *l. fin. §. filius,*
ff. de petit. hæred. l. 1, & ibi Bal. C. de patria poteſt. & ita in terminis noſtris conſuluit

Socin.

Socin. *conſil.* 1. *lib.* 2. quem & plures alios refert & ſequitur boer. *deciſ.* 124. *num.* 13. 14. Quin & ab ea nullitate excuſabantur geſta matris vel auiæ, ſi quid ante has renuntiationes ad vſque requiſita egiſſent circa bona pupillaria, quæ tempore peritura † fuiſſent, vel etiam ea, quæ concernunt utilitatem 73
pupili, *vt eſt text. in l. fin. & ibi Dd. C. ſi tutor ſatiſd. non dederit, l. quidam decedens, §. vſque adeo, ff. de adminiſtr. tut. & l. non ideo minus, & ibi omnes, C. de Procurat. cum alijs multis allegatis per Boer. d. deciſ.* 124. *num.* 19.

Hæc cum ita ſint, non eſt iam obſcurum, quod mater vel auia, quæ ad ſecundas nuptias conuolauit, hanc tutelam adminiſtrari non debeat. Cuius rei aperta cauſa eſt, quam explanat Imperator Conſtantinus, ne aliam aliunde arceſſere ſit opus, *in l. lex quæ tutores, §. lex enim, C. de adminiſtr. tut.* quia tales immoderatæ fœminæ plerumque † nouis maritis non ſolum res filiorum, 74
ſed etiam vitam addicunt, Cornæus *conſi.* 113, *nu.* 6. *lib.* 4. *Dec. cap. ex parte, num.* 2. *de appellat.* Boër. *deciſ.* 266. *num.* 1. & 2. Paul. Pariſ. *conſ.* 56. *num.* 3. *liber.* 1. Aym. *conſ.* 18. *nu.* 1. & nouiſſimè Aſcan, *de patria poteſtate, cap.* 4. *num.* 34.

Quod † obtinet, etiamſi ea teſtamento tutrix † deta fuerit, idq; magis communiter receptum eſſe dicit Boër. *deciſ.* 124. *num.* 12. *deciſ.* 266. *num.* 4. 75
idem in conſuetud. tit. 1. §. 6. *verbo, à ſon pere.* Ioan. de Garonib. *in auth. eiſdem, nu.* 43. *C. de ſecund. nupt.* vbi poſt quam allegauit quoſdam alios contrarium tenentes, dicit hanc eſſe magis communem, † ſequitur vir prudens Ioach. Mynſing. *cent.* 3. *obſeru.* 83. 76

Quam nec † reaſſumit, ſi poſt matrimonium ſoluatur morte ſecundi mari- 77
ti. Boer. *d. deciſ.* 266. *n.* 4. Robert Marant. Venuſ. *in l. is poteſt, nu.* 203. *ff. de acq. hæred.* Mynſing. *d. obſeruat.* 83. & nouiſſimè Tiraq. *ad regulam, ceſſante cauſa, limit.* 12. *num.* 8. & 9. quia effectus priuationis fuit ſtatim conſummatus, quũ ad ſecundas nuptias conuolaret, niſi tamen eis liberis de alio tutore nondum fuerit proviſum, vel alium habere non poſſunt, ut tradit Marant. *d. l, is poteſt.* & Boër *d. deciſ.* 266. *circa finem,* quamuis aliter ſentiat Mynſing. *d. obſervat.* 13, vel niſi ex eo tantum privata fuit tutela, quod declaraſſet ſe velle nubere, nec tamen nupſerit, quibus caſibus tutelam reaſſumere poterit, ſecundum magis æquam opinionem. Boër. *d. deciſ.* 266, *num.* 5, Afflict. *loco prælleg.* Auguſt. Berous *quæſt.* 66. & Tiraq. *in d. reg. ceſſante cauſa, limit.* 12, *num.* 10,

Idemque † dicendum eſt, etiamſi ſponſalia contraxerit de præſenti, nec ta- 78
men cognita fuerit, ſecundum Boër. *d. deciſ.* 266. & Afflict. *deciſ.* 357.

Et eſt ea legis ſuſpicio contra matrem binubam tam vehemens, vt non permittatur inferiori, † à Principe eam in tutela defendere, ſed hoc ſoli Principi permiſſum ſit, Aym. *conſ.* 18 *nu.* 2. Menoch. *de arbit. iud. libr.* 2. *cent.* 2. *caſu* 51. *in fin.* 79

Imo nec poteſt † in locum matris contutricis teſtamentariæ remotæ alium adiungere alteri teſtameniario contutori, ſi is ſolus eſt ſufficiens adminiſtratio- 80
ni tutelæ. Aymo *d. conſ.* 8. *nu.* 5.

Quo fit (quia bonum † eſt argumentum à tutela ad educationem, & è contra, ut tradit Iacob Cuiacius, *obſeru.* 6. *cap,* 24. *per, l.* 1. §. *ult. ff. ubi pupill. educari* 81

S 3 *debeat*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

debeat) ut † etiam apud eam filius educari non debeat, *l.fi.C.ubi pupill. educari*, Caſtrenſ. *conſ.* 127, *lib.* 1, Ioannes de Garonib. *de rub. C. de ſecund. nupt. nu.* 16, & nouiſſimè Aymo, *d. conſ.* 18, *nu.* 3.

Maximè quando mater filio ab inteſtato eſſet ſucceſſura. Bald. *conſ.* 487. *lib.* 5. Curt. Iunior, *conſ.* 94, *nu.* 9, & Aym. *d. conſ.* 18, *nu.* 3. Si tamen mater aliàs eſt honeſtæ vitæ & converſationis, & filio tantum ab inteſtato ſuccederet in
83 modico, puta, in tertia parte bonorum, vel etiam † commodè apud aliam educari non poteſt, putat Curtius *d. loco*, bonum judicem huic permittere poſſe educationem filii, ſi aliud non obſtet, quod & mihi placet omnino, ut infrà latius dicam.

84 Quin etſi mater † ſuſcepta filiorum tutela ad ſecundas nuptias conuolarit, antequam filiis impuberibus fecerit alium tutorem ordinari, rationem reddiderit, & reliqua perſoluerit, eorundem ſucceſſione privatur, *l. omnem, C. ad Tertull.* Robert. Marant. *in repet. l. is poteſt, nu.* 202, *ff. de acq. hæred.* Ioan de Garon. *in d. rubric. C. de ſecund. nupt. num.* 69, *& in auth. eiſdem, num.* 7, 15, *&* 31, *eod.*
85 *tit.* dicens, † idem eſſe in matre inhoneſtè vivente. Marian. Socin. *conſ.* 8. *nu.* 1, *&* 2, *libr.* 1. Philippus Port. *commun. regul. & concluſ. lib.* 5, *cap.* 5.

A qua pœna eam non excuſat petitio ſola, ſed ea inſtare debet, ut det, & datus compellatur ad adminiſtrandum, *arg. l.* 2, *§. ſed quid dixerim, ff. ad Tertull.*
86 Lex enim † à matre plenum officium deſiderat, non imperfectum, *gloſſ. Bald. & alij in l. matris pietas, C. Qui pet. tut.* Scalicet & Raph. Fulgoſ. *in l. ſciant, C. de legit. hæred.* & ita in terminis reſpondit Corneus, *conſ.* 132, *num.* 11, *lib.* 2.

Neque etiam ſufficit, ſi alterum ex his impleuerit, ſed hæc omnia copulatione requiruntur, ut ſcribit Ioannes de Garon. *in d. Auth. eiſdem, num.* 7. 15, 29, 30, 31. & ibid. Bald. tradit optimam cautelam & practicam, pro ſecuritate matris. Marian. Socin. *d. conſ.* 8. *nu.* 2. Alberic. Caſtrenſ. & alii *in d. l omnem, argumento l. ſi hæredi plures, ff. de condit. inſtit.*

87 Neque item † proderit matri ad excuſationem, ſi dicat ſe ignorantia lapſam, licet agat de damno vitando, quando potuit facilè conſulere peritiores, quia talis ignorantia dicitur quaſi juris naturalis: Plotus latè, *de in lit. jurand. §.* 6, *num.* 27. Quare ſi fuerit in loco remoto, ubi peritorum copia non aderat, quos conſulere potuit, putarem eam in hanc pœnam non incidere, ſaltem in integrum reſtitui debere, ſi alium tutorem petierit, vel aliàs bona adminiſtraverit, per ea quæ notabiliter vult Bald. *in l. matres, ad Tertull.* quem & alios multos refert & ſequitur Ioan. de Garon. *in d. auth. eiſdem, num.* 33.

88 Quo loco † idem Ioan. de Garon. *nu.* 28. dicit, ſtante dubio, an mater prius impleverit, vel ad ſecunda vota tranſierit, eam gravari onere probandi, quod prius impleverit, alioqui repelli à ſucceſſione filii defuncti, quem ſequitur Corn. *conſ.* 132. *num.* 12, *lib.* 2.

89 Quod dicit obtinere, etiamſi mater non juravit, ut hodie non facit, † ſed tantum renuntiavit ſecundis nuptiis, Ioan. de Garon. *in d. auth. eiſdem, nu.* 27. dicit communem Corn. *d. conſ.* 132. *nu.* 5, 6, 7.

Etiamſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Etiamſi filius habeat agnatos, qui matre præſente, ejus ſunt legitimi tutores, † niſi mater in eorum manibus renuntiet tutelæ, ipſi eam acceptent cum decre- 90
to iudicis, & rationem eis reddat cum effectu ſolutionis, & inde ad omnem & maiorem ſecuritatem confectum fuerit inſtrumentum refutationis, ut dicit Alber. ſummus Practicus, *in l. omnem, quæſt. ſi. C. ad Tertull.* Bald. *in d. auth. eiſdem*, & ibidem latè Ioan. de Garon. *nu.* 29, *& duob. ſeq. C. de ſecund nupt.* & nouiſſimè Plotus, *de in litem iur. §. fin. num.* 27.

Pari ratione † eadem privatur omnib. legatis & fideicommiſſis ſibi obuenien- 91
tibus à viro & patre pupilli relictis, Maran. *d. l. is poteſt, nu.* 202. Plot *d. §.* 5. *nu.* 27.

Atque pariter † donationibus cauſa mortis, quæ vadunt ad hæredes matri, 92
ut eſt trex *in l.* 1. *§. omnium, juncta auth. eiſdem, in fin. C. de ſecund. nupt.* per quem text. ita tenet Soc. *conſ.* 39. *col.* 6, *lib.* 1. Marant. *d. l. is poteſt, n.* 202.

Quod multo magis † procedit in matre inhoneſtè vivente, quæ non ſolum 93
privatur tutela, ſed & patitur omnes pœnas ſecundò nubentium, & alias, Boërius *in conſuetut. tit.* 1, *§.* 6. Ioan. de Garon. *in d. rub. C. de ſecund. nept. nu.* 58, 59, 60, 61. idem *in auth. eiſdem, nu.* 23, 25, 26, & eam communem † eſſe dicit 94
Arius Pinellus, *in l. ult. numer.* 18, *C. de bonis maternis.*

Sive id egerit patre vivo, & ignorante, ſive eo mortuo, ut reſpondit Hieron. Grat. *conſ.* 115, *nu.* 4, 5, 6, *lib.* 1.

Ad cujus † probationem non eſt neceſſarium probare ſtuprum, vel concu- 95
bitum, ſed ſufficit probare actum aliquem inhoneſtum, ut tradit idem Gratus, *d. conſ.* 115, *num.* 7, 8, 9, 10, 11, 12.

Hoc amplius ‡ bona ſecundi mariti ſunt obligata pro muliere, quæ conuo- 96
lavit ad ſecundas nuptias, ſucepta legitima tutela, non petito tutore, nec redditis rationibus, *per tex. in l. pen. C. in quib. cauſis pign. vel hypoth.* Aym. *conſ.* 230, *nu.* 4, Socin. *conſ.* 126, *nu.* 3, *verſ. imo quod fortius, lib.* 1. Dec. *conſ.* 591. Ioan. de Garon. *d. rubrica Codicis, de ſecun. nupt. nu.* 54, 55, *& in auth. eiſdem, nu.* 32, *eod. tit.* quo loco, *ſcilicet d. Rubrica, nu.* 57, dicit idem obtinere in bonis retinentis † ma- 97
trem in concubinam, quæ, inquit, eſt magna ampliatio *ad d. l. pen.* ſi vera eſt, per rationem *l. his ſolis, C. de reuoc. don.* & allegat Barthol. Belenzinum, quondam egregium Rotæ Romanæ auditorem, *in additione, ad Anton. de Butr. & Panorm. in cap. ex parte, de appellat.*

Sed hanc ampliationem † non procedere in matre, quæ tantùm de facto 98
adminiſtravit, abſque ſuſceptione legitimæ tutelæ, poſt longam diſputationem concludit Dec. *d. conſ.* 591, *per totum*, ubi Molin. optimè ſolvit argumenta in contrarium per Dec. adducta: ſequitur Ioan. de Garon. *in d. auth. eiſdem n.* 9.

Neque etiam † quando mater conuolavit ad ſecunda vota, finita, per libe- 99
rorum pubertatem, tutela, *nu.* 2, *verſ.* 2, *&* 3.

Neque item in bonis mulieris, cujus bona ſunt obligata pro præcedente adminiſtratione tutelæ viri, ut tradit Bald. *d. Auth. eiſdem*, & poſt eum Ioan. de Garonib. *d. rubr. nu.* 56.

Hæc autem, quæ ſupra diximus, multis modis ſunt declaranda, & limitanda.

Primò,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

100 Primò, quod non procedant, quando † mater, filiis impuberibus mortuis, conuolavit ad ſecundas nuptias, non redditis rationibus fratribus impuberibus pupillariter ſubſtitutis, ut latè tradit Ioan. de Garon. *in Auth. eiſdem, n.* 11, *uſque ad* 17.

101 Neque etiam † ſecundò; quando mater ante notabilem moram vel incurſam pœnam intravit monaſterium, juxta notata Baldi, *in l. omnem, C. ad Tertull. & in c. ex parte, de appellat.* quem refert & ſequitur Ioannes de Garonib. *in d. Auth. eiſdem, nu.* 7, *verſ. ulterius.* Idem dicendum putat Bald. *in d. auth. eiſdem, Cod. de ſecundis nuptiis, & in l. omnem, C. ad Tertull.* quando mater reddidit quidem ra-
102 tionem, ſed non omnia † reliqua perſoluit ob errorem calculi. Nam ritè, inquit, dicitur factum, quod bona fide factum eſt, *per not. in l. eum qui, §. in popularibus, ff. de jureiur.* & mediocris error matri non obeſt in redditione rationum, *l. quamvis, ff. de condit. & demonſtr.* poterit tamen is error corrigi, & ab ea exigi ratio ad unguem, ut dicit Ioan. de Garon. *in dict. auth. eiſdem, nu.* 35.

Non abſimili ratione ea excuſatur, ſi reddidit rationem ſecundum juris diſpoſitionem, non tamen ſecundum diſpoſitionem ſtatuti, ‡ requirentis fortè
103 præſentiam alicujus, qui non fuit adhibitus, niſi ſtatutum ulterius procedat: & ita in facti contingentia reſpondit Bald. *conſ.* 58, *cuius exordium eſt, factum tale eſt: Quidam Franciſcus, lib.* 2, *& eſt repetitum conſ.* 59, *lib.* 4, ubi poſt longam diſputationem ita concludit.

104 Iiſdem ferè † de cauſis ſcribit Vlpianus matri ignoſcendum, quando filiis penitus egenis non petijt tutorem dari, *l.* 2, *§, ſi mater, ff ad Tertull.* vel etiam ea ob paupertatem reliqua ſolvere non potuit. Si tamen in eam paupertatem incidit non per adverſam fortunam, ſed ſua culpa, non excuſabitur, per notata
105 Bart. *in l. fin. §, non, ff. quæ in fraudem credit.* & ita reſoluit Ioan. de Garonib *in d. auth. eiſdem. num.* 37, 38, ubi adducit aliquot ſimilia.

Sunt & qui exiſtimant matrem excuſari, quando ea non habet de quo rationem reddat, puta, quia brevi tempore fuit in tutela, vel ita benè adminiſtra-
106 vit, ut nulla † ſint reliqua, ut Paul. de Caſt. *conſ.* 264, *incip. pro iſta quod eſt,* 155, *in* 1, *vol.* Corn. *conſ.* 132, *lib.* 2, *per l. Thais, §, Spendephorus, ff. de fideicom. libert. l. Julius Paulus, ff. de condit. & demonſt. l. qui libertatis, §, ſervus, de euict.* Sed ſunt multi & numero, & ætate & auctoritate (pace aliorum dixerim) ſuperiores, & in contraria ſententia, quorum coryphæus eſt Baldus, *in d. auth. eiſdem, & in l. omnem, ad Tertull.* quem & alios & refert & ſequitur Ioan. de Garon. *in d. auth. eiſdem, nu.* 39.

107 Non procedit † etiam dicta regula in matre minore 25. annis, quamvis ea etiam de facto tutrix decreta fuerit, quamvis ea pòſt major facta fuerit, quia lex loquitur de matre tutrice, ut ſupra attigimus, & in terminis tradit Marian. *conſ.* 8, *nu.* 9, *& quatuor ſeqq. & conſ. ſeq.* Neque enim erroneum judicis decretum hanc dationem juſtificat.

108 Nec ſimiliter † in matre executrice teſtamenti, quæ per ſecunda vota non privatur officio executionis, juxta notata Bart. *in l. à filio, ff. de aliment. &*

cibarijs

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

cibarijs legat. & Bald. *in d. auth. eiſdem pœnis, in fi.* quos ſequitur Dec. *in d. c. ex parte, de appellat.*

Sed hic ſeſe offert difficilis quæſtio, an idem dicendum † ſit in patre, qui 109
conuolavit ad ſecunda vota? In qua Angelus *Authen. de non eligendo ſecundò nuben. §. qnia vero, num. 16, & in Auth. de nuptiis, §. ſi vero exſpectet, num. 28*, reſpondet negatiuè, ſcilicet patrem, qui nuptias iteravit, atque ita liberis novercam
ſuperinduxit, liberorum tutela privandum eſſe, ergo multo minus ab initio 110
admitti debet, quia actus nunquam poteſt incipere à caſu, quo finiri deberet, & *Turpius eijcitur, quam non admittitur hoſpes, cap. quemadmodum, de jureiurando*, & multa impediunt contrahenda, quæ non tollunt iam contracta, *vulg. l. patre furioſo, ff. de his, qui ſunt ſui vel alieni juris*, & ibi latè Iaſon. Quam ſuam ſenten-
tiam Angelus fundat in communi illa Theorica, quæ dicit; † Pœnas ſecun- 111
dò nubentium eſſe communes viro & uxori; præter eam, quæ imponitur uxori nubenti intra annum luctus, qui tamen nullos laudat auctores. Sed
† adde Decium, *conſ. 87, nu. 3, & conſ. 230, num. 2*, quo loco dicit, eam eſſe 112
communem ſequitur Ioan. Dilect. Durand. *in tract. ſuo de cautelis ult. volunt. tit. de legat. 6, cautela 18. num. 5*, Barthol. Chaſſan. *in conſuet. Burgund. tit. Des enfans de pluſieurs lictz, §. 1. nu. 5*, & omnino latiſſimè, ut prope ſemper aliàs And. Tiraquel. *ad l. boues, §. hoc ſermone, nu. 157, & 160.* ubi etiam probat hanc eſſe communem. Fatetur tamen Angelus patrem manere adminiſtratorem legitimum filiorum ſuorum, *per l. generaliter, circa principium, C. de ſecundis nuptiis*, cui
adde vulgare Axioma: Virum & uxorem non debere † ad imparia judicari, 114
ſed ſtatutum in viro, æqua lance in mulieris perſona ſervari debere & econtra, æquitatis ratione ſuggerente, *l. non tantum, ff. de re judic. Zaſ. conſ. 15, lib. 1.*

Neque ſolus Angelus eius eſt opinionis, ſed & alii non contemnendæ auctoritatis, nec parvi nominis, nempe Barthol. Chaſſan. commentator conſuetud. Burgund. qui *tit. 6, §. 8. nu. 2, in fin. & nu. 7, & 8.* dicit, idem eſſe in patre, quod in matre: idque ex natura Correlativorum, & ut æqualitas ſervaretur, quam in omnibus hominum actionibus atque negotiis juris prudentes ſervari voluerunt, Emanuël Coſta latè *de Dote, cap. 6, num. 4.* ubi amplius dicit ſtatutum corrigens ius ſcriptum in matre, quæ violavit defunctæ conjugis thorum, multo magis corrigere in patre, qui defuncta uxore cepit ſecundam: quia, inquit, ratio correctionis juris eſt major in matre, quàm in patre, argumento eorum, quæ tradit Franciſcus Curtius Iunior magni ingenii vir, *conſ. 6, num. 1, & 2*, & ante eum Franciſcus Aretius, *conſ. 130.* Nec præterea quidquam adducit pro confirmatione ejus ſuæ opinionis, nec ullam facit mentionem Angeli, quem generaliter ſequitur, citato Angelo, cordatus Doctor Ioannes Franciſcus Ripa de ſancto Naſario, *in leg. final. quæſtio. 26, num. 96, Cod. de reuoc. donat.* ubi tamen de tutela non loquitur, ſed tantum ſe fundat in generali regula per nos ſuperius adducta, quod pœna binuborum ſit communis, & quod pater ſecuudò nubens plus injurietur liberis ſuis primi matrimonij, quam mater.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Et in hanc ſententiam optimè facit, quod Charondas Thuriorum legum lator prudentiſſimus, nec viris quidem ſecundas nuptias permiſerit; *Qui liberis*, inquit, *ſuis nouercam ſuperduxit, eum neque vllo dignitatis loco precijve virum habeto, neque vlla civium conſuetudine communicare fruiue ſinito: quippe qui malum alienum rebus ipſe ſuis intulerit.* Quod à Diod. Sicul *lib.* 12. *Bibliotheces* relatum eſt, quem referunt & ſequuntur duo præclara Galliæ lumina, videlicet Arnold. Feronus, ſcientiſſimus olim Conſiliarius Regius *in conſuet. Burdeg. tit. de Dote,* §. 8, & Andr. Tiraq, *ad l. boues*, §. *hoc ſermone, n.* 157. Videbat enim optimus legiſlator, quod licet vir conſtantior eſſe videretur muliere, illos tamen plerumque nouercalibus delinimentis & inſtigationib. corruptos, circa ſanguinem ſuum malignè iudicium inferre, quod nec ignorauit Caius noſter, *libr. ſingularium, ad l. Gliciam, in l. non eſt enim, ff. de inoffic. teſtam.*

114 Sed mittamus gentilia & externa. Legimus† Segiſmundum ſcilicet Burgundionum Regem Chriſtianum in gratiam nouercæ Sugerium filium, ex filia Theodorici Oſtrogotthorum Regis procreatum necauiſſe, intromiſſis duobus ad quieſcentem filium, qui laqueo ceruici iniecto, ſperitum intercluderent: quod is improuidè matrem defunctam laudaret nimis, generoſioremq́ue eam fuiſſe contenderet, quam cuius mundo ornamentiſque illam excoli conueniret, vt refert Paulus Æmilius Veronenſis Hiſtoricus, *in Childerberto* 1. *Rege* 6.

Contra ex diametro tenet Arius Pinel. *in l. vlt. num,* 15. *&* 16. *Cod. de bonis mater.* quo loco citat eiuſdem ſuæ opinonis aſſertores, Raphael. Fulgoſ. *in l. iubemus, nu.* 6. & Corn, *ibidem, num* 4. *C. ad trebell.* Ioan. de Imol. *in l. ex facto, num.* 16. *ff. de vulg. & pupill.* & ex recentioribus, Anton. Gomeſ. Hiſpanum, *ad l.* 40. *Tauri, nu.* 15. quam dicit omnino tenendam contra Angel. Caſſan. & Ripam: quorum ſententia primò fundatur ex eo; quod non inueniamus iure cautum, patrem, ob ſecundas nuptias tutela filiorum priuari; ſed hoc tantum intendi non debere, cum pœnales caſus ſint ſtricti iuris, nec recipiant interpretationem extenſiuam. Dec. *conſi.* 380. *in fin. idem conſi.* 531. *num.* 1. Nicol. Bellon. Albenſis, olim Profeſſor Dolanus & Patricius Daſalenſis ex Monteferrato, *conſi.* 42. *num.* 6. *in fin. & num.* 7. Rochus Curt. *de conſuetud. ſect.* 4. *nu.* 20. quo loco atteſtatur, eam eſſe comunem cum ſimilibus, etiam data ratonis identitate, & omnimoda ſimilitudine, Aym. Crau. *de antiq. tempor.* §. *tranſeo, nu.* 147. *verſ, contrarium,* Molin. *in conſuetud.* §. 52. *num.* 2. Hippolyt. Rimin. *in* §. 1. *num.* 544. *Inſtit. de donat.* & eam communem eſſe dicit Petr. Duen. Hiſpanus, Doctor Salmanticenſis, *reg.* 287. quia, inquiunt, pœna non imponitur, niſi lex expreſſè dicat, ut tradit Alex. *conſ.* 103. *nu.* 15. *lib.* 1. & ibid. Molin. Herculanus, *de negativa, num.* 9. Franciſcus Nicon. *ad Rubr. Cod. de edendo, num.* 51. Aym. *d,* §. *tranſeo, num.* 148. *& duob. ſeqq.* Rimin. *d.* §. 1. *num.* 544. Mol. *conſilio. ſuo.* 38. *num.* 15. & eam communem eſſe fatetur Soares, *lib. cummunium opinionum, ſub litera* P. *nu.* 126. Quod dicunt potiſſimum obtinere in hac materia ſecundarum nuptiarum, in qua erubeſcimus ſine lege

loqui

loqui, ut eſt text. *in §. cum igitur, verſ. ſicut enim patres, ibi, nec enim lex aliquid tale dicens, in auth. de non elig. ſecundò nubentes,* ita hoc axioma ampliat Ioan. Nicolaus *in repet. l. generaliter, num.* 21. *C. de ſecun. nupt.*

Et ad argumenta aliorum reſpondent, ea non debere quemquam movere, cum longè diverſa ſit ratio in patre, atque matre: quia lex magis confidit de patre in providendo liberis, † quam de matre, Nam ſi pater dat tutorem fi- 115
lio, non eſt neceſſaria alia judicis inquiſitio: Sin verò à matre datus eſt, non antè tutor erit, quàm per Iudicem cauſa cognita fuerit confirmatus, *l.* 4. *ff. de teſtam. tut. & l.* 4. *C. eodem, l.* 2. *ff. de confirm. tut.* Cornæus optimè *conſi.* 175. *num.* 13. *lib.* 3. vbi hoc etiam extendit ad aliam patris diſpoſitionem, circa filiorum educationem: ſequitur Zaſ. *in tract. Subſtitutionum, cap. de exemplari, verſ.* 2. *particula.*

Ex eo denique profectum videtur, duod communiter receptum eſt, matri, quæ liberis induxit vitricum, ius non permittere eiſdem † exemplaritur ſub- 116
ſtituere, quin etiam ſubſtitutionem iam factam iritari, ſeu euaneſcere per tranſitum ad ſecundas nuptias; patri tamen hoc permitti, vt tradunt omnes *in l. ex facto, ff. de vulg. & pupill.* Io. de Garon. *in rubr. Cod. de ſecundis nuptijs, pœna* 22. *nu.* 46. *& ſeb.* Zaſius *in ſuo Subſtit. tract. cap. de Exemplari, in prin. d. verſ.* 2. *particula.*

Haud abſimili ratione ſtatutum eſt ab Alex. Imper. pupillum apud matrem, quæ ad ſecunda vota conuolauit, † non debere educari, cui non ignota fuit 117
perfidia matrum, etiam in proprios liberos, propter nouos maritos, vtque plerumque, teſte Conſtantino Imperatore, nouis maritis non ſolùm res filiorum, ſed etiam vitam addicunt, *l. lex quæ tutores §. lex, C. de adminiſt. tut.* Quo ſpectat quod latiſſimè tradit Andræas Tiraq. *l. connubiali* 8. *num.* 85. 86. 87. 88. multas fuiſſe mulieres, quæ vt libidini ſuæ indulgerent, † nec liberis, nec pa- 118
rentibus, nec patriæ pepercerunt, eoque vitio maximè laborare viduas quibus difficilius eſt ſeſe cohibere, quod illicitum Veneris expertæ ſint. Qua de cauſa Italicorum ſtatutorum conditores conſiderantes, quod viduæ Italicæ difficulter admodum reperirent ſecundum maritum, extantibus ex earum priore matrimonio liberis, impediente hoc ipſum conſtitutione Diuorum Leonis & Anthonij Imperatorum, *in l. hac edictali. C. de ſecun. nupt.* ac metuentes ne filiorum vitæ, vt facilins renunbere poſſent, inſidiarentur, abrogarunt *d. l. hac edictali, & ſimilib.* eaque ſtatuta eo nomine ad Italicis Doctoribus laudantur, vt refert ſolemnis Doctor, ac acutiſſimus Legiſta Signorol. de Hondod. *conſ.* 37. de Statuto † ciuitatis Aſtenſis; & de Statuto Florentino, 119
Dec. *conſi.* 19. *num.* 2. & ante eum Paul. Caſtrenſ. optimus legum Doctor, *in l.* 1. *ff. de inoffic. teſtam.* quo loco dicit ſe fuiſſe tutorem huius ſtatuti tempore compilationis (ſic enim loquitur) eorundem. De ſtatuto ciuitatis Alexandriæ, idem Decius *conſi.* 195. & de Mediolanenſi, idem *conſi.* 283. *& ibidem latè* Molin. Idem de Piſtorienſi, *conſil.* 19. *&* 353. De Vicentino, Fulgoſ. *conſi.* 63. de Mutinenſi, Romanus *conſil.* 44.

120 Ex hac legis de matre binuba diffidentia illud proficiſcitur † quod ea non poteſt revocare collata per donationem in liberos primi matrimonij, prætextu ingratitudinis, niſi in tribus tantum caſibus, expreſſis *in l. quod mater, C. de revoc. donat.* quia præſumitur minus ſincero animo ingratitudinem inducere in favorem ſecundi matrimonij, ut eſt text. *in §. mater, in auth. de nupt.* ſive *conſtitutio*
121 22, quo loco clarè ſcribit Cuiac. id in patre binubo non eſſe † conſtitutum: quia, inquit, gravius coërcentur mulieres ob earum facilitatem, varietatem, & inconſtantiam: viri non adeo ſunt faciles, & inconſiderati, ut etiam rectè dicit Andr. Alciat. *in ſuo libell. præſumptionum, regul. 1. præſumpt.* 47. quamobrem nec ullo modo mulctabantur olim, *ut patet ex l. 2. §. ult. C. Theodoſ. de ſecund. nupt.* Nam ſuadet tantum Theodoſius Magnus, ut mares abſtinerent ſecundis nuptiis, extantibus liberis, vel ut eadem ſubeant quæ mulieres, quæ ſuaſio non eſt conjuncta neceſſitati: nulla ſiquidem legis virtus eſt in ſuadendo, ſed tantum in imperando, permittendo, puniendo, vetando, ideoque quod ſuaſerat Theodoſius Magnus, ei Theodoſius Iunior neceſſitatem iniecit, *l. generaliter, C. de ſecund. nupt.*

Eiuſdem notæ eſt, quod licet olim mulieres ad filiorum tutelam admittebantur, nec ullam ſexus, quo ad tutelas, veteres fecerint differentiam: tamen prudentes ejus rationem habuerunt, eaſque à tutelis removerunt, quod videntur præ ſe ferre verba Scævolæ, *in l. quo tutela, ff. de regul. juris. Quo tutela*, inquit, *redit, eo & hæreditas pervenit, niſi cum fœminæ intercedant:* poterant enim eſſe hæredes non tamen tutrices, *l. 1, §. 1, l. pen. ff. de teſtam. tutel.* niſi tamen matres ſpecialiter à Principe poſtulaſſent & impetraſſent, *l. fin. ff. de tutelis.* Quæ poſtulationes ſive deſideria matrum non ſine delectu paſſim apud Principes admittebantur, niſi faterentur actis, ſacramento præſtito, ad alias ſe nuptias non venturas: & ne facilis eſſet in eas, poſt tutelam ſuſceptam irruptio, bona eius, qui tutelam gerentis nuptias affectaverit, pro rationibus parvulorum in obligationem venire, & obnoxia teneri, Imperationes Valent. Theod. & Arcad. ſtatuerunt, *in l. 2, C. quando mulier tutelæ offic.* ne quid (inquiunt) incuria, ne quid fraude deperiret, quam cum uitrico mater participaſſe videtur, id quod in patre conſtitutum non eſt neque receptum, Ioannes de Garonibus, *d. Rubr. de ſecund. nupt. nu. 56.* Quin nec hodie adhuc admittitur ad tutelam, niſi renuntiet ſecundis nuptiis & Senatuſconſulto Velleiano, licet iuſiurandum non exigatur, ſed ſufficiat teſtatio apud acta, *ex Novell. 94.*

Quibus accedit, quod licet ardor paterni materniq́ue amoris dicatur inæſtimabilis, imo mater videatur vehementius amare, ſi credimus Iohan. de
122 Lignano, *in ſuo tract. de Amicitia*, & eo non citato Antonio Vaccæ, *in l. 3. ad fin. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni juris*, in eo tamen omnes conveniunt, patres conſtantius amare; qui propterea maturius omnia expendent, neque tam facilè movebuntur vel fallentur atque matres, quæ ob imbecillitatem ſexus, inconſtantiam & levitatem nimis credulæ ſunt, & decipi faciles, ut tradit Tiraquell. *l. connub. 1. nu. 70. 71. 73. 74. & l. 9. nu. 102.* Quarum præterea amor non
eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

eſt par & æqualis ad omnes liberos, cum magis præſumantur † amare fœminam, quàm maſculum propter ſexus ſimilitudinem, iuxta ea quæ tradit idem Tiraq. *l. connubiali* 4. *num.* 23.

Poſtremò ſubſervit huic ſententiæ, quod paſſim in jure noſtro videamus majorem licentiam maribus, quàm fœminis datam eſſe, leviuſque ſemper viſum ſit virorum, quàm mulierum peccatum, nec in eo libido & impudicitia tam fœda eſt, turpis, ac deteſtabilis, atque in fœmina, in qua pluralitas nuptiarum minus honeſta eſt, maior honeſtas requiritur, † & deinde major 124
eſt quælibet macula impudicitiæ, juxta ea quæ tradit Tiraq. *l. connub.* 1. *num.* 41. 42. 43. 44. 45. quem refert & ſequitur Arius Pinel. *in d. l. ult. nu.* 16. *C. de bonis mater.* Barnabas Briſſonius *ad leg. Juliam, de adulteriis, cap.* 4. *prope finem.*

Ex quo inferunt, viro quidem † olim permiſſum fuiſſe uxorem in adulterio 125
repertam impunè necare; uxori veròècontra maritum adulterantem ne digito quidem contingere permiſſum. Ex quibus puto ſatis intelligi, articulum hunc eſſe valde controverſum & intricatum,

Iam verò † ſi hîc in tot doctorum virorum ſumma diſſenſione, diſcordia 126
& varietate, difficillimum eſt internoſcere verum, (multis enim acerrimis argumentis quiſque ſe tuetur) quid dicemus in tanta ſententiarum varietate? Ego arbitror poſteriorem opinionem in puncto juris veriorem, ſed priorem æquiorem, & fortè etiam veriorem, ex argumentis primo loco adductis, quæ prorſus meo judicio conuellunt & jugulant argumenta poſteriora, quod apertum fiet, ſi ſemota parumper ratione diſputandi (quam ſubtilem rationem appellat Iulianus, *rationem naturalem*, quæ legis loco eſt: optimus dicitur legis clypeus, & in omni re dominatur; qua nec eſt major nec certior in mundo) ſi inquam æquitatem vivam & naturalem juſtitiam, humanitatem ſive humaniorem & benigniorem interpretationem intueri & ſequi, ac majori iniquitati & fraudi occurrere volumus, & ad publicam pupillorum utilitatem reſpicere, ut debemus ex præcepto Imperatoris Severi, *de quo in l.* 2. *cum l. ſeq. ff. qui petant tut.* Quis enim quotidie non videt, maius periculum pupillis obuenire ex patris matrimonio per Nouercas, quàm econtra ex ſecundis nuptiis matris per vitricum. Equidem longo uſu & experientia didici, inter vitricum & novercam longam eſſe differentiam, ſi ad pupillorum commodum ſpectare volumus, nec dubito quin idem mecum aſſerent omnes illi, quorum parentes alteras nuptias aggreſſi ſunt: quæ cauſſa eſt, quod non vitricis, ſed novercis diverſa egregia epitheta ſint peculiariter attributa, quod ſcilicet ſunt malæ, injuſtæ, ſævæ, crudeles & pertinaces in privignos, diræ, † funeſtæ, ſceleratæ, 127
terribiles, inde etiam odia novercalia pro inexplebilibus, capitalibus, & vehementer acerbis. Inde manus novercales pro avidis, rapinis intentis, imo rapaciſſimis, inde denique delinimenta & inſtigationes novercales, apud probatos auctores exaudiuntur, ut partim tradit Tiraquel. *leg. connubiali* 9. *nu.* 149. Quare licet nulla lege nominatim cautum ſit, patrem ob ſecundas nuptias à tutela liberorum removendum; tamen quia jura ſunt aperta, ac generaliter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

definientia pœnas ſecundò nubentium eſſe communes inter virum & uxorem, excepta pœna nubentis intra annum luctus, & eam definitionem Doctores communiter ſequantur: non tamen puto facilè recedendum eſſe ab hac generali regula, ſeu definitione, niſi quis alia lege, vel ratione, legis vim habente, exceptionem à regula proferat: habens enim regulam communem,
128 ſive generalem definitionem pro ſe, dicitur habere intentionem fundatam, & transfert onus probandi † eam exceptionem in adverſarium, Alex. cum Mol. *conſ.* 79. *num.* 5. *libr.* 7. Tiraq. *de retract. lig.* §. 1. *gloſſ.* 9. *num.* 209. Zaſ. *conſ.* 12, *num.* 8. *lib.* 1. *idem conſ.* 9. *num.* 46. *lib.* 2. & nouiſſimè Arius Pinel. *in* 3. *par. l.* 1. *num.* 23. *C. de bonis mater, per text. in l. ſuus quoque*, §. *puto, ibi, ad generalem definitio-*
129 *num recurrendum eſt*, *ff. de hered. inſtit. cum ſimil. alleg. in dd. locis.*

Nec huic noſtræ opinioni facit † aliquod præjudicium, quod ſupra adduximus, in pœnalibus non debere fieri extenſionem: quia pœna non imponitur, niſi expreſsè dicatur, etiam data rationis identitate & omnimoda ſimilitudine, maximè in hac materia ſecundarum nuptiarum, in qua ſpecialiter ſtatutum eſt, quod ſine lege loqui non debeamus, cûm hæc res non omnino certa ſit, ſed in ea mirè variant ſcribentes. Dec. *in l.* 1. *num.* 15. *in fin. C. de edendo.* & latè Aym. *de antiq. temporum*, §. *tranſeo*, *num.* 146. *& ſeq.* licet fateatur alteram communem eſſe, in eo tamen omnes conveniunt, etiam in pœnalibus fieri extenſionem ex rationis identitate & veriſimili mente, quando agitur de favore publico, ut occaſio delinquendi tollatur, & præſumptis fraudibus occurratur, per ea quæ tradit Aym. *de antiq. temporum*, §. *ordinarii*, *num.* 6. Ludouic. Gomeſ. doctus, multæque lectionis & experientiæ vir, *regul. de Infirmis*, *quæſt.* 13. *verſ.* 2. *pro hac parte.* Idque maximè, quando ratio eſt expreſſa in lege pœnali, quo caſu ſit extenſio ad omnes alios caſus, in quibus viget eadem ratio, quia ex ratione colligitur mens potius, quam ex verbis, Aym. *de antiq.* §. *videamus*, *num.* 18. 19. 20. Franciſc. Niconius *rubr. C. de edendo*, *n.* 50. noviſſimè Hypolyt. Rimin. §. 1, *num.* 546, *Inſtit. de donat.* Quo caſu dicitur magis comprehenſio, ſeu diſpoſitio legis immediata, quàm extenſio, *l. his ſolis*, *C. de revoc. donat.* Rimin. *de donat. in prin. num.* 273, *& aliquot ſeqq.* quo loco dicit ex Baldo, quod quando multa habeant eandem rationem, licet de uno fiat mentio, videri factam exemplariter, non reſtrictivè: & quod tali caſu lex non dicatur extendi, ſed enucleari; nec novum ius addi, ſed quod in ratione legis includebatur, ſecundum æquitatem detegi: & ante eum latè Aym. *d.* §. *videamus*, *& conſ.* 183. *num.* 3. & eo quidem magis, quando diſpoſitio pœnalis loquitur in uno, cauſa majoris frequentiæ, Iaſ. *conſ.* 112, *num.* 2, *verſ.* 4, *principaliter lib.* 1, Aym. *d.* §. *videamus*, *num.* 37. Quin & generale eſt, dictum cauſa majoris frequentiæ non reſtringere, ſed comprehendere caſus etiam non adeo uſitatos, Curtius Iunior *conſ.* 107. *num.* 8. dicit communem. Alex. *conſ.* 119, *num.* 45. *lib.* 6. Tiraq. *de retract. lig.* §. 20, *num.* 4, *uſque* 12. Molin. *ad reg. Cancellariæ, de public. reſign. num.* 61. *Idem in conſuetud.* §. 13, *gloſſ.* 3, *nu.* 7, *&* §. 28 *num.* 3, *&* 6, Zaſ. *in l.* 2, §. *mutui*, *nu.* 43. *&* 44. *ff. ſi cert. pet.* & noviſſimè,

Arius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Arius Pinell. *in 2. part. l. 2. cap. 1. num. 13. C. de reſcind. vendit.* Quibus in locis tradunt, id obtinere etiam in pœnalibus, ſive dictum ſit in legibus, ſive in ſtatutis, præcipuè quando agitur de fraude vitando, & quando ille rarior uſus eſt ſimilis expreſſo, & in utroque eſt eadem ratio. Cum ergo ex præcedentibus appareat evidenter, in patre ſecundò nubente, & novercam libris ſuperinducente, longe majorem ſaltem eandem ſubeſſe prohibitionis rationem, & rationem prohibitionis, quo ad matrem in lege, ſcilicet *l. qua tutores, §. lex enim, C. de adminiſt. tut. & in Novell. 118, §. ex his expreſſam*, pariter & tres alias rationes à Dd. allatas, ut Boër. *deciſ. 266, nu. 1*, Aym. *conſ. 18, num. 1.* itidem urgere in hoc caſu, & ex dicto texto *l. quæ tutores, §. lex enim*, hoc dictum eſſe in matre cauſa majoris frequentiæ tantum: quia utitur verbo plerunque novis maritis, quæ denotat caſus frequentiam, ut in caſu ferè ſimili reſpondit Iacob Menoch. *in 8. remed. recup. poſſ. q. 8.* conſequens eſt etiam, hunc caſum ſub expreſſo de matre comprehendi debere, ac prorſus recijciendam eſſe ampliationem Ioannis Nicolai, quam facit *in d. l. generaliter, num. 21. C. de ſecund. nupt.* ad vul- 130
gare illud † Axioma, erubeſcimus cùm ſine lege loquimur, quaſi id maximè locum habere deberet in materia ſecundarum nuptiarum. Siquidem ea verba à Iuſtin. ibi prolata, *nec eſt lex aliquid tale* dicens, non eo animo dicta ſunt, ut 131
putat Ioan. Nicolai, ſed ſunt enuntiatura tantum j. τῆς περισσολογίας ſolitæ Iuſtin. quæ nullam vim legis habent: ut in ſimili ferè reſpondit ad alia ſimilia, Molin. *in l. 1. §. eadem, nu. 36, ff. de verb. obligat.*

Alia argumenta non magis urgent, & non niſi quadam ſubtilitatis ſpecie non animadvertentibus imponunt. Non enim hîc quærimus, uter conjugum honeſtius conuolare poſſit ac ſecundas nuptias, utrius amor ſit major vel conſtantior, nec an alter altero levius puniatur ob peccata venerea, ſed hoc tantùm, an patris, qui ſecundas nuptias aggreſſus eſt, fides æquè bona, integra & ſincera permanſerit erga liberos prioris matrimonii, ut ei tuta perſona & res pupilli committi & credi debeant, aliter atque matri binubæ, cui ea tutela ſive fides adimitur? De quo recenſui ſupra caſus aliquot, in quibus jura plus confidunt de patre, quàm de matre, ſed ea partim loquuntur de patre teſtante, non tamen binubo, & qui binubi meminerunt, non ſunt expedita, ſed controverſa, ut illud de exemplari ſubſtitutione apud Ripam, *in l. ex facto, num. 66. 67. & 68. ff. de vulg. & pupilli*, & ibidem Bald. & Salicetus. Quo etiam loco Alexander fatetur hunc articulum eſſe dubium, & alterum de educatione, cùm lex non ſimpliciter prohibeat, ſed hoc relinquat arbitrio judicis, conſiderata qualitate matris & vitrici, cui vitrico lex ſæpè confidit, ut dicit Gordianus *in l. ſi paterno, C. de negot. geſt. & ibid. gloſſ.* cùm & olim apud matrem etiam binubam educabantur, auctore Livio, *lib. 39.* hunc in modum loquente: *P. Æbutius, cujus pater publico equo ſtipendia fecerat, pupillus relictus, mortuis deinde tutoribus, ſub tutela Duroniæ matris & vitrici Tib. Sempronij educatus fuerat.*

Pari modo cõtroverſum eſt, quod diximus de revocãda donatione & renuntiatioue

tiatione, quo ad ſecundas nuptias. Nam in primo contrarium tenet Ripa, *d. l. generaliter*, quod loco laudat plures eius opinionis, & ſecundum non obſeruatur de conſuetudine apud noſtros, nec etiam in Gallia, vir doctiſſimus *in ſuo Enchiridio, verbo, tutela,* allegans Boërium, *in conſuetud. Bituricenſes, tit des eſtatz, des perſones, §. 6. in verbo, à ſon pere,* qui tamen ſeipſum declarans, *deciſ. 124. num. 10. 11. 12.* dicit hoc tantum obtinere in matre teſtamentaria tutrice. Ex quibus iam puto ſatis probatam eſſe priorem opinionem, quam exiſtimo æquiorem: nolo tamen inficias ire, alteram quoque opinionem optimè defendi poſſe.

Quare neceſſum non eſt hîc vlterius diſcutere queſtionem, an idem dicendum ſit in patre in honeſtè viuente, quam puto per pręcedentia ſatis eſſe deciſam: ne plus habeat. luxuria quàm caſtitas, vt dicit tex. *in d. l. fin. & in §. fi. in auth. de reſtitut.*

Sed vt ad id. vnde paulum digreſſi ſumus, tandem reuertamur, tertiò limitant regulam noſtram, in principio huius capitis poſitam, videlicet, *Et deferri onus tutelæ, & c.* Vlpianus *in l. legitimos, §. fin. ff. de legit. tut.* Imperatores, Diocletianus & Maximianus *in l. 2. Cod. eod.* & Imperator noſter Iuſtinianus *in §.*
132 *quod autem, Inſtit. de capitis diminution.* quando proximior eſt capite minutus.

Idque adeo procedit, etiamſi ea delata fuerit ante capitis minutionem, quia tractum habet temporis, & continuam actionem, aliter atque hæreditas, quæ vno momento ſtatim acquiritur, ſimulque amittit nomen hæreditatis, & ideo ei abeſſe non poteſt caſus ſuperueniens, *l. vlt. C. vnde liberi, l. Paulus, ff. de acq. hæred.*

Imò etiam † ſi is pòſt manumiſſus fuerit, *dict. §. quod autem, & ibi gloſſ. in verbo*
133 *ſi manumiſſus*, quia manumiſſio delet tantum nubeculam ſeruitutis, *l. manumiſſiones, ff. de iuſtitia & iure.*

134 Adque ideo † aliud dicendum eſt in reſtituto: quia reſtitutio fit pleno iure. Quam differentiam inter manumiſſionem & reſtitutionem tradit Portius *in d. §. quod autem.* Idemq; dicendum eſt in omni tutela, in qua agnationis non habetur ratio, ſiue quæ non nititur jure agnationis, etiamſi ab aliqua alia lege, quam 12. Tabul. deferatur, ut in fratre emancipato, *l. frater emancipatus, C. de legit. tutel. l. ne lucrum, C. de curat. furioſi.*

Eadem ratione, quia per deportationem in Inſulam ſive hodie perpetuum
135 bannum, cum bonorum † confiſcatione (ita enim interpretatur Alex. *conſi. 26. num. 1. lib. 1. & conſi. 116. num. 2. lib. 3. & ibidem* Mol) cognatio ſoluitur: agnatus vel cognatus alioqui proximus in Inſulam deportatus ex lege tutor non eſt, *d. §. quod autem, Inſtit. de capitis diminut.*

Sed & antiquo jure † proximiori capite minuto, qui proximior erat, in tute-
136 læ adminiſtratione ſuccedebat, non tamen in hæreditate, *l. tutela, §. quæri poteſt, ff. de legit. tutel.* Proximiore verò inidoneo exiſtente, alius dabatur extra ordinem, illæſa manente ſucceſſionis cauſa, vel, ut alij volunt, manente tutore inidoneo, penes alium relinquebatur adminiſtratio, ut annotavit Rẹuard. *Variorum 1. c. 10. per l. ſæpe ad alium, ff. de cur. fur.*

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

CAP. XVI.

Quando locus ſit legitimo tutori?

SUMMARIA.

1 *Deficiente teſtamentario tutore, locus eſt legitimo, excluſo dativo. Fallit num.* 18, *Declara ut nu.* 19.
2 *Tutor legitimus donec extat, ad dativum non pervenitur.*
3 *Legitimus tutor ſuperveniens excludit dativum.*
4 *Legitimus tutor per annum expectans, licet privetur ſucceſſione, non tamen tutela.*
5 *Alius tutor dari non poteſt in præjudicium matris negligentis, niſi ad hoc citata, & quando.*
6 *Non ſubditus poteſt eſſe tutor legitimus, ſi velit.*
7 *Mater, contractis ſecundis nuptiis, ipſo jure tutrix eſſe deſinit, & eſt locus legitimo.*
8 *Tutore teſtamentario non exiſtente, niſi ſpe, locus eſt dativo, non legitimo.*
9 *Mater acceptans tutelam filiæ, ſi tranſeat ad ſecunda vota, accendens iudicis officium pro tutoris proviſione, dat locum tutori dativo, non legitimo, & quando,* 11. 12.
10 *Communis opinio.*
13 *Tutor ad matris petitionem datus, qui dari non debuit; excludit dativum. Declara num.* 14.
15 *Statuti forma præciſe debet ſervari. Amplia nu* 16.
17 *Quomodo tutor cum inquiſitione dari debeat?*
20 *In tutela matris & aviæ receditur à regulis juris communis.*
21 *Cautela Cornæi.*
22 *Teſtator ſi dederit teſtamento tutores liberis ſuis, hoc adjecto, quod unus non poſſit gerere ſine alio, mortuo uno ex eis, ad quos pertineat tutela.*
23 *Tutore capto ab hoſtibus, an locus ſit dativo?*
24 *Quid in deportato, excuſato, vel remoto?*

SEquitur videre, Quando locus ſit legitimo tutori? In quo tractatu † Re- 1
gulam conſtituunt omnes: *Quod, deficiente tutore teſtamentario, locus ſit legitimo,* 2
excluſo dativo, & quod, exiſtente legitimo tutore, ceſſet dativus. Cuius ratio differentiæ patet ex ordine titulorum *in ff. C. & Inſtit. §. 1. & ibi glo. verbo tutor, Inſtit. de Attil. tut.* Alexan. *conſ.* 161. *num.* 2, *lib.* 5. Corn. *conſ.* 274, *nu.* 1, *lib.* 3. Aret. *in §. quod autem, nu.* 2, *Inſtit. de legit. agnat. ſucceſ.* & Curt. Iun. *conſ.* 94, *nu.* 4.

Imo legitimus ſuperveniens excludit dativum, *l. ſi tutor reipublicæ, §. 1. ff. de* 3
tutel. & rat. diſtrah. l. non ſolum, §. ſi libertus, ff. de excuſat. tut. quod tamen intelligitur, dummodo alius non ſit proximior, ut dicit Alexand. *d. conſ.* 61. *num.*
2. Etiamſi legitimus ultra annum exſpectavit. Licet enim † ſucceſſione pri- 4
vetur, non tamen tutela, ſi in datione alterius tutoris non fuit judici narratum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

tum, legitimum extare, eum fuiſſe admonitum, & coram eo probata fuerit eius negligentia, ut latè probat Alex. *d. conſ.* 161. *nu.* 3. 8. 9. *lib.* 5.

Quinimo plus volunt Cynus, *in auth. matri & aviæ, Cod. quando mulier tutelæ offic. & ibi* Odofredus, quos refert & ſequitur Bart. eodem loco, quod ſi mater
5 extat, quæ non jure communi, ſed ſpeciali iure admittitur, ut legitima voluntaria, † & Iudex procedat ad dationem alterius tutoris, ignorante matre. Quamvis etiam revera mater fuerit in mora aſſumendi tutelam, vel petendi tutores: tamen non valebit datio tutoris, niſi appareat, quod Iudex in datione tutoris cognoverit de negligentia matris: & eam citari fecerit ad videndum dari alium tutorem. Et licet hæc opinio ab aliquibus controvertatur, quo ad citationem, in eo tamen omnes conveniunt, judici narrari debere legitimum extare, eumque eſſe in notabili mora, ut reſpondit Alex. *d. conſ.* 61. *nu.* 4. 5. 6. 8. 9. *lib.* 5.

6 Nec refert, † an talis legitimus tutor ſit alterius juriſdictionis, quàm pupillus, vel ejus bona eſſent in alia provincia: tunc legitimum tutorem lex dat, ut diximus, & probat *l. legitimos, ff. de legit. tutel.* quæ ubique poteſtatem ſuam exercet, *vulg. l. fin. C. de præſcript. long. temp.* & tradit Alex. *d. conſ.* 161. *nu.* 7.

7 Quin etſi legitimus deſierit eſſe ipſo jure, judice hoc non agente, † & nullis reliquiis tutelæ remanentibus (quod fit matre conuolante ad ſecunda vota, quæ deſinit ipſo jure tutrix eſſe, adeo ut nullæ reliquiæ remaneant, judice etiam hoc non agente, *ut in authen. ſacramentum, C. quando mulier tutel. offic.*) locus eſt legitimo & non dativo, per ea quæ notantur per gloſſ. magnam *in l. ſi quis ſub conditione ff. de teſtam. tutel.*

8 Sanè quando † teſtamentarius tutor nunquam fuit, ſed eius tamen ſpes eſt, tunc locus eſt dativo, non legitimo, *per l. ſi quis ſub conditione, in prin. ff. de teſtamen. tutel.*

Idemque eſt dicendum, quando is deſinit eſſe tutor, judice hoc principaliter agente, ut tradit Angelus *in d. §. quod autem, nu.* 2. *de legit. agnat. tutel.* puta, ſi mater, quæ tutelam cepit & adminiſtravit, antequam tranſiret ad ſecundas
9 nuptias, judici expoſuit, ſe velle experiri ſecundum matrimonium, † ideoque petijt tutorem idoneum dari filiis ſuis, quo caſu Iudex ad matris petitionem alium dabit, forte etiam nominatum à matre, & ſecundo marito, ſi hoc judici ſederit, quia fortè proximior eſt inidoneus & vitricus eſt bonæ vitæ, famæ & converſationis, & is qui hoc caſu à judice datus eſt, omnibus legitimis præferetur, ita gloſſ. *in d. authen. ſacramentum,* quam ſequuntur Bart. Bald. Salicet. &
10 alii, & eam † communem eſſe dicit Berous, *quæſtione familiari* 66. Curt. Iun. *conſ.* 94. *num.* 5. Iaſon *conſ.* 149. *num.* 2. *verſ. ſecundo principali, lib.* 2. Etiamſi mater mi-
11 nor ſit, licet Bart. *in d. auth. ſacramentum,* hoc † deciſiuè non tradat, ut reſpondit Curt. *d. conſ.* 94. *nu.* 5. *&* 6. non tamen ſemper ad matris nominationem datus legitimum excludit. Sed hoc diſtinctionem recipit; nam ſi mater nunquam tutelam ſuſcepit, quia noluit, vel mora temporis fuit excluſa, legitimo locus erit, non dativo, *d. cap. ex parte, nu.* 6. *de appellat.* Auguſt. Ber. latè *quæſt.* 66. *num.* 5.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

*num.*5. *& 7. per text. in l.* 2. *C. qui pet. tut. & not. in authen. matri & aviæ, C. quando mul. tutel. offic.* ubi tradit huius rei rationem.

Pari modo, ſi mater ſecundas contraxit † nuptias, non prius adito judice, & 12
tutore petito, dativus repellitur, Bero. *d. q.* 66. *nu.*5. *verſ. ſecundus caſus, num.*7.
*verſ.*2. *reſpondeo.* Menoch. *de arbit. jud. lib.*2. *cent.*2. *caſu* 151.

Atqui non abſimili ratione, † quando ad matris petitionem quis datus eſt, qui 13
dari non debuit, † ut de patre, vel fratre matris, præſertim quando datus eſt per- 14
functoriè & ſine debita inquiſitione, id eſt, non vocatis vocandis, reſpondit
Dec. *conſ.*674.*num.*5.6.*&* 7. Iaſon *d.conſ.* 149. Menoch. *d.caſu* 151.*num.*4. Plot.
de in litem juran.§.9.*nu.* 12. vel non obſervata † forma ſtatuti, cujus omiſſio etiam 15
in minima parte vitiat actum, etiam pium & favorabilem, & debet preciſè ſer-
vari, adeo ut non ſufficiat implere per æquipollens, *ut probatur in l. qui Romæ,* §.
Flavius Hermes, ff. de verb. oblig. & notat Bald. † *in l. teſtamentum non ideo, in ſecundo* 16
*notabili, C.de teſtam.cum allegatis per Jaſonem, d.conſ.*149.*nu.*2.*lib.*2. Etiamſi decretum
non procedat ulterius annullando, ut in ſpecie ſimilis ſtatuti Mediolanenſis
conſuluit Curtius Senior *conſ.* 46. *incip. ſuper. num.* 14. *verſ. confirmo.* Iaſon *d. conſ.*
149. quos refert & ſequitur noviſſimè Plotus, *de in litem juran.* §. 9. *num.*12.13.
Quinimo ‡ nec eo caſu ſufficit, ſi Iudex dicat ſe dediſſe tutorem idoneum, niſi 17
de ipſa inquiſitione conſtet per alia acta præcedentia, eodem Curt. teſte *d.conſ.*
46. junctis notatis Bart. *in l. ſcire,*§.*fin.ff.de tut.& curat.datis ab his.* Bald. *in l. omnem,*
verſ. quæro an dativus, C. ad Tertull. Inquiſitione autem dari confirmarique tutor
curatorve dicitur, qui cauſa cognita & moribus, fide, facultatibus ejus æſtima-
tis, Magiſtratus decreto datur, vel confirmatur, *l. mulier,& l. naturali,* §. *ult.ff. de*
*confirmand. tut.l.*1.§.*ſi pupillus,ff.de tut.& rationib.diſtrah.& l.*4.*C.qui ſatisdar cog.* Idem
multo magis dicendũ ſtante ſtatuto quod non admittetur dativus niſi deficien-
tibus omnibus legitimis, ut eſt Mediolani, ſuper quo ita conſuluit Iaſ.*d.conſ.*149.

Limitatur quoque † Regula, quando deſinit ex cauſa civili, vel naturali, ju- 18
dice hoc principaliter non agente, in perſonam unius tantùm, aliis remanen-
tibus, ut tradit Ang. *in d.* §. *quod autem, nu.*2. *per l. ſi quis ſub conditione, in fin.* Bald.
*conſ.*308.*nu.*2.*lib.*2. Corn. *conſ.*175. *num.* 3.*&* 8. *lib.*3. Vbi idem Corn. *num.*
9. dicit hoc non obtinere in matre & avia, quia aliquando concurrere po-
teſt, inquit, ex poſtfacto teſtamentaria ſucceſſio & ſucceſſiio ab inteſtato, 19
per l. circa, ff. de inoffic. teſtam. l. in ſubſtitutione, ff. de vulg. & pupill. & in harum
tutela recedimus à regulis juris communis, quæ & propterea vocatur anoma-
la & irregularis: ‡ quod tamen nobis non placet, non ſolum ob differentiam, 20
quam facit Bartol. poſt Dyn. inter tutelam & hæreditatem, *in l. ſi quis ſub con-*
ditione, 2. *col. verſ. oppono.* Verùm etiam ex eo, quod non temerè receden-
dum ſit a regula *d.*§. *plane, l. ſi quis ſub conditione,* niſi probetur exceptio à regu-
la, ſecundum not. Bart. & Iaſon. *in l.* 2. *ff. de in ius vocand.* Dec. *in l.* 1. *nu.*8. *ff.*
*de reg. juris, conſ.*498. *num.*5. *l. ſuus,* §. *puto, ibi, ad generalem definitionem recurrendum*
eſt, ff. de hæred. inſtit. quæ hoc caſu non invenitur, ſed hoc tantùm, ut & ma-
tris & aviæ tutela permiſſiva, atque voluntaria ſit, contrà atque alia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

21 legitima, quæ iuſſa & neceſſaria eſt, ut diximus. Quamobrem † idem Cornæus nolens inhærere huic opinioni, cautelam tradit, ut Iudex matri & aviæ tutelam decerneret, & ſi opus ſit, eam daret tutricem.

Planè, ſi teſtator dederit teſtamento tutores liberis ſuis cum clauſula,
22 QUOD UNUS *non poſſet gerere ſine alio*, uno defuncto, nullæ manent reliquiæ teſtamentariæ tutelæ, & ideo eo caſu locum eſſe legitimo † Baldus reſpondit *d. conſ.* 308. *num.* 1. & eum ſequitur Ang. *d.* §. *quod autem*, *num.* 2.

23 Cæterum † ſi unus ex teſtamentariis ſupereſt, & eſt ſpes de jure communi, quod reaſſumet tutelam aliquando, ut in capto ab hoſtibus, eo caſu locus erit dativo. Angel. *in d.* §. *quod autem*, *per l.* 1, §. *ſi apud hoſtes*, *ff. de legit. tut.* ſequitur Corn. *d. conſ.* 284, *nu.* 3, 4, 5. *lib.* 3, adducto exemplo de matre, quæ licet minor teſtamento data impediatur eſſe tutrix, tamen dato interim temporario tutore, ubi major facta fuerit, tutelam aſſumit: Sin verò ſpes tantum ſupereſt, quod aliquando aſſumet iure ſpeciali, puta deportatus, per in integrum reſtitutionem, ea ſpe minimè attenta, locus erit legitimo, Ang. *d.* §. *quod autem*, *num.* 2, Corn. *dict. conſ.* 284. *num.* 2, *verſ. ſi vero*, *lib.* 3, per not Bart. *in dict. l. ſi quis ſub conditione*, *in fin. primæ quæſt. num.* 1.

24 Quo ad excuſatos vero, † & remotos, itidem regula non procedit, ſed in eorum locum alius à Prætore datur, ſecluſo legitimo, *d. l. ſi quis ſub conditione*.

CAP. XVII.

Qui petant tutores, ſive petere poſſint.

SUMMARIA.

1 *Omnes neceſſarii vel neceſſariæ perſonæ pupilli tutores petere poſſunt.*
2 *Neceſſariæ perſonæ quæ dicantur.*
3 *Neceſſarii qui dicantur ex opinione Baldi.*
4 *Neceſſarii qui ſententia Zaſij.*
5 *Neceſſariæ perſonæ Jacobo Ravardo.*
6 *Auctoris opinio.*
7 *Neceſſariorum appellatio capienda pro ſubiecta materia ampliativè vel reſtrictivè.*
8 Neceſſitudinis *verbum quam latè pateat.*
9 *Volens litigare cum pupillo ad validandum iudicium, vocatis conjunctis, affinibus & amicis patris pupilli, tutorem à Judice pupillo dari petere poterit.*
10 *Judex, nemine petente, ex officio pupillis tutorem dat vel curatorem, ſi viderit bona perire, vel æs alienum imminere, dummodo id faciat de conſilio conjunctorum.*
11 *Diſceſſio ab opinione Decii.*
12 *Adulto datur curator, nemine petente, ex officio Judicis, cum conſilio conjunctorum.*

De

DE principiis teſtamentariæ & legitimæ tutelæ ſatis dictum eſſe arbitror:
deinceps de dativa, quæ ordine ſequitur diſſeramus, cujus tractatus his
capitibus continetur. *I. Qui petant Tutores ſive petere poſſunt. II. Qui petere teneantur,
& pœna non petentis. III. Qui dederint olim, qui hodie. IV. Quis dari peteſt. V. Quando
detur. VI. Quomodo detur. VII. Cui detur.*

Primo loco † videamus, quibus hoc permiſſum ſit? Et conſtat, apud vete- 1
res neceſſarios ſive neceſſarias perſonas, ſua ſponte, ſeu libera voluntate pu-
pillis tutores petere potuiſſe: ſic enim reſcribit Antonius A. Domino, *in l. si
filiis, C. Qui pet. tut. Si filiis debitoris tui non ſunt neceſſarii, qui tutores petant, potes &
ipſe curare, ut accipant per quos legitimè defendantur.* In qua lege duo colligimus,
neceſſarios pupilli petere poſſe, vel illis non petentibus, creditorem patris pu-
pilli rogare poſſe eos, qui petere poſſunt, ut petant, & ſi hi neglexerint, cu-
rare poſſe, ut Præſes det, quod & probatur *in l. Divus Severus, §. si quidem, ff.
qui pet. tut.* & planius *in l. 1. §. ult. ff. de eo qui pro tutore.* Qua de cauſa † hîc in 2
dubium venit, qui dicantur neceſſarii ſive neceſſariæ perſonæ, de cujus ve-
ra definitione non ſatis convenit inter noſtros juris Profeſſores, Siquidem
† Bald. dicit *in cap. si pater, de teſtamentis*, eos eſſe agnatos & conſanguineos 3
ex latere patris, *per l. ult. ff. de iuſtit. & jure, l. impuberibus, ff. de ſuſpectis tut.
l. in fideicommiſſi, §. cum Pellidius ff. de uſuris.* Qui textus nihil minus probant,
quam id quod dicit Bald. quamvis eum etiam ſequantur. Andr. Barbat. *in l.
eum acutiſſimi, num. 137. & 139, C. de fideicommiſſ.* Ulric. vero Zaſ. *in l. hac verba,
num. 6. ff. quibus ex causis in poſſeſſ.* dicit † neceſſarios differre à cognatis & adfini- 4
bus, quia textus ibi primo dicit evocandos eſſe ad pupilli defenſionem tu-
tores, quos ſi non habet, requirendos eſſe cognatos, adfines, & ſi qui
alii fortè ſint, quos veriſimile eſt defenſionem non omiſſuros, vel pro-
pter neceſſitudinem, vel propter charitatem, vel qua alia ratione, pu-
tans eos eſſe neceſſarios, vel neceſſitudine junctos (ſi Latinis inquit ho-
minibus credendum eſt) qui ſunt extra gradum ſucceſſibilem, id eſt, de-
cimum, nec tamen aliquem laudat ſuæ opinionis aſſertorem. Ex recentio-
ribus † autem Iacob. Reuardus *ad leg. hæredem, ff. de reg. juris.* dicit Feſtum 5
ex Ælio Gallo referre, eos eſſe neceſſarios, qui aut cognati, aut affines
ſunt, in quos neceſſaria officia conferantur, præter cæteros, dicens hanc
Galli definitionem vehementer corfirmari à Valerio Maximo *libr. 2. cap. 1,*
ubi de Sacello Deæ Viriplacæ agit his verbis: *Convivium*, inquit, *ſolemne ma-
jores inſtituerunt, idq; Chariſtiam appellaverunt, cui præter cognatos & affines, nemo inter-
ponebatur, ut ſi qua inter neceſſarias perſonas querela eſſet orta, apud ſacra menſæ, & inter hi-
laritatem animorum, fautoribus Concordiæ adhibitis, tolleretur.* Quam etiam opinionem
confirmat Martianus noſter, *in l. ult. ff. de iuſtit. & jure. Nonnunquam*, inquiens,
etiam pro neceſſitudine ius dicimus, veluti, eſt mihi ius cognationis, vel adfinitatis. Nobis † 6
verò dicendum videtur, non ſemper neceſſariorum unam & eandem ſignifi-
cationem eſſe, ſed quandoque latius ‡ aliquando ſtrictius capi, pro ratione ſub- 7
jectæ materiæ. Nam *in l. Jul. de adulteriis, ex Conſtitutione Conſtant. in l. quamvis, C.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

de adulteriis, horum appellatione viniunt tantum pater, frater, patruus &
auunculus, quibus ſolis permiſſum eſt adulteram accuſare. Rurſus *in edicto, in
ius vocati vt eant, l.* 1. 2. *&* 3. veniunt tantum parens, patronus, patrona,
liberi, vxor & nurus. Sic & quando agitur de imponenda lucratiua deſcrip-
tione, tantum veniunt pater, auus, proauus, nepos, pronepos, filia, neptis,
proneptis, ex conſtitutione Diuorum Thodoſ. & Valent. *in l.* 1. *Cod. de impo-
nenda lucratiua deſcript. lib*, 10. Scribit etiam Calliſtratus noſter *in l. capitalium, §.
omnia, ff. de pœnis*, omnia admiſſa in patronum, patroniùe filium, patrem,
propinquum, maritum, uxorem, cæteraſq; neceſſitudines gravius vindican-
da eſſe. Scribit & Vlp. ex reſcripto D. Pij. *in l congruit, §. furioſi, ff. de offic. Præ-
ſid. Si furioſi per neceſſarios contineri non poſſunt, eo remedio per præſidem obuiam eundum eſſe,
ſcil. ut carcere contineantur.* Denique ſcribit Modeſtin. *in l.* 2. *ff. qui pet. tut. Si mi-
nores non habent eos, qui ex legibus ſunt defenſores, ſiquidem tutoribus indigent propter ætatem,
poſſunt petere eis tutores conſtitui cognati, & qui ſecundum affinitatem ſunt, familiares paren-
tum maſculorum & fœminarum, poſſunt & amici parentum, & educatores ipſorum hoc petere.*
Ex quib. ſatis ſuperque probatum eſſe puto, neceſſariorum appellationem ali-
quando ampliari & quandoq; reſtringi. Quare ſi in hac, vel ſimili materia
favorabili ſignificationem latiſſimè quis capiat, ut & facit Modeſtinus, non
8 malè fecerit, meo judicio. Siquidem, † *neceſſitudinis*, verbum latiſſimè patere,
nemo eſt, qui neſciat, cum illud comprehendat non ſolùm liberos, fratres,
propinquos, alioſque ſanguine junctos, ſed & contubernales, *l. Iulius, ff. de cond.
& demonſtr.* omneſque alios, vel hoſpitij, vel alterius amicitiæ neceſſitudiniſque
vinculo nobis junctos, quibus omnibus jus noſtrum hoc permiſit, quod crede-
ret, eos pietate neceſſitudinis ductos ad hoc ſua ſponte procedere debere, &
ita naturale debitum perſolvere, ut in ſimili dicit Imp. Theod. ad Valent. *in
dict. l.* 1. *C. de imponenda lucrativa deſcript. lib.* 10. Qui in eo negligentes fuerint,
9 & quis † ſortè ſit, qui cum pupillo judicio contendere velit, is ad validandũ
judicium, vocatis conjunctis, adfinibus & amicis patris pupilli, tutorem à
Iudice pupillo dari petere poterit, *d. l. ſi filiis, C. qui petant tut.* & eſt deciſio Pe-
demont. 89. *num.* 7. Deciſio Neapolit. 262. *num.* 2. quas ſequitur Robertus
Maranta *in ſuo ſpeculo*, 4. *parte, deſtinct.* 16. *num.* 36. Quin & Iudex nemine pe-
tente, ex officio his tutorem dat, vel curatorem, ſi vidit quod bona aliàs peri-
rent, vel æs alienum immineat, dummodo id faciat de conſilio conjunctorum,
01 ut ex Bart. & Bald. tenet d. deciſio † Pedemont. quam licet controvertat
11 Dec. *in l.* 1. *num.* 6. *ff. de juriſdict. omn. iud.* nos tamen † putamus eam eſſe ve-
ram, quam & videmus ſæpè obſervari in judicijs, & comprobatur ex ſacra
ſcriptura, *Pſalm.* 12. *Tibi derelictus eſt pauper; orphano tueris adiutor*: ut latè in ſimili
tradit Couar. *practica. quæſtionum, cap.* 6.

12 Idemque † dicendum, quando adulto dandus eſt curator, *l.* 1, *& l. matris,
pietas, C. qui pet. tut. l. Divus Severus, §. Curatores, eodem l.* 1. *§. ſi pupillus, ff.
de tutelis.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

CAP. XVIII.

Qui tutores petere teneantur?

SUMMARIA.

1 *Mater intra annum petere debet idoneum tutorem liberis, ſi ipſa non velit eſſe, alioqui privatur ſucceſſione liberorum. Declara nu. 7. amplia nu. 9.*

2 *Communis opinio.*

3 *Avia non petens tutorem nepotibus indigna judicatur eorum ſucceſſione. Declara num. 4.*

5 *Magis communis opinio.*

6 *Qui ſperant legitimam ſucceſſionem pupillorum, vel ab inteſtato, vel jure ſubſtitutionis, tenentur illis petere tutores.*

8 *Annus petendi tutorem non currit ſequentibus, proximiore ſuperſtite, & quomodo hoc ſit intelligendum, pulchrè traditur.*

10 *Mater & reliqui aſcendentes non petendo tutorem intra annum, an ſint privandi legitima ſua?*

11 *Mater non petens curatorem filio ſuo pupillo, in caſib. in quibus eſt neceſſarius curator pupillo, privatur ſucceſſione filii.*

12 *Mater prægnans, ventri curatorem non petens, privatur ſucceſſione, ſi poſthumus naſcatur, & pòſt moriatur.*

13 *Mater non ſolum tenetur petere, nominare & curare, ut detur tutor, ſed neceſſe eſt eos compellere, ut ſeſe immiſceant tutelæ, & eam legitimè adminiſtrent.*

14 *Communis opinio.*

15 *Declaratio communis opinionis.*

16 *Mater petens malum vel inidoneum tutorem filijs, expellitur legitima earum hæreditate, & quomodo hoc ſit intelligendum.*

17 *Mater in locum rejecti, remoti, excuſati, vel etiam defuncti, alium tutorem petere debet, ut non privetur ſucceſſione.*

18 *Mater naturalis tenetur petere tutorem liberis intra annum, ad inſtar matris juſtæ & legitimæ.*

19 *Mater ruſtica an excuſetur non petendo filiis intra annum tutorum.*

20 *Clericus ob non petitum tutorem pupillo excluditur à ſucceſſione pupilli.*

21 *Mora purgari poteſt, quando dies & pœna à lege eſt appoſita.*

22 *Purgatio moræ non admittitur, quando executio facta eſt à lege.*

23 *Mater vel alia perſona non acceptata tutela, etiamſi benè & legaliter adminiſtraſſet negotia pupilli, privatur ſucceſſione, ob id quod non petierit tutorem.*

24 *Libertus*

24 *Libertus filiis patroni ſub pœna deſerti officij ſiue obſequij tutorem petere tenetur.*
25 *Protutor abſtinere volens à tutela pupilli, certiorare neceſſarios pupilli debet, vt ei petant tutorem.*
26 *Tutor poſt pubertatem pupillum admonere debet, vt ſibi curatores petat, alioqui non eſt liberatus periculo tutelæ.*
27 *Tutor curare debet, vt pupillo pubere facto adminiſtratio transferatur in curatorem, & vt is cauſſas nondum cœptas proſequatur.*
28 *Magiſtratus moniti, vt darent curatorem, ſi non dederint, tenentur non habenti.*
29 *Apud Gallos mater non petendo tutorem intra annum non priuatur ſucceſſione filij, ſed mulctatur pecunia pro iudicantis arbitrio.*
30 *Ceſſat priuatio ſucceſſionis in matre, ſi poſt pubertatem filius decedat, cui impuberi mater tutorem non petijt.*
31 *Explicatur ſtatutum Vltraiectinum titulo 28 artic. 6.*
32 *Annus ad petendum tutorem an debeat eſſe finitus, vt ſit locus pœnæ.*
33 *Mater iuſtè impedita excuſatur in non petendo tutorem liberis. Declara nu. 34. 35.*
36 *Mater & alij excuſantur in non petendo tutorem, ſi id differant, vt pupillus à creditorib. non poſſit conueniri.*
37 *Legitimus tutor non priuatur ſucceſſione, ſi non petierit tutorem.*
38 *Excuſatur mater in non petendo tutorem exiſtente teſtamentario. Declara num. 39.*
40 *Extante legitimo tutore, non eſt locus datiuo, & an eo caſu ſit locus pœnæ conſtitutionis, controuerſa quæſtio eſt.*
41 *Mater excuſatur in non petendo tutorem, ſi intra annum ab alio fuit præuenta.*
42 *Pupillus habens pupillarem ſubſtitutum, an excludatur mater à ſucceſſione, ſi tutorem non petijt intra annum.*
43 *Mater minor annis, non petendo tutorem intra annum, an excuſetur.*
44 *Magis communis opinio.*
45 *Mater prodiga excuſatur in non petendo tutorem filijs, vt non priuetur ſucceſſione.*
46 *Mater ingrediens monaſterium intra annum, & non petens tutorem, an priuetur ſucceſſione.*
47 *Non excluditur à ſucceſſione pupilli, qui negligentem excludere potuit & tacuit.*
48 *Ius reuocandi donationes ex cauſſa ingratitudinis non tranſmittitur ad hæredem.*
49 *Mater ob non petitum tutorem, licet priuetur ſucceſſione, non tamen legato particulari ſibi facto.*
50 *Mater, non petendo tutorem, non priuatur ſucceſſione fideicommiſſaria.*
51 *Idem in ſubſtitutione vulgari obſeruatur.*

IAm qui petere teneantur videamus: Et quidem mater niſi ipſa velit ſuſcipere liberorum ſuorũ tutelam, intra annum petere debet idoneum tutorem illis,

illis, alioqui ius non habet vindicandorum ſibi bonorum inteſtatorum filiorum, *l. 2. §. ſi mater, ff. ad Tertull. §. ſed quemadmodum, Inſt. eod. tit.* Et hanc communem eſſe regulam tradit Dec. *in c. ex parte, nu. 6. de appell.* Ioan. Bern. 2
Diaz. de Luco Hiſpanus, vir moribus & doctrina excellens, *reg. 458. Ang. in §. actionum, nu. 44. Inſtit. de act. Idem in d. §. ſed quemadmodum, n. 9.* dicit communem Ang. Peruſ. *conſ. 118. n. 3. & conſ. 166. verſ. ſup. 2.* Marian. *conſ. 8. n. 13. verſ. remanet, lib. 1. Idem conſ. 16. n. 1. lib. 2.* Corn. *conſ. 87. nu. 2. lib. 1.* Marant. *ad rep. l. is poteſt, n. 179. ff. de acq. hæred.* Pariſ. *conſ. 84. nu. 21 28. lib. 2.* Rub. *conſ. 81. n. 1.* & omnium noviſſimè Jac. Phil. Port. *commun. reg. & concluſ. lib. 5. c. 4.*

Quod & ad aviam extenſum eſt, ut ſi nepotib. non petierit tutorem, in- 3
digna judicetur eorum ſucceſſione, *d. l. 2. §. & quid, ff. ad Tertull.* Ang. *d. conſ. 118. nu. 2.* Marian. *d. conſ. 16. n. 1. 3. & 4.* & Pariſ. *conſ. 84. n. 22. lib. 2.* niſi mater † ſuperſit, quæ eam præcedit in petendo tutorem, & in ſpe ſucce- 4
dendi, ut benè reſpondit Marian. dicens eam eſſe magis cummunem, *conſ. 16. n. 3. & 4. lib. 2.*

Idque in univerſum † pòſt conſtitutum fuit à Diuis Theodoſio & Valentin- 5
no, de ijs omnibus, qui pupilli legitimam ſucceſſionem ſperarent, vel ab in- 6
teſtato, vel jure ſubſtitutionis, *l. ſciant, C. de legit. hæred.* Marian. *d. conſi. 6. num. 2.* Marant. *in repet. l. is poteſt. num. 179.* latè Port. *dict. concluſ. 4. ampliat. 2.* & noviſſimè Ioach. Mynſingerus, Academiæ Friburg. olim Profeſſor ordinarius, *conſ. 54. nu. 2.* cujus ea ratio eſt, quia lex voluit, quod ſicut dedit illis ſucceſſionis pupillaris ſpem, ideo ipſi deberent illis conſulere petendo tutorem, *d. §. ſed quemadmodum*, quod tamen in matre non procedit, quæ ad 7
hoc tenetur, etiam ſi ſtatuto ſit excluſa ſucceſſione, Dec. *conſi. 16.* Pariſ. *conſi. 41. nu 50. libr. 2.* Angel. *conſi. 118.* Verùm is annus, † qui eſt datus pri- 8
mo in gradu, non excludit, eo ſuperſtite, ſequentes, ex cummuni omnium ſententia, ut ex Marco Mantua, *conſi. 262.* atteſtatur Port, *d. concluſ. 4.* Neque etiam poſt eum annum, primo excluſo, ſecundus deinde annus currit ſequentibus, vt latè probat Tiraq. *de retract. conuent. §. 2. glo. 1. & vnica, nu. 79. & 82.* & communem eſſe dicunt Bened. Capra *conſi. 67,* Corn. *conſ. 113. lib. 4.* &, qui hos, & plures alios laudat, Portius *dict. concluſ. 4.* Quamuis idem Portius eodem loco quoſdam alios non leuis etiam auctoritatis citat contrariæ opinionis. Etiamſi tales contingant pupillum ex parte perſonæ excluſæ, vt reſpondit Corn. *conſ. 134. lib. 4.* exceptis matre & avia: nam avia excluditur, quamvis alij non excluderentur, qui matrem ſequuntur, ut tradit Port. *dict. concluſ. 4. verſ. ſublimita 1. & ſeq.* ubi multos citat in utramque partem. Pari modo defuncto priore in gradu, incipit currere annus ſequenti, ut ex Mariano, *d. conſ. 16. nu. 3. 4. lib. 2.* & multis alijs tradit Portius *d. concluſ. 4. verſ. ſublimitat 2.* Similiter excluſa matre, excluſus etiam videtur auus, qui eam habet in poteſtate, ex doctrina Bartoli, *in l. quid ergo, §. ſi quis alieno, ff. de his qui not. infamia,* quamuis Baldus ibi contrarium ſentiat, ut eum allegat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Portius, qui tamen in meo libro ne minimam quidem hujus rei facit mentionem, & eum ſequitur Benedict. Capra *conſil.* 14.

9 Non ſolùm autem privatur ſucceſſione, quæ eis defertur jure communi, ſed & ea, quæ obuenit jure ſtatutario, & hoc quidem optima ratione. Nam quoties lex privat aliquem hæreditate, propter aliquod extrinſecum, procedit, etiamſi per ſtatutum alicui hæreditas deferatur, Marian. *d. conſ.* 16. *num.* 2. *lib.* 2. Pariſ. *conſ.* 84. *num.* 26. *lib.* 2. ubi allegat Capram, *conſil.* 184. *&* 152. & noviſſimè Portius, *d. concluſ.* 4. *ampliat.* 17.

10 Sed & mater † ac reliqui aſcendentes ex eadem cauſa privantur legitima ſua, omnique alio commodo, ſi credimus Baldo, *conſ.* 140. lib. 1, quem ſequitur Andr. Barbat. *conſ.* 67, *circa fin. lib.* 3, & Maranta *in repet. d. l. is poteſt, num.* 188, quem Portius non allegat.

11 Ut autem † tutorem petere tenentur pupillo, eadem ratione & curatorem in caſibus, quibus is curator impuberi neceſſarius eſt, ut quando tutor legitimus non eſt idoneus: quamvis verba reſcripti deficiant, quia eadem ratio eſt, *l.* 1, *ff. qui pet. tut. l.* 2, *§, quid ſi curatores, ff. ad Tertull.* Quæ tamen cura, & ſollicitudo his non incumbit, quando eſt adultus, cùm ipſe ſibi, ſi res ita exigat, petere debet, *l.* 1, *& l. matres, C. qui pet. tut.* & ita tradit Maranta *in d. repet. l. is poteſt, nu.* 226.

12 Idem dicendum, ‡ ſi muliere prægnante, ventri curatorem non petierit. Nam ſi poſthumus naſcatur, & pòſt moriatur, in ſententiam SC. incidet; niſi mulier peperiſſet intra 30. dies poſt mortem mariti, Bart. *in l.* 1, *§. eleganter, ff. de lib. agnoſc.* quem refert & ſequitur Marant. *in d. repet. l. is poteſt, num.* 148. Amplius putat Bald. *conſil.* 288. *lib.* 2. eo caſu ſufficere, curatorem fuiſſe petitum intra annum, & ſi poſthumus antè moriatur, excuſari matrem, & alios à pœna SCti.

Sed &, inquit Vlpianus, *l.* 2. *§. ſi mater,* 2. *verſ.* quid ſi curatores furioſo tutorem vel curatorem non petierint, magis eſt ut incidant.

13 Tantundem † dicendum erit, etſi petijt, nominavit, & dari curavit, non tamen compulit eos ſe miſcere tutelæ, & eam legitimè adminiſtrare: nam plenum officium in matre deſideramus, & hæc omnia ei curanda ſunt, ne inquit Ulpian. *in l.* 2, *§. quid ergo, verſ. quid ſi non compulit, ff. ad SC. Tertull.* & ita reſpondit Bald. *conſ.* 489, *proponitur, lib.* 5, & Marianus *d. conſ.* 16, *nu.* 28, *uſque* 34.

14 ubi dicit † eam eſſe communem, ſequitur Marant. *in d. repet. l. is poteſt num.* 180. *&* 187, & Ang. *in d. §. actionum, nu.* 33, *verſ. quæro quando, de actionibus.* Quam

15 tamen † communem putant procedere omnes in matre & avia, quo ad tutorem ab eis petitum tantùm, non verò quoad teſtamentarium, vel legitimum, ut ſcribit idem Marian. *d. conſ.* 16, *num.* 28, & Ang. *in d. §. ſed quemadmodum, num.* 7. qui tamen dicit ſe contrarium conſuluiſſe.

Expellitur quoque mater legitima liberorum hæreditate, † quaſi indigna

16 exiſtens hæreditatem eorum accipere, ſi petierit quidem liberis tutorem, ſed inidoneum, puta talem, qui pravitatis gratia dimitti poterat, auctore Modeſtino, *in l.* 2. *§. ſunt autem, cum l. ſeq. ff. qui pet. tut.* Angel. *in d. §. ſed quemadmodum, num.* 8. Marant. *in repet. l. is poteſt, num.* 186. Rubeus *conſ.* 66. & noviſſimè Portius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

tius *d. concluſ.* 4, *ampl.* 8, *&* 15. Quod tamen intellige, ſi probetur, eam perfunctoriè non præmiſſa ulla diligentia, & quaſi ſtudioſè malos petijſſe, quod in dubio non eſt præſumendum, ut rectè tradit Ang. *in d. §. ſed quemadmodum, per d. l.* 2, *§. ſunt autem, ibi: ſtudioſè malos petierit*, Port. *d. ampl.* 8. *&* 15.

Idem tractatus erit, † ſi in locum rejecti, remoti, excuſati, vel etiam defuncti (quamvis verba SC. deficiant) alium continuò dari non petierit, *dict. l.* 2, *§. ſunt autem*, quia inquit Ulp. *in l.* 2, *§. quid ergo, verſ. quid ſi deceſſerint, ff. ad Tertull.* ſententia conſtitutionis locum habet. 17

Cum autum hujus tutoris petitio fundata ſit in ſtimulo naturalis pietatis, & mater naturalis vocetur quoque ex lege ad hæreditatem filii defuncti, non abſimili ratione Zeno Imper. *in l. matres, C. qui pet. tutor* hanc neceſſitatem petendorum tutorum huic impoſuit atque matri juſtæ & legitimæ, dicens non ferendum eſſe † in ea juris ignorantiam, cùm id ignorari pietas materna, & rationabilis animi ratio, quæ eam cogit ſollicitam eſſe pro ſalute liberorum, non patiatur. Plotus *d. in litem jurando*, *§.* 5. *nu.* 27. quam nec excuſat ætas 70 annorum, ſi credimus Baldo, *in l. matres, C. ad Tertull.* & Portio, *ampl.* 3. licet aliàs ſenectus dicatur domus oblivionis, ut latè Gomeſius *in c.* 1. *num.* 97. *de conſtitut. in* 6. & ea, quæ per oblivionem fiant, venia digna videantur. 18

Neq; etiam † ruſticitas quando potuit conſulere peritiores, vel etiam quando non potuit conſulere, niſi ipſa bene adminiſtraverit, Port. *d. concluſ.* 4. *ampl.* 10. *in fin. &* 12. 19

Nec diſtinguitur, † an ſucceſſurus pupillo ſit laicus, vel clericus, vel lapſo anno monaſterium ingrediatur: quia leges æquè ligant clericos atque laicos, & ita in terminis tradit Felinus *in capit. Eccleſia Sanctæ Mariæ, nu.* 67. *de conſtitut.* Baldus *in cap. ex parte, verſ. ſed quid ſi mater*, & ibi Propoſitus, *de appell.* & noviſſimè Port. *ampl.* 6. *&* 7. 20

Et licet regulariter, † quando dies & pœna à lege apponitur, mora purgari poſſit, ut notant Bart. & alii, *in l. ſi Inſulam, ff. de verborum obligat.* hæc tamen mora purgari non poterit, *per l.* 2. *§. confeſtim, ad Tertull.* quia jam † executio facta eſt à lege, quo caſu purgatio moræ non admittitur, ut tradunt omnes *in d. l. ſi Inſulam*, & ita in terminis decidit ibi Alex *fol.* 11. *num.* 35. Angelus *in d. §. ſed quemadmodum, num.* 6. Salic. *in l. ſciant, C. de legit. hæred.* & noviſſimè Port. *ampl.* 9. Sunt tamen, qui putant purgationem admitti debere re integra, puta non dato alio tutore, quos laudat Port. *d. loco*, quod non admitterem, niſi data juſta cauſa. 21 22

Plus arbitror, quod licet tutela ſit adinventa, ut pupillis (qui per ætatem ſe defendere nequeunt) eſſet conſultius, adeoque videretur matrem excuſari debere à pœna non petiti tutoris, quando vel mater, vel alius tutelam benè & legaliter adminiſtraſſet, noſtri tamen juris auctores etiam eo caſu † voluerunt, matrem vel alium peræquè privari debere, quia per talem adminiſtrationem non eſt pupillis ſatis conſultum; ideoque putant matrem excuſari, ſi adminiſtrationem ſuſcepit cum decreto Iudicis, licet alia ſolemnia omiſſa fuerint. 23

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Salicet. *in d. l. ſciant*, *verſ. quæro mater*, Abbas. *conſi.* 90. *lib.* 2. Marant. *in d. repet. l. poteſt, nu.* 197. Paris. *conſi.* 86. *num.* 19. *lib.* 1. *Idem conſi.* 84.2 *num.* 7. *lib.* 2. & nouiſſimê Port. *ampliat.* 10. dicens, hoc caſu etiam excuſari mulierem ruſticam, quæ peritiores conſulere non potuit, vt etiam ſuprà diximus: neque etiam hoc caſu puniri matrem vel alium, quando alius, puta teſtamento datus tutor, tutelam adminiſtrauit, licet minus ſolemniter, vt reſpondit Abbas *d. conſi.* 90. & port. *d. amplia.* 10. vbi allegat Ang. *conſi.* 107. ſed corruptè.

24 Non ſolum autem mater, auia & alij quicumq; pupilli ſucceſſionem ſperantes, ipſis tutore carentibus, tutorem petere tenentur, † ſed etiam libertus filijs patroni, ſub pœna deſerti officij ſiue obſequij, *l.* 2. *§. liberti*, *ff. qui pet. tut. l.* 2. *C. eodem*, *l. ſancimus*, *§. perſonas*, *C. de adminiſtrat. tut.* Maximè quando conſtat, eos non petijſſe per nimiam negligentiam, vel malitiam, quo caſu ex his cauſis accuſati apud Præſidem puniuntur, vt emendentur, *d. l.* 2. *§. liberti*, & ibi gloſſa optima, *d. l.* 2. *verbo, ſubeas, C. eodem.*

Quin etiam is, qui ſe pro tutore geſſit compulſus fortè, pòſt, comperto 25 errore, vult abſtinere, † tenetur certiorare neceſſarios pupilli, vt ei tutorem petant, *l.* 1. *§. ſed ſi cognito*, *ff. de eo qui pro tut.*

Idem dicendum in eo, qui per errorem inutiliter teſtamento datus, comperto errore, vult abſtinere, quia alium tutorem à Prætore conſtitui petere debet, neſortè ſi rem cœptam deſeruerit, fraudis vel culpæ cauſa condemnetur, *l. tutores*, *§. qui ſe negotijs*, *ff. de adminiſt. tut.*

26 Debet & tutor † pupillum ſuum puberem factum admonere, vt ſibi curatores petat: quia ſacris conſtitutionib. hoc facere iubetur is, qui tutelam adminiſtravit, quaſi connexum hoc ſit tutelæ officio, *l. ita autem*, *§. ſi tutor*, *ff. de adminiſt. tut. l. admone*, *C. qui pet. tut*, qui ſi admonitus petere differat, ad hoc per Prætorem cogi potêſt, vt cum eo agi poſſit, *l.* 3. *§. pupillus*, *ff. de tutel.*
27 maximè, inſtante tutore, *d. l. admone*, alioqui idem tutor non eſt liberatus periculo tutelæ, ſed curare debet, vt in curatorem † adminiſtratio transferatur, & is cauſas nondum cœptas ſiue inchoatas proſequatur, vt tradit Dec. *in cap. ex parte* 2. *in* 3. *notab. de appllat.* Boër. *in conſuet. tit.* 1. *§.* 8. & nouiſſimè Mol. *in tract. vſurarum*, *q.* 39. *n.* 298. ex eo ſingulariter tradens, tutorem, finita tutela pubertate pupilli ſui, ſi vſuras euitari velit, & moram irregularem, non ſolùm admonere, ſed etiam curare debere, conuocatis pupilli proximioribus, vt ei curator detur cum effectu, eiſdemq́ue non ſolum debere offerre ſe paratum eſſe rationes reddere, & reliqua ſolvere, ſed etiam denuntiationibus frequenter interpoſitis, puberem ad Iudicium prouocare, eoq́ue exſiſtente contumace & tempus extrahente, debere apud acta in iudicio proteſtari, per ſe non ſtare, quo minus tutelam reſtituat, eumq́ue tum demum ea ſolemni, ſeria & iudiciali proteſtatione, oblatione & interpellatione facta, ſecurum eſſe ab vſuris, per text. *in l. fin. C. de vſur. pupill.* quam dicit ita planê & ſimpliciter debere intelligi, quamuis eam Accurſius aliter interpre-

interpretetur, ſcilicet ſolemni conſignatione opus eſſe. Quin & Magiſtratus
† moniti ut darent, ſi non dederint, tenentur non habenti, *l.* 1. *§. magiſtratib.* 28
ff. de magiſtrat. conuen. & ita reſpondit nouiſſimè Mynſing. *conſ.* 54. *nu.* 3. quæ
tamen apud nos ceſſant: quia non facimus differentiam inter tutelam, vel curam, ſed durat tutela ſemel ſuſcepta in maſculo, uſque ad annum 18. in fœmina verò uſque ad 20. neuter tamen poterit bona alienare, aut immobilia vendere ante annum 20. niſi interveniente conſenſu tutorum vel proximorum, ut nos latius infrà ſuo loco dicemus.

Hæc etiam, quæ diximus, locum non habent apud Gallos, apud quos hujus ſegnitiei nomine mater tantum mulctatur pecunia † pro judicantis arbitrio, 29
ſi credimus Maſnerio *in ſua practic. tit. de tutel. numer. decimoquinto*, & Ioannes Imbert. *in ſuo Enchiridio, verbo, tutela.*

Neque etiam in locis, ubi iſta diſpoſitio rigoroſa & pœnalis nunquam fuit obſervata, ſive practicata: minimè enim mutanda ſunt, quæ diu certam interpretationem habuerunt, *vulg. l. minimè, ff. de legib.* & ita in terminis noſtris reſpondit Marian. *conſ.* 34. *lib.* 2. In quo tamen ego ſecùs arbitror, niſi probaretur non uſus, implicans contrarium uſum; neque enim per ſimplicem non uſum lex tolli poterit, ut notat Alex. *conſ.* 132. *nu.* 4. *lib.* 1. & nouiſſimè Molin. *in conſuetud. §.* 1. *glo.* 4. *num.* 12. Hoc amplius idem Alexan *d. conſ.* 32. *num.* 4. exigit, ut talis non uſus ſit in judicio contradictorio obtentus, & eam ſuam opinionem frequentius receptam eſſe exiſtimat, quod nos alio loco commodius excutiemus.

Ceſſat quoque huius pœnæ metus & periculum (loquor iam in terminis juris communis) † pubertate filii: puta ſi poſt pubertatem decedat filius, cui 30
impuberi mater tutorem non petijt, ut Imper. Conſtantin. Auguſt. Catul. Proconſili Africæ reſcripſit *in l. matres, Cod. ad SC. Tertull.* Theodoſ. & Valent. *in l. ſciant, ibi, ſi impubes moriatur, Cod. de legit. hæred.* id quo ea ratione factum interpretantur Bald. & Salicet. quod non debeat quis puniri in alio tempore, quàm quo deliquit, & quia mora, ætate contracta ſuperveniente, damnoſa ætate purgatur, *per l. Titia* 2. *§. uſuris, ff. de legat.* 2. & præcipuè, quia poſt pubertatem filius potuit teſtari, & non teſtando, tacitè videtur relinquere matri ſuæ, *l. ſi quis, & l. conficiuntur, ff. de jure codicill.* ſive is pubes ſit jure communi, ſive ex ſtatuto, fortè minori tempore, Port. *ampliat.* 5. Sic è diverſo, † quando 31
ex ſtatuto durat tutela uſque ad an. 18. ut ſi in hac noſtra civitate Ultrajectenſi, ſi pupillus decedat ante eum annum, eo caſu pœna locum habebit, ut in terminis tradit Anch. *in c. canonum ſtatuta, charta antepen. de conſtit.* & poſt eum Io. Crot. *in rept. l. omnes populi, nu.* 196. *ff. de iuſtit. & jur.* quia, inquit, ſtatuta recipiunt interpretationem paſſivam à jure communi, & ideo videtur facta extenſio pubertatis cum omnibus ſuis qualitatibus, ubi adducit plura ſimilia, latiſſimè in ſimili Tiraq. *de retract. lig. §.* 9. *gl.* 2. *num.* 55. & ante eum Gomeſ. *in c.* 1. *nu.* 216. *de conſtit. in* 6. & noviſſimè in terminis noſtris idem tenet contra Bald. *in d. l. matres*, Robertus Marant. *in repet. l. is poteſt, num.* 192. *de acqui. hæred.*

 Non

Non excludetur etiam à filii luctuoſa ſucceſſione mater, quando is deceſſit
32 intra annum à die mortis patris, adeoque † annus ad tutorem petendum datus
nondum præterijt, ut reſpondit ex communi reſolutione Alexand. *conſ.* 185.
nu. 10. 11. *lib.* 6. & ſequitur Marant. *in rep. l. is poteſt*, *num.* 189. & noviſſimè
Port *dict. concluſ.* 4. *ampliat.* 14. *&* *fall.* 4. ubi plures alios citat, dicens tamen
hanc eſſe æquiorem & humaniorem, quamvis non ignorem contrariam à
multis teneri, & in puncto juris fortè veriorem eſſe, quos idem Port. *d. loco*
laudat. Quam communem tamen ita temperabis, niſi Iudex tempus anni
reſtrinxerit, vel aliud a ſtatuto ſit præfixum, quo caſu ſi filius moritur intra
annum, tamen poſt tempus, vel à Iudice, vel etiam ſtatuto præfixum, mater
haud dubiè excluſa manebit, ut tradit Nicolaus de Vbaldis *in tractatu, de*
ſucceſſione ab inteſtato, parte ſecunda, limit. 3. Carolus Ruinus *conſil.* 8. *lib.* 2. quos
refert Portius *dict. loco.* Vel etiam, niſi mater citata fuit intra annum, ut filio
periclitante, tutorem peteret, nec tamen fecerit, & ille inter moras anni deceſſerit,
ut tradit Marant & Port. *loco prædicto.* Vel denique quando exſpectavit
uſque ad finem anni, & ita ſe arctavit, quod non potuiſſet peti & decerni tutela,
Marant. & Port. *ubi ſupra.*

Pari ratione excuſata erit mater, ſi juſtam & probabilem cauſam adducat,
33 & ita probet, quod per ſe non ſteterit, quo minus filio † curarit provideri de
tutore: puta, quia fuit abſens, ignorans, infirmitate, vel aliàs legitimè impedita.
Et ita ignorantem matrem & alium excuſant illi, quos citat Port. *fall.* 5.
Marant. abſentem, ignorantem, infirmam, 198. Idem bannitum, *num.* 200.
Idem, quando miſit procuratorem, qui in itinere obijt, *nu.* 190. Port. *d. peſte &*
turbatione civitatis, fall. 8. Gratus *de infirmitate ſua vel ſuorum, conſ.* 83. *num.* 10. 11.
12. 13. *lib.* 2. Rubeus *conſ.* 81. & eſt optimus text. *in l. cum à matribus, C. qui pet.*
34 *tut.* Quod tamen † intelliges, ſi modò vel alius, qui tutorem petere debuiſſet,
probet quod id feciſſet, ſi impedimentum non fuiſſet, textus eſt vulgaris, &
ibi notat Bart. *in l. qui commeatus, ff. de re milit. Idem in d. l.* 2. *§. Quod diximus, ff. ſi*
quis caut. & ibidem Iaſon, Felin. *in cap. ex tranſmiſſa, in princ. ff. de præſcript.* Dec.
conſil. 454. *num.* 6. Ruin. *conſ.* 15. *lib.* 4. & noviſſimè Boër. *deciſ.* 40. *num.* 4. *&*
5. dicit communem Legiſtarum & Canoniſtarum, contra Caſtrenſem &
35 Fulgoſium, per eum allegatos. Intellige ſecundò, † quando tale fuit impedimentum,
quod impeditus non potuiſſet removere, aliàs ſecus eſſet, *per*
text. in l. fin. §. illud, C. de temp. appell. Nec enim dicitur quis impeditus, qui de
facili poteſt removere impedimentum, ut notat Bald. *in l. quibus diebus, per illum*
text. ff. de condit. & demonſt. ubi poſt Iacob. de Aret. dicit, quod ſi impeditus non
curet, ut removeatur, dicitur volens illud pati, eſt ideo non excuſatur, ſequitur
Dec. *in l.* 1. *ff. de offic. ejus, cui mandata eſt juriſd.* Alex. *conſ.* 72. *nu.* 13. 14.
17. *lib.* 3. maximè in caſibus, quibus ius aliquem arctat, ut ſumma ope niti
debeat, Decius *conſ.* 677. *num.* 1. 2. *&* 3. Alex. *d. conſ.* 72. *nu.* 17. prout eſt
præſens materia, in qua juris noſtri auctores nunc ſedulum tutoris petendi
officium (*ut in l. cum à matribus, C. qui pet. tut.*) & alio loco plenum officium
deſiderant,

deſiderant, *ut in l. 2. §. cuid ergo, in fin. ff. ad SCtum Tertull.* & omnes arctant ad petendum tutorem confeſtim à die mortis patris pupilli, ſaltem intra primi anni ſpacium, ſub pœna privationis ſpei ſucceſſionis pupillaris.

Non imputetur etiam matri, vel aliis, ſi ſuo pupillo conſuluerint, ut tenentur, in non petendo tutorem, veluti ſi id faciant, ut ad tempus aliquod retundat, differatque vim ingruentium creditorum, qui adverſus indefenſum pupillum non poſſunt agere. Et hoc eſt, † quod Ulpianus dicit, *in l. 2. §. ergo, ff.* 36
ad SC. Tertull. Ergo, etiamſi mater non petijt tutorem filio, qui ſolvendo non erit, puto ignoſcendum: conſuluit enim ei, ut minus inquietetur, quaſi indefenſus. Eodem ſpectat, quod *in eadem l. 2 §. tractari*, ab eodem Vlpiano bellè tractatur: *Si amplum pupillo legatum ſub conditione ſit relictum, ſi tutores non habuerit, & propterea ei mater non petijt: ne conditione deficeretur, ceſſare conſtitutionem & pœnam: ſi damnum minus ſit cumulo legati.* Et ita tenent in terminis noſtris Bald. & Salic. *in d. l. matres*, cum aliis citatis per Portium, *limit. 7.* Marant. *in d. repet. l. is poteſt, nu.* 195. & 199. contra Anchor. *conſ.* 104. qui ſolus contrarium tenet, & adverſus cæteros omnes non poteſt contendere.

Sed & ceſſat conſtitutio, quando is, qui petere debet, † eſt legitimus tutor, 37
qui non tenetur alium petere, nec privatur ſucceſſione, ſi non adminiſtravit, ut reſpondit Angel. *conſil.* 37. quia, cum ipſe tutor eſſet ex lege, quæ eum tutorem fecerat, nec ille intra tempora conſtituta excuſaverat, non potuit petere alium ordinari, inquit Angel. *per l. ſi tutor, §. 1. ff. de tutel. & rat. diſtrah. l. ſi impuberi, ff. de tut. & curat. datis ab his.* Et licet ipſe non adminiſtraverit, non ob id privatur ſucceſſione, ſed ceſſans ſuo periculo ceſſat, cum per eum ſtet, quæ pœna ſufficere debet, qui & cogi poteſt officio Iudicis extra ordinem, ut tradit Corſetus, *ſingulari, incip. tutor, per l. 1. & ibi gloſſ. verbo, extra ordinem, ff. de adminiſtrat. tut.* Scio tamen alios eſſe in contraria, quos laudat Portius, *fallat.* 9. quorum ſententia non eſt ſine ratione.

Non erit etiam, quod imputetur matri, quando extat Teſtamentarius, † 38
quia eo caſu non eſt locus dativo, niſi ille datus fuerit in teſtamento minus legitimè, ita ut indigeat confirmatione, quam petere debet, Marian. *d. conſ.* 16. *num* 6. *uſque* 14. Dicit communem Ang. *conſ.* 166. *verſ.* 1. & noviſſimè Marant. *in d. l. is poteſt, nu.* 182. & 201. *verſ.* 16. Port. *fall.* 13. *verſ. contrarium.* Si tamen is teſtamento datus ſe excuſavit, vel remotus eſt, vel denique ab hac luce migravit, ſtatim † curare debet, alium in ejus locum dari, ut ſupra diximus, *am-* 39
plia 10. & tradit Marant. loco prææallegato, *nu.* 182.

Idem omnino † dicendum erit, extante legitimo, ita ut pariter locus non 40
ſit dativo, ut tradit Alexand. *conſ.* 185. *num.* 12. *libr.* 6. & communem eſſe dicit Marian. *d. conſ.* 16. *num.* 6. *uſque* 14. ſequitur Plotus, *de in litem juranda, §. 5. num.* 27. *verſ. ſed mater*, & Port. *fall.* 13. quamvis non me lateat, contrarium tenere Bart. Bald. & Alberic. *in l. matres, C. ad SC. Tertull,* contra gloſſam communiter approbatam ibidem, Guid. Papæ, *conſil.* 279. Quæ communis maximè procedit, quando legitimus præcedit matrem in tutela, Port. *d. fall.* 13. Marian. *d. conſ.* 16.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

d. conſ. 16. *num.* 16. 19. 20. 21. 22. & Marant. *num.* 133. *& ſeq.* Et eſt talis, qui poteſt inuitus compelli ad tutelam, Port. & Marian. *ubi ſupra.* Etiamſi mater non curavit, ut legitimè adminiſtraret, tamen tutelam geſſit, licet ſine ſolemnitate, quam opinionem veriorem eſſe dicit Angelus *in* §. *ſed quemadmodum*, *num.* 70. *Inſtit. ad SC. Tertull.* & communem eſſe fatetur Marian. *dict. conſ.* 16. *num.* 14. *&* 15. 28. *uſque* 34. ubi ſoluit contraria adducta, *num.* 17. *&* 18. & Angel. *d. num.* 7. quos ſequitur Marant. *nu.* 180. Multò magis quando ſeruatis ſervandis adminiſtravit, licet malè & inutiliter, neque enim matri neceſſitas impoſita fuit eos ſuſpectos faciendi, *l.* 2. §. *Quid ergo*, *ff. ad SC. Tertull. l. fin.* §. *perſonis*, *& ibi notat. Cod. de adminiſtrat. tut.* & ita in facti contingentia reſpondit Raph. Fulg. *conſ.* 52. *nu.* 8.

41 Non prohibetur quoque mater † ius ſuum vindicare, etiamſi tutorem filio impuberi non petierit intra annum, quando ea intra eundem annum ab alio fuit præventa in petendo tutorem, quo caſu excuſatur, ex quo non fuit in mora, ut eſt gloſſ. *in d. l. matres*, quam ſequitur Angel. *conſ.* 166. *in fin.* Marant. *in d. l. is poteſt, nu.* 196. *per l. ſororem*, & ibi eſt optima gloſſa, *C. de his quibus ut indign.*

Eodemque ferè argumento ſcribit Bald. *in Authen. eiſdem, colum* 3. *in princip. de ſecundis nuptiis*, matrem excuſari, ſi pupillo petenti & conſentienti curatorem petierit, cui tamen tutorem petere debuiſſet, & ita eum refert & ſequitur Marant. *in repet. dict. l. is poteſt, num.* 190.

Cum autem hæc neceſſitas tutorem petendi impoſita ſit matri, partim ob ſpem ſucceſſionis, & præcipuè quodque ob reſpectum pietatis maternæ, & rationis naturalis animi, quæ eam cogit maximè ſollicitam eſſe pro ſalute liberorum, *l. cum pater*, §. *mundo*, *ff. de legat. ſecundo*, *l. propter inſidias*, *C. qui accuſare non poſſunt*, *l. ſi mater*, *C. de inofficioſo teſtamento*, dubitare quis poſſet de dicto

42 Baldi, *conſ.* 317. *libro quinto*, *& conſ.* 140. *libr.* 1. dicentis, † matrem non incidere in hanc conſtitutionem, quando pupillus haberet ſubſtitutum pupillarem, ad quem dicit id onus ſpectare, ob ſpem ſive per conſequentias ſucceſſionis, Angelus *conſ.* 118. quem ſequitur Marant. *num.* 201. & nouiſſimè Port. *fall.* 10. Quare ſunt tamen qui exiſtimant, matrem hoc caſu quoque incidere, ut Angel. *d. conſ.* 118. Qui putat hoc non procedere in avia, quod ea uno gradu remotior ſit, & lege cautum non inveniatur, eam neceſſitudine pietatis adſtringi ad petendum tutorem, atque mater tenetur, & licet dulciora nomina quam filiorum & nepotum appellare non poſſumus, *l. liberorum*, *ff. de verb. ſignific.* tamen non tanta dulcedo verſatur in nepotibus, atque filiis nobis appropinquantibus, dicit Angelus.

Non denegabitur quoque matri ſucceſſo filii, ſi ea ætatis lubrico lapſa, ei

43 tutorem non petijt, cum hoc in majoribus † matribus tantùm obtineat, ex reſcripto Divorum Dioclet. & Maxim. *in l.* 2. *C. ſi adverſus delict.* & ita tenet Fulgoſ. *conſ.* 52. Dec. *in cap. ex parte, in fin. de appellat.* communem dicit, & eum ſequitur Maranta, *in d. l. is poteſt, num.* 191. Quo loco Fulgoſ. dicit, id quoque obtinere in omni alio, qui debet petere tutorem, ſive maſculo, ſive fœminæ,

quem

quem ſequitur Speculator Gallus, maximus practicus, *tit. de in integ. reſtit.* §. 1. *verſ. ſed & ſi mater*, licet Salic. contrarium ſentiat *in d. l. ſciant*, *in prin.* exiſtimans, eos non quidem ipſo jure excuſari, ſed iis per reſtitutionem in integrum ſuccuri poſſe: Neque ad rem pertinet, ſi poſt efficiatur major, ſed ſufficit minorem fuiſſe tempore mortis patris pupilli, ex magis communi omnium traditione, Marian. *conſil.* 8. *num.* 14. 15. & 16. *lib.* 1. Marant. *num.* 191. & Portius, qui plures alios laudat, & dicit eſſe magis communem, *fall.* 6. allegans Angelum & Caſtrenſum, † qui exiſtimavit hanc opinionem non proce- 44 dere, niſi quando totus annus eſſet præteritus ante majorem ætatem. Quare communiter traditum eſt, eam quoque excuſari, ſi poſt major facta adhuc non petierit tutorem intra annum, ut noviſſimè reſpondit Hieron. Gratus *conſil.* 83. *num.* 7. *lib.* 2. ubi ſoluit contraria, *num. ſeq.* poſt Port. *d. fall.* 6. Si tamen ex forma ſtatuti quis major fiat ante annos juris, puta octodecim, & eo caſu quis poſt completum annum decimumoctavum tutorem non petierit intra annum, is in conſtitutionem incidet, ut tradit Dec. *in c. ex parte*, *circa fi. de appellat.* & Marant. *in d. repet. l. is poteſt. nu.* 191.

Idem multo magis † conſtitutum in matre prodiga, quæ etſi non petat filio 45 impuberi tutorem, tamen excuſatur, ut omnis prodigus à delictis conſiſtentibus in omittendo, *l. Fulcinius*, §. *adeo*, *ff. ex quib. cauſis in poſſeſ. eatur*, ita tenent in terminis Alex. & Angelus *in d. l. is cui bonis*, *ff. de verb. obligat.* quos refert & ſequitur Marant. *in d. l. is poteſt*, *nu.* 200. & noviſſimè Port. *fall.* 14.

Scribit quoque Bald. *in c. ex parte*, *nu.* 9. *de appellat.* quid ſi mater † intra annum 46 à die mortis mariti monaſterium ingrediatur, illud non privari ſucceſſione; quia monaſterium non tenetur petere tutorem, de qua Baldi traditione non parum dubio, ſed quia in his regionibus monaſteria non ſuccedunt, non diſcutio, ſed in aliud tempus reſeruo.

Ceſſabit & hujus conſtitutionis pœna, † ſi is, qui negligentem excludere 47 potuiſſet, tacuit? quia eo defuncto, ejus hæres illum excludere minimè poterit, ut in facti contingentia reſpondit Anchor. *conſ.* 440. *num.* 3. quemadmodum nec ius revocandi donationes ex cauſa ingratitudinis ad hæredem † 48 tranſmittitur, *l. his ſolis*, & *l. final. C. de revoc. donat.* Mol. *latè in conſuetud.* §. 30. *nu.* 38. & poſt eum Hippol. Riminal. *in* §. 1. *num.* 550. *Inſtit. de Donat.* dicens, eam eſſe communem.

Non prohibetur † etiam mater ob non petitum tutorem legata petere parti- 49 cularia ſibi relicta, quamvis à filij ſucceſſione arceatur, ut tradunt gloſſ. *in d. l. ſciant*, & ibi Bald. *in* 1. *quæſt.* Corn. Caſtrenſ. & Salicet. *in l. omnem*, *C. ad Tertull.* quos & alios refert Port. *fall.* 1. quod Salicetus putat demum obtinere, quando eſt quæſtio de legatis de bonis patris, non ſi de bonis impuberis, cujus opinio non caret ſua ratione.

Non abſimili † ratione nec repellitur mater hoc nomine à jure ſubſtitutio- 50 nis fideicommiſſariæ, ne univerſali quidem, *l. ult.* §. *ſi vero maritus*, *ff. qui pet. ut.* quia tum non pupillo, ſed potius ipſi teſtatori patri ſucceditur, *l. cohæredi*,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

§.cũ filiæ, ff.de vulg.& pupill. & ita tenet Marant, in d. l.is poteſt, num. 181. Port.fall. 2. vbi plures alios adducit, idem tenentes, & inter alios Bald. in d. l. omnem, qui dicit hoc procedere, quando relictum eſt in primis tabulis, ſecùs ſi in ſecundis, quæ quales ſint, optimè explicat Barnabas Briſſonius, lib. 3. antiq. ſelect. c. 12.

51 Ex quo ſequitur idem omnino dicendum eſſe in vulgari ſubſtitutione, quia per eam ſimiliter ſucceditur teſtatori non pupillo, vt rectè ſcribit Anchor. d. conſil. 440. Angel. in d. l. ſciant, & nouiſſimè Pariſ. conſi. 41. lib. 1. quem ſequitur Port. fall. 2.

Cap. XIX.

Qui olim Tutores dederint & hodie dant.

SUMMARIA.

1 *Attiliani Tutores.*
2 *Lex Attilia quo tempore lata fuerit, & nu. 4.*
3 *Attiliorum familia apud Romanos ingentium virorum ferax.*
5 *Prætoris vrbani auctoritas & poteſtas.*
6 *Prætores Romæ complures fuiſſe, & quo tempore creati.*
7 *Lex Iulia & Titia.*
8 *Lex Claudia.*
9 *Extra ordinem tutores dare.*
10 *Conſulis officium in dando tutore.*
11 *Prætor tutelaris à* M. *Antonino Philiſopho inſtitutus.*
12 *Cautio rem pupilli ſaluam fore a quibus inuenta.*
13 *Præfecti vrbis iuriſdictio quàm latè protentebatur.*
15 *Tutoris datio mandari nequit, nu. 14.*
16 *Magnæ facultates impuberis quæ dicebantur.*
17 *Magiſtratus collegam tutorem dare poteſt.*
18 *Decuriones quomodo tutores dare potuerint.*
19 *Proconſul an in proconſularibus Prouinciis tutorem dare potuit.*
20 *Proconſulis dignitas apud Romanos maxima.*
21 *Iuridici in quorum locum ſurrogati.*
22 *Legati proconſulum poteſtas, & an tutores dare potuerint.*
23 *Præfectus Auguſtalis.*
24 *Auguſtalis ius dandi tutorem habuit ad exemplum proconſulis.*
25 *Ex conſtitutione Iuſtiniani defenſoribus ciuitatum vna cum eiuſdẽ ciuitatis religioſiſſimo antiſtite ius creandi tutores datum, & quando.*
26 *Defenſores ciuitatum qui fuêre.*
27 *Defenſores locorum.*
28 *Loci Iudices.*
29 *Patres ciuitatum.*

30 Intel-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

30 *Intellectus* §. nos autem, Inſtitution. de Attiliano Tutor.
31 *Publicæ perſonæ qua dicebantur.*
32 *Tabularii qui.*
33 *Officium tabulariorum in rebus privatorum cujuſmodi fuerit.*
34 *Tabularij olim ſervi publici.*
35 *Servus civitatis.*
36 *Servus communis civitatis.*
37 *Arcadii & Honorii generali lege prohibitum, ne ſervi in poſterum tabulario præficerentur.*

SEquitur ut tractemus, qui olim tutores dederint, quam rem explicaturi, ab
initiis urbis eam repetendam exiſtimavi. Primum igitur ſe offert lex Atti-
lia, quæ jubebat mulieribus pupilliſúe non habentibus tutores dari à Prætore
& majore parte Tribunorum plebis, quos Attilianos † tutores appellabant, 1
ut habet Vlpian. *in fragmentis tit.* 11. & Iuſtinian. *Inſtit. de Attiliano tutore, in*
prin. Livius *lib.* 39. ubi de Hiſpala libertina loquitur. A quo autem quouè tem-
pore lata fuerit, mihi non conſtat, licet doctiſſimus Franciſ. Bald. *Inſtit. de At-*
til. tutor. exiſtimaverit † eam fuiſſe latam anno urbis 443. à L. Attilio Tribu- 2
no plebis, cum C. Mario ſuo collega, Conſulibus M. Valerio, & P. Decio,
qui nullam adfert auctoritatem, nec probat etiam conjecturaliter. Scio enim
apud Romanos fuiſſe Attiliorum familiam, quamque plebeiam, tamen in-
gentium † virorum feracem, in qua principem locum videtur habuiſſe M. At- 3
tilius Regulus, & poſt eum Sext. Attilius, A. Attilius, C. Attilius atque L.
Attilius, ſive, ut eſt apud Pomponium P. qui Sapiens primum à populo
Romano appellatus eſt, quod prudens eſſe in jure civili videretur, quem ta-
men Cicero Acilium nominat *in Lelio.* Ut ut tamen ſit, ex Livio temporum
ratio ſuadet, † eam latam fuiſſe ante annum Vrbis conditæ 668. Vertranius 4
Maurus *de jure liberorum, lib.* 1. *c.* 31. Ex qua † lege Prætor urbanus (cujus Ro- 5
mæ ſumma fuit auctoritas & tanta poteſtas, ut ſolus jura condere & abrogare
poſſet) cum majore parte Tribunorum plebis, hoc eſt, ſex tribunis tutores da-
bant. L. enim Minutio, & M. Horatio Puluillo conſulibus, decem creati ſunt,
anno Vrbis 296. ut tradit Alex. Neapolitanus, † *Genial. dier. lib.* 5. *cap.* 6. *& lib.* 6
6. *cap.* 24. ac noviſſimè Iac. Cuiac. *Inſtit. de Attiliano tut.* Sed † quia lex Attilia 7
tantùm Romæ locum habebat, lege Iulia Titia proſpectum eſt, ut in Provin-
ciis quoque ſimiliter à Præſidibus earum tutores darentur, Ulpianus *d. tit.* 11.
& Imperator *Inſtit. de Attiliano tutore.*

Secutis deinde temporibus D. Claudius, quia in ſupradictis legibus neque 8
de cautione à tutoribus exigenda. *Rem pupilli ſoluam fore*, cavebatur, neque de
compellendis tutoribus ad tutelæ adminiſtrationem conſtitutum erat, has le-
ges ſuſtulit, manente tamen eadem conditione dandi & ratione, ac ſanxit, ut
pupillis tutores à conſulibus darentur extra ordinem ex inquiſitione,
§. *ſed ex his, Inſtit. de Attill. tut.* ut eſt teſtis Tranquillus, ‡ *in vita ejuſdem* 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Claudii cap. 23. id eſt, non ſervato ordine agnatorum proximorum, Ræuardus, *Variorum* 1. *cap.* 10. Cujus etiam conſularis poteſtatis meminit Modeſt. *in l. ff.*
10 *de confirm. tut.* Inquirebant enim Conſules, an hi, † qui tutores erant dandi, locupletes eſſent, ac honeſtam frugemque vitam ducerent, an denique alienis bonis adminiſtrandis ſufficerent, idque longo tempore, antequam proprius
11 Prætor tutelaris à M. Antonino Philoſopho † inſtitutus eſſet, Sparitanus *in vita ejuſdem Antonini.*

Poſt hos autem & Prætores, ex conſtitutionibus Principum, tutores dare cœperunt, intellige tutelares, cujuſmodi primus ex Senatorio ordine creavit M. Antoninus Philoſophus, & Imperator Alexan: Neapolitanus *Genialium dierum*, 2. *cap.* 15. Ræuardus *Variorum* 1. *cap.* 16. Balduinus *Inſtit. de Attiliano tut. verb. Prætores. Idem in Catecheſi juris civili*, *cap.* 2. quem vix alia, quàm Divi Marci appellatione à reliquis Antoninis diſcerni invenies apud juris noſtri auctores, qui Prætores invenerunt dictam cautionem, *rem pupilli ſalvam fore*, ut patet *ex l.*
12 1. *ff. de Prætoriis ſtipulat.* Sanè Cicero narrat, † Verrem dicere ſolitum eſſe, pupillos & pupillas certiſſimam eſſe prædam Prætoribus: fecit fortaſſe talium, non tam Prætorum, quam prædonum improbitas, ut adempta ſit urbanis Prætoribus datio tutoris.

Poſt Prætores verò in urbe quidem Roma, aut Præfectus Vrbi, aut Prætor ſecundum ſuam juriſdictionem tutores dederunt, §. *ſed hoc jure*, *Inſtit. de Attil. tut. l. Titius*, §. *Romæ*, *ff. de excuſat. tut.* quæ verba ſecundum ſuam juriſdictionem ita accipienda ſunt, ut hi dare poſſint pro modo ſuæ juriſdictionis, ſive intra locum, ſive territorium, in quo poteſt ius dicere, cujuſque limites non
13 poteſt tranſilire. Latior ſiquidem † fuit Præfecti, quàm Prætoris juriſdictio, quæ protendebatur ad centeſimum ab Vrbe lapidem, *l.* 1. §. *quicquid igitur*, *ff. de officio Præfecti Vrbi*, notat Alciat. *in l. mille paſſus*, *ff. de verb. ſignificat.* Atque ideo etiam Illuſtribus perſonis, nec Præfectus ſolus, nec ſolus Prætor Tutelaris, ſed hi conjunctim adhibitis decem Senatoriis viris, tutores dari reſcriptum eſt à Valentiniano, Theodoſio & Arcadio, *l.* 1. *C. de tut. vel curat. illuſtrium perſonarum.* Quod tamen poſtea Imperator Iuſtinianus ſoli Præfecto cum Senatu dedit, *l. cum furioſus*, §. *ſin autem teſtamentum*, *C. de cur. furioſi.* In Provinciis verò Præſides earum ex inquiſitione, *d.* §. *ſed hoc jure*, *l.* 1. *l. pupillo*, *ff.*
14 *de tut. & curat. datis ab his*, ut omnes quoque alii magiſtratus, ut tradit † Modeſt. *in l. ſcire*, §. *cum reliquis*, *ff. de tut. & curat. datis ab his*, ut ſcilicet mores creandorum inveſtigent, & ſemper hoc obſervent, ne eos creent, quiſe ipſos volunt ingerere, ut creenter, quique pecuniam dant, cum & eos pœnæ obnoxios eſſe, lege promulgatum ſit. Dederunt & in Provinciis Magiſtratus, quia ſuo tempore Prætor Tutelaris ex ſuo ordine creabatur, *Novell.* 13. juſſu tamen Præſidum hoc eſt præceptum, ut Paulus *dicit in l. Lucius*, *cum teſtamento*, *ff. de adminiſt. tut.* neque enim mandari poteſt tutoris datio, quæ nec imperij eſt, nec juriſdictionis, *l. muto*, §. *tutoris*, *ff. de tutelis*, ſed meræ nudæque po-
15 teſtatis † quæ à lege datur, nec cuiquam aliter competit, quàm ei, cui lex permiſit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

permiſit. Et hoc eſt, quod Vlpianus *in l. nec mandante, ff. de tut. & curat. dat. ab his*, inquit, *Nec mandante Præſide, alius tutorem dare poterit.* Quare hic adiicit magiſtratum dare poſſe ex præcepto Præſidis, non quidem generaliter, ſed unum fortè, vel alterum, quando neceſſitas deſiderat, & res eſt levior, quia non ampla, nec magnæ ſint facultates impuberis, † non excedentes 50. aureos, *l.* 16
nonnulli, ff. de accuſat. Cuiac. *Novell.* 15. quod tamen ante Juſtiniani tempora indifferenter omnib. Magiſtratibus Municipalibus loci, unde pupillus per conditionem patris originem ducebat, vel eius erant facultates, datum erat, *l.* 1. *C. ubi pet. tut. vel curat. l. Ius dandi, ff. de tut. & curat. dat. ab his.* dum tamen eum darent, qui ab eodem municipio vel agro eius municipij eſſet, *d. l. ius dandi.* Servandus eſt enim modus juriſdictionis. Quia etſi tutoris datio juriſdictionis non ſit, ut ſupra diximus, tamen tutoris dati cogendi ratio Iuriſdictionis eſt. Nam ut quis, captis pignoribus aliisve juris remediis tutelam delatam agnoſcere compellatur, ſine juriſdictionis officio fieri non poteſt: quo in loco ſi fortè deeſſent, qui idonei viderentur tutores, officium horum magiſtratuum fuit, inquirere, ex vicinis civitatibus, honeſtiſſimum quemque, & nomina Præſidi provinciæ mittere, non autem ipſos arbitrium dandi ſibi vindicare, *l. Divus, ff. de tutor. & curat. dat. ab his, l.* 1. *§. ſi quando deſint, ff. de magiſtrat. conveniend.* Quin & hi Magiſtratus collegam ſuum † tutorem dare potuiſ- 17
ſe, non eſt dubium, *l. ubi abſunt, ff. de tut. & curat. dat. ab his.* qui tamen cogi non poteſt, ut munus injunctum agnoſcat, cum jure Magiſtratus ſe excuſare poſſet. Iubentur & Decuriones, ubi abſunt hi, qui tutores dare poſſunt, tuto- 18
res dare, dummodo major pars, id eſt, duæ partes conveniant, nec enim aliter habetur ordo, quam duabus partib. adhibitis, *d. l. ubi abſunt, l.* 3. *ff. de decret. ab ord. faciend. l.* 3. *ff. quoque cujuſq; univerſit. nomine, l. nominationum, C. de decurionib. lib.* 10. qui & unum ex ſe, id eſt, ſuo ordine, collegio, curia dare poſſunt, *d. l. ubi abſunt.* Vel etiam ipſum Magiſtratum, id eſt, Duumuirum, *l. decreto, ff. qui pet. tut.* Separantur enim ubique Magiſtratus Municipales ab ordine, ex quo ſcilicet Magiſtratus municipiorum ſumebantur. Quare eadem curia, ſive Decurionum ordo, dicitur ſeminarium honorum & munerum, & à Magiſtratibus municipalib. tutor datus non videtur, qui per ordinem datus vel electus eſt, *l.* 1. *ff. de Magiſtrat. conveniendis.*

Eadem quoque ratione, † & in Provinciis id non ſolum Præſidi, ſed & Pro- 19
conſuli datum fuit in Proconſularibus Provinciis, ut eſt Africa, *l. ult. C. Theod. de Tyronibus*, Betica, Creta, Macedonia, Achaja, *l. ſi dominus, ff. de his qui ſunt ſui vel alieni juris, l.* 3. *§. idem Hadrianus, ff. de teſtibus, l. meminiſſe, §. legatum, ff. de offic. Proconſ. l. Divus Hadrianus, ff. ad SC. Turpil.* Syria, Babylon, Perſia, Theſſalia, omniſque Græcia, ex lege Clodia de Provinciis, ſive is proconſulatum obtineret, vel temporis cauſa Præſide defuncto, vel quia ipſi Provincia regenda commiſſa fuerat, ut ſcribit Vlpian. *in l.* 1. *ff. de tuter. & curat. dat. ab his.* fuitque ea dignitas apud Romanos in uſu frequens, maximiq; ſplendoris, donec temporis intervallo poſt Hadrianum Imperatorem, & ordo & honor 20

 deſiêre,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

21 deſiére, in quorum locum Divus Marcus Iuridicos dedit, teſte Alex. *Genial.*
dierum 2. cap. 27. & noviſſimè Iacobo Cuiacio *obſervat. 7. cap. 21.*

Cùm autem ſingulæ provinciæ in varia municipia ſolerent dividi, eaque
proprium haberent Magiſtratum, Curiamque municipalem, & omnium unius
provinciæ municipiorum negotiis non poſſet commodè uno eodemque tem-
pore, & ſimul uno in loco Proconſul jure dicendo præeſſe; ea ratione factum
22 eſt, ut ei adeſſet legatus, à crebris de uno † in aliud municipium legationibus
nomen ſortitus, qui ei dabatur quaſi adiutor, cui Provinciam ingreſſus Procon-
ſul juriſdictionem mandare cogebatur, eoque facto, eum per ſingula munici-
pia mittebat, provincialium querelas & deſideria auditurū, ac de iis non Prin-
cipem, ſed ipſum conſulturum, cui propterea ex D. Marci oratione tutores dare
poſſe datum fuit, *d. l. 1. §. legatus, ff. de tut. & curat. dat. ab his, l. muto. §. tutoris, ff de tutel.*

Ad Proconſulis ſimilitudinem poſt Actiacum bellum, victis Antonio &
Cleopatra, Auguſtus Præfectum conſtituit in Ægypto Proconſulari poteſtate,
23 qui ideo Auguſtalis dictus eſt, ut auctor eſt Strabo, † *lib. 7. & in rubr. de offic. Præ-*
fecti Auguſtalis, l. ult. C. de modo mulct. l. 3. C. de Navicul. libr. 11. & Auguſtalis abſo-
lutè, *l. præcipimus, C. de appellat. & Novell. 23. & 26.* cui ſummum imperium &
Proconſulari par dedit, neque auſus fuit ob gentis levitatem & regionis, fru-
gumque omnium ubertatem & copiam eam Provinciam ulli Senatori com-
mittere, ut habet Suetonius *in eodem;* Tacitus *lib. 2. & 12.* Dion. *lib. 51.* Ammia-
nus Marcellinus, *lib. 22.* ſub quo fuerunt ſex Provinciæ; Lybia ſuperior, infe-
rior, Thebais, Ægyptus, Arcadia & Auguſtannica, quibus Alciatus, *C. de nu-*
merariis arctuariis, lib. 12. adjicit Pentapolin, in qua eſt urbs Cyrene, patria
24 Callimachi, prius Calliſte, deinde Thera dicta, † cui etiam ob id lex dandi
tutoris poteſtatem dedit, ad exemplum Proconſulis, *d. l. 1. ff. de tut. & curat.*
datis ab his.

Noviſſimè verò Imperator Iuſtinianus, † volens reſecare has difficultates
25 hominum, per ſuam conſtitutionem (quam tamen deſideramus) diſpoſuit, ut
non exſpectata juſſione Præſidum, Defenſores civitatum, una cum ejuſdem
civitatis religioſiſſimo antiſtite tutores crearent, ſi facultates impuberis vel
adulti uſque ad quingentos ſolidos ſive aureos valerent, *§. nos autem, Inſtit. de*
Attil. tut. per defenſores civitatum intelligens non eos, quorum noſtri Iuriſ-
conſulti meminere, & alio nomine Syndicos appellarunt, *l. ult. §. defenſores, ff.*
26 *de muner, & honor.* ſed illos, † quos ad exemplum veterum municipalium Magi-
ſtratuum poſteriores Cæſares curarunt in ſingulis civitatib. creari ex Chriſtia-
nis ſive Orthodoxis, *l. defenſores, C. de defenſ. civit.* & aliàs vocantur defenſores
27 ‡ locorum, *l. orphanotrophos, C. de epiſcop. & cler. l. ult. C. de Judiciis.* Loci † Iudi-
28 ces, *l. 2. C. de exhib. reis.* Patres † civitatum, *Novell. 17. in fin. Novell. 85. l. 3. C.*
29 *de his, qui ſponte mun. ſuſcipiunt*, vice tribunorum plebis, *l. in hac. C. de donat.* &
de quibus eſt titulus 53. *libr. 1. Codicis:* & tractatur Novella 8. 15. 18. 75. 85.
30 *& in pluribus alijs locis.* Cur autem loco juſſionis Præſidum requiſierit auctori-
tatem Epiſcopi ſive Antiſtitis, non aperit, ſed invenio, quod idem Iuſtinia-
nus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

nus hunc voluit eſſe ſpeculatorem, qui aliis obſervandis & cuſtodiendis præfectus eſſet, ut patet Novella 86. ubi voluit, Epiſcopum de tarditate Præſidis in expediendis advenarum & peregrinorum litibus ad eum referre, neque ſine ejus relatione, ſe à provincialibus interpellari debere. Quin & Præſidi ſuſpecto in cauſæ cognitione, Epiſcopum adjungendum eſſe pariter, *Novell.* 128. ſtatuit, hunc cum primoribus civitatis creare Creatorem reipublicæ, & eorum rationes diſcutere, nec alium poſſe mitti diſcuſſorem.

Idem quoque dedit publicis perſonis, id eſt, Magiſtratibus, ut ipſe interpre- 31
tatur, quam loquendi phraſim eo ſenſu non memini me legiſſe ullo alio in loco juris noſtri. Quin etiam Divi Leo & Anthemius, *in l. Orphanotrophos, C. de epiſcop. & cler.* publicas perſonas interpretantur tabularios, quales duo ſolebant eſſe in ſingulis provinciis, *l. duos tabularios, C. de ſuſcept. præpoſit. & ærcariis, lib.* 10.
qui civitatum † aut provinciarum chartas & rationes tractabant, atque ſuppu- 32
tabant, & præerant tabulario civitatis, in quo plerumque publica & privata recondebantur, veluti debitorum obſignatæ pecuniæ, *l. 2. C. de jure fiſci, lib.* 10. *l. 1. & 3. de tabulariis, ſcribis.* In rebus tamen † privatorum plerumque adhibe- 33
bantur, ut vel pro imperitis literarum ſciberent aut ſubſcriberent, vel pro ſtipulari nequeuntibus ſtipularentur, quaſi perſonæ publicæ, † & fuerunt olim 34
ſervi publici, *l. non aliter, ff. de adopt. l. ſi pupillus, ff. rem pupilli ſalvam fore, l. 1. §. exigere, ff. de Magiſtratibus conveniendis,* & aliàs vocatur ſervus civitatis, *l. ult. ff.* 35
quod cujuſque univerſ. nom. aliàs ſervus communis civitatis, *l. in tantum, §. 1. ff. de* 36
rer. diviſ. vel etiam conditionalis, *l. defenſionis, C. de jure fiſci, lib.* 10. Quod tamen † poſtea ab Arcadio & Honorio generali lege fuit prohibitum, ne ſervi 37
ſcilicet in poſterum tabulario præficerentur; ſed liberi tantùm, adjecta pœna, *ut in l. generali, C. de tabul. lib.* 10. de quo alio loco commodiore dicemus. Rectè ergo Imper. Iuſtin. hîc fecit, quod nobis mentem ſuam aperuerit, alioquin non immeritò potuiſſemus dubitare, præſertim cùm idem Imperat. Iuſtin. ſcribat *Novella ſua* 94. clariſſimum Scribam in provinciis eſſe quaſi Prætorem quendam tutelarem, ut rectè annotavit Iac. Cuiac. *tit. de tabulariis, in prin. lib.* 10. *Codicis.*

CAP. XX.
Quis Judex Tutorem det.

SUMMARIA.

1 *Omnis Judex habens juriſdictionem in perſonam pupilli, eidem dat tutorem, non alius.*

2 *Extende, ſive ſit Judex ratione originis paternæ ſive domicilij, ſive bonorum, & multo magis, quando in loco originis vel domicilij habet facultates, vel aliquem earem partem.*

3 *Com-*

3 *Communis opinio.*
4 *Iudex originis vel domicilij tutorem dat, etiamſi in loco nulla poſſideat bona.*
5 *Apud Gallos à quibus dantur tutores nobilibus.*
6 *In dubio prævalet datio originis.*
7 *Cauſa originis fortior domicilij.*
8 *Judex domicilij hodie communiter tutorem dat, & ejus tutoris adminiſtratio ad omnia pupilli bona etiam alibi ſita, porrigitur.*
9 *Remiſſivè quis Iudex dat tutorem.*

VIdeamus nunc quis Iudex tutorem det pupillo. Et hodie hoc jure utimur: ut omnis Iudex habens juriſdictionem † in perſonam pupilli, eidem det
1 tutorem, non alius, ut tradit Angelus *in §. ſed hoc jure, num. 2. Inſtit. de Attil. tut.* Alex. *conſi. 44. num. 17. libr. 5. per l. 1. in fi. ff. de tut. & curat. dat. ab his*, & plenè notatur *in l. 1. C. ubi tut. & in l. ſi Curatores, pre illum textum, C. de excuſat. tut.* & ita in terminis quoque tenet Alberic. *in rubr. C. de in lit. dando tut.* & ita practicatur apud nos, ut & de Gallis atteſtatur Rebuff. *tit. de ſent. prouiſ. art. 3. gloſſ. 2. num. 12. & 13.* Practica Farrarienſis *in forma libelli, quo agitur ad reddendam rationem tutelæ, in verbo, eidem Iacobo, num. 3.*

2 Idq; † procedit, ſive is ſit Iudex ratione originis paternæ ſive domicilij, ſive bonorũ, & multo magis quando in loco originis vel domicilij habet facultates,
3 vel aliquam † earum partem, *l. unica, C. ubi pet. tut. l. pupillo. ff. de tut. & cur.* & cummunem eſſet dicit Barbat. *conſ. 61. nu. 11. verſ. quoad ſecundum dubium, lib. 3. l. 2. C. de excuſ. tut.*

4 Imo etſi † in loco originis vel domicilij nulla bona poſſideat, nihilominus rectè ab eo judice tutor dabitur; ſatis eſt enim ſubijci juriſdictioni Iudicis perſonam pupilli, quam bona ſequuntur, etiam ſi Index ſit tantum magiſtratus municipalis, vt ſupra diximus, *cap. præced.* & tradit Rebuff. *d. num. 12.*
5 Limitans, † quoad nobiles, quibus dicit apud Gallos tutores dari à Senechallo, Ballivo, vel aliis iudicibus, à quibus immediatè ad Senatum appellatur.
6 Si tamen dubitatur de prioritate dationis † vel iudicis, originis vel domicilij, præualet originis, Angel *in p. §. ſed hoc iure, num. 2.* Ferrarienſ. *d. num. 3.* quia
7 cauſſa † originis fortior eſt cauſa domicilij, *l. libertus, §. præſcriptio, ff ad municipalem.* Alexan. *conſil. 100. num. 1. lib. 3.* & nouiſſimè Roland. à Val. *de lucro*
8 *dotis, quæſt. 22. num. 5. & 6.* Communiter tamen † Iudex domicilij dat tutorem & eius tutoris adminiſtratio porrigitur ad omnia pupilli bona, etiam alibi ſita, Rebuff. *d. gloſſ. 2. num. 12.* Alexan. cum Mol. *conſi. 128. num. 2. & 4. lib. 1.*
9 de quo nos latius diximus *ſupra cap. 4.* quo lectorem † remittimus, eadem enim repetere non placuit.

CAP.

CAP. XXI.

Quando à Judice dari poſſit Tutor?

SUMMARIA.

1 *Judex non dat tutorem, niſi deficiente teſtamentario, & legitimo.*
2 *Tutor teſtamento datus, non adita hæreditate, non eſt tutor, ſed alius datur, qui deſinit poſtea, hærede adeunte.*
3 *Tutori teſtamento dato ſi lis moveatur, alius non dabitur tutor, ſed ſcriptus tutor confirmabitur ſine præjuditio litis.*
4 *Plures tutores teſtamentarij ſi fuerint dati, non ſuccedit legitima tutela, niſi omnes deceſſerint, vel in civitate eſſe deſierint.*
5 *Tutore abſente vel appellante, datur tutor temporarius.*
6 *Pendente conditione, vel die, datur alius tutor, quamvis pupillus legitimum habeat.*
7 *Pendente excuſatione, interim actor vel curator datur, non tutor.*
8 *Tutor ſi furere cœperit, vel relegatus fuerit ad tempus, Curator datur.*
9 *Abſens reipublicæ cauſa, ſuſceptam antea tutelam deponere non poteſt.*
10 *Reipublicæ cauſſa abeſſe qui dicantur.*
11 *In locum furioſi, muti, cœci, ſurdi, & qui perpetuò excuſantur, alius tutor datur.*
12 *Tutor alius datur in locum eorum, qui in conſilium Principis aſſumuntur, vel Reipublicæ cauſa trans mare abſunt.*
13 *Tutore ſuſpecto, convicto ac remoto, alius datur tutor, & quando.*
14 *Tutor captus ab hoſtibus manet tutor, ſed interim à Præſidibus alius tutor dabitur.*
15 *Tutore movente pupillo controverſiam ſtatus, datur alius tutor.*
16 *Tutore adminiſtrationi non ſufficiente propter adverſam valetudinem, periculo illius actor conſtituitur.*

SEquitur ut de eo diſſeramus, *Quando à judice dari poſſit?* Et regulariter † tradi- 1
tum eſt, non dari niſi deficiente teſtamentario & legitimo, *Inſtit. de Attil. tut. in prin.* & ibi Port. *num.* 1. Ang. *in §. quod autem, num.* 2. *verſ.* 2. *caſu,* ſequitur Marian. *conſ.* 6. *num.* 6. *lib.* 2. Ferrat. *in forma libelli, quo agit ad reddendam rationem tutelæ, in verbis, coram, num.* 4. eam tamen regulam multis modis intelliges. Primo,
‡ ut non procedat, quando ex teſtamento, quo datus eſt, hæreditas non eſt 2
adita, quo caſu alius datur, qui deſinit, hærede poſtea adeunte, *l. ſi nemo, cum l. ſeq. ff. de teſtam. tutel. §. item ſi jure, inſtit. de Attil. tut.*

Sic etſi impuberi ſervo libertas & hæreditas perfideicommiſſum data ſit, & inſtitutus adire nolit, Senatus cenſuit eum, ſi impuberis nomine deſideretur, adire

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

adire cogendum, ut tamen pupillo, pupillæùe tutor ab eo, cui jus dandi erit, detur, qui tutelam retineat, quoad reſtituatur hæreditas, & rem ſalvam fore ab hærede caveatur, *l. ſi impuberi, ff. de tut. & curat. dat. ab his.*

Si tamen ſuper teſtamento, quo datus eſt, lis tantùm moveatur, alius non
3 dabitur, ſed ea lite pendente, ſine ullo illius litis præjudicio, ſcriptus tutor confirmabitur, & eventus rei judicatæ declarabit, utrum ex teſtamento patris, an ex decreto Prætoris auctoritatem acceperit, *l. jure noſtro, in fin. cum l. ſeq. ff. de teſtam. tut.*

Pari modo, ſi duo pluresùe tutores teſtamentarij fuerint, in locum ejus,
4 qui deceſſit, vel in civitate eſſe deſijt, alius dabitur, neque † ſuccedet legitima tutela, niſi omnes deceſſerint, vel in civitate eſſe deſierint, *l. ſi quis ſub conditione, ff. de teſtam. tutel.*

5 Sed & quando † tutor ſcriptus appellat, vel abeſt, alius interim datur temporarius tutor, *l. 2. ff. de tut. & curat. datis ab his, l. cum in una, §. 1. de appell. l. curatorem,* C. *qui dare tut.* Bartol. optimè *in l. ſolet, ff. de tutel.*

6 Sic & datur † medio tempore alius, quamvis legitimum tutorem pupillus habeat, quando teſtamento quis tutor datus eſt ſub conditione, vel ex die, *d. l. quis ſub conditione in prin. §. ſed etſi, Inſtit. de Attil. tut.*

7 Similiter & in locum eorum, qui ad tempus excuſantur, † interim Actor, vel Curator datur, non tutor; quia non deſinunt eſſe tutores, nec enim in totum excuſantur, ut etiam in locum minoris ad tempus excuſati interim Curator datur, *l. non ſolum, §. qui primipilum, cum §. ſi libertus, ff. de excuſat. tut.* Item in
8 locum † furioſi ad tempus, *l. idem Ulpianus, ff. de excuſ. tut.* & in locum relegati ad tempus, *l. ſi ſive, §. ult. ff. de adminiſt. tut. l. tutor petitus, §. fin. de excuſat. tut.*

Denique in locum abſentis cauſa reipublicæ, vel comitum eius poſt ſuſceptam tutelam Tutor, aliàs Curator, datur, *l. in omnem rem, cum l. ſeq. ff. de tut. &*
9 *curat. datis ab his, l. ſi tutor, ff. de tut. & rationib. diſtrah.* quamquam † hi ſuſceptam antea tutelam deponere non poſſint, *l. adminiſtrantes, §. eorum, ff. de excuſat. tut.* Porrò abeſſe reipublicæ cauſſa dicuntur, qui bona fide non dolo abſunt, &
10 publici commodi, non privati † cauſa, id quod multis prudentum reſponſis tractatum eſt, *l. item ij, l. & qui data, l. reipublicæ, l. non verè dicitur, ff. ex quib. cauſis majores.*

In locum autem eorum, qui perpetuò excuſantur, ut furioſi, cœci, muti, ſurdi: quia deſinunt eſſe tutores per excuſationem in perpetuum, in eorum lo-
11 cum alius † Tutor datur, *l. complura, ff. de tutel. l. ſi quis ſub conditione, ff. de teſtam. tutel.*
12 Qua ratione † & in locum eorum, qui in conſilium Principis aſſumuntur (quia in perpetuum excuſantur, *l. juriſperitos, ff. de excuſ. tut.*) alius tutor datur. Quibus ſimiles ſunt hi, qui republicæ cauſa trans mare abſunt, *l. verum, §. ex facto, ff. de minoribus.*

13 Sed & in locum † ſuſpecti, qui convictus ac remotus eſt, alius datur, *l. licet tutorem,* C. *in quib. cauſ. tut. habenti, l. Curatores, l. Preſes, l. pietatis,* C. *de ſuſpect. tut.*

Niſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Niſi tamen is, qui ſuſpectus poſtulatus eſt, legitimus fuerit, cui, ne notetur, alius adiungitur, vt infra latius dicemus. Pariter & in locum relegati, id eſt deportati, *d. l. licet Tutorem, & l. 3. C. qui pet. tut.* & in locum defuncti, *d. l. licet Tutorem, l. vlt. §. pen. C. de curat. furioſi.*

Haud abſimili † ratione, ſi quis tutor non ſit captus ab hoſtib. ſed miſſus ad 14
eos quaſi legatus, aut etiam receptus ab eis, aut transfugerit, quia ſeruus non efficitur, Tutor monet, ſed interim à Præſidibus alius tutor dabitur, *l. ſi quis Tutor, ff. de tutel.* Longè † magis alius dandus erit, quando legitimus tutor moueret pupillo ſtatus controuerſiam, dicens eum non eſſe filium defuncti, 15
eumq́; ſubiectum criminaretur, & ad ſe legitimam hæreditatem pertinere contenderet, *l. idem fiet, §. cum autem, ff. de teſt. tut.*

Idemq́ue omnino dicendum, ſi alia tantum lis moueatur inter tutorem & pupillum, de quo nos infra latius agemus Vnde & Caius ſcribit, ſæpe alium curationem furioſi vel prodigi ex lege 12, tabularum pertinere, alij Prætorem adminiſtrationem dare, ſcilicet, cùm ille legitimus inhabilis ad eam rem videatur, *l. ſæpe, ff. de curat. furioſ.*

Solet etiam Prætor, quando datus tutor adminiſtrationi non ſufficeret, propter adverſam fortè valetudinem, ſenium ætatis; vel quia diffuſum eſt patrimonium pupilli, † vel quia alia neceſſitate impeditur, quem velit actorem pe- 16
riculo ipſius tutoris decreto conſtituere, quem adiutorem vocant, & magis adminiſtrator rerum, quàm Curator intelligitur, *l. ſolet, ff. de tutelis, l. decreto, ff. de adminiſtrat. tut. l. non ſolum, §. final. l. & non, & l. idem, ff. de excuſat. tutel. l. teſtamento tutor, Cod. eodem, l. 3. C. In quibus caſibus tutorem habenti.* Ferrarienſ. *in d. verbo, curam, num. 4. §. quod ſi tutor, Inſtit. de curat.*

Sicq́ue intelligendum eſt, quod Imperator Alexander reſcripſit, Tutores non poſſe ex ſua perſona in re pupili Procuratorem facere, ſed Actorem conſtituere debere, *l. neque tutores,* C. *de Procurat.*

CAP. XXII.

Quomodo detur Tutor.

SUMMARIA.

1 *Iudex non dat Tutorem, niſi cum legitima inquiſitione.*
2 *Legitima inqiſitio quando dicatur fieri.*
3 *Mos dandi Tutores apud Gallos.*
4 *Matris iudicum an ſufficiat in facienda inquiſitione, & num. 5.*
6 *In quiſitione facienda non ſufficere Iudicis aſſertionem, dicentis ſe dediſſe cum cauſa cognitione.*
7 *Quatuor conſideranda in inquiſitione, vt rectè datus tutor dicatur.*
8 *Iuquiſitio an ſit obſeruanda in datione Curatoris furioſi.*
9 *Aduerſus furentes Vlyſſes opus eſt Palamedis prudentia.*
10 *Exempla eorum, qui ſe furioſos ſimularunt.*

1 SEd iam, *Quomodo detur*, videamus. Et quidem receptum eſt, Iudicem tutorem dare non poſſe, niſi cum legitima inquiſitione, id eſt, cauſſa cognita, judice inquirente, an ſit idoneus, an patiatur aliquam juris exceptionem, & ſi idoneus repertus fuerit, ſuper illius idoneitate dictus Iudex pronuntiare debet ſecundum Baldum, *in l. tutores, in prin. ff. de confir. tut. & facit. l. 2. in fin. C. quando mulier tutel. offic. l. ult. C. de auctorit. praſtanda, §. ſed hoc jure, Inſtit. de Attil. tut.* hoc eſt convocatis conſanguineis & amicis pupilli, ut dicit Bart. *in l. ſcire, §. fin. ff. de tut. & curat. dat. ab his*, & notabiliter Baldus, *in l. omnem, C. ad SC. Tertull.* Iaſon *conſil.* 149. *num.* 2. *verſ. item Decretum, lib.* 2. & noviſſimè Rebuff.
2 *de ſent. proviſ. art.* 3. *gloſſ.* 2. *nu.* 6. dicit, ‡ evocandos eſſe proximiores ex parte patris quatuor, vel ſex ad ſummum, & totalem ex parte matris, ſi ſint, *per text. juncta gloſſ. in l. pietatis, verbo, parentibus, C. de ſuſpect. tut.* Sin verò duo, vel tres tantùm fuerint, citandos eſſe amicos vel vicinos pupilli ad eum numerum: è quibus ſic convocatis, Iudex recipit juramentum, ut declarent, quem credant pupillo utiliorem, quod ubi, præhabita aliqua deliberatione, fecerint, ab eis electum pupillo tutorem dat, & ita dicit obſervari apud Gallos ſecun-
3 dum practicam Maſuerij Galli, † *tit. de tutore, §. item ſi nullus*, quam practicam utinam nos ſequeremur.

4 Nec ſufficit † ad eam inquiſitionem ſuſtinendam matris judicium, etiamſi maximè in bona propria liberis ſuis teſtamento tutores dederit, quod perſonarum qualitatem, earum facta, & mores dijudicare & æſtimare potius virilis animi ſit, ut Auctor eſt Triphoninus, *in l. credendum, circa fin. qui petant tut.*

5 Maximè, † quando ea declaravit ſe velle conuolare ad ſecundas nuptias, Iaſon *d. conſ.* 149. Bald. *in l. precib. C. de impub. & aliis ſubſtitut.*

6 Neque etiam in eo ſtatur aſſertioni judicis dicentis, ſe dediſſe † cum cauſæ cognitione, Iaſon *dict. conſil.* 149. Bald. *in l. omnem, C. ad SC. Tertull.* Menoch. *latè de arbitrarijs Jud. lib.* 1. *quæſt.* 76.

Maximè, quia in ea inquiſitione cum reliquis oportet Magiſtratum & mores creandorum inveſtigare: neque facultates enim, neque dignitas ita ſufficiens eſt ad fidem, ut bona electio, vel voluntas, & benigni mores, ut tradit Modeſtin. *in l. ſcire, §. cum reliquis, ff. de tut. & curat. datis ab his.*

7 Et hoc amplius, † ſi quæratur, an ex inquiſitione rectè datus ſit tutor, quatuor conſideranda ſunt, an hic dederit, qui dare poteſt, & ille acceperit, cui erat dandus, & is detur, cujus dandi facultas erat, & pro tribunali decretum ſit interpoſitum, *l. naturali, §. ſi quæratur, ff. de confir. tut. l. ſcire, §. qui non juſtè, ff. de excuſat. tut.* Zaſius *in l. juſtè poſſidet, nu.* 13. *ff. de acq. vel amit. poſſ.*

Atque ideo rectè Martianus dicit *in l. tutor ſi petitus, ff. de tut. & curat. datis ab his*, quod ſi tutor petitus fuerit habenti, ſed abſente eo, quaſi non habenti datus fuerit, dationem nullam eſſe: hac generali ratione adjecta; Nam etſi quoquo modo in petitione tutoris erratum fuerit in facti cauſa, maximè poſt conſtitutionem Divorum fratrum, non valet tutoris datio.

8 Quod non ſolùm † in datione tutoris, ſed & datione curatoris furioſi obſer-

vandum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

vandum eſt, ut ſcilicet idoneus detur, & ut inquiratur de vero furore. Vnde Ulpianus ſcribet *in l. obſervare, ff. de cura furioſi.* Prætorem obſervare debere, ne cui temerè citra cauſæ cognitionem pleniſſimam curatorem † det, quoniam 9
plerique vel furorem vel dementiam fingunt, quo magis curatore accepto, onera civilia detrectent. Ergo † adverſus ejuſmodi Ulyſſes opus eſt Pala- 10
medis prudentia. Vlyſſes ſiquidem Rex Ithace & Dulichii Inſularum, filius Laertæ & Anticleæ, fingitur ab Homero virmulta præditus facundia, nec minore experientia, vafer conſilio, egregius bello, laborum patientiſſimus. Vxorem habuit Penelopen Icari filiam, ex qua Telemachum filium ſuſcepit, eamque tantopere adamavit, vel reliquis Græcorum Principibus, ad bellum Trojanum proficiſcentibus, ipſe inſaniam ſimulaverit, futurum ſperans, ut tanquam bello inutilis domi relinqueretur. Junctis itaque duobus diverſi generis animalibus, littus proſcindebat, & frugum loco ſalem ſerebat. Palamedem tamen virum prudentiſſimum latere non potuit: qui ut technam illius detegeret, aranti illi Telemachum filium in ſulco obiecit, quod Vlyſſes conſpicatus, ne filium læderet, aratrum ſublevavit. Quo argumento facilè deprehenſum eſt, non veram illam, ſed ſimulatam eſſe inſaniam. Pertractus itaque ad Trojam, ſtrenuam utiliſſimamque, eo in bello, Græcis operam navavit. Nam & Achillem inter Lycomedis Regis filias, virginali habitu latitantem, ad bellum perduxit, & ſagittas Herculis à Philoctete impetratas, ad Trojam pertulit. Cum Palamede frumentationis cauſa graviſſimas inimicitias exercuit, eumque tandem per calumniam circumuentum lapidibus obruendum curavit. Denique plures alii prudentes viri furioſos ſe atque inſanos eſſe ſimularunt, ut ſibi commiſſorum aut committendorum impunitatem compararent, ut de Moyſe Judæorum legiſlatore legitur, & de Solone altero Athenienſium legum conditore, tradunt Plutarchus & Laertius, uterque in vita illius: qui quo & tutior vita ejus eſſet, & plus aliquanto Reipublicæ prodeſſet, furere ſe ſimulavit, ut tradunt Cicer. *lib.* 1. *Officiorum*, & Juſtinus Hiſtoricus *lib.* 2. *Hiſtoriarum*, & de Iunio Bruto ſcriptum reliquit Livius *lib.* 1. qui cum à Rege Tarquinio avunculo ſuo omnem nobilitatis indolem diſcerpi, interq; cæteros etiam fratrem ſuum, quod vegetioris ingenii erat, interfectum animadverteret; obtuſi ſe cordis eſſe ſimulavit, eaque fallacia maximas virtutes ſuas texit. Profectus etiam Delphus cum Tarquinii filiis, quos idem ad Apollinem Pyrhium muneribus ſacrificijſque honorandum miſerat; aurum Deo, nomine doni, clam cavato baculo incluſum tulit: quia timebat, ne ſibi cœleſte numen aperta liberalitate, venerari tutum non eſſet. Peractis deinde mandatis patris, Apollinem juvenes conſulverunt, quiſnam ex ipſis Romæ regnaturus videretur? At is penes eum ſummam urbis Romæ poteſtatem futuram reſpondit, qui ante omnes matri oſculum dediſſet. Tunc perinde atque caſu prolapſus de induſtria ſe abiecit; terramque communem omnium matrem exiſtimans, oſculatus eſt, quod tam vafre telluri impreſſum oſculum Urbi libertatem, Bruto primum in Faſtis locum tribuit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

CAP. XXIII.

Qui à Judice tutores dari poſſint.

SUMMARIA.

1 *Argumentum à teſtamentis ad judicia, ſive à teſtatore ad Judicem in jure frequens.*
2 *Regula*, Quemlibet dari poſſe à judice tutorem.
3 *Judex poteſt dare tutorem teſtamento patris inutiliter datum.*
4 *Plures à judice ſimul dari poſſe tutores.*
5 *Abſens tutor dari poteſt à judice, & quando.*
6 *Curator abſens dari non poteſt, ut agat adverſus tutorem.*
7 *Furioſus à judice tutor dari nequit.*
8 *Spadones an à Judice tutores dari poſſint.*
9 *Spadones idonei ſunt tutelæ puellarum, & ratio traditur.*
10 *Spado an poſſit eſſe Papa?*
11 *Fidejuſſorem tutoris contutorem dari, & manere tutorem.*
12 *Superioris ordinis tutorem pupillo dari inferioris ordinis & e contra.*
13 *Ingenuus libertino an tutor dari poterit?*
14 *Liberti an tutores eſſe poſſint.*
15 *Tutor à judice invitus datur.*
16 *Tutela an ſit munus publicum?*
17 *Communis opinio.*
18 *Filiusfamilias à judice tutor dari poteſt.*
19 *Tutor an ſalarium petere poſſit, Declara nu.* 20. 21. 22.
23 *Conſuetudo apud Gallos tutores immobilium bonorum pupillarium fructus, durante tutela, ſuos facere, modò pupillum alant, æs alienum ſolvant, & poſſeſſiones ſartas tectas tueantur.*
24 *Mutus & ſurdus à Judice tutores dari nequeunt.*
25 *Servus à judice tutor dari non poteſt.*
26 *Creditor vel debitor an tutor à judice dari poſſit?*
27 *Fœmina à judice tutrix dari nequit.*
28 *Minor* 25. *annis à judice non datur tutor.*
29 *Adverſa valetudo an faciat, ut quis à judice tutor dari poſſit.*
30 *Pauper ſuo vitio, inimicus pupilli, vel patris, eius tutor à judice non datur.*
31 *Prohibitus à parentibus tutor à judice non datur.*
32 *Contra prohibitionem matris non datur tutor à judice.*
33 *Juriſdictioni judicis dantis non ſubjectus, tutor ab eo dari non poteſt. Declara num.* 34.
35 *Abſens Reipublicæ cauſa tutor à Iudice non datur.*

36 *Miles*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

36 *Miles à iudice non datur tutor.*
37 *Miniſtri eccleſiæ an poſſint à iudice dari tutores?*
38 *Curiales an admittantur ad Illuſtrium tutelam per iudicem?*
39 *Cæcus à iudice tutor dari non poteſt.*
40 *Cæcus propriè quis dicatur. Declara nu. 41. 42.*
43 *Ap. Claudius Cæcus Senator fuit.*
44 *Ap. Claudius legis actiones redegit in formam certam.*
45 *Aufidius vir Prætorius Cæcus ſententiam dixit.*
46 *C. Livius Druſus, licet oculis captus, ſummæ auctoritatis Iuriſconſultus fuit.*
47 *Celſus* in l. ſi vẽditor, §. 1. de act. empt. *laudat iuſtiſſimam Druſi ſententiã.*
48 *Druſus licet à Pomponio præteritus, tamen à Valerio Maximo celebratur.*
49 *C. Caſſius Longinus natus eſt ex filia Tuberonis, quæ fuit neptis Ser. Sulpitii.*
50 *Caſſius Longinus licet luminibus orbatus ſub Tiberio conſul fuit cum Quartino.*
51 C. *Caſſius Longinus ſub Claudio Cæſare donatus eſt Syriæ Præfectura, legum peritia excelluit, militarem diſciplinam ad priſcum morem revocavit, legiones exercuit, ac ſi hoſtis ingrueret.*
52 *Nero infenſus Caſſio.*
53 *Neronis crudelitate Caſſius exilio mulctatus, & in Sardiniam Inſulam deportatus eſt.*
54 *Caſſius* C*aſſianæ ſcholæ Princeps & parens fuit.*
55 *Caſſius ſub* C*aligula juſſus erat interfici, ſed* C*aſſium ſervavit fatalis neceſſitas in ipſum* C*aligulam irruens.*
56 C*aſſius licet deportatus fuerit à Nerone in Inſulam, poſtea tamen reſtitutus fuit à Veſpaſiano.*
57 C*aſſij mors.*

SUbſequitur ordine caput, *Qui a Iudice Tutores dari poſſint.* Ad cujus explicationem licet nemo, quem viderim, regulam ponat: quia tamen in teſtamentario regulam fecit Paulus *in l. tutor, ſi. de teſtam. tutel. Quemlibet dari poſſe*, & à teſtamentis † ad judicia, ſive à teſtatore ad Iudicem argumentum apud noſtros ſit 1
valde frequens, & eo ſæpe utatur Vlpianus, dicens non mirum eſſe per Magiſtratum fieri poſſe, quod teſtamento fieri poteſt, *l. non eſt mirum, ff. de pign. act. l. ſolet, ff. de aliment. & cibar. legat.* Paulus, *libro ſingulari regularium, l. ſervus, ff. de manumiſſio.* Titulo generali Præſes in locis ſuis, *loco à teſtamento ad judicia.* Ideo † nos 2
ſimilem hoc loco regulam collegimus, *Quem libet dari poſſe*; teſtamento patris 3
inutiliter datum, ſi è re pupilli videtur, *l. 3. ff. de confir. tutel.*

Atque eum quoque, qui ſe teſtamento tutorem aſcripſit, ſi idoneus eſt, licet ſuſpectus ſit, neque ejus admitti excuſationem, *per l. uxori, ff. ad l. Cor. de falſis, l. ſcire, §. fin. & ibid. gloſſ. verbo, ingerere, ff. de tut. & curat. datis ab his.*

Atque etiam plures ſimul tam à judice, lege vel teſtatore, *l. ſimul. ff. de tut.* 4
& curat. dat. ab his, l. ſi plures, ff. de legit. tut. l. ſi quis ſub conditione, §. plane, ff. de teſt. tutel.

Neque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

5 Neque ſolum † præſentem, ſed etiam abſentem, *l. illud. ff. de tut. & curat. dat. ab his*, dum tamen, ſi peregrè agant, qui tutores vel curatores dati ſunt, intra diem trigeſimum id notum his fiat à Magiſtratibus ex reſcripto Divi Marci, vel in facie, vel ad domum, extra quos alios triginta dies habebunt ad excuſationem, *l. ſi peregrè, ff. de tut. & curat. dat ab his, l. ſcire, §. qui autem ſupra, ff. de excuſat. tut.* Quod tamen non obtinet in curatore, qui datur pupillo agere vel
6 ſe defendere volenti adverſus tutorem ſuum: neque enim talis niſi præſens dari poteſt, *l. qui habet, §. ſi pupillus, verſ. denique, ff. de tutel.* de quo tamen infra latius dicemus ex Molin. §. 6. *gloſſ.* 6. *nu* 9. 10. 11. Neque item obtinet in furioſo, qui licet abſentis loco ſit, *l. in negotiis, ff. de reg. juris*, tamen rectè † tutor
7 datur, ſed intelligitur ita dari, cùm ſuæ mentis eſſe cœperit. Ideoque interim alius tutor datur, *l. furioſus, & l. pen. ff. de tutelis.*

8 Non eſt etiam huic rei impedimento ſterilitas naturæ, quo vitio laborant Spadones: † quia tales morboſi, aut vitioſi non ſunt, nec eis hoc vitij impedimento eſt, quo minus ſuis & alienisupereſſe poſſint, *l. Spadonem, ff. de excuſ. tut.* Quo loco tamen Iac. Cuiac. Spadonem putat accipi debere pro caſtrato: in quo, inquit, minor dubitatio erat, nam caſtratio ſola propriè vitium eſt, & locum redhibitioni facit.

9 Maximè enim Spadones idonei ſunt tutelæ puellarum, cum in his † omnis mala corrumpendi ſuſpicio ceſſet, & magis ſint avari quàm integri, ut tradit Rebuff. *in l. Spadonum, ff. de verb. ſignific. in fin.* ex eo concludens per Alciatum ibidem, hujuſmodi Spadones ad quamcunque dignitatem admitti poſſe, etiam
10 Papalem. Nam quamvis, inquit, ante coronationem ſoleat inquiri † de electo in Summum Pontificem, & conclamari (ut fertur) dignum eſſe papari, quia teſticulos habet: ſufficit tamen eum habere mentulam, virque ea ratione dici poteſt.

11 Poteſt & fidejuſſor † tutoris ei dari contutor, licet in una tutela duplex periculum ſuſtineat. Ideoque Romanius Appulus, qui cum Magiſtratus eſſet, aliquem nominaſſet ſuo periculo, pòſt ei contutor datus, cùm ſe eo nomine excuſare vellet, rejecta appellatione ab eo interpoſita detentus fuit in tutela, *l. Romanius, ff. de tut. & curat. datis ab his, facit l. Spadonem, §. ſi civitatis, ff. de excuſat. tut.*

12 Divus Marcus & Commodus quoque reſcripſerunt, ſuperioris ordinis aliquem † poſſe dari tutorem pupillo inferioris ordinis, & è converſo minoris ordinem aliquem poſſe dari pupillo majoris ordinis, *d. l. Spadonem, §. ſcire, & l. & qui non, ff. de tut. &. curat. datis ab his.*

13 Eadem ratione † & ingenuus libertino dari poterit, tutorque perſeverabit, niſi ſe excuſet, *l. pupillo, §. libertino, ff. de tut. & curat. datis ab his, gloſſ. optima in l. patronus, ff. de tut. l. 3. C. de excuſat. tut.* niſi tamen patronus ſit, qui liberto ſuo datus excuſationem non habet, *d. l. patronus, ff. de tut.* vel etiam in loco libertinorum omnino ſit penuria, *l. 1. §. libertinus, ff. de excuſat. tut.*

14 Et quia † liberti impetrato à Principe jure aureorum annulorum, quod non modici

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

modici benificij loco æſtimabatur, omnia ingenuitatis munia conſequebantur, quod ex Novella Iuſtiniani, *ut liberti de catero*, omnibus ad libertatem venientibus abſque principali conceſſione competere cœpit: ideo & hi rectè dari poſſunt & perſeverabunt, niſi ſe intra tempora conſtituta excuſaverint. ut ex reſcripto Imperatoris ſui cum patre Severo refert Claudius Tryphoninus, *in l. cum ex oratione, ff. de excuſat. tut. & ibi bona gloſſa, in verbo, reſcripſit*.

Sed & neque † volens tantùm, verùm etiam inuitus datur, cujus rei in aperto cauſa eſt, † quia tutela eſt publicum munus, *§. 1. Inſtit. de excuſ. tut.* Quod licet aliqui controvertant, ut noviſſimè Vertranius Maurus, *de jure liberorum, cap.* 18. tamen communior & receptior opinio eſt, † utilitatis publicæ reſpectu eam publicum munus dici, ſive civile, non reipublicæ, aut etiam provinciale, licet utilitate privatum, Ioan. Crot. *rubr. de novi operis nuntiat. num.* 10. Mol. *in conſuetud. §. 6. gloſſ. 6. num.* 9. 10. 11. Cuiac. *d. §. 1. & plenius in l. ſi duas, §. Grammaticos, ſuper verbo tutela, de excuſat. tut.* & poſt eum Ræuardus *in l. 2. ff. de reg. juris*. Ex eo † inferentes, etiam filiumfamilias tutorem dari poſſe: quia, inquiunt, in his quæ ſunt publici juris, patriæ poteſtatis non habetur ratio, *vulg. l. fil usfamilias, ff. de his qui ſunt ſui vel alieni juris, l. ſi filiusfamilias, ff. de tutelis.* quo caſu pater pro filio tenetur, ut ibidem explicat Vlpianus & Angelus, *in §. 1. num. 5. Inſtit. qui teſtam. tutores.* 15 16 17 18

Ex quo † & illud proficiſcitur, tutorem ratione officij ſalarium petere non poſſe nec debere; quia ſponte ſuſcipere tenetur, & gratuitum eſſe debet, *ex gloſſ. in l. 1. & in l. eos, ff. de tutelis.* Guido Papæ, *quæſt.* 68. maximè ubi ex affectione & amicitia per teſtatorem fuerit teſtamento electus, Andr. Barbat. *conſ.* 62. *num.* 10. *lib.* 2. Imò punitur † extra ordinem, ſi data ſibi pecunia tutelam ſuſcepjt: † ut reſpondit Corn. *conſil.* 62. *num.* 9. 10. *l br.* 4. Port. *Inſtit. qui teſtam. tut. num.* 10. Boër. *in conſuet. tit. 1. §. 11.* Poterit tamen † Iudex ex cauſa remuuerationis, vel alia juſta cauſa, ſalarium conſtituere, quod eius arbitrio relinquitur, niſi in loco adminiſtrationis vigeat contraria conſuetudo, nihil ſcilicet deberi, vel etiam, ſi detectum fuerit, eum non bona fide in adminiſtratione fuiſſe verſatum, Corn. & Port. *loc. prææalleg.* Guido Papæ, *d. quæſt.* 68. Barbat. *d. conſ.* 62. *nnm.* 10. *lib.* 2. Sic è diverſo extante conſuetudine, quod tutor durante tutela omnes immobilium bonorum pupillarium fructus ſuos faciat, modò pupillum alat, æs alienum ſolvat, & poſſeſſiones ſartas tectas tueatur, ea tanquam ‡ valida omnino ſervanda erit, quam & receptam eſſe apud Gallos dicit Franciſcus Balduinus *ad rubr. tit. de tutel.* Boër. *d. §.* 11. 19 20 21 22 23

Hæc autem, † quæ diximus, non ita ſimpliciter intelligenda. Neque enim mutus & ſurdus legitimi tutores eſſe poſſunt, cùm nec teſtamento, nec alio modo utiliter dari poſſint, *l. agnato, §. ſurdus & mutus, cum. l. ſeq. ff. de legit. tut.* cujus rationem in materia tutoris teſtamentarij diximus *cap. 9. num.* 34. & 43. Solent enim hi quaſi curatore omnino egentes, in jure noſtro conferri prodigis adoleſcentibus debilibus, *l. dabimas, §. ult. cum. l. ſeq. ff. de privileg. creditorum.* 24

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

25 Neque etiam ‡ ſervus, licet teſtamento dari poſſit, quia Iudex ſervo libertatem, non tacitè, nec expreſsè dare poteſt, *l. in ſervili, C. qui teſtam. tut. dari poſſunt.*

26 Neque item †creditor, vel debitor pupilli, jure novo. *Novell.* 72.

27 Non etiam fœmina, quia tutela virile officium ſive munus † eſt, & ultra ſexum fœmineæ infirmitatis tale officium eſt, *l. fin. ff. de tut.* & diximus ſupra latè, *c.* 9. *n.* 50

28 Nec etiam † minor viginti quinque annis, ut ſuprà quoque latiſſimè à nobis declaratum eſt.

29 Adverſa quoque † valetudine laborans, tali ſcilicet, ut quis ſuis ipſe rebus ſupereſſe non poſſit, facit quem inhabilem ipſo jure, ut etiam volens dari non poſſit, licet ſuperveniens adverſa valetudo perpetua excuſationes det à ſuſcepta, ut eſt gl. *in l.* 1. *C. qui morbo ſe excuſant.* & ibi clarè Salicet. & Aret. *in §. item propter adverſam, Inſtit. de excuſat. tut.* quos refert & ſequitur Marianus Socin. *conſ.* 59. *n.* 35. *lib.* 3. ego tamen ſecùs arbitror, cùm habeamus textum expreſſum *in l. non ſolùm, §. ſi quis, cum l. ſeq. ff. de excuſat. tut.* eum excuſare non tantum, ne incipiant, ſed & à cœpta excuſari debent: qui textus manifeſtè proſternit contrariam ſententiam.

30 Idemque † dicendum in paupere ſuo vitio, & inimico pupilli, vel patris ejus, quos tamen Iudex, etſi ſe non excuſaverint, etiam reijcere debet, ut reſpondit Marian. Socin. *d. conſil.* 59. *num.* 39. *& quatuor ſeq. lib.* 3. facit optimè *l. in confirmando, ff. de confir. tut. l.* 3. *§. ſi tutor, ff. de ſuſpect. tut. §. ſed etſi propter paupertatem, §. inimicitiæ, Inſtit. de excuſat, tut.*

31 Sed etſi quis † prohibitus eſt à parentibus tutor eſſe, hunc neque creari oportet: & ſi creatus fuerit, nec recuſaverit, prohiberi poterit eum eſſe tutorem, manente ἐπιτιμία, iſt eſt, ſtatu ejus integro manente, ac honore illæſo ſervato: neque enim prohibetur gerere, ut ſuſpectus, ſed ob patris voluntatem, *l. ſcire, §. ſed etſi, ff. de tut. & curat. datis ab his.*

32 Etiamſi mater † tantum prohibuerit, *l. unica, Cod. ſi contra matr. volunt. tut. datus ſit.* Si tamen de fraude convictus fuerit, non manebit ſine nota, *d. l. unica.*

Is quoque, qui juriſdictioni dantis ſubjectus non eſt, ab eo dari non poteſt,
33 † nec ceſſatio invicti perperam officij ad ejus periculum ſpectat, *l. neque à Præſide, & ibi bona gloſſ. Cod. qui dari tut. l. etiam, ff. de tutelis, & ibi quoque gl. l.* 3. *& l. Divus, ff. de tut. & cur. dat. ab his, l. §. ſi quando, ff. de Magiſtrat. conuen. l.* 3. *C. qui petant tut.* ſi tamen is † conſentiat, datio valebit, ut ex Alex. *conſ.* 161. *num.* 7. *libr.*
34 5. Andr. Barbat. *conſil.* 61. *num.* 5. *lib.* 3.

Eos etiam, qui in legatione ſunt, Magiſtratus creari non poſſe vel debere, nec periculum per idem tempus, quo in legatione ſunt, ad eos pertinere Modeſtinus ſcribit *in dict. l. ſcire, §. eos, ff. de tut. & curat. datis ab his.* Nam & Vl-
35 pianus ſcribit, abſentiam ejus, qui Reipub. cauſa ab eſt, neque ei, neque alij damnoſam eſſe debere, *l. abſentia, ff. de reg. juris.* ideoque in ejus locum alius tutor, vel potius curator datur, *l. in omnem, ff. de tut. & curat. datis ab his.*

36 Eripit etiam † ſacramenti religio militem ab adminiſtratione tutelæ, ex reſcripto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

reſcripto Divi Antonini, *l. ab adminiſtratione*, *C. de legatis.* Non enim debet militiæ armatæ muneribus occupatus, neque ſi legitimus ſit, neque ſi ex teſtamento datus fuerit, nec alio modo (etſi voluerit) tutor vel curator fieri: ſi tamen errore ductus res adminiſtraverit, negotiorum geſtorum actione conveniri poterit, ex reſcripto Imperatoris Philippi, *in l. militiæ*, *C. qui dari tut.* Cuius rei in promptu cauſa eſt, quod miles non debet avocari à ſignis ſuis, & numeris, ſed eis jugiter inhærere, propriæ munijs inſudare militiæ, ut armorum quotidiana exercitio ad bella ſit paratus, non ſibi vacare, aut aliena obſequia peragere, *l. tribuni*, *l. nemo miles*, *l. milites*, *de re militari*, *lib.* 12. Qua ratione etiam prohibetur eſſe conductor rerum alienarum, hujus fideiuſſor, mandator vel procurator, *l. milites*, *C. locati.* Negotiator vel mercator, *d. l. milites, & l. unica*, *C. Negotiatores ne militent*, *libr.* 12. vel etiam procurator ad lites, *l. militem*, *C. de procurat. l. filiusfamilias*, *§. veterani*, *eodem tit.*

Porrò autem ut non ſunt milites avocandi à ſuis ſignis & caſtris, ita nec miniſtri eccleſiarum à ſuis eccleſiis; ne eccleſiaſticis † miniſteriis addicti occu- 37
pentur negotiis prophanis, *c. generaliter*, *cauſa* 16. *quæſt.* 1. quod maximè procedit, quando ad ſacroſanctas eccleſias permanent, non divagantes, neque circa miniſteria divina deſides, *d. c. generaliter*, vel niſi Epiſcopus civitatis eccleſiaſticarum rerum commiſerit gubernacula & orphanorum ac viduarum, quæ indefenſæ ſunt, aut earum perſonarum, quæ eccleſiaſtico indigent adminiculo, propter Dei timorem, *cap. pervenit*, *diſtinct.* 86. Et ideo Imperator Iuſtin. cum aliquando Epiſcopis permiſiſſet ſeſe á tutela excuſare, *l. generaliter*, *C. de Epiſcop. & cler.* pòſt *Novella ſua conſtitutione* 123. ſtatuit, ut nec volentes admitterentur; Presbyteris tamen & Diaconis & Subdiaconis permiſit tutelam legitimam jure, ſive lege cognationis adminiſtrare, quod videtur hauſiſſe ex decretis Synodi Chalcedonenſis 41. quam Martianus Imperator congregavit anno 437. vel ſecundum Onuphrij ſupputationem anno 451. Sanè D. Cyprianus in quadam epiſtola ad Diaconos & Presbyteros Furnenſes, ſuccenſet cuidam Geminio Victori, qui teſtamento ſuo nominaſſet tutorem Geminianum Fauſtinum Presbyterum: & teſtator olim in concilio Epiſcoporum fuiſſe ſtatutum, ne quis decedens clericum nominaret ad tutelam vel curam: ac ejus, qui hoc feciſſet, memoriam damnatam; idque ratione ſuperius adducta. Interim tamen nemo negat, admodum pium eſſe opus procurationem & tutelam pupillorum, quos Deus tam ſollicitè nobis commendat, & legumlatoribus quoque ſemper curæ & cordi fuit. Severus quoque Imperator Ulpio Ruffino ſcribens gloriatur, omnibuſque liquere deſiderat *in l. 2. ff. qui pet. tut.* ſeſe omnem rationem adhibere ſubveniendis pupillis, cum etiam id pertineat ad curam publicam. Certè quidem olim exiſtimarunt utilitati publicæ repugnare hanc conditionem, *Si pupillus tutores non habuerit*, *l. 2. §. tractari*, *ff. ad SC. Tertull.* quod etiam apertè tradit Plato *lib.* 11. *de legbus*, diligenter admonens præcipuæ curam eſſe habendam pupillaris ætatis.

Eſt & generali lege proſpectum, ne curiales ad Illuſtrium † tutelam vocari 38
poſſint

poſſint *l. 2. C. de tut. vel curat. illuſtr.* ſi quidem cum eorum bona fiſco ſint obligata, non ſatis † eſſet proſpectum, *vt tradit gloſſ. ibidem.*

39 Cæcus etiam, qui vtriuſq; oculi aciem prorſus amiſit, quem propriè cæcum appellamus, vt rectè tradit Natta *in repet. l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto,*
40 *nu.* 3. 4. C. *de teſtamen*, tutor dari non poterit, *l. luminibus*, C. *qui dari tutor.* & *ibi notat l. etiam 2. de auctorit. tut. l. poſt ſuſceptam,* & *vtrobique gloſſ. ff. de excuſat. tut.* Quin etſi pòſt cæcus fiat, † etiam à ſuſcepta tutela excuſare ſe poterit, *d l. poſt*
41 *ſuſceptam,* & *de l. etiam, l.* 1. & *ibi Platea,* C. *qui morbo ſe excuſant, lib.* 10. Quod tamen non eſt intelligendum de eo, qui alterum tantum oculum amiſit, *l. frater,*
42 C. *de excuſat. tut.* Neque etiam de eo, †cui viſus tantum eſt debilitatus, vel habet pupillam oculi obſcuratam, iuxta ea, quæ tradit Natta *d. loco.* Nec eſt ignotum quod Cic. ſcribit, Ap. Claudium cæcum optimè præfuiſſe rei ſuæ
43 familiari, atque adeo † ſenatoris munia eum obijſſe, teſtatur noſter Vlpian. *in l.* 1. §. *quamuis autem, ff. de poſtul.* ſeueriſſimamque in ſenatu dixiſſe ſententiam
44 † de Pyrrhi captiuis, qui centum annis poſt Decemuiros legis actiones ad certam aliquam redegit formam, & peculiari eſt complexus libro, vt tradit Franciſcus Balduinus *in ſuis Prolegomenis iuris ciuilis ante primum librum Inſtit. fol. mihi* 1.
45 *verſo, numer,* 8. ſicuti etiam † ſententiam dixit Aufidius, vir Prætorius cæcus, Idemque oſtendunt multi Romani prudentes, qui cum oculis capti eſſent,
46 perſpicatiſſimi fuerunt ſummæque auctoritatis Iuriſconſulti, vt † Liuius Druſus, cuius fit mentio *in l. ſi venditor, §. 1. ff. de act. empt.* & alio nomine vocatur
47 C. Liuius Druſus, vbi † Celſus laudat iuſtiſſimam Druſi ſententiam, emptorem, per quem ſteterit quo minus venditus ſeruus traderetur, præſtare debere
48 cibariorum ſumptus. Et licet hic Druſus à Pomponio † præteritus fuerit, tamen à Valerio Maximo *lib.* 8. *cap.* 7. celebratur. Qui & ætatis viribus, & acie oculorum defectus, ius ciuile populo benigniſſimè interpretatus eſt, vtiliſſimaque diſcere cupientibus monimenta compoſuit. Nam vt ſenem illum natura & cæcum fortuna facere potuit: ita natura interpellare non valuit, ne
49 non animo & videret & vigeret. Caius quoque † Caſſius Longinus ex filia
50 Tuberonis natus, quæ neptis fuerit Ser. Sulpitij, licet luminibus orbatus, vt tradit Suetonius *in vita Neronis cap.* 37. is tamen conſul fuit cum Quartino,
51 temporibus Tiberij, plurimumque auctoritatis habuit. † ſub Claudio Cæſare Præfectus Syriæ legum peritia cæteris præeminuiſſe legitur, & qui militarem diſciplinam ad priſcum morem reuocabat exercebat legiones, ac ſi hoſtis in-
52 grueret, dignum id maioribus & familia Caſſia ratus, vt Auctor eſt Cornelius Tacitus *lib.* 12. *ad prin.* Huic tamen Nero cum infenſus eſſet, quod opibus vetuſtis, & grauitate morum præcellebat, miſſa ad Senatum oratione crimini obiectauit, quod is Caſſius inter Imagines maiorum etiam C. Caſſij interfectoris Iulij Cæſaris coluiſſet, ita inſcriptam, *Duce partium*, per hoc ſe-
53 mina belli ciuilis † meditaretur. Itaque Senatuſconſulto exilio mulctatus, & in Sardiniam deportatus eſt, vt eſt auctor Cornelius Tacitus *lib.* 5. & 16. *poſt prin.* Plinius *lib.* 7. *Epiſtol.* Caſſium † Caſſianæ ſcholæ principem & parentem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

parentem fuiſſe ſcribit, cuius domum ideo commendat, quod eam Quadratus habitaret, qui non minor foret Orator, quàm fuerit ille Caſſius Iureconſultus, quorum fit mentio † *in l.* 35. *ff. de mort. cauſa donat. & l.* 18. *ff. de furtis*, hic ſub Caligula iuſſus erat interfici, ſed Caſſium ſeruauit fatalis ne- 55
ceſſitas in ipſum irruens Caligulam. Et licet hic Caſſius Neronis crudelitate deportatus fuerit in Sardiniam, † Inſulam peſtilentem: tandem tamen re- 56
uocatus fuit, & in priſtinum ſtatum reſtitutus à Veſpaſiano: quem tamen Suetonius in vita Neronis † luminibus orbatum inter eos ponit, qui à Ne- 57
rone mortem ſuſtinuerunt.

Cap. XXIIII.

Qui dari poſſit Tutor à Iudice.

SVMMARIA.

1 *Regula*, omni Impuberi à Iudice Tutorem dari. *Declara nu.* 2. *&* 3.
4 *Ventri non datur tutor à Iudice.*
5 *Curator teſtamento non datur.*
6 Tutorem habenti à Iudice non datur alius tutor. *Limita nu.* 11. 16. 17. 18. 19.
7 *Pupillo habenti diffuſum patrimonium non datur tutor, ſed tantum curator. Declara num.* 8.
9 *Tutor non iure datus an valeat alterius datio, priore non remoto, & eius tutela non caſſata, controuertitur.*
10 *Auctoris opinio.*
12 *Tutor Prætorius.*
13 *Declarantur Nouellæ Iuſtiniani* 72. *&* 94.
14 *Tutore appellante vel abſente, datur temporarius.*
15 *In locum ſuſpecti, remoti vel excuſati alius idoneus ſubſtituitur tutor.*
16 *Statuto permitti poteſt, vt tutorem habenti alius tutor detur.*

HActenus qui tutores dederint, hodie dent, & quis dari poſſet, ſuperioribus diximus; deinceps cui dari poſſit, videndũ eſt. Eſt autem receptiſſima
† regula *omni impuberi propter ætatis infirmitatem & lubricum conſilium tutorem dari*, eti- 1
am † abſenti, inuito & ignoranti, *l. illud, & l. nec non, ff. de tut. & curat. datis* 2
his. Dec. *in l. quo tutela, §. nemo, ff. de regul. iuris. per l.* 2. *ff. de tutelis.* Rip. *in l.* 1. *§. fuit quæſitum. num.* 26. *ff. ad Trebell.* Quarè rectè Impp. Dioclet, & Maximianus reſcripſerunt *in l.* 2. *C. quando tut. vel curat.* tutoris officium ex ſola voluntate pupilli non finiri. Etiam ‡ ſurdo, muto, mutæ, furioſo, furioſæ, impuberib. *l. muto, § ſurdo, ff. de tut. & curat. datis ab his.* Deniq; etiam iis, de quorum ſtatu dubitatur, etiam lite pendente, ſed ita demum tenet datio, ſi liber eſt, ut ſcribit Vlpian, *in l. ei qui, ff. de tut. & curat. dat. ab his.* Sed hæc licet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

regularitur vera ſint, non tamen in omnibus vera ſunt. Videamus igitur in quib. ſpeciebus locum habere non poſſint. Sanè, quoties lex de Curatore
4 loquitur non de tutore, tutor dari non poteſt. Et ideo † ventri tutor dari non poteſt, *l. ventri, ff. de tut. & curat. datis ab his*. Eademque ratione & Curatorem teſtamento dari non conſtat, *l. 1. ff. de confir. tut.* quia lex 12. Tab. de tutela lo-
5 quitur, non de cura, *Super pecunia*, inquit, *tutelaùe reiſuæ*. Sed etſi † quis tutor detur quaſi minori, qui tamen non erat, non valebit datio, & ideo non erit excuſatio neceſſaria, neq; obligabitur ſic datus, ex eo quod non geſſerit, *l. Seia, ff. de tut. & curat. datis ab his*. Quoniam autem tutor ſimpliciter datus àd vniuerſum patrimonium intelligitur datis, vt nihil ſuperſit, in quo alteri tutori locus ſit, & is habeat ius in caput liberum, à qua poteſtate ſi velis ſeparare bonorum adminiſtrationem, non alio tutore, ſed potius curatore opus
6 ſit, qui rebus datur, certæ rei dari poteſt, vt ſupra latè diximus. Rectè igitur ‡ diuerſis tam Iureconſultorum reſponſis quàm Imperatorũ reſcriptis ſtatutum eſt, tutorem habenti alium non poſſe nec debere dari, *§. interdum, & ibi* Port. & poſt eum optimè Franciſcus Balduinus, *Inſtit. de curat.* Corn *conſi.* 281. *nu.* 6. *lib.* 1. Caſtrenſ. *conſ.* 413. *nu.* 1. *verſ.* 3. *lib.* 2. Andr. Barb. *late conſi.* 61. *nu.* 5. *verſ.* 11. *lib.* 3. & ex recentioribus Pariſ. *conſ.* 85. *num.* 1 *libr.* 3. Quare & ita datum falſum appellat Paulus *in l. Paulus, ff. de verb. ſignificat.* quia quoties actus juris civilis (ut eſt tutelæ datio) eſt nullus vel inutilis, ejus actus nomen proprium non habet, & ideo illa adjectione falſi à vero ſive proprio diſtinguitur, quod & in ſimilibus obtinet, vt de teſtamento nullo, ſtipulatione, ſententia, electione, ceſſione & compromiſſo, tradit Andr. Alciat. *in d. l. Pau-*
7 *lus*, vbi id benè declarat, dicens, ſecus eſſe in nominib. facti. Sed etſi ‡ pupillus diffuſum habeat patrimonium in diuerſis locis; ita vt ſolus tutor admini-
8 ſtrationi non ſufficiat, non poterit dari tutor, ſed tantum curator, ‡ etiamſi mater vel avia hoc petierint. Ita reſpondit Andr. Barbat. *d. conſi.* 6. *num.* 9. *lib.* 3. additio ad Port. *tit. qui teſtamento tut. num.* 3. Hoc amplius, ſi detur caſus ſpecialis, in quo dari poſſet, ſi tamen alia cauſa minus legitima fuerit expreſſa, per quam dari non debuiſſet, non valebit datio, etiam interueniente Iudicis decreto, *per l. tutor ſi petitus*, & ibi Bartol. *ff. de tut. & curat. dat. ab his*, quem refert & ſequitur Corn. *d. conſil.* 28. *num* 7. *lib* 1. Caſtr. *conſil.* 411. *numer.* 1. *verſ.* 3. *ratio. lib.* 2. & noviſſimè Pariſ. *d. conſ.* 85. *nu* 2. & 3. *lib.* 3. In quibus locis etiam concludunt; idem eſſe quando Iudex in datione errauit. Denique ſcri-
9 bit Angelus, *in d. §. interdum, num.* 2. *Inſtit. de curat.* quod ſi prior † non jure datus fuerit, non valere dationem alterius, niſi illo prius remoto, & ejuſdem tutela caſſata, ad inſtar, inquit, electionis, quæ non poteſt ſecundò fieri, niſi priore caſſata, *cap. conſideraui mus, & cap. auditis, extra. de elect.* Dicit tamen in contrarium eſſe textum ſatis, ut videtur, expreſſum, *in l. ſi ut proponis, C. de confir. tut.*
10 & ideo † relinquit cogitandum, cujus poſterioris opinionis ego quoque ſum. Hoc autem quod diximus, tutorem habenti non poſſe dari alium: multis modis venit declarandum, & limitandum. Primùm enim locum non habet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

habet jure veteri, quo jure debitorem, vel creditorem pupilli † tu- 11
torem potuiſſe dari *ſupra cap. 9.* diximus. Neque propterea impeditæ fuerunt
actiones inter eum & pupillum, ſaltem eæ, quarum cauſa & origo fuiſſet ante
tutelam, licet aliæ, quæ poſt tutelam oriebantur, interim ceſſarent, *l. nec non
dantur, ff. de tutelis & rat. diſtrah.* de quo paulo pòſt dicemus plenius. Quo caſu
judicio exiſtente inter tutorem & pupillum, ſi non erat alius tutor (plures enim
dari poſſunt) cuius autoritate niteretur pupillus, quia ipſe tutor in rem ſuam
autor eſſe non poterat, unus aliquis dabatur in litem, quem Iuſtinian. † Præto- 12
rium appellat, *in §. ſi inter, Inſtit. de authorit. tut.* Verùm hodie huius rei ratio
multum eſt imminuta, quia Iuſtin. † *Novella conſtitutione* 72. prohibitum eſt re- 13
gulariter, ne debitor vel creditor tutor fiat, ſed quia idem Juſtinian. *Novella* 94.
hac lege poſtea exemit matres, & d. Novella etiam quoſdam alios minimè
complectatur, ut ſupra annotavimus. Rectè ergo Iuſtin. *in d. §. ſi inter*, ſta-
tuit, ut deficiente contutore, in locum illius Prætorij tutoris curator daretur,
quo interveniente, judicium perageretur, eoque peracto is deſineret, *l. ſi
plures, ff. de teſtamen. tut.* Idque ſive pupillus agat, ſive conveniatur, *l. qui ha-
bet, §. ſi pupillus, ff. de tutelis.* Quoties etiam aliqua pupilli bona ſunt ultra cen-
teſimum urbis lapidem, id eſt, centum milliaria, ſive mille paſſus, ſe excuſare
poterit tutor: neque enim tenetur ultra tutelam gerere: niſi in eadem Provin-
cia pupilli patrimonium ſit, & ideo illarum rerum dabunt tutores in Provin-
cia Præſides ejus, non earundem, *l. propter litem, §. licet, cum §. ſeq. ff. de excuſat.
tut.* Tutor quoque datus, ſi provocet, ſive appellet, vel abſit, interim, referen-
te Vlpiano ex reſcripto Divi Pij, † datur temporarius tutor, qui tutelam 14
gerat, *l. cum quidam, ff. de tut. & curat. datis ab his*, quod & probat Modeſti-
nus eo caſu, quo tutoris auctoritas neceſſaria fuerit, veluti ad adeundam hæ-
reditatem, quoniam ad hoc curatoris auctoritas inutilis eſſet, *l. cum in una, §.
1. ff. de appell.* Pari modo & in locum ſuſpecti & remoti, & in locum excuſati,
alius idoneus ſubſtituitur ſententia competentis Iudicis. Et hoc quidem 15
Senatuſconſulto introductum eſt, cum ex pluribus tutoribus unus ex pluri-
bus aut removetur, aut excuſatur in perpetuum, *l. ſi quis ſub conditione, ff. de
teſtamen. tutel. dict. §. interdum*, & ibi Angelus *in princip. verſ. nota quod ſi tu-
tor*, & poſt eum Iacob. Cuiac. *ſuper verbo, interdum, Inſtit. de curat.* quod †
à Divis Valeriano & Galieno extenditur ad defunctos, vel etiam relega- 16
tos, id eſt, deportatos tutores, *l. 4. ff. In quib. cauſ. tutor habenti. & dict. l.
ſi quis ſub conditione.* Corn. *conſil.* 175. *num.* 3. *lib.* 3. Angel. *de Bannito, d. §.
interdum, nu.* 1. Nam in eius locum, qui relegatus eſt, ſalva civitate, curator da-
tur, non tutor. Cuiacius loco quo ſupra, *per l. quod ſi fortè §. quid ergo, ff. de ſolut.*
Datur & in locum furioſi, ſurdi, muti, tutoris legitimi alius tutor, ex Senatuſ-
conſulto, *l. cum plura ff. de tutelis.* Sæpè etiam ad alium ex lege 12. tabularum cura- 17
tio prodigi, aut furioſi pertinet, alij Prætor adminiſtrationem dat, ſcilicet, cum
ipſe legitimus inhabilis ad eam rem videatur, *l. ſæpe, ff. de curat. furioſi.* Sed etſi tu-
tor miſſus eſt ad hoſtes quaſi legatus, aut ab eis receptus, aut transfugerit, quia

ſervus

ſervus non efficitur, & tutor manet, alius interim datur, *l. ſi quis, ff. de tutel.*
18 Non abſimili ratione, † quando ex teſtamento hæreditas non eſt adita, ex quo tutor ſperatur, vel is datus eſt ſub conditione, vel die; pendente conditione, vel die, alius dandus eſt, qui deſinit, quando conditio extiterit, dies advenerit, vel hæres poſt adierit, *l. ſi nemo, l. ſi hæreditas, l. ſi quis, ff. de teſtam. tutel. §. ſed etſi, Inſtit. de Attil. tutor.* Poteſt & mater, ſi nolit bona filiis ſuis relinquenda adminiſtrari per tutorem eiſdem ſuis filiis patris teſtamento datum, aliquem ex neceſſariis ſuis hæredem inſtituere, eundemque rogare, ut filiis ſuis, cùm ad pubertatem venerint, plenè reſtituat: ita enim ſcriptus hæres erit nudo nomine, & adminiſtrabit quamdiu erit impubes, & facto puberi hæreditatem reſtituet cum fructibus perceptis, nulla etiam quarta Trebellianica deducta, *ut eſt text. in l. fideicomiſſi, §. cum Pollidius, ff. de uſuris.* Imola *in l.*
19 *cum filio, de legat.* & noviſſimè Gualdenſis *in tract. ſuo cautel. ult. volunt. tit de tuto-*
20 *re*, ubi plures laudat ejuſdem opinionis. Poſtremò poteſt & ſtatutum permittere tutorem habenti alium dari ex cauſa, puta, ſi petant conſanguinei aliquem adjungi, allegata cauſa ſuſpitionis, vel alia legitima vel veriſimili, ut tradit Franciſ. Curt. *conſ. 46. incip. ſuper controverſia.* Thomas Feratius *cautel. ult.* & noviſſimè Pariſ. *conſ. 85. nu. 3. lib. 3.* Sed eo ſtatuto ſtante, ſi uno die petitus, & eodem quoq; datus fuerit, nullius erit momenti datio, quia propter temporis brevitatem non eſt veriſimile Iudicem diſcuſſiſſe utilitatem pupilli, ut conſuluit Pariſ. *d. loco*, & ante eum plenius Anchor. *conſ. 36. incip. viſa quadam petitione.*

Cap. XXV.

Quando dentur Tutores.

SUMMARIA.

1 *Tutorem omni tempore, ſive die dari poſſe.*
2 *Feriatis diebus tutor dari poteſt.*
3 *Datio tutoris actus favorabilis & opus pium.*
4 *Conſtantinus Imperator primus Chriſtianus.*
5 *Die dominico acta fieri poſſe.*
6 *Theodoſius Imperator non conceſſit diebus Dominicis emancipare, atque manumittere.*
7 *Opera ruralia die Dominico ex neceſſitate explicari poſſunt.*

NUnc ad extremum, *quando dentur Tutores*, videamus, & ſanè Vlpian. *lib. 8. de omnibus tribunalibus*, ſcribit, *in l. nec mandante, §. duri, ff. de tut. & curat.*
1 *datis ab his*, eum † omni tempore, ſive die dari poſſe. Refert & idem Ulpianus *lib. 5. ad edictum*, orationem D. Marci, quia in Senatu recitata dicit effe-
2 ctum fuiſſe de aliis ſpeciebus Prætorem adiri, etiam dieb. feriatis, ‡ utputa ut tutores

tutores vel curatores dentur, ut officia admoveantur, ceſſantis excuſationes allegentur, alimenta conſtituantur, ætates probentur, *l. eadem ratione, ff. de* 3
feriis, cujus rei non alia commodior ratio reddi poteſt, quàm quod actus ſit multum favorabilis, & opus valde pium, datio tutoris: cùm Deus nobis tam ſollicitè pupillos commendaverit, *cap. defenſionis, diſtinct.* 87. adeo ut Pagani olim Principes voluerint tutelam etiam geri à Judæis & Chriſtianis, indicantes, eorum religionem minimè pollui hoc civili munere. Qua ratione ‡ Con- 4
ſtantinus Imperator, primus Chriſtianus, *in l.* 1. *ff. de ferijs*, dicit, gratum & jucundum eſſe die etiam Dominico maximè votiva compleri, & ſuper his rebus acta fieri. Cujus etiam † exemplo ductus Theodoſius Imperator, eman- 5
cipandi atque manumittendi † licentiam dieb. Dominicis, cæteris cauſis quie- 6
ſcentibus, tribuit, *l.* 2. C. *de Feriis.* Sicuti etiam die Dominico † opera ruſtica 7
ex neceſſitate explicari poterunt: quoniam frequenter evenit, ut non aptius alio die frumenta ſulcis, aut vineæ ſcrobibus mandentur, ne occaſione momenti pereat commoditas cœleſti proviſione conceſſa.

CAP. XXVI.

Tutela an ſit honor vel onus?

SUMMARIA.

1 *Variæ interpretum ſententiæ, tutela an ſit honor, vel onus, nu.* 21.
2 *Baldus doctor oculatiſſimus, & omnium ſui temporis celeberrimus.*
3 *Teſtamentaria tutela honor appellatur.*
4 *Honorificum ut fuit ex teſtamento amicorum, vel parentum quid capere, ita turpe ab ijs præteriri.*
5 *Legata & hæreditates plerumque dantur ob merita.*
6 *Legatarij amici vocantur.*
7 *Perſonæ honoratæ quæ dicantur.*
8 *Cicero parens eloquentiæ.*
9 *Uſurpans indebitè nomen tutoris, an teneatur pœna ſacrilegij vel falſi?*
10 *Tutorem ratione officij & dignitatis non prius in carcerem ponendum eſſe, quam eſſet convictus.*
11 *Numerus liberorum an excuſet ab honoribus?*
12 *Judæus dignitatum & officiorum publicorum incapax.*
13 *Reprobatur opinio eorum exiſtimantium tutelam honorem eſſe.*
14 *Ratio naturalis legis loco eſt.*
15 *Tutela an ſit munus publicum, & quatenus.*
16 *Publicum aliàs civile dicitur.*
17 *Tutela quid oneroſum, grave & moleſtum appellatur.*
18 *Tutela quare onus appelletur.*

19 *Statutum dictans agnatos cognatis præferri in hæreditate, intelligitur etiam ut præferantur in onere tutelæ quod declaratur nu.* 20.

22 *Intellectus* legis, teſtamento, ff. de manumiſſis teſtamento.

23 *Seruus omnium hominum abiectiſſimus, & honoris incapax.*

24 *Servorum variæ qualitates.*

25 *Ordinarij ſervi alios vicarios habuerunt in peculio, cum ſuis peculiis.*

26 *Vicarij ſervi peculiares ſervi nuncupati.*

27 *Seruorum dignitates, reſpectu aliorum ſervorum.*

28 *Servi nobiles.*

29 *Honor pro cultura, fide & integritate aliquando accipitur.*

30 *Nonius Marcellus doctiſſimus Grammaticus.*

31 *Reprobatur opinio Baldi.*

32 *Magiſtratus onus.*

33 *Epiſcopatus magis nomen oneris, quàm honoris eſſe.*

34 *Reſervatio dignitatum ſimplicitur facta non comprehendit dignitatem Epiſcopalem.*

35 *Iudæi à tutela non ſunt immunes.*

36 *Dolus & malitia nemini debet patrocinari.*

37 *Contractus factus contra legem tenet, licet ſit nullus quantum ad commodum contrahentis, non tamen ad ipſius incommodum.*

38 *Nemo ex ſua culpa, dolo, vel improbitate, vel delicto, debet conſequi præmium.*

39 *An nobiles, qui ſceleribus nobilitatem amiſerunt, ſint immunes ab oneribus nobilitatis.*

40 *Contumax in non reſpondendo habetur pro confeſſo in eo, quod tendit in damnum.*

41 *Bannitus perdit jura civitatis in ijs, quæ tendunt adipſius commodum, non autem incommodum.*

42 *Dei memoriam habentes non præſumuntur ad tutelas & curas libenter accedere.*

43 *Præſumiter quilibet potius res proprias curare, quàm alienas.*

44 *Charitas prima incipit à ſeipſo.*

45 *Tutorum non eſt par ſimiliſq; cauſa.*

46 *Affectatis negotiis nihil indulgetur.*

47 *Ignorantia affectata non excuſat, ſed pro ſciente habetur.*

48 *Ignorantia affectata habetur pro ſcientia, etiam in pœnalibus.*

49 *Impedito regulariter tempus non currit, niſi ſit affectatum. Declara num.* 50.

51 *Conditio abſentis cauſa Reipublicæ in nullo deterior fieri poteſt, aut debet, & quomodo hoc procedat*

52 *Legatus, qui procurauit ſibi legationem, non gaudet priuilegiis legatorum.*

53 *Tutelam affectaſſe quis dicatur.*

54 *Interpretatio* legis, Spadonum, § finali, ff. de excuſat. tut.

55 *Tutelæ affectata non cenſetur onus.*

56 *Modica non ſunt curanda.*

57 *Modicum & nihil æquiparantur.*
58 *Immunitas conceſſa à muneribus perſonalibus non comprehendit minima.*
59 *Defunctoriè, vel dicis cauſa tutelam ſuſcipere quando quis dicatur.*
60 *Textum* legis 1. C. Qui numero tutelarum, *priſtinæ ſuæ integritati reſtituitur.*
61 *Gregorius Haloander diligentiſſimus & verus iuris inſtaurator.*
62 *Franciſcus Duarenus defenditur* in l. Iuriſgentium, §. doli, ff. de pactis.
63 *Honorarij tutores qui dicantur.*
64 *Tutor honorarius conueniri non poteſt, niſi excuſſis facultatibus eius qui geſſit.*
65 *Tutela an reſpectu perſonæ pupilli dicatur onus.*
66 *Tutela ex parte pupilli eſt fauorabilis.*

DE illo nunc † videndum eſt, *An tutela ſit honor, an potius onus?* qua in re 1
variatum eſt ſententijs. Nam Baldus, Doctor † oculatiſſimus, & omnium 2
ſui temporis celeberrimus, ingenio feraci & fœcundo, *in l. cum quidam, C. de
verb. ſignific.* eam ratione adminiſtrationis bonorum & rei tutelaris honorem
appellat, motus ex *l. teſtament centurio, ff. de manumiſſ. teſtam. ibi, ab honore admini-
ſtrandi remouit.* Ex qua lege coligunt Doctores, quod, vt eſt à tutela infame
reiici, ita adminiſtrare honorificum, ſequitur Socinus filius, *in l. vtrum ita. §.
cum quidam, in vlt. notab. ff. de rebus dubiis,* quam opinionem confirmat Papinia-
nus *lib. 4 reſponſorum, in l. qui tutelam, in prin. ff. de teſtamẽ. tutela. Qui tutelã* inquit, *man-
datam excuſationis iure ſuſcipere noluit, ab his quoque legatis ſubmouendus erit, quæ † filiis eius
relicta ſunt, modò ſi legata filij non affectione propria, ſed ob honorem patris, id eſt, vt inter-
pretari poſſumus, tutelam patri teſtamento mandatam meruerunt.* Ex qua lege † aper- 3
tiſſimè colligitur, teſtamentariam tutelam honorem appellari nec id abs re.
Veteres enim honori duxiſſe, ſi morientis teſtamento hæredes inſtituerentur,
vel quantumlibet etiam modicum ſibi ſupremo morientium judicio relinque-
retur, notum eſt; eo quod hoc ipſo eorum fides, probitas & integritas ultimo
morientis judicio, probata munificentia ejus, ac liberalitate digna videretur.
Sic item è contra † iniurioſum ac turpe putabatur amicorum parentumùe te- 4
ſtamento præteriri. Atque hinc prodit, quod paſſim dicunt IC. teſtatorem
aliquem honoraſſe, quem ſcilicet inſtituit, vel legato providit, ut Cal-
liſtr. *in l. Diuus, ff. ad leg. Cornel. de Falſis, ibi, legato honoratur,* Ulpian. *in l.
ſed & ſi mortis, §. hoc autem, ibi, nec enim quærimus cui acquiratur legatum, ſed cui ho-
nor habitus ſit, ff. de legat. præſtand.* Idem Vlpianus *in l. ſed. etſi ſuſcepit, §. ſed
etſi proponas, ibi, honorem habitum volvet, quibus reliquit fideicommiſſum, ff. de Iudi-
cijs.* Idem *l. fideicommiſſa, §. plerumque, ibi: licet multorum interſit uni voluiſſe hono-
rem habitum, ff. de legat.* 3. Paulus *in l. amiciſſimos, ibi: ad ſuſcipiendum onus tutelæ, etiam
honore legati eos proſequi, ff. de excuſat. tut.* Et hoc † nimirum illud eſt, quod, cum 5
plerumque hæreditates & legata † ob meritũ dantur, teſte Vlpiano, *libr.* 30. *ad* 6

7 *Sabinum*, *l. nec adiecit. ff. pro ſocio*, legatarij † amici vocantur, *l. quidem*, *ff. de reb. dubiis*, & quandoque perſonæ honoratæ, *ut in l. unica*, *§. ſin autem*, *C. de caduc. toll.* Sed ut ex aliis Scriptoribus aliquid etiam in rem noſtram mutuemur, etiam huic ſententiæ non deſunt Scriptores celeberrimi. Dicit
8 inprimis Cicero, eloquentiæ parens, † pro Cecinna, uſumfructum omnium bonorum Ceſenniæ legavit, ut frueretur una cum filio: magnus honos viri, incundus mulieri fuiſſet, ſi diuturnum eſſe licuiſſet. Rurſus Symmachus ad Theod. *lib.* 1. *epiſt.* 41. agens de ſignatoribus, qui legatum ex teſtamento acceperant, aut ſupſcripſerant. Adducuntur etiam ſcripta Divalia inquit, quibus adſtipulatio cujuſdam remota eſt: qui ſuam juviſſe cauſam teſtimonio diceretur, quaſi veriſimile eſſet exemplum, ut tenuis honos, quo defunctus ob amicitiam ſubſcriptores aſperſerat, legitimum poſſit abolere judicium.

Ex quibus videretur ſatis ſuperque probatum eſſe, tutelam, ſaltem teſtamentariam, honoris nomen eſſe, non oneris, quod & placuit mirum in modum Marco Anton. Nat. Aſtenſi, *in repet. l. hac conſultiſſima*, *§. ex imperfecto*, *q.* 24. *C. de teſtam.* Cyno *in l. cum quidam*, *C. de verb. ſignificat.* & Imolæ, *in l. ſi ex toto*, *§.* 1. *in fin. ff. de legat.* 1. & noviſſimè Zuchard. *in rep. l. poſthumo*, *nu.* 7. *C. de bonor. poſſ. contra tab.* Quod certè placitum pulchrum eſt & egregium, ſi verum eſſet, de quo non parum dubito. Nam ſi illud verum eſſet, ex eo inferri poſſet, uſurpantem indebitè nomen tutoris teneri pœna ſacrilegij, vel falſi, juxta
9 notata Bart. † *in l.* 1. *per illum text. ut dignit. ordo ſervetur*, & quæ amplè ſuo more tradit Andr. Tyraq. mirè diligens, & multæ lectionis vir, de *Nobilit. cap.* 13.

10 Poſſet & ſecundò inferri, tutorem velut honeſtam perſonam ratione † officij, & dignitatis non prius in carcerem poni debere, quam eſſet convictus, juxta ea, quæ tradit Aretius *in l. ſi poſt accuſationem*, *col. ſi. de teſtam.*

11 Pariter ‡ & tertiò inferri poſſet, non jure trium, ſed neque ſedecim liberorum jure quem à tutela excuſari, quod Alex. Imper. placitum, *in l.* 1. *C. de his qui num. liber.* 9. quum Inquit, *Numerus liberorum ab honoribus non excuſat.*

12 Denique † ut ſemel finiam, ſequeretur quod Iudæus non poſſet eſſe tutor, quia eſt dignitatum & officiorum publicorum incapax, ut tradit Zaſ. *in rubr. de juſtitia & jure*, *num.* 4. 6. & 7. in doctore, Advocato, *per l. laudabile*, *C. de advocat. diverſorum Judic. l. fin. C. de poſtul.* maximè ex eo, quia ſunt infideles, & non Chriſtiani, *cap. cum ſit*, *cap. penult. de Judæis*, *cap. cum ſit*, *cap. conſtituit* 17. *q.* 4. ubi ſub interminatione anathematis & excommunicationis vetat concilium, ne Judæi ad ulla officia publica admittantur; & ſi qui eos admitterent, tanquam ſacrilegi haberentur, quod etiam conſtituerunt Impp. Theodoſ. & Valentin. *in l. fin. C. de Iudæis.*

13 Videamus ergo vera ſit, necne, iſta opinio? & certè ſi verum fateri licet, puto hanc opinionem omnino erroneam eſſe, atque ideo tutelam non Honoris nomen, ſed Oneris eſſe. Ad quod dicendum primo me movet, quod honor

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

honor ſit adminiſtratio Reipublicæ, cum dignitatis gradu, ſive cum ſumptu, ſive ſine erogatione contingens, *l. honor*, *ff. de munerib. & honorib.* tutela verò non ſit Reipublicæ munus, ſed principaliter privatum, ut probatur *l. non tantum*, *§. is qui*, *ff. de excuſat. tut.* dum ædilem plebis tutorem dari poſſe eo comprobat, quod excuſetur à privatis muneribus: excuſatio autem eſt argumentum jure tutoris dati, *l. Spadonem*, *§. pen. ff. de excuſ. tut.* quod etiam ratio † natura- 14
lis, quæ legis loco eſt, demonſtrat. Satis enim tutela de re privata & familiari pupillorum & domo eorundem concluditur, & quot ſunt domus, tot ſunt tutelæ.

Non inficior tamen, eam eſſe pro utilitate publicum, quod publicè omnium interſit, orbos ac pupillos (in quorum recta inſtitutione tanquam in herba ſita eſt tota ſpes, & ſalus Reipublicæ pendet) tueri ac defendere, & in ſingulis civitatibus publicam tutelam minoribus deberi, ut ait Conſtantinus, *in l.* 19. *de decurionibus*, *Codic. Theodoſ.* eorumque ſubuentionem & protectionem ad curam publicam pertinere, ex Epiſtola Divi Severi, *l. Divus*, *ff. quod pet. tut.* ſed † prin- 15
cipaliter privatum munus eſſe, & per conſequentias publicum, ſive civile, quæ appellatio latior eſt, quàm Reipublicæ. Nam munus Reipublicæ eſt, quod principaliter & directò ad Rempublicam, ſive civitatis utilitatem ſpectat; publicum verò, quod alias † civile dicitur, eſt, quod tam ex conſequentia, quam 16
principaliter ad utilitatem publicam pertineat, ut latè tradit acutiſſimus interpres Iacobus Cuiac. *ad l.* 6. *ſuper verbo*, *tutela non eſt Reipublicæ munus*, *ff. de excuſat. tut.* & nos latius ſupra diximus.

Et hoc eſt, quod dicunt veteres interpretes tutelam eſſe munus auctoritate publicum, ſed utilitate privatum, ut Angel. *in §.* 1. *num.* 5. *Inſtit. de excuſat. tut.* & ibidem Accurſ. *in glo. verbo*, *publicum munus. & l. ſi hæreditas*, *§. ſervus*, *in fin. ff. de teſtamen. tut.* Ioan. Crot. *in repet. rubr. de oper. novi nunciat. num.* 10. Bartol. *in l. ſi filius*, *ff. de tutelis.*

Quæ ſententia † ex eo etiam fulciri poteſt, quod paſſim inveniamus tute- 17
lam, ut quid oneroſum, graue & moleſtum appellari ab Vlpian. *in l.* 3. *&* 5. Paulo, *in l. Neſennius*, *§. final. & l. amiciſſimos*, *ff. de excuſat. tut.* Modeſtino, *in l. ſi quis duas*, *§. Grammatici*, *ibi*, *requiem habent*, *eodem*, *l.* 4. *C. de excuſat. munerum*, *ibi*, *tutelæ ſollicitudo.* Neratio, *l. cujus bonis*, *ff. de curat. furioſi*, à Severo & Antonino, *l.* 1. *C. quod cum eo qui in aliena*, *ibi*, *cum id onus exemplo cæterorum munerum civilium.* Imperat. *in §. tria onera*, *Inſtit. de excuſat. tut.* Paulo, *l. ſi is qui*, *ibi*, *ſubeundum eſt onus illius*, *eodem.* Et id quidem optima ratione, † propter onus ad- 18
miniſtrationis & periculum tutelæ, difficultatem rationum conficiendarum, & reddendarum, ut dicit Paulus, *in d. l. ſi is qui.* Eſt enim, inquit Paulus, aliquando una tutela tam diffuſa & negotioſa, ut ea pro pluribus cedat, & totum hominem occupet.

Cui congruit, quod tradit Q. Mutius *libro ſingularium* Ὀρῶν, *l. quo tutela*, *ff. de reg. juris*, & Vlpian. 14. *&* 38. *ad Sabinum in l.* 1. *in prin. & l.* 3. *ff. de legit. tut.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Imperator *in §. 1. Inſtit. de legit. patronor. tutel.* Quo tutela legitima, quæ onus eſt, redit, eo & hæreditatem ab inteſtato per conſequentias quaſi lucrum & commodum pervenire, cujus rationem expreſſit Paulus, *libr. ad Sabinum* 3. *de tutelis*, incidenter differens, ſecundum naturam eſſe, inquiens, commoda cujuſque rei eum ſequi, quem ſequuntur incommodæ, per hoc inferens, quemadmodum tutor rectè inſtitui poteſt hæres; quia qui ſentit incommodum, iniquum non eſt, ut etiam aliquod commodum ſentiat: ſic quoque hæredem tutorem rectè teſtamento dari. Commodum enim hæreditatis, etiam incertum, tutelæ quodam onere penſari, & æquitas & ratio non diſſuadent, *l. ſecundum naturam, ff. de reg. jur. l. tutores, ff. de teſtam. tutel.*

19 A quo nihil omnino † abeſt, quod tradit Bart. *in l. 1. in prin. ff. de legit. tut.* quod ſi agnati à ſtatuto cognatis præferantur in hæreditate, eodem modo intelligi debet, quod habeant onus tutelæ, idem Bart. *conſil. incip. civitas Mediolani*, quem & plures alios ejus ſententiæ refert & ſequitur Decius *dict. l. quo tutela*, quod tamen ipſe declarat, non procedere in matre & avia, idque ea ratione præcipuè, quod harum tutela non ſit juſſa, ſive neceſſaria, ſed permiſſiva
20 tantùm, irregularis & extraordinaria, quæ ab hæreditate non regulatur, † ut tradit idem Dec. *dict. l. quo tutela, nu. 2. & plenius conſil. ſuo 16.* Alex. de Imola, *conſil. 109. lib. 3.*

21 Quare non mirum cuiquam videri debet, ſi alij ſint qui contra Baldum † & alios ſupra allegatos Doctores confidenter & palam tenent expreſsè, tutelam onus eſſe, ſive Oneris nomen, non Honoris, ut Marian. Socin. *conſ. 100. nu. 30. lib. 3.* quo loco is alios allegat. Idem Marian. *in repet. l. cum filiofamilias, num. 41. de legat.* habent enim juris rotundos textus pro ſe, qui ſunt teſtimonia irrefragabilia, ex quibus fundari viam eſſe ſigillatam, Bald. dicit *conſ. 97. lib. 2.* quem ſequitur Zaſius *conſil. 2. in fin. lib. 2.*

Neque quenquam movere debent argumenta à Baldo, & aliis ejuſdem fa-
22 ctionis adducta. Nam inprimis quod, dicunt vim & poteſtatem † adminiſtrandi res pupillares honorem appellari à Papin. *lib. 14. reſponſorum, in l. teſtamento,*
23 *ff. de manumiſ. teſtam.* argumentum valde leue eſt: cùm enim † ea verba referantur ad homines ſervos omnium hominum abjectiſſimos, adminiſtrationi dominicæ præpoſitos, vel ab ea remotos, non poteſt intelligi de honore publico, de quo hic loquimur, cujus ſervus eſt omnino incapax, ut qui pro nullo habetur, & quod ad ius civile attinet, pro mortuo comparatur, nec velle habet, & obſequitur Imperio domini; ſed debet neceſſariò accipi, ſive interpretari pro qualitate ſervi, qui apud dominum in honore eſt, & in pretio præ cæteris; & ut talis à domino alicui rei, vel adminiſtrationi præpoſitus eſt, quem eo ipſo idem dominus in honore habere, ſine honore ornare dicitur, quales apud
24 Romanos fuerunt ſervi ordinarij, vicariis † oppoſiti, quos alij Actores, alij Atrienſes, alij denique Diſpenſatores appellant, quorum ſumma fuit auctoritas apud dominum, in alios ſervos imperium, quibus rerum omnium ſumma imminebat, & earum adminiſtratio commiſſa fuit, ut latè probat Andr.

Alciat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Alciat. *in l. urbana*, *& l. in leg. Cenſoria*, *ff. de verb. ſign.* Ræuard. *Variorum* 5. *c. ult.* Idem *l. non vult heres*, *ff. de reg. jur.* & Barnab. Briſ. *in ſuo eleg. tract. de ſolut.* §. *quib. ſolvi poteſt*, *verbo*, *ſervis*.

Quo loco ‡ etiam ſcribit idem Ræuardus *d. cap ult.* quod ijdem ordinarij 25
ſervi habuerint alios vicarios in peculio, cum ſuis peculiis, ijsque velut dominis imperarint, indeque † vicarios peculiares ſervos paſſim ferè nuncupari, 26
quod etiam probat Andr. Tiraquel. *de Nobilit. cap.* 8. *num.* 4.

Non abs re igitur Papinianus ſervilem adminiſtrationem circa res dominicas honorem appellavit, & eam dignationis paululum quiddam ſecum adferre dicere voluit, cum Vlpianus *lib.* 21. *ad Sabinum*, *l. generaliter*, *ff. de legat.* 1. ſervum Actorem, Diſpenſatorem, ſive Atrienſem, (ita enim eum Plautus vocat) ponat pro optimo & præſtantiſſimo: *Legato generaliter relicto*, inquiens, *veluti homine, nec optimus, nec peſſimus accipitur, itaque actorem non poſſe elegi.*

Nec eſt novus & infrequens hic loquendi modus apud noſtros JC. cùm & hi dignitatis ſervorum meminerint, † ut Paulus *in l. habitatio*, *ff. de ventre in poſſ.* 27
mit. ibi, *ſervis ſecundum dignitatem cibaria præſtanda ſunt*, & Vlpian. *in l. ſed etſi quid*, §. *ſufficientes*, *ff. de uſufruct.* ubi ita ſcribit, *Sufficienter autem alere debet*, *& veſtire ſecundum ordinem*, *& dignitatem mancipiorum.* Sed & Poetæ frequentes ſunt in eodem ferè genere loquendi, qui ſervum reſpectu alterius ſervi nobilem & generoſum appellant, quod Euripides apertè declarat in Helena; *Ego*, inquit, † *ſum* 28
& exiſto tamen ſervus, *inter generoſos numeratus ſervos*, *nomen non habens liberum.* Rurſus eadem fabula, *Ante dominos generoſis ſervis glorioſiſſimum mori*, ut refert Andr. Tiraq. *cap.* 8. *nu.* 4.

Neque etiam huic ſententiæ deſunt aliorum celeberrimorum Scriptorum teſtimonia, qui propius ad eam confirmandam faciunt: ſic enim ſcribit Cicero pro Sex. Roſcio, Servos apud eum eſſe in honore, & in precio.

Secundum argumentum non magis urget, quod ex Papiniano, & aliis adfertur, quod honor dicitur deferri his, quibus teſtamento aliquid relinquitur, atque ideo tutela ſaltem teſtamentaria honor dici debeat, non onus: † non 29
enim loquuntur de honore publico, ſive dignitate, ſed de fide, diligentia, integritate & dilecto amore, cultura, magnificentia amici, cui aliquid relinquitur. Cum enim vel teſtandæ, vel remunerandæ fidei cauſa, neceſſariis, notis, ac familiaribus ferè legamus, *d. l. nec adiecit*, *ff. pro ſocio*, eos honorare dicimur, in honore & precio habere, honore ornare, fidem & eorum diligentiam adprobare.

Et ne quis putet nobis ad hoc dicendum deeſſe auctoritatem, inprimis adduco Ulpian. *lib.* 3. *ad edict. in l. ſi remunerandi*, *juncta l. ſalarium*, *ff. mandati. Si remunerandi*, inquit, *gratia honor intervenit*, *mandati erit actio.*

Rurſus Papinianus ait *lib.* 1. *Reſponſorum*, *in l. tutor*, §. 1. *ff. de excuſ. tut.: Quæ tutoribus remunerandæ fidei cauſa teſtamento parentis relinquuntur*, *poſt excuſationem ab hæredibus extraneis quoque retineri placuit.*

Scribit præterea † Imperator noſter *in* §. 1. *Inſtit. de ſatisdat. tut.* tutores 30
teſtamen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

teſtamentarios non eſſe cogendos ſatisdare: *quia*, inquit, *fides eorum & diligentia à teſtatore ad probata eſt.*

Denique hanc noſtram ſententiam confirmat Nonius Marcellus doctiſſimus extra omnem aleam Grammaticus, cujus lectionem plurimum antiquitatis elegantiorisque literaturæ cognitioni conducere, inficias ire nemo poteſt, qui honorem pro cultura, obſervantia, dilecto amore, fide & integritate, idoneorum exemplorum ſylua docet.

Et ita quidem ex his locis omnibus perſpicuum eſſe puto, tutelam non ho-
31 noris, ſed oneris nomen eſſe, ac proinde priorem ſententiam, cujus Baldus coryphæus eſt, meritò eſſe reijciendam, conſiderato fine, ad quem fiunt, ſive dantur tutores, ſcilicet, ut pupillis præſint, & eorum curam habeant ſeu gerant.

Qua ratione motus Abb. *in cap. ut debitus, de appellat.* dicit Magiſtratum (quem tamen ubique JC. & Imperatores noſtri honorem appellant, *l. cui muneris, l. honor, l. quod ad honores pertinet, in prin. l. ut gradatim, de muner. & honor. §. Prætorum, Inſtit. de Jur. nat. gent. & civili, l. 1. C. ſi quacunque præditus poteſt, l. 1. C. Rector Provinciæ, l. continet,*
32 *ff. de eo quod metus cauſa*) principaliter onus eſſe, quod cum honore † in Magiſtratu concurrit, *ut eſt gloſſ. in cap. ſi contra unum, verbo, probari, de offic. deleg. in Sexto.*

Hoc amplius Archidiaconus *in cap. qui epiſcopatum deſiderat, 8. q. 1.* ſcribit ex Di-
33 vis Auguſtin. & Hieron. † *in d. cap. qui Epiſcopatum, & cap. illud, eadem cauſa, quæſt. 1.* Epiſcopatum magis nomen oneris quam honoris eſſe: cum tamen aliis in locis Epiſcopatus non ſolùm dicatur dignitas, ſed culmen dignitatum, *cap. Quia Pontificali, de offic. deleg. lib. 6. cap. fin. de ſent. & re jud. eod. libr.* & latè tradit Rebuff. *ſuper concord. tit. de collat. §. Præfatiq; ordinarij, verbo, omnium dignitatum, fol. 294. in parvis.* & an-
34 te eum glo. prag. *tit. de pacific. poſſ. verbo,* † *prælaturam, fol. 169. verſ. ex eo inferens,* in reſervatione dignitatum ſimpliciter facta non comprehendi dignitatem Epiſcopalem, ut nec in diſpenſatione cum illegitimo, ut poſſit promoveri ad ordines & dignitates, nec etiam in gratia conceſſa alicui de fructibus beneficiorum vacantium ad tempus certum percipiendis.

35 Rectè ergo infert Ioannes Crotus *in repet. rubr. de oper. novi nunc. num. 9.* Judæos non debere eſſe immunes à tutelis, ne, inquit, ex ſua malitia immunitatem conſequantur, *per l. Spadonem, §. librarios, ff. de excuſatio. tut.* Sed Ulricus Zaſius *in præfat. de juſtit. & jure, num. 8.* ex Bart. & Iohan. de Anan. *in rubr. de Judæis,* contrariam opinionem, tanquam veram & indubitatam tenet, ex eo quod etiam communio Chriſtianis cum Iudæis ſit prohibita, *cap. ad hæc de judiciis.*

Cui ſimile eſt, quod tradunt Doctores actum nullum, qui regulariter nullum operatur juris poſitivi effectum tamen operari quatenus concernit favorem, & commodum gerentis, qui ex eo actu licet nullo, detecta tamen ejus culpa, vel
36 dolo, æquè benè punietur, ne ex improbitate ſua † gaudeat, vel locupletur, ac dolus & culpa ſua ſibi patrocinetur, ut voluit Bald. *in l. fin. C. de peric. & commod. rei vend.* Bart. *in l. bona fides, ff. de act. empt.* & latiſſimè Sebaſt. Vantius, *tract. de nullit. ſentent. tit. 8. quoties, & intra quod tempus, num. 53. uſque fin.* ubi diverſa exempla adducit.

At

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

At ſimilius eſt quod alij ſcribunt, contractum factum contra legem, vel ſtatutum, quantumuis nullum, quoad commodum & favorem eorum, qui ſic contraxerunt, † eundem tamen valere, quantum ad damnum & odium eorum, ut Bartol. *in l. non dubium*, & ibi Fulgoſius, *Cod. de legibus*, & latiſſimè Andreas Tiraquel. *de retract. lig. §. 1. gloſſa 2. num. 8. & §. 26. gloſſ. 2. num. 7. & ſeqq.* 37

Sed & quod propius eſt, quod generaliter traditur ex ſua culpa, dolo, improbitate, vel delicto, quem non debere conſequi pœnam & præmium, quia pœna non præſtat immunitatem, *l. ſive hæreditaria, ff. de negot. geſt. l. relegatorum, §. fin. de interd. & relegat.* Et † inducta in odium, non debent verti ſeu retorqueri in favorem, & ob delictum non debet quis eſſe melioris conditionis, nec eum dignitas, ſed pœna comitari, *l. ne quis officialium, C. de decurionibus, lib. 10. c. audivimus, de colluſ. deteg.* 38

Ex quo inferunt † Doctores eum, qui ſceleribus nobilitatem amiſit, perdere quidem privilegia nobilitatis honorifica, non tamen onerosa, quib. nobiles magis gravantur, quam ignobiles, ut tradit Andr. Tiraq. *de Nobilit. c. 24. nu. 7. 8. 9. 10. 11. 12.* & poſt eum Carol. Molin. *in conſuetud. §. 37. glo. 6. num. 5. & 6.* Zaſ. *in l. nulla, in fin. ff. de legib.* & ante eos gloſſa prag. *tit. de excommun. vit. verbo, relevare*, quibus in locis adducunt diverſa ſimilia exempla, & inter alia valdè quotidiana, & in practica utilia, quod ſcilicet contumax † in reſpondendo habetur pro confeſſo, in eo duntaxat, quod tendit in damnum. Item † quod bannitus perdit jura civitatis, in ijs ſolùm, quæ tendunt ad ipſius commodum, non autem ad ſuum incommodum. Item quod diſponens, uſurarum mercatorem non haberi pro mercatore, non intelligitur quoad onera, quibus ſubſunt mercatores. 39 40 41

Secundò inferunt † ex eo Dd. quod præſumere debemus eos, qui Dei memoriam habent, non facilè ad tutelas & curas accedere, ut dicit Imperator, *in §. quoniam, ut qui obligat ſe habere prohibent res minorum:* & Alciat. *de præſumpt. regula 3. præſumpt. 18.* eò, quod tutela res ſit moleſta, negotioſa, & periculi plena, & quilibet præſumatur † potius res proprias curare velle, quàm alienas, ut dicit idem Alciat. *reg. 1. præſumpt. 52.* quia prima charitas incipit † à ſeipſo, *l. Præſes, C. de ſervit. & aquæduct. c. ſi non licet 23. q. 5.* 42 43 44

Quod tamen † diximus, tutelam Oneris nomen eſſe, non Honoris, non eſt perpetuum. Siquidem non omnium tutorum par ſimiliſque cauſa eſt, cùm quorundam tutela ſit juſſa ſive neceſſaria, aliorum permiſſiva tantùm, qualis eſt matris, aviæ & proaviæ, quæ ob id anomala, irregularis, & extraordinaria vocatur, quod eis ſpeciali quodam jure permiſſum ſit tutelam filiorum gerere, ſi velint, nec ad eam cogi poſſint. Quare eadem oneroſa dici non poteſt, ut quæ eas gravare non poſſit, niſi ultrò velint eam acceptare, ſed potius affectata, *arg. l. ſpadonem, §. fin. ff. de excuſat. tut.* & ita ex facti ſpecie conſultus reſpondit Corn. *conſ. 20. libr. 2.* 45

Nec id quidem † tantùm obtinet in matris, aviæ, proaviæ tutela, ſed & in 46

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

in omni alia affectata tutela: non enim poteſt quis dicere ſibi grave & moleſtum eſſe, quod ipſe cupidè ambivit, vel oneri eſſe, quod ultrò captatum eſt, *d. l. ſpadonem, §. fin.*

Et hoc quidem generale eſt, & propè perpetuum, ut non faveatur, nec quidquã indulgeatur negotiis affectatis, ut longè lateque probat Felinus, *in cap. non debet, num. 3. uſque ad fin. de teſtibus.* Hippol. de Marſil. *in l. 1. §. cum quis latrones, de quæſt.* Tiraq. *de retract. lig. §. 35. gloſſ. 4. num. 27. 28. idem de pœnis, cauſa 13. nu. 22. uſque ad fin.* quibus in locis ipſi adducunt multa exempla practica & quotidiana.

47 E quibus hoc eſt, quod ignorantia affectata non excuſat, ſed talis ignorans pro ſciente habetur, *l. qui contra, ibi, errore non affectato, C. de inceſt. nupt.* & ibi Bald. *cap. cum inhibitio, §. ſi quis vero, ibi, affectatores ignorantes, de clandeſt. deſponſat. cum ſimilib. per* Tyraq. *alleg. & ante eum* Robertus Marant. *in repet. l. is poteſt, num. 242. ff. de acq. vel amitt. hæred.* ex eo inferens, quod licet regulariter tempus non currat ignoranti, aut reſtituatur, id tamen currere taliter ignoranti, ut tradit
48 idem Tyraq. *ibid. num. 33.* & quod † magis eſt, dicit eum habere pro ſciente etiam in pœnalibus.

49 Secundum eſt, quod † licet regulariter impedito tempus non currat, juxta ea, quæ tradit Dec. *conſil. 445. num. 48. Idem conſil. 468. num. 32. in fin. & ſeq. idem conſil. 498. num. 23. gloſſ. prag. tit. de poſſ. pacific. verbo, impedimenti,* & dicit eſſe regulare Arius Pinel. *in authent. niſi triennale, num. 42. C. de bonis mater. cum*
50 *ſimilib. per nos adductis in tract. noſtro Præſcriptionum.* Id tamen intelligendum eſt, † quando tale impedimentum non eſt affectatum, puta, quod impeditus non potuit removere impedimentum, quod ſi potuit, & in eo removendo fuit negligens, tempus ei curret non aliter, atque non impedito, idque præſertim in caſibus, in quibus ius aliquem arctat, ut ſumma ope niti debeat, Dec. *conſil. 677, num. 3. 4. 5. & ibid.* Mol. *in materia appellationis,* Ludovic. Gomeſ. *reg. cancell. de annali poſſeſſore, quæſt. 71.* Alexan. *conſ. 42. num. 11. 12. 13. idem conſ. 72. num. 17. lib. 3. in materia peremptionis inſtantiæ* Pinellus *d. Auth. niſi triennale, num. 48.* Iacob. Menoch. *de arbit. iud. libr. 2. caſu 118. num. 67.* & noviſſimè Franciſ. Vivius *in caſu notabili communium opinionum, lib. 2. opinione 234.* Poſtremò & il-
51 lud † adijcito, quod licet conditio abſentis cauſa Reipublicæ in nullo deterior fieri poſſit aut debeat, *l. abſentia, ff. de reg. juris,* idque generaliter lege Memmia (quam alij Remmiam vocant, ut Papinianus *in l. quæſitum, ff. de teſtibus,* & Martianus *in l. 1. §. 1. ad SC. Turpill.* olim vetitum fuiſſe prodiderit Valer. Maximus *lib. 3. cap. 7.* ac Suetonius *in Julio cap. 23.* tradat, eo prætextu Julium Cæſarem á Senatu impetraſſe, ne, dum Reipublicæ cauſſa abeſſet, reus perageretur. Atque ideo Cicero etiam 4. *in Verrem,* eundem Verrem acerbiſſimè inſectatur, quod abſentis Stenij nomen deferri paſſus eſt, atque ideo eo nomine, tali abſenti detur reſtitutio adverſus fiſcum, vel etiam alium abſentem cauſa Reipublicæ, nedum pro damno, ſed etiam pro lucro quod ceſſavit, ut tradit Decius *in d. l. abſentia.* Hoc tamen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

men non procedit in eo, qui litis, vel dicis cauſa abeſt; puta, qui alterius grandis commodi cauſa egit, ut Reipublicæ cauſa abeſſet, *l. 4. cum l. ſeq. C. quibus ex cauſis majores.*

Ex quo inferunt omnes, Legatum, quem vulgò Ambaſiatorem vocant, qui legationem ſibi procuravit, non gaudere privilegio † Legatorum, ut ele- 52
ganter tradit Zaſius *in §. rurſus, num. 24. Inſtit. de act. & conſil. ſuo 20. per totum, lib. 1.*

Sed hîc † quæri poteſt, quando quis dicatur affectaſſe tutelam: Et certè 53
Paulus *lib. 3. ſent. in l. uxori, ff. ad leg. Cornel. de falſis*, ſcribit eum videri affectaſſe, qui ſe filio teſtatoris impuberi tutorem adſcripſit, eoque nomine merito ſuſpectum eſſe: ſi tamen, inquit, idoneus adprobetur, non ex teſtamento, ſed ex decreto dandum eſſe, nec ejus excuſationes eſſe admittendas.

Simile eſt, quod Vlpianus ſcribit *in l. quæ omnia, ff. de Procurat.* non ferendum eſſe procuratorem, qui ſibi aſſerit procurationem, eumque hoc ipſo ſuſpectum eſſe, qui operam ſuam ingerit invito, & idem Vlpian. *lib. 1.* de omnibus tribunalibus, *in l. Prætor, ff. de officio Prætoris, & l. Prætor, ff. de tut. & curat. datis ab his.* Prætorem neque tutorem, neque ſpecialem Iudicem ſeipſum dare poſſe, quod hoc ipſum magna ſuſpicione non careat.

Quid ergo, ſi ſibi non adſcripſit, nec ſeipſum dedit tutorem, ſed per interpoſitam perſonam procuravit, ſe tutorem ſcribi teſtamento, vel dari à Prætore, fortè aliquo dato, promiſſo vel remiſſo, cenſebiturne hic affectaſſe? & eſt verum. Hoc amplius ſcribunt Vlpianus, & Imperator noſter Iuſtinianus, quod is non ſolùm affectaſſe dicetur, ſed quia improbè tutelam nundinatus eſt, vel corrupta fide inquiſitionis vel corruptis miniſteriis Prætoris, alioùe ſimili modo, non ſolùm ut ſuſpectus removebitur, ſed remittetur ad præfectum Vrbi puniendus, *l. 3. §. tutor qui, ff. de ſuſpect. tut.* & Imperator *in §. ſed etſi quis præſens, Inſtit. eodem.*

Hujus efficaciſſima ratio depromitur ex ſaluberrima conſtitutione Imperatorum Leonis & Anthemij; *in l. ſi quemquam, C. de epiſcop. & cler*, & novella ſanctiſſima Juſtiniani Imperatoris 8. ut Præſides ſine ulla datione pecuniæ ad officia mittantur, cujus auctor eſt Alexander Severus, neceſſarium ſcilicet eſſe, ut qui emit, vendat, nec ſine rubore puniri poſſe eum, qui quod emit, vendit. Quis enim verebitur in ſuos uſus convertere, quod ſuo emit impendio: quando quæ emeris, vendere gentium ius eſt, ut teſtis eſt Seneca *1. de beneficiis.* Quis locus tutus eſt, & quæ cauſa eſſe poterit excuſata, ſi veneranda Dei templa pecuniis expugnentur, quem murum integritatis, aut vallum fidei providebimus, ſi auri ſacra fames in veneranda penetralia proſerpat. Quid denique ſanctum eſſe poterit, ſi ſanctitas incorrupta corrumparur, ceſſet altarib. imminere prophanus ardor avaritiæ, & à ſacris adytis repellatur piaculare flagitium.

Quas leges ſi benè obſervari feciſſent Principes, nunquam incidiſsemus in iſta tam infœlicia, & pluſquam ferrea tempora, in quæ hodie incidimus, quibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

audacia pro ſapientia uti licet, & inter multos improbos, ut Euripides dicit, unus ſapiens pereat. Unde eleganter Ennius *in* 8. *Annali.*

Pellitur è medio ſapientia, vi geritur res,
Spernitur orator bonus, horridus miles amatur,
Haud doctis dictis certantes, ſed maledictis
Miſcent inter ſeſe inimicitias agitantes:
Non ex jure manu conſertum, ſed mage ferro
Rem repetunt, regnum repetunt, vadunt ſolida vi.

Cui optimè etiam convenit illud Menandri:

Homini, ſi bonus ſit, ſi nobilis, valdeq́ generoſus.
Hoc tempore, ei profuerit nihil. Valet nunc omnium
Optime aſſentator, deinde calumniator, Poſtremò
Nequiſſimus.

Verùm enimuero, ut è diverticulo tandem in viam redeamus, ſuperioribus adde, eum quoque videri affectaſſe tutelam, qui leviſſimam & tenuiſſimam ſuſcepit, quales ambiri & affectari plerumque ſolent dicis causa, ut eo artificio trium tutelarum numerum explerent, & ſeſe poſſent numero tutelarum commodius excuſare, quæ eſt ſententia *l. ſpadonem, §. final. ff. de excuſat. tut.* in
54 qua hæc verba ſunt: † nam & tutor, qui modici vel mediocris patrimonij factus eſt, affectaſſe videtur. Sic enim potius legendum eſſe, quàm pauper tutor, rectè arbitratur Iac. Cuiac. *ad l. 2. verſ. 3. cauſa, ff. de excuſat. tut.* vel etiam mediocris pupilli tutor, cùm utroque legendi genere noſtri auctores utantur, ut Ulpian. *in l. 4. ibi, homini mediocri, ff. de uſu & habit.* & Iulian. *in l. patronus, ibi, mediocris patrimonij ſit, de operis libertor.* Et hæc erit tertia limitatio, cùm talis tute-
55 la pro nulla computetur, atque ideo onus † dici non poſſit, ut quæ nullum aut ſanè exiguum onus habeat.

56 Pro qua limitatione optimè facit, † quod generaliter & vulgò traditur, modica ſive minima non eſſe Legumlatoribus curæ, *vulgata l. ſcio, de reſtitut. in in-*
57 *tegrum*, modicum & nihil æquiparari, Alexand. *conſi. 9. num. 1. lib. 7.* Ex quo
58 Ludovicus Romanus † infert unum ad hunc tractatum omnino pertinens, & memoratu dignum, quod immunitas conceſſa alcui à muneribus perſonalibus non comprehendat minima, vel quæ brevi tempore expediri poſſunt, Roman. *ſingulari 17. incip. ſi alicui.* Alexand. *in l. Senatus, §. Marcellus, ff. de legat. 1. per l. Decurio fortunam, & ibi* Bart. *C. de decurionibus, lib. 10.* quos refert & ſequitur Thomas Parpalia, *in repet. l. placet, num. 11. C. de Sacroſanct. eccleſ.* & omnium noviſſimè Andr. Tiraq. *in ſuo tract. de Iud. in rebus exig. verſ. 79.*

59 Cui adde quartam limitationem, † quando ſcilicet quis defunctoriè, ſeu dicis cauſa tutelam ſuſcipit, puta, data opera quis ſe alicujus tutorem ſimulat, cum tutor non ſit, eamque dicis cauſa ad hoc adminiſtrat, ut hac ſimulatione à nova tutela excuſetur: is enim dicere non poterit ſe gravatum, qui hoc artificio ſe excuſare nititur, niſi propriam allegare velit turpi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

turpidinem, in quo non eſſet audiendus, *juribus vulgatis*.

Ab eo non longè abeſt, quod Vlpianus ſcribit *in l. 2. §. non ſolum, ff. ad SC. Tertull.* Non ſolùm matrem coërceri, quæ filiis ſuis impuberibus tutorem non petijt, ſed & eam, quæ petijt quidem, ſed defunctoriè, & idem Vlpian. *l. 1. circa fin. ff. ad Syllan.* excuſari ſervum, qui auxilium tulerit domino ſine dolo malo, non ſi finxerit ſe auxilium ferre, vel etiam dicis gratia tulit, id eſt, ſi non animo defendendi, ſed tantum propter dicem, id eſt, eum qui aderat, & dicere poterat ſervum conatum eſſe, dominum defendere tulit, cui tale commentum nihil proderit, ut rectè declarat politiſſimus JC. Franciſcus Hotomannus *de verb. ſignificat.*

Et hoc ſenſu etiam accipi debet, quod Imperatores Severus & Antoninus Pompejano reſcripſerunt, *in l. 1. Cod. qui numero tutel. ſe excuſ.* Qui tres tutelas, vel curas, eodem tempore non defunctoriè ſuſceptas adminiſtras, onere quartæ tutelæ non † gravaberis: qui locus me ſubmovet, ut ſuæ integritati reſtitue- 60
re debeam ejuſdem legis inſcriptionem. Quidam enim impreſſi codices habent Pontiano, quod erroneum eſt, ſed legendum eſt Pompejano, ut habent Pandectæ Florentinæ. Siquidem in ejus temporis hiſtoriis nullibi mentio fit Pontiani, ſed benè Pompejani, ut patet ex catalogo conſulum collecto per diligentiſſimum & verum juris Romani † inſtauratorem Gregorium Haloan- 61
drum, ac præterea ex inſcriptione omnium aliarum legum, niſi me fallit memoria, ut ex *l. 1. C. qui ætate ſe excuſant*, quæ eſt anni præcedentis, Chilone & Libone conſulibus.

Sed & huc commodè etiam referri poteſt quod ſcribit Cajus *in l. 4. ff. commod. Sæpè etiam*, inquit, *ad hoc commodantur pecuniæ, ut dicis gratia munerationis loco intercedant, ut fit in imaginariis venditionibus, in quibus nummus unus, aut item alter intervenit.* Quæ exempla me movent, † ut certò credam cum Duar. *in l. juriſ-* 62
gentium, §. doli, ff. de pactis, & diſputat. lib. 1. cap. 47. pro, *litis cauſa*, legendum eſſe in *l. 5. ff. ex quib. cauſis majores*, dicis cauſa.

Declara quintò, non procedere præcedentem noſtram opinionem in honorario tutore, cum is non habeat onus adminiſtrationis, ut dicit Vlpian. *in l. 3. §. 1. ff. de adminiſt. tut.* Si parens, inquit, declaravit quem velit tutelam adminiſtrare, ille ſolus adminiſtret: cæteri igitur tutores non adminiſtrabunt, ſed erunt hi, quos vulgò Honorarios appellant. Dati ſunt enim † quaſi 63
obſervatores actus ejus & cuſtodes. Nec movere debet quod etiam ad hos periculum pertineat, ut auctor eſt Vlpian. ad Sabinum *lib. 30. in l. quod ſi fortè, §. 1. ff. de ſolut.* & Paulus, *lib. ſingul. ad orationem Divi Antonini & Commodi, in l. ſi quis, §. 2. ff. de ritu nupt, & d. l. 3. §. 1. ff. de admin. tut.* quia tale periculum non ex eorum perſona propria, ſed propter alterius, ſcilicet adminiſtrantis perſonam, ad eos pervenit: qua propter conveniri eo nomine non poſſunt, niſi prius excuſſis facultatibus ejus, qui geſſerit, teſtibus Paul. & Vlp. *locis præ allegatis.*

Ex quo fit, ut nec ipſi Honorarij, † nec Magiſtratus, qui tutorem dederunt, 64
nec fidejuſſores tutoris, vel curatoris, qui in periculum incidunt & in ſubſi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

dium tenentur, *l.* 1. *§. ſi curatores, ff. de Magiſtrat. conveniend. §. penult. Inſtit. d ſatiſdat. tut.* tale periculum imputare poſſint in numerum trium tutelarum, ut dicit Paul. *in d.l. ſi quis, §.* 1. *ff. de ritu nupt.* & Modeſtin. *in l. Spadonem, §. ſi civitatis, ff. de excuſat. tutel.*

65 Denique non procedit opinio noſtra † quo ad perſonam pupilli, cujus reſpectu non poteſt dici onus, vel ex ipſa tutelæ definitione patet, quæ habet, tutorem dari ad tuendum Pupillum, *§. eſt autem, Inſtit. de tutel.* Et ideo licet datio tutelæ ex parte tutoris ſit reſtringenda, tanqam oneroſa, tamen ex par-
66 te pupilli eſt favorabilis, & amplianda, †per id quod alias notat. gloſſ. *in l. unica, C. de in ius vocando, per l. ſi hac, §. fin. & l. quæſitum, ff. eod. tit.* & ita in terminis noſtris tradit Alex. *conſ.* 9. *num.* 2. *verſ. nec obſtat, lib.* 1. & Corn. *conſ.* 132. *num.* 13. *lib.* 1. ex eo inferens, quod licet in legatis conjunctæ perſonæ relictis, fiat ampla interpretatio, *l. in teſtamentis, ff. de regul. juris*, tamen latiorem fieri in datione tutelæ facta filijs, quàm in legatis relictis filijs, *per l. ſi quis filiabus ff. de teſtamen. tut. juncta l. qui filiabus, ff. de legat.* 1. quem ſequitur Dec *conſ.* 545. *nu.* 10. *Idem conſ.* 95. *nu,* 6.

CAP. XXVII.

De Curatoribus.

SUMMARIA.

1 *Curatores unde dicti.*
2 *Cura.*
3 *Curatio.*
4 *Curationis judicium.*
5 *Curationem reſtituere.*
6 *Tatelam reſtituere.*
7 *Servus curax.*
8 *Curator hoc loco quis dicatur.*
9 *Multiplicis generis Curatores.*
10 *Legitimi Curatores quibus dentur.*
11 *Honorarij, ſivi dativi curatores.*
12 *Curator bonorum.*
13 *Curator ventri datus.*
14 *Curator ad lites.*
15 *Curator portionis.*
16 *Curator Cæſaris, vel Principis.*
17 *Officium Curatoris Cæſaris.*
18 *Catholitiani.*
19 *Cæſariani, ſive Cæſarienſes.*

20 *Curator*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

20 *Curator divinæ, vel Dominicæ domus.*
21 *Procurator Rerum Privatarum.*
22 *Procurator patrimonij Principis.*
23 *Procurator rei Dominicæ.*
24 *Curator Reipublicæ.*
25 *Curatores civitatis.*
26 *Patres civitatum.*
27 *Defenſores ſive Syndici civitatum.*
28 *Aſſeſſores, & eorum officium.*
29 *Curatores calendarij, & à quibus creati.*
30 *Curatores operum, & à quibus creati.*
31 *Operum curatores ad quid tenebantur.*
32 *Curatores municipiorum.*
33 *Curatores viarum.*
34 *Vicuri Varroni.*
35 *Vico-magiſtri.*
36 *Duumviri & eorum officium.*
37 *Magiſtri pagorum.*
38 *Curatores frumenti & olei emendi.*
39 *Curatores olei & frumenti, à quibus muneribus immunes.*
40 *Curatores corporum.*
41 *Curatores Regionum Vrbis.*
42 *Curator ad colligendas collectas & impoſitiones Regis.*
43 *Curatores aquarum.*

SUperioribus capitibus ſatis ſuperque tractavimus omnia, quæ definitio-
nem tutoris, eiuſque dationem concernant: cui materiæ cum proxima ſit
curatorum materia, & eiſdem ferè juris regulis conſtet, ordo poſtulare vi-
detur, ut de his agamus. Eos autem ‡ à cura dictos eſſe, nemo eſt qui neſ- 1
ciat, qui curent, cuſtodiant, & tueantur res minorum, eo enim ſenſu ſæpè
apud noſtros invenitur verbum Curare, *ut in §. ſi quis à non domino, ibi, pro cultu-
ra & cura, Inſtit. de rerum diviſione, l. fructus, §. non ſolum, ff. ſoluto matrimon. l. cum
quæreretur, in fin. ff. de legat. 2.* Qua ratione factum eſt, ut munus ipſum, quo
curator fungitur ab Vlpian cura appelletur, *in l. hæres abſens, §. 1. ff. de judicijs.*
Paulo ‡ *in l. curatorem, ff. de tut. & cura. datis ab his* Alex. Imperatore *in l. age, &* 2
in l. actione, C. de tranſact.

Quandoque † etiam curatio, *l. 1. ff. de curat. furioſi, l. furioſæ, & l. ſæpè, eodem.* 3
Inde Caius *libr.* 15. *ad Edictum Provinciale, in l. ſi ad pupillum, ff. de auctorit tut.*
curationis Iudicium vocat, † adminiſtrationem, actionem curæ. Et Paulus 4
curationem reſtituere dixit *in l. minor, ff. de minor,* Eadem † forma, qua Vl- 5
pianus *in l. tutor, 1. §. ult. ff. de adminiſtrat. tut.* Marcellus *in l. tutor, §. 1.
eodem tit.* Papinianus *in l. 1. §. 1. ff. de uſuris.* Scævola *in l. liberto, in fin. ff.*

de an-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

de annuis legatis. Martian. *in l.* 1. *§. ex ea*, *ff. ad leg. Cornel. de falſis*. Tutelam reſti-
6 tuere † dixerunt pro eo, quod dicimus, tutelæ vel curæ rationes reddere. Inde
7 quoque † manat, quod Caius *in l. ſi quid venditor*, *ff. de ædilit. edict.* ſervum curacem ponit, pro diligenti & ſollicito. Sunt & qui idem munus *Curatelam* appellant, quo vocabulo & adhuc hodie omnes ferè Practici eodem ſenſu utuntur.

8 Ex quibus locis † ſatis intelligimus, curatorem generali nomini eum dici, qui præpoſitus eſt alicui negotio: hîc verò eum eſſe, qui poteſtatem habet adminiſtrandi bona eius, qui vel ob ætatem, vel ob mentis corporiſúe vitium, ſuis rebus non poteſt ſupereſſe, qui tutori in officio poſt pubertatem pupilli vel pupillæ ſuccedit, ex naturali erga minorem ætatem pietate.

9 Multiplicis autem generis † Curatores libris noſtris memorantur. Ac primò
10 quidem legitimi eodem ſenſu, quo legitimi tutores, qui dantur ijs, † quibus lex duodecim tabularum dari jubet, nimirum furioſis & prodigis, *ut eſt textus in l. prima*, *ff. de curat. furioſi*, & idem Vlpian. ſcribit, *tit.* 12. Paulus *ſenten.* 3.
11 *tit.* 5. Sunt & Honorarij ſive Dativi, † qui à Prætore dantur ijs, qui nuper puberes facti idoneè ſua negotia gerere non poſſunt. Item ſurdis, mutis, perpetuo morbo affectis, Vlpian. *d. tit.* 12. Longè alio ſenſu atque honorarij
12 Tutores, qui honoris gratia dantur, de quibus ſuprà diximus. Inter quos ‡ numeratur Curator bonorum, quem Prætor dat ad diſtrahenda vel gerenda negotia abſentis, vel eius, cui hæres non exiſtit, vel qui apud hoſtes eſt, vel cum ſcripti hæredes deliberant, *l. inter bonorum*, *ff. de adminiſtrat. tut. l. ſed etſi is*, *§. cum autem*, *ff. de Carboniano Edicto*, *l. cuius bonis*, *ff. de curat. furioſi*, quem Pomponius *in l. ſi quis inſtituatur*, *ff. de hæred. inſtituendis*, Procuratorem appellat, & alij Magiſtrum, Theophilus *tit. de ſucceſſ. bonorum*. Cicero epiſtola ad Atticum 1. Ræuard. *in l. ſi quis prægnantem*, *ff. de reg. jur.*

13 Dat & ventri † curatorem Prætor, qui viduæ mulieri gravidæ relictæ, cibum, potum, veſtitum, tectum pro facultatibus defuncti & pro dignitate eius atque mulieris ex defuncti bonis præbeat, cujus fit mentio *in l. penult. §. ſed etſi*, *ff. de ritu nupt. l. inter bonorum*, *ff. de adminiſtrat. tut. l.* 1. *§. quotiens autem*, *& ſeq. ff. de ventre in bonorum*, *l. bonorum*, *ff. de curat. furioſi*. Rebuff. *in l.* 57. *ff. de verb. ſignific. per leg.* 1. *§. æque*, *ff. de muneribus*, *l. ſi ventri*, *ff. de Privileg. credit.*

14 Ad lites quoque ‡ Curatores dantur, quoties tutor contra pupillum, vel etiam econtra pupillus contra tutorem, non extante alio contutore, judicio experiti vult: ut ſupra diximus, *cap.* 23. *num.* 6. quomodo autem detur, facit optimus textus *in l. qui habent*, *§. ſi Pupillus*, *ff. de tutelis*. Afflict. optimè, *deciſ.* 256. *nu.* 1. 2. 3.

15 His annumerari † poterit portioniscurator, cujus meminit Vlpian. *in l.* 1. *§. ſi frater*, *& §. ſi cum duobus*, *ff. de collat. bonor.* nam ſi is, qui conferre tenetur, ſi non poteſt per ſatisdationem, vel pignoribus cavere de conferendo, idque per inopiam, etiamſi is frater ſit, conſtituitur Curator portionis ejus, apud quem

refecta,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

refecta, ſive reducta pecunia collocetur, ut tunc demum recipiat, quod reductum eſt, cum bona propria contulerit.

Prætor hos & Romani, quia videbant reſpublicas, municipia corpora, denique Principem ipſum ſuis rebus non ſatis, neque ſemper ſupereſſe poſſe,
ſalubriter alios quoque Curatores adinuenerunt, & conſtitui curarunt, inter
quos principem locum obtinere videtur Curator Cæſaris, ſive Principis, quem 16
alio nomine Procuratorem Cæſaris invenio appellari *in l. 1. & ult. ff. de offic.*
procur. Cæſaris, *l. 5. de jure fiſci*, qui initio ex equeſtri ordine legi conſuevit,
cujus non aliæ partes erant, quàm ut vectigalia colligeret, fiſci jura tueretur,
ex æquo cum privatis judicio proſequeretur: lecti deinde fiſcalium rationum
cauſa, in provincias mittebantur, vel rerum † omnium provinciæ, vel cer- 17
tarum procuratione mandata, ſed & paulatim ejus juriſdictio tributa eſt, ut
de fiſcalibus cauſis cognoſcerent inter fiſcum & privatos. In provinciis ſiquidem in lite privatorum inidoneus erat & incompetens, niſi partibus vel
vice Præſidis fungeretur: quo caſu de omnib. cauſis in provincia incidentibus cognoſcebat, non tamen eo ceſſante de criminum quæſtionibus. Cujus
cognitio ad Proconſulem vel Præſidem pertinuit, qua tamen pœnæ quæſtione finita, vel crimine morte extincto, apud eum reliqua de bonis diſceptatio
peragebatur. Quare nec ius deportandi, relegandi, vel alterius pœna inferendæ, vel etiam mulctæ dicendæ habuit, niſi tamen pœnam infligat
legibus definitam, ſed nec, cum res inæſtimabilis ſit libertas, *l. libertas, ff. de reg. jur. l. non eſt ſingulis, §. infinita, eodem tit. l. liber homo, ff. de verb. oblig.* quæ
pecunia lui aut præſtari nequeat, *l. 9. §. penult. ff. de ſtatu liber.* & ideo ſummum
pretium à Terentio appellatur, de cauſa ſtatus: in qua de ingenuitate quæritur, cognoſcere potuit, ſed ea majores judices requirebat, *l. non diſtinguemus, §. de liberali, ff. de recept. arbit.* locare tamen atque addicere fiſci prædia, debita fiſcalia exigere, jubere ſervos fiſci delatas hæreditates adire, potuit:
quæ ut commodius expedire poſſet, ſuos habuit Apparitores, † qui Catho- 81
litiani dicti ſunt, ab eo, quod Procurator ipſe aliquando vocetur Catholicus;
vel etiam † Cæſariani, ſive Cæſarienſes, qui procuratoris Cæſaris officiales 19
eſſent, quorum ſit mentio *in l. 5. C. de jure fiſci, lib. 10. in l. penult. §. ult. de bonis proſcriptis.* Ejuſdem munus fuit diligenter incumbere exactioni tributorum,
bona fiſco delata occupare: quia tamen hi Apparitores fraudibus & rapinis
infames erant, *l. 7. C. de jure fiſci, lib. 10.* ideo eis non fuit permiſſum, lite
pendente, bona, de quibus agebatur, temerè occupare, *l. 2. Codicis Theodoſ. de bonis vacantibus.* Neque etiam aliàs ſuo arbitrio, ſine auctoritate Principali,
& forma à Principe data: alioqui permittitur omnibus, quorum intereſt,
eos propulſare impunè, *l. 5. C. de jure fiſci, lib. 10.* & ibi optimè Cuiac. Quin
nec ipſi Catholico, ſive procuratori Cæſaris permiſſum fuit ſine Principis auctoritate, & eo inconſulto tranſigere, uti hæc latè majore ex parte tractavit
Barnab. Briſſon. Antiq. 3. *c.* 18.

Sequitur, ut de curatore divinæ & Dominicæ domus aliquid dicamus &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

20 tractemus, quis ille fuerit? Et ſanè † exiſtimare quis poſſet, hunc eundem
21 fuiſſe cum eo, quem alij Procuratorem † rerum privatarum Principis appel-
22 lant, qui habuit procurationem proprij patrimonij Principis, & † alio loco
Procurator patrimonij Principis exauditur, *in l. cum ſervus*, *§. ult. ff. de legat.* 1.
23 ex eo, quod † idem Procurator aliquando Procurator rei dominicæ appella-
tur, *ut in l. penult. C. de conveniendis fiſci debit.* Ita enim eum textum allegavit
Barnabas Briſſonius *Antiq.* 3. *cap.* 20. *& de verb. ſignific. verb. Procurator*, qui ta-
men textus hoc non dicit, ſed falſa eſſet iſta perſuaſio. Conſtat enim ſub po-
ſterioribus Imperatoribus in locum Procuratoris rerum privatarum conſtitu-
tum fuiſſe Comitem earundem rerum, eumque multum differre à Comite
domorum. Quod enim domui Dominicæ ſeu divinæ (nam ita domus Prin-
cipis deſignatur) deputat, cellario deputatur & cubiculo, res autem privatæ
alijs neceſſitatibus ſerviunt. Quare ego exiſtimo, eum fuiſſe curatorem divi-
næ & dominicæ, quam alio loco appellamus domorum ſive Præpoſitum
ſacri cubiculi, licet non ignorem, domum ſæpe etiam ad rem privatam
referri.
24 Fuerunt etiam † apud Romanos Reipublicæ Curatores, quos † Papirius
25 Iuſtus *l. ult. ff. de adminiſtrat. rerum ad civit. pertinentium*, Curatores civitatis appel-
lat. Paulus adminiſtratorem rerum civitatis, *in l. ult. ff. quod cujuſque univerſit.*
26 *nomine.* Juſtinianus *Novell.* 28. Patres † civitatum. Alciat. *in l. Præſes*, *C. de*
27 *tranſact.* defenſores, Syndicos ſive † ſedicos ex Ulpiano, *in l. jusjurandum & ad*
pecunias, *§.* 1. *ff. de iureiur. & in l.* 1. *§. tutores*, *ff. quando appellandum ſit.* Paulo *in l.*
Lucius, 2. *§.* 1. *ff. de adminiſt. tut.* Sunt & qui eundem eſſe putant, quem Procu-
ratorem Reipublicæ alij vocant, & ex decurionibus ſumi ſolebat, qui Iudex
fuit, & cenſor rerum ad civitatem pertinentium, & ideo appellatur λογιςὴς,
28 *in l.* 3. *C. de modo mulct.* quare & Aſſeſſores † dicitur habuiſſe, qui ei in conſilio
aſſiderent: ut auctor eſt Papinianus *in l. ultim. ff. de offic. aſſeſſ.* de cuius officio
librum ſingularem ſcripſit Vlpianus, ex quo libro non ſuperſunt, niſi quinque
leges, quæ tanquam ſcalmus ex naufragio ſervatæ ſunt: ex quibus legibus
nihil aut parum colligi poteſt, quodnam fuerit eius officium. Conſtat tamen
ex aliis legibus, ad ejus officium ſpectaſſe, prædia publica & vectigalia loca-
re, *l.* 2. *&* 3. *ff. de admin. rer. ad civit. pertinent.* ut annona undique in civitatem
inferreretur curare, pecuniam publicam tractari. Quare exactores tributorum
collectas pecunias tenentur ſtatim his præſtare ſine ulla diminutione, vel ſpor-
tularum vel deſcriptionum ſpecie, atque opera & loca publica curare, neque
ſolùm publica, ſed etiam privata, ſi qua diruta eſſent, ne publicus deforma-
retur aſpectus, *l. ad curatoris*, *ff. de damn. infect.* denique omnem ferè rerum pu-
blicarum procurationem habuiſſe, *l.* 3. *plane*, *ff. quod vi aut clam.* Ideoque ali-
quid in publico facere volenti ſatis fuiſſe id huic denuntiare, *l.* 5. *§. item ait*, *ff.*
quod vi aut clam. Qui licet ab initio videantur ab ordine fuiſſe creati, invenio
tamen, ſecutis temporibus eos decreto Epiſcopi & primorum, id eſt locuple-
tiorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

tiorum civitatis fuiſſe creatos, ac coram eiſdem & nullis aliis diſcuſſoribus adminiſtrationis rationem reddere potuiſse cogi: de quibus Ioan. Coraſ. Tholoſ. *lib.* 3. *Miſcel. cap.* 6. *num.* 13. & 14.

Calendarii quoque † curatores diverſis in locis memorantur, de quo invenitur titulus in Cod. Theodoſiano, quorum officium ſive munus in aliqua civitate in fœnerandis & exigendis pecuniis fuit, non inter honores, ſed perſonalia munera recenſetur ab Arcad. Chariſco lib. ſingul. *de muneribus civilibus*, *in l. ult. de Muner. & honor.* ac plerumque ſervis mandari ſolebat, *l. penult*, *ff. de rebus creditis*, quem cum Præſes eligere ſolebat ex inquiſitione, ab eo cautio non exigebatur, *l. ult.* §. *item reſcripſerunt*, *ff. de adminiſtrat. rerum ad civit. pertinentium*, verùm poſterioribus temporib. creatus fuit ab his, à quibus curator Reipublicę. 29

Operum Curatores; † quibus extruendorum & reficiendorum ædificiorum, aliorumque operum publicorum cura mandabatur, Romanos habuiſse, omnibus conſtat *ex l. ult.* §. *qui annonam*, *ff. de muner. & honor.* quo loco etiam dicitur, horum munus perſonale fuiſse, ad quod munus ordinem eos vocaſse & elegiſse Vlpianus teſtatur *in l.* 2. *ſed etſi primo*, *ff. ad municipal.* id quod poſterioribus temporibus mutatum eſt, quibus creati fuerunt decreto Epiſcopi & primorum civitatis. Idem tamen Ulpianus *in l.* 7. *de offic. proconſul.* tradit, Proconſulem quoque Curatores operum diligentes ſolemniter præpoſuiſse, ut ſarta tectaque eſsent, quæ aliqua refectione indigerent, & cœpta conſummarentur, prout vires Reipublicæ permitterent: miniſteria quoque militaria eundem Proconſulem, ſi opus eſset, dediſse ad curatores adjuvandos. Olim tamen huiuſmodi munus nulli deferri potuit ex D. Marci reſcripto, niſi prius adito Præſide provinciæ per Principem conſuleret ea de re quid fieri placeret, *l.* 6. *ff. de oper. publicis.* neque enim licebat publico ſumptu opus novum ſine Principis auctoritate facere, cùm ob ſanctitatis ſpeciem, tum ne publicæ pecnniæ interciperentur, *l.* 3. *de operis publicis.* Hoc amplius nec muros municipales reficere ſine Principis vel Præſidis auctoritate, nec aliquid eis conjungere vel ſupponere, ut ſcribit Vlpianus *in l. ſacra*, §. *muros*, *ff. de rerum diviſ.* quod tamen & ipſum pòſt ordinibus civitatis, & municipiorum permiſsum fuit à Divis Arcadio & Honorio, *in l. ſi quando*, *C. de operis publicis*, *l.* 11. 16. 17. 19. 27. 31. 34. 37. *Codicis Theodoſiani eodem*, fuit ergo cura hæc non leuis, ſed magni momenti: nam præter moleſtiam hi: quibus hæc cura mandata erat, eorumque hæredes ad quindecim annos uſque tenebantur, ſi opera vitium fecerint aliter quam fortuito, *l.* 7. *C. de oper. publicis*, *l. ult. ff. de adminiſt. rer. ad civit. pertinentium.* 30 31

Habuerunt & municipia, quæ in ſingulis provinciis fuerunt diverſa, præter proprium Magiſtratum curiamque municipalem, ſuos curatores: quorum meminit Vlpianus *in l.* 5. §. *hæc verba*, *ff. quod vi aut clam*, qui jura muncipiorum procurabant: & Hermogenianus *in l.* 1. *ff. de muner. & honor.* videtur appellare defenſores, ſive ſyndicos, dicens, eorum munus eſse perſonale, quod & Arcadius Chariſcus probat *in l. ult.* §. *defenſores*, *ff. de muner. & honor.* 32

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

33 Viarum etiam † curatores in eadem republica Romana exſtitiſſe Paulus, *lib.* 5. *ſent. tit.* 6. aperit, dicens, ne quis via publica aliquem prohibeat, ejus rei ſollicitudinem ad viarum curatores pertinere, & ab earum munitione ne-
34 minem exceptum eſſe, eoſque compoſito nomine viocuros † dictos fuiſſe plerique putant, quod vocabulum apud Varronem *lib.* 4. *de lingua Latina* reperitur, nec tamen aperit, de quibus vijs ſenſerit: Verùm Ædiles vrbicarum viarum curam habuiſſe diuerſis Pandectarum locis comprobatur. Nam Paulus ſcribit, Ædiles lectos emptos in via poſitos concidiſſe, *in l. lectos*, *ff. de periculo & commodo rei vend. tæ*, eoſdem q́; edixiſſe, ne quis animal aliquod, quò vulgò iter fieret, ita haberet, vt nocere cuiquam damnumùe dare poſſet, *l. quæ vulgo*, *ff. de Ædilit. edicto*. Clarius verò & plenius Papin. *in l. Græca, tit. de via publica*, quæ deſumpta eſt ex eius libro ſingulari de Officio Ædilium. Pari modo intelligendum eſt, quod de earum cura viarum, quæ aliqando Quatuor-viris data eſt, ſcribit Pomponinus *in l.* 2. *§. deinde cum eſſent*, *ff. de orig. iuris*, & de quæſtoribus
35 Tranquill. in Claudio, *cap.* 24. Denique † idem de Magiſtris viciniarum è plebe in Auguſto *cap.* 30. *& vlt.* & inſcriptio, quæ Romæ eſt ante portam Palatij: quos vno vocabulo Vico-magiſtros Publius Victor appellat: & rectè obſeruauit Barnabas Briſſonius, *libr.* 4. *antiquitatum*, *cap.* 12. Nec minorem diligenti-
36 am & curam eos ad ruſticas vias adhibuiſſe, conſtat. Primo ſiquidem † manifeſtum eſt, Duumuiros fuiſſe conſtitutos, qui viarum extra vrbem curam haberent: deinde Magiſtros pagorum, qui operas ad eas tuendas à poſſeſſoribus
37 exigere ſolebant, ‡ aut vnicuique poſſeſſori per ſingulos agros certa ſpacia aſſignare, quæ ſuis impenſis tueretur, vti ſcriptum reliquit Siculus Flaccus *in libro de conditione agrorum*, & apparet ex fragmento ei coniuncto ex libro Magonis & Vegoie: de quid. Lazius de Republica Romana, *lib.* 3. *c.* 16.

38 Reperiuntur ‡ & in libris noſtris Curatores frumenti & olei emendi, quos Græci σιτώνας καὶ ἐλαιῶνας vocant, *l. ult ff. de muner. & honor.* qui non creabantur, niſi ut olim Præfectus annonæ extra ordinem, utilitatis cauſa, tempore neceſſitatis, veluti exercitus vel vrbis inopiæ ſubleuandæ cauſa, à quo munere quod inter perſonalia refertur, *in l.* 1 *de muner. & honor.* nemo tum excuſatur, non tamen oportet ad id vocari ſextum decimum ætatis annum agen-
39 tem, *l.* 2. *de vacat. muner.* Ab eadem quoque † cura excuſat ætas ſeptuaginta annorum, vel numerus quinque liberorum incolumium, *l.* 3. *§. cura, de muner. & honor.* vacant & ab ea liberalium artium Profeſſores, Auctore Anton. Auguſt. ad Modeſt. neq; ſolum in vrbis, ſed & in ciuitatum, municipiorum alimentaria ratione frumentatio publica & pecunia frumentaria fuit, *l.* 2. *§. frumentatia ff. de adminiſtrat. rerum ad ciuit. pertinentium*, *l.* 3. *C. de compenſat.* qui ſitonis & frumentatoribus dabatur. vt neceſſitati & tenuiorib. ſubuenirent. Quæ ſubuentio vt debitè fieret, conſtitutum fuit, vt hi crearentur arbitrio poſſeſſorum, ſiue primorum ciuitatis, idque non ex quibuslibet, ſed ex cohortatibus tantum, *l.* 3. *C. vt nemini liceat in coemptione ſpecierum ſe excuſare*, *lib.* 10. quam nobis

em

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

ex lib. 57. *Baſilicon* dedit Iacobus Cuiacius *illo eod. tit.* quibus etiam ſolis rationem reddunt, in tantum, ut non poſſit mitti alius diſcuſſor rationum, *Novella* 128. Quorum tanta fuit poteſtas, ut indicto Synoveto omnes ſpecies annonarias habentes ad earundem diſtractionem cogere poſſent, etiam Actores & Procuratores divinarum domuum, *l.* 1. *ut nemini liceat in coempt. lib.* 10. idque forenſibus precijs, ut ſcribit Cuiacius, *obſervat.* 1. *cap.* 35. non tamen ea, quæ quis uſus ſui cauſa comparaſſet, ſed ſuperflua tantùm, quod & in Præfecto annonæ ſtatutum fuiſſe tradit Zaſius, *in l.* 2. *§. deinde Cornelius Sylla, verbo, Præfectus, ff. de orig. juris.* Et ne illud munus eis damnoſum eſſet, rectè à D. Hadriano ſtatutum eos indemnes ſervari, & ab omni damno liberari debere, ſi non ſegniter officio ſuo functi eſſent: negligentes verò in ſumptum tantum, fraudulentos tamen in duplum teneri, nec ad hæredes eorum pœnam deſcendere, *l. ult. §. item reſcripſerunt, ff. de adminiſt. rerum ad civit. pertinent, l.* 3. *C. ut in coempt ſpecier. lib.* 10.

Denique & corpora, id eſt collegia ſive univerſitates, ſuos habuerunt curatores, quorum ſit mentio *in l. penult. in fin. de Collegiis*, quos ‡ eoſdem eſſe puto, 40
quorum meminit Lampridius *in Alexandro*, à quo omnium artium corpora fuiſſe inſtituta, hiſque ex ſe ipſis defenſores datos narrat, Defenſores appellans eos, quos Syndicos dicimus, per quos, quod communiter agi oportet, agitur & fit. quales hodie ſunt Decani corporum ſive † confraternitatium: 41
fuerunt & olim curatores Regionum urbis, ſub Præfecto Vrbis conſtituti: in quorum locum ſuccedunt nunc Cardinales, Epiſcopi & Præſides: ut docet Lazius, *lib.* 2. *de Republica, c.* 2.

Eſt & curator † ad colligendas Angarias, id eſt, ad colligendas collectas 42
Regis & impoſitiones, *l.* 1. *C. quemadmodum civilia munera jud. lib.* 10. & ad colligendos civitatum publicos reditus, *l. finali, §. qui annonam, ff. de muneribus.*

Inveniuntur † & curatores aquarum, ad quos epiſtolam adferre debebant, 43
qui aquam à Principe impetrarant: ut tradit Franciſcus Bald. *ad §.* 1. *in verbo, Ducenda, Inſtit. de ſervitutibus.*

Cap. XXVIII.
Quibus detur Curator.

SUMMARIA.

1 *Regula, Curatores accipere eos, qui rebus ſuis ſupereſſe nequeunt.*
2 *Curator datur captivo.*
3 *Surdo & muto curatorem dari.*
4 *Ventri curator datur.*
5 *Furioſo majori etiam* 25. *annis curatorem dari.*
6 *In datione curatoris furioſi, an requiratur citatio.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

7 *Communis opinio.*
8 *Pœna Magiſtratus differentis dare curatorem furioſo.*
9 *Curator furioſo non datur ſine inquiſitione.*
10 *Furioſo in pupillari ætate conſtituto, curatorem non dari.*
11 *Furioſus patrem habens non accipit curatorem, ſed eius pater eſt legitimus adminiſtrator.*
12 *Curator à Iudice non datur, niſi deficientibus agnatis. Sublimita* 13.
14 *Furioſus ex lege 12. Tab. in agnatorum & gentilium curatione fuit.*
15 *Gentiles qui remiſſivé.*
16 *Lex Platonis de furioſo.*
17 *Officium cuſtodis furioſi.*
18 *Furioſo an interdicatur adminiſtratio à lege, vel per iudicem: queſtio controverſiſſima.*
19 *Furioſos abſentibus & ignorantibus comparari.*
20 *Cum furioſo crimen committente diſſimulandum eſſe.*
21 *Actu furioſos non poſſe acquirere poſſeſſionem.*
22 *Habitu furioſi communi ſenſu carere dicuntur.*
23 *Furioſus omnibus prærogativis fruitur, quibus minor ob ætatis imbecillitatem potitur.*
24 *Statu furioſos teſtamenta condere & poſſeſſionem apprehendere poſſe.*
25 *Seni deliro curatorem dari.*
26 *Prodigus etiam minor 25. annis curatorem accipit.*
27 *Prodigo curatorem dari non petenti.*
28 *Prodigum furioſo æquiparari.*
29 *Prodigum vel furioſum eſſe, quomodo probetur.*
30 *Filius an poſſit eſſe curator patris prodigi.*
31 *In dando curatore prodigo, an ſit neceſſaria citatio. Declara* 33.
32 *Communis opinio.*
34 *Citatio in prodigo quando præſumatur.*
35 *Prodigi quomodo puniri ſoleant apud Rom. & Græcos.*
36 *Effectus interdictionis in prodigo quis ſit.*
37 *Prodigum mente carere.*
38 *Prodigus an contrahere poſſit.*
39 *Communis opinio.*
40 *Prodigus declaratus apud unum tribunal, an poſſit bona alibi ſita alienare.*
41 *Datio curatoris in prodigo an valeat, ſi is, cui curator fuit datus, non fuiſſet prodigus.*
42 *Alienatio bonorum, lite pendente, ſuper interdictione facta, an valeat.*
43 *Prodigus palam, & apertè bona profundens, ante interdictionem poteſt alienare bona.*
44 *Magis communio opinio.*
45 *Prodigus ante interdictionem læſus, an poſſit reſtitui, ſi non fuerit minor.*

46 *Prodigus*

46 *Prodigus ante inter dictionem donare poteſt ceſſante fraude.*
47 *Prodigus ante curatoris aſſignationem filijs ſuis pupillariter ſubſtituit.*
48 *Prodigus delinquendo inſtar cuiuſuis plectitur, & quomodo hoc intelligatur.*
49 *Aſſiduo luſori datur curator.*
50 *Mulieri prodigæ an detur curator.*
51 *Notabilis cautela Thomæ Ferratij.*
52 *Intellus* legis & mulieri, ff. de curat. furioſi.
53 *Luxurioſè viuere fœmina quando dicatur.*
54 *Viro luxurioſo an curator detur.*
55 *Recepta ſententia viro incontinenti, & venereo, niſi prodigus ſit, curatorem non dari.*
56 *Hæreditati iacenti curatorem dari. Amplia 57. 58. 59. Declara nu. 64. 65.*
60 *Dari curatorem hæreditati, nemine petente ex officio judicis.*
61 *Curator datus hæreditati jacenti, an poſſit intentare remedium* l. finalis, C. de Edict. Diui Hadriani tollend.
62 *Curator hæreditatis jacentis poteſt movere actiones etiam tempore non perituras & perituras, ſi neceſſitas urgat.*
63 *Curator hæreditatis jacentis an compromittere poſſit.*
66 *Eccleſiæ vacanti Curatorem dari ſi vacatio diutina ſit.*
67 *Curator eccleſiæ à quo datur.*
68 *Bonis debitoris dari curatorem, & quando.*
69 *Bonis cedentis dari curatorem, & quæ ſit ejus poteſtas.*
70 *Datur Curator ſubſtantiæ ejus, cujus pater eſt apud hoſtes.*
71 *Curator liti datur.*
72 *Curator datur bonis abſentis vel vagabundi, & quando. Declara nu. 84. 85.*
73 *Fœmina officio Curatoris fungi non poteſt. Declara num. 74.*
75 *Minor viginti quinque annis dari non poteſt Curator bonis abſentis.*
76 *Affectans curam bonorum abſentis, non poteſt eſſe curator, niſi probus & diligens.*
77 *Proximus in ſucceſſione præfertur in cura.*
78 *Mater & Auia quamuis per agnatos ſpatie excluſa in ſucceſſione, non tamen excluduntur a tutela & cura filij.*
79 *Quicumque coniunctus abſentis Curatorem petere poteſt bonis abſentis.*
80 *Curator bonis abſentis datur, nemine petente.*
81 *Curator datus bonis abſentis, ad quid teneatur.*
82 *Curator datus bonis abſentis, an poſſit intentare actiones perituras & non perituras quando.*
83 *Communis opinio.*
86 *Cæco non datur Curator, nec impuberi.*
87 *Curatores cur dentur Regibus, Ducibus, Baronibus:*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

COmmodè ſequitur ut explicetur, *Quibus Curator detur?* Et quidem conſtat curatorem dari his, qui ſuis rebus ſupereſſe nequeunt, *l. 2. ff. de curat. furioſi, l. his qui, ff. de tut. & curat. datis ab his, §. ſed & mente captis, Inſtit. de curat.*
1 quo loci † Franciſcus Balduinus dicit, eſſe regulam generalem; *ut quicunque non poſſunt rebus ſuis supereſſe, accipiant curatores, l. & qui negotijs, ff. de poſtulando, l. quod ſi forte, § item curatori, ff. de ſolut.* Vnde meritò † præfata regula locum ſibi
2 vendicat in captivo, *l. muto, §. ultim. ff. de tutel.* Id quod etiam † ea de cauſa
3 locum habet in ſurdo & muto, *ut in præfato §. ſed & mente captis, leg. nec mandante, §. finali, ff. de tut. & curat. datis ab his, l. cui eorum, §. in curatoribus, ff. de poſtulan-*
4 *do, l. vel ſurdo, ff. de privileg. cred.* Et † ventri quoque dari curatorem conſtat ex *l. ventri, ff. de tut. & curat. datis ab his*: uti *in præcedenti capite* dictum eſt, *num.* 13.
5 quo lectorem remitto. Sed & ‡ furioſum, majorem etiam 25. annis, curatorem accipere docet Iuſtinianus *in §. furioſi, Inſtit. de curat.* ſed antè providetur eis jure communi de tutore vel curatore, habita ratione ætatis, *l. de creationibus, C. de Epiſcop. audientia, l. 1. ff. de curat. furioſi*, ſive ſint perpetuò furioſi,
6 ſive ad tempus, *l. penult. C. de curat. furioſi.* In cujus datione † citationem non requiri, tradidit Decius *conſil.* 274. *num.* 5. *in fin.* ubi dicit, eam eſſe commu-
7 nem opinionem, cujus quoque † meminit Fredericus Schenck, ex liberis Baronibus à Taurenborgh, Juriſconſultus nequaquam pœnitendus, ſacræ Cæſareæ Majeſtatis olim conſiliarius, & liberorum Magiſter in ſenatu curiæ ſupra modum meritiſſimus, atque Archiepiſcopus hujus civitatis Vltrajecti-
8 næ, *in Triade ſua forenſi, cap. 5. & 6. part. 2.* Quin imo † Magiſtratus differens vel denegans ei curatorem dare, tenetur ad dammum interim paſſum: ut pulchrè reſpondit Hieron. Gratus, *conſil.* 105. *num.* 8. *lib.* 2. *per l. 1. §. ſciendum, & per totum titulum Digeſtor, de Magiſtratib. conveniendis, ubi notatur per*
9 *Doctores, & maximè probatur in d. l. 1. §. Magiſtratus, verſ. ideo.* Non tamen † datur Curator furioſo ſine inquiſitione & pleniſſima cognitione, cùm plerique furorem fingunt, ut onera civilia detrectent. Vnde Vlpian. ait *in l. obſervare, ff. de curat. furioſi. Obſervare Prætorem oportet, ne cui temerè citra cauſæ cognitionem pleniſſimam curatorem det, facit l. 1. C. eod. l. nec mandante, §. fin. ff. de tut. & cur. datis ab his.*

Declaratur tamen ſupradicta regula, nempe furioſo majori 25. annis curatorem dari, non procedere in pupillo furioſo: ut tradit Vlpian. *in l. 3. ff. de*
10 *tutelis*, quia, inquit, † in pupillorum furioſorum perſona agnatos curatores non admittimus: idcirco putamus, ſi minor 25. annis furioſus ſit, curatorem ei, non ut furioſo, ſed ut adoleſcenti dari, quaſi ætatis ſit impedimentum, & ita definiemus, ei, quem ætas curæ vel tutelæ ſubjicit, non eſſe neceſſe quaſi dementi curatorem quæri: ut Imperat. Antonin. Auguſt. reſcripſit, cúm magis ætati quàm dementiæ tantiſper ſit conſulendum.

11 Declaratur ſecundò non procedere, quando furioſus habet partem, † eo ſiquidem caſu ei Curator non datur, ſed eius pater eſt legitimus adminiſtrator, ut probatur *in l. cum furioſus: ibi, quis enim talis affectus extraneus inveniatur,*

ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

ut vincat paternum, vel cui alij credendum eſt res liberorum gubernandas? parentibus derelictis, C. de Curat. furioſi.

Declaratur tertio locum non habere extantibus agnatis vel gentilibus: quia à judice non datur curator niſi his, † vel idoneis deficientibus, id quod Paulus 12
JC. apertè docet *in l. ſæpe, ff. de curat. furioſi.* Quod tamen ſublimitandum exiſtimo in filio, qui licet proximior eſſet agnatus patris, curator olim eſse non potuit, licet hodie † ſecus, ut obſervavit Franciſ. Bald. *in comment. ad leges 12.* 13
tab. c. 39. ſub finem. Veteres ſiquidem erubeſcebant filium patri præficere, licet D. Pius tandem reſcripſit rectè hoc fieri poſse, ut etiam probat Dec. *conſil. 274. nu. 2. per l. 1. §. fin. cum l. ſeq. ff. de curat. furioſi.* Id quod confirmat Arius Pinel. Luſitan. *in 1. part. legis 1. nu. 64. C. de bonis mater.* Qua quoque de cauſa huius tutela dicitur legitima, ut & prodiga, ſed aliorum omnium dativa, teſte Angelo *in d. §. furioſi, in prin. verſ. nota quod licet*, ubi ſcribit id menti tenendum eſse in practica, & quod vidit aliquos in eo errare. Nec cuiquam mi- 14
rum id videri debet, cùm etiam ex legibus 12. Tab. in agnatorum & gentilium curatione erant, unde natum quoque eſt proverbium: *Ad agnatos & gentiles quem eſſe deducendum*, cum ſignificarent aliquem furere, ut plenè tradit Andr. Tiraq. *in ſuo tract. de pœnis, cauſa 2. in fin.* poſt Andræam Alciat. *in l. ſæpe, ff. de verb. ſignific.* ubi lex ait, *agnatorum gentiliumq́, in eo pecuniaq́, eius poteſtas eſto.* Quæ quidem verba, *agnatorum gentiliumq́*, pro ſeparatis ibi ſunt accipienda, ut primùm agnatos, deinde ſi hi non ſunt, gentiles eſse curatores legitimos intelligamus, id quod veriſſimum eſse teſtatur doctiſſimus Iac. Ræuard. *ad leges 12. Tab. c. 13. & varior. c. 5.* quò loci pulchrè explicat, † qui gentiles ſint, 15
poſt Alciatum, *in d. l. ſæpè*, ad quos brevitatis cauſa lectorem relegamus. Vnde quoque ſi eos oſcitanter cuſtodiant & deliquerint, agnati puniuntur, ut eſt textus *in l. Divus, ff. de offic. Præſidis.* ubi Marcus & Commodus Imperatores reſcribunt, mente captos & furioſos ad ſecuritatem proximorum pertinere, quæ lex ſumpta fuiſse videtur ex legibus † Platonis, qui *lib. 11. de legib.* in hanc 16
ſententiam ſcribit: *Nemo furioſus palàm in urbe, ſed furioſum propinqui domi, quomodocunque poſſunt, cuſtodiant, quod niſi fecerint, mulctantur*, & ita quoque in terminis reſpondit Hieron. Grat. *in d. conſ. 105. num. 9. lib. 2.* ubi ſcriptum reliquit ad cuſtodem furioſi pertinere, † non ſolum ipſum cuſtodire, ne ſibi ipſi ali- 17
quid pernicioſius moliatur, ſed etiam providere, ut alijs exitio non ſit, & præſertim habitantibus in domo; allegans præfatam legem, *Divus.*

Cæterùm quia ex lege duodecim Tabul. non erant rerum ſuarum domini, & removebantur à re familiari, dubitari contigit an ſtatim ei ſit interdicta adminiſtratio à lege, ſed an requiratur, ut interdicatur adminiſtratio per judicem. Et receptum fuit, ut hodie ſtatim ſit eis interdicta adminiſtratio
† a lege, ſecundum gloſsam *in l. 1. ff de curat. furioſi*, & ita tenant Bart. An- 18
gel. & Paul. de Caſtr. *in l. is cui bonis, ff. de verb. obligat.* Dynus, Bartol, Bald. Angel. & Imol. *in l. is qui, ff. de teſtam.* ubi Moderni teſtantur de communi opinione,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

nione, ut refert Franciſcus Vivius *lib. 1. commun. opin. in verbo, Prodigus*, licet
non ſim neſcius, alios aliter ſentire, puta requiri probationem furoris & judi-
cis decretum, ut tradit Petrus Rebuffus *ad conſtitutiones Regias de ſententia proviſio-
nali, gloſſ. 5. num. 9.* Et ſimilem fuiſſe legem apud Græcos, vel ex eo conijci
licet, quod vocatus eſt à ſuis filijs Sophocles in judicium, ut tanquam furio-
ſus abs re familiari removeretur, & acciperet curatorem, cùm propter ſtu-
dium Tragœdiarum in ſumma ſenectute deſipere videretur, negligendo rem
familiarem, quamquam abſolutus fuerit cùm carmen protuliſſet, ut mirum
non ſit, Græcorum exemplo Decemuiros Romanos furioſis interdixiſſe bo-
nis, curatoremq́ue dediſſe. Vnde non malè à juris noſtri auctoribus dictum
19 fuit, cùm mentis compotes ‡ non ſint, nihil, vel ſcire intelligere, ideoq́ue
abſentibus & ignorantibus comparari, *l. 2. §. ult. ff. de jure codicill. l. ſed ſi unius,
§. filiofamilias, ff. de injurijs, l. ſi tibi, §. unius, verſ. quod ſi ante, ff. de opt. legat. l. fu-
rioſi, & l. ubi non voce, §. furioſus, ff. de reg. jur.* Quare ſi furore percitus cri-
men committat, de pœna illius diſſimulandum eſt; ſatis enim ſuo furore pu-
20 nitur, & illum fati infœlicitas excuſat, † ut ferè ſunt verba JC. *in dict. l. Divus*,
& conſonat. *l. infans, ff. ad l. Cornel. de ſicariis, & l. illud, §. ſane, ff. de injuriis.*
Quibus ſuffragatur, quod legitur *in l. ult. ff. de adminiſtrat. tut. in fine. Proinde
habendum eſſe, quod à furioſo factum eſt, ac ſi caſu aliquo ſine facto perſonæ id accidiſſet.*
Et alibi dicitur; *æque æſtimandum eſſe damnum, quod furioſus dederit, ac ſi quadrupes
21 fecerit, aut ſi tegula ceciderit, l. ſed et ſi, §. 1. ff. ad leg. Aquil.* Qua quoque † de cauſſa,
qui actu furioſi ſint, utpote qui iam inſaniunt, & ſunt in impetu emotæ men-
tis, tales non poſſunt acquirere poſſeſſionum, ut habetur *in l. is qui, ff. de acquir.
22 vel amit. poſſ.* & meminit † Zaſius *in l. quod meo, in §. ſi furioſo, num. 4. & 5. de acq.
vel amitt. poſſ.* quo loco tradit etiam habitu furioſos, puta, qui aliquando ſa-
piunt, ſed mox in furorem recidunt, ſicut ſunt amentes homines, in quib.
23 furor aliquando quieſcit, & dicuntur eſſe inumbratæ † quietis, dicuntur ca-
rere ſenſu communi: hinc rectè ſcriptum eſt, furioſum omnibus ijs præ-
rogativis frui, quibus minor ob ætatis imbecillitatem potitur, ut frequen-
ter placitum teſtantur Alex. & Iaſon *in l. impuberes, ff. de re judic.* Fel. *in cap. pa-
ſtoralis, de judiciis.*

24 Verùm excipiuntur † à præcedenti doctrina ſtatu furioſi, qui habent dilu-
cida intervalla: inſaniunt aliquando, & ceſſat in eis furor multo tempore,
qui in dilucidis intervallis, condere teſtamenta, & poſſeſſionem apprehen-
dere poſſunt, ita Zaſius, *dict. loco*, & meminit de teſtamento Hieronymus
Gratus *conſil. 30. num. 32. libr. 2.*

25 Extende † regulam præcedentem etiam locum obtinere in ſene deliro, cui
quoque curatorem dari conſtat, ut tradit Petrus Rebuff. *in conſtitut. regias, de
ſenten. proviſ. glo. 5. num. 3.* qui ita deciſum fuiſſe ſcribit in Rota, *deciſ. 866. incip.
Titius & Manus, in antiq.*

26 Idem † dicendum eſt in prodigam etiam majore 25. annis, *l. dabimusq́, §.
ſed æquiſſimum, ff. de privilegiis creditorum*, quia intereſt Reipublicæ, ne quis re

ſua

ſua malè utatur, *dict. l. contra*, *§. ſi curator*, *ff. de pactis furioſi*, *& l.* 1. *ff. de curat. furioſi*. Ex qua quidem lege quoque conſtat, eos eſſe in curatione agnatorum, cùm Ulpianus ſcribat, *leg.* 12. *Tabul. prodigo interdici bonorum ſuorum adminiſtrationem: quod moribus quidem ab initio introductum eſt, ſed ſolent hodie Prætores vel Præſides, ſi talem hominem invenerint, qui neque tempus, neque finem expenſarum habet, ſed bona ſua dilapidando profundit, curatorem ei dare, exemplo furioſi: & tamdiu erunt ambo in curatione, quamdiu vel furioſus ſanitatem, vel ille ſanos mores receperit.* Qui quidem
† Curator etiam prodigo datur non petenti, ut notat Bartol. *in l. hoc autem*, 27
ff. quib. ex cauſis in poſſ. eatur, & idem tenet Bald. *in l. qui habet*, *in verſ. quid in prodigo*, *ff. de tutel.* ubi rationem † adducit, quia furioſo æquiparatur, *l.* 28
Fulcinius, *§. adeo*, *ff. quibus ex cauſis in poſſ. eatur*, *l. is cui*, *ff. de verb. obligat.* Et ſufficit, quod conjuncti petant, utpote qui præſumuntur habere notitiam de qualitate & conditione ipſius, *l. de tutela*, *C. de integ. reſti. minor.*
Unde † probatur quis furioſus vel prodigus, ſi conjuncti habeant illum 29
pro furioſo, vel prodigo, ex doctrina Baldi, *in d. §. item furioſi. Inſtit. Quibus non eſt permiſſ. facere teſtam.* Et talis curatio † etiam filio probo com- 30
mitti poteſt, ſi patrem habeat furioſum, vel prodigum, *l.* 1. *§. final. cum l. ſeq. ff. de curat. furioſi*, *l. his qui*, *ff. de tut. & curat. datis ab his.* Et ideo Decius rectè reſpondit, *conſil.* 274. *num.* 2. nempe filium poſſe dari curatorem patri prodigo. Similiter & furioſæ matris curatio ad filium pertinebit, *l. furioſæ*, *ff. de curat. furioſi.* de cujus officio, & quando finiatur, optimè tradit Frederic. Schenck, *in ſua Triade*, *par.* 3. *cap.* 2. Verùm † an pro- 31
digus citandus ſit ad videndum dari curatorem, ingens eſt apud jurium interpretes digladiatio. Et ſunt, qui exiſtimant eum citari debere in tali datione curatoris, ex doctrina Angeli, *in d. l. is cui*, *verſ. an autem.* Quia, inquit, agitur de ejus præjudicio, cùm adminiſtratio ei auferatur, & ideo citatio requiritur *juxta l. nam ita Divus*, *ff. de adopt.* Hieron. Cagnol. *in l. furioſi*, *ff. de reg. juris*,
ubi dicit † eam eſſe communem opinionem, & ibi Decius cum Mol. *num.* 6. 32
latè Carolus Ruin. *conſ.* 89. *lib.* 5. idem placuit Angelo, Caſtrenſi, Alexandro, Imolæ & Modernis, *in d. l. is cui*, ubi Claudius Aquenſis audacter aſſerit, iſtam opinionem communiter recipi, & eam in praxi obſervari aſſeverat
Carol. Mol. *in d. l. furioſi*. Quæ tamen communis opinio de citatione † facien- 33
da locum non habet, quando eſt notoriè prodigus, ut tenent Dec. *conſ.* 274. *& in d. l. furioſi*, & Hieronymus Cucalon, *ibi: in additione*, Ruin. *conſ.* 89. *num.* 3.
vol. 5. Baro à Tautenborch, *dict. cap.* 6. Quæ quidem † citatio præſumitur, 34
quando intervenit decretum judicis, quo caſu præſumuntur omnia ritè & rectè facta, ut notat Baldus *in l. cum hi. §. ſi Prætor*, *ff de tranſact.* & eſt dictum Speculat. *in titul. de empt. & vendit. §. nunc dicendum*, *verſ. & breviter ſcias*, & ita reſpondit Decius *d. conſ.* 274. *nu.* 5. quo loci idem eſſe tradit, quando ſecuta eſt ratificatio, ut in ſimili caſu probatur *in cap. quod ſicut*, *de elect.* Nec ſolum ex leg. 12. Tab. fuit in legitima agnatorũ tutela prodigus, ſed & ante leg. 12. Tab. his bonorum adminiſtratio interdicebatur moribus Romanis, ut pulchrè oſtendit Franciſcus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Balduinus *in commentariis ad Leges* 12. *Tab. c.* 39. & Iacobus Ræuardus *ad eaſdem*
leges cap. 13. & Iacobus Cuiacius, *ad l. g. moribus, titul. de teſtamentis*, qui etiam
35 aliter apud Romanos ſolebant puniri. Ælius ſiquidem Spartianus ait, † Ha-
drianum Imperatorem (cujus reſcripta ſæpius à noſtris Iuriſconſultis citan-
tur) Senatoribus, qui non ſuo vitio decoxerant patrimonium, pro liberorum
modo ſenatoriæ profeſſionis expleuiſſe: & paulo poſt eundem, decoctores
bonorum ſuorum iuſſiſſe catamidari in Amphitheatro, & dimitti, id eſt, ut
omnes intelligant, deridendos exſibilandoſque omnibus in Amphitheatro
exhiberi. Apud Græcos verò obſervatum, ut arcerentur concionibus, foro,
36 & aliàs punirentur, ſicut ex Demoſthen. oratione contra Tymarchum † in-
telligi poteſt, cuius interdictionis effectus eſt, ut non poſſit teſtamenta con-
dere, niſi tamen prudenter poſteritati ſuæ & cognatis, & egenis conſuluerit,
ita declarat Iacob. Cuiac. *in dict. l. is cui bonis, ſub finem.* Nec teſtis eſſe in teſta-
mento, *l. is cui, ff. de teſtamentis*, ac ne naturaliter quidem obligari: cùm
37 videatur mente carere. Luxus ‡ ſiquidem ille amentia eſt, *l. his qui, ff. de tut.*
& curat. datis, l. contra, §. ſi curator, ff. de pactis, l. furioſi, ff. de reg. juris.
Nec quidem fidejuſſor pro eo, *l.* 1. *§. ſi quis ita, & l. is cui bonis, ff. de verb.*
38 *obligat.* Nec contrahere, vel bona ſua obligare, † id quod tamen interpre-
tationem recipit, ſi ex re eius ſit, ut ſi inutile prædium magno vendiderit, &
pretium in rem utilem converterit, quo caſu valere alienationem rectè anno-
tavit Cuiacius *in d. l. is cui bonis*, adeo quidem ut nec talis contractus jura-
mento firmetur, ita Alciatus *in cap. cum contingat, num.* 138. *de iureiurand.* Baro
à Tautenborgh, *in d. c.* 6. ubi dicit eam eſſe communem opinionem, licet non
39 ignorem, alios de eo † dubitare, quos refert Franciſcus Turzanus *in ſuis com-*
munibus opinionibus, concluſ. 183. ubi in utramque partem diſputat. Amplius in-
terdictus bonis apud quoddam tribunal, ſi interdictio ritè promulgata ſit, &
40 præconis voce nundinatum die & loco † inclamata; non poteſt bona ſua alibi
ſita alienare, *l. relegatorum, §. interdicere, ff. de interdictis & relegatis*, & ita reſpon-
dit Alex. Imolenſ. *in conſil.* 69. *volum.* 3. Et manet ea interdictio, etiamſi reve-
ra prodigus non eſt, donec per appellationem ſit revocata: quia ſententia
pro veritate habetur, *l. ingenium, ff. de ſtatu hominum, & gloſſ. in §. item pro-*
digus, Inſtitut. Quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum, & l. ſi ab eo, ff. de
uſucap. facit l. penult. C. de cur. furioſi, & optimè Rebuff. *in tract. de ſentent.*
proviſion. artic. 3. *gloſſ.* 4. *num.* 5. ubi tamen adiicit, ſi error eſſet in ſententia
expreſſus, utpote ſi Iudex diceret. *Quamvis talis non ſit prodigus, illi curato-*
rem damus: tunc illa ſententia non valeret, *allegans l.* 1. *§. item, ff. quæ ſent.*
ſine appel. reſcind. in qua quoque opinione videtur fuiſſe Bart. *in l. is cui*,
41 ubi dicit dationem curatoris valere, etiamſi is, cui datus fuit Curator, †
non fuiſſet prodigus, ut dicit Bald. *in l.* 1. *C. de curat. furioſi*, & quod iſta eſt
communis opinio Advocatorum, quam etiam ſequitur Angel. Aret. *in §.* 1.
Inſtit. de tutel. & meminit Ioan. Imbert *in Enchirid. juris Galliæ, in verbo, interdi-*
ctus. quo loco interdictionis ſententiam latam in prodigum abſentem &
ignoran-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

ignorantem, eum ligare tradit ex Felin. *in c. caterum, num.24. de reſcript.* Id quod tamen intelligendum exiſtimat, modò legitimo edictorum numero in ius vocatus fuerit contumax. Sed quæſtionis eſt, †an alienatio, lite pendente, ſuper interdictione bonorum facta valeat, cùm interdictus bonis à judice non poſſit alienare, *l. Julianus, ff. de curat. furioſi*, & conſtat alienationem, lite ſuper interdictione pendente, factam nullius eſſe roboris, *l. chirographis, §. 1. ff. de adminiſtrat. tut.* quia res immobiles eius, qui poſtulatur interdici, efficiuntur litigioſæ, *l. ult. C. de litigioſis.* Quod tamen intelligendum venit, ſi poſtea in principis litis definitione vincatur interdictione pulſatus, ut plenè declarat idem Imbert. *in d. verbo, interdictus bonis.* quo remitto. Fortius prodigus interdictione facta, etiam durante appellatione, non alienat, ut probat textus notabilis *in l. Julianus. ff. de curat. furioſi.* ſic dicens; *Julianus ſcribit eos, quibus per Prætorem bonis interdictum eſt, nihil transferre poſſe ad aliquem: quia in bonis nihil habent, cum eis diminutio ſit interdicta:* Licet ante interdictionem & curatoris dationem omnia pro animi arbitratu gerere poterit † etiam liquidò, palam & apertè bona profundens, ut notant Alex. & Aretin. *in d. l. is cui bonis*, ubi ut frequenter placitum † affirmant, & magis communem ponit Viglius *in §. item prodigus, num. 3. Inſtit. quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum*, & Boërius *in conſuetut. Biturigum, §. 8. in fine.* Quare non immerito reprehenditur Anton. Nicel. *in gloſſ. concordat. 70.* qui malè contrariam opinionem aſſerit eſſe communem. Et, ſi alienando† ante interdictionem læſus fuerit, facilè reſtituendus venit, ut tenet glo *in l. patri, ff. de minoribus, in verbo, interdici.* Etiam ſi non fuerit minor, quia prodigus minori æquiparatur, *d. l. Fulcinius, §. plenè.* Unde Romanus *ſingulari 223. incip. fuit interrogatus*, ſcriptum reliquit, prodigalitatem eſſe juſtam cauſam reſtitutionis, qui allegat textum *in l. 1. & l. nec non, ff. ex quibus cauſis maiores*, ut eum refert Rebuffus, *in d. gloſſ. 4. num. 7.* ubi iſtud notandum exiſtimat, dicens ſe ſæpius in praxi vidiſſe, ut reſtituatur prodigus in integrum, quando eſt læſus, etiamſi ſit major, dummodo in regno impetret literas Regias, ut fieri ſolet. Quibus addendum cenſeo etiam prodigum ante interdictionem omnia bona donare poſſe, eamque † donationem valere, ceſſante tamen fraude, ut tradit Baro à Tautenborch, *dict. cap. 6.* ut mirum eſſe non debeat, etiam ante curatoris aſſignationem in filiis ſuis pupillariter ſubſtituere poſſe, ut commune ‡ pronuntiat Segur. *in l. Imperator, num. 10.* Et quamvis prodigus tum remedijs, tum prærogativis, tum privilegiis omnibus fruatur, quæ vel in furioſos, vel in minores 25. annis conferuntur, ut tradunt Alex. & Iac. de Sancto Georgio, *in l. ſi curatorem habens, C. de reſtitut. in integrum*, Iaſon *in l. Imperatores, ff. de re jud.* Fel. *in c. paſtoralis, de iudic.* pœnas tamen nihilominus ob delicta inſtar cujuſuis luet, ita Cagnolus *in l. furioſi, num. 13. de reg. jur.* ubi commune pronuntiat, & ſequitur Iul. Clar. *in Practica, §. ultim. quæſt. 60. verſ. ulterius quæro*, intelligens tamen hoc procedere in delictis, quæ fiunt committendo, non in ijs, quæ fiunt omittendo. Iuxta omnium Doctorum traditionem.

42 43 44 45 46 47 48

nem. Id quod adeo verum eſt, ut prodigus ip ſe etiam ad mortem condemnari poſſet, ut voluerunt Bald. *in l. furioſum, circa finem, C. qui teſtamenta facere poſſunt.* Angelus *in l. Fulcinius, §. adeo, ff. ex quibus cauſis majores.* Aretin. *in dict. l. is cui bonis, in fin.* & Cagnol. *in dict. l. furioſi*, ut commune axioma ponit.

49 Rurſus † extenditur præfata regula etiam in aſſiduo luſore, cui quoque curatorem dari tradit Decius *in cap. ult. in fin. de judiciis.* & ibi Carol. Mol. *in ſuis eruditiſſimis annotationibus* id comprobat. Quo loci idem Dec. *nu.* 9. *&* 10. pro-
50 ducendam exiſtimat ad mulierem prodigam † & luxurioſam, quem ſecutus eſt Baro à Tautenborch, *in ſua Triade forenſi, cap.* 6. Arius Pinel. Luſitan. *in doctiſſ. & ampliſſimis ſuis commentariis ad l.* 4. *& ult. C. de bonis mater. num.* 20. 21. 22. allegans textum *in l. & mulieri, ff. de curat. furioſi*, in qua JC. Paul. loquitur in hæc verba: *Et mulieri, quæ luxurioſè vivit, bonis interdici poteſt*, ubi glo. *in* 1. *expoſit.* intelligit de fœmina libidinoſa, ut ei curator dari poſſit, & ita Cumanus ibi. Ex qua interpretatione quidam inferunt notabilem cautelam, nempe mere-
51 trici interdici bonis poſſe, † cum ſit perſona prodiga, quam notat Thomas Ferrat. *cautela* 6. Unde ſi mulieri luxurioſè viventi ad petitionem mariti, vel conſanguineorum interdicatur bonis, & ipſa appellet, non obſtante appellatione, interim curatorem habebit, nec alienare bona ſua poterit, & eſt bona cautela, ut dicunt pro conſanguineis mulieris impudicæ, ut illi faciant
52 ſic interdicere bonis patrimonialibus. Cæterùm † illa lex hoc non probat, quæ
53 hoc habet; *Et mulieri, quæ luxurioſè vivit, bonis interdici poteſt.* Luxurioſe † vivere dicitur, cum nimis pretioſis veſtibus, & aliis rebus utitur, & ſic dicitur prodiga, nec vult ille textus intelligere de coitu, quamvis illa Doctorum ſententia poſſit forte ſervari, ſi peteretur, ſed ego tamen hoc non vidi ſervari. Vnde non malè Iacobus Cuiac. *in l.* 6. *ff. de verb. oblig.* interpretans illam legem, *& mulieri*, dicit, eam intelligendam eſſe de muliere dirupta dirutaque pro-
54 fuſæ libidinis, profuſi ſumptus. Et licet † in dubium revocetur, an idem locum habeat in viro luxurioſo, ut exiſtimant Segura, *in leg. Imperator, ff. ad Trebellian.* qui ex dicta lege ſcripſit, viro incontinenti & libidinoſo curatorem dandum: arguens ex dictione (Et) quaſi Juriſconſultus implicare velit, ut non ſolùm maſculo luxurioſo, ſed & fœminæ Curator detur: Verius tamen & receptius eſt, viro incontinenti & venereo (niſi prodigus ſit)
55 curatorem non dari, † ita Specul. *in tit. de actore*, §. 1. & melius Alberic. & Cuman. *in d. l. is cui bonis*, Felin. & Dec. *in c. paſtoralis, de judic.* Iaſ. *in l.* 4. *§. ſed & quod meretrici, ff. de condict. ob turpem cauſam* ubi plus de muliere dicit, quod fiſcus poteſt auferre datum mulieri luxurioſæ ab amaſio, etſi non ſit meretrix, *per l. Lucius, ff. de jure fiſci, & in l. in hæredem, ff. de calumniat.* quod utinam ſervaremus ad fugandas tot meretrices.

56 Conſtat † inſuper, dari curatorem hæreditati jacenti, dum hæredes deliberant, cùm aliàs contra hæreditatem iacentem proceſſus ſit nullus, ut notat Angelus *in l.* 3. *§. toties, ff. de damno infecto*, ubi propter hoc dicit, ſe plures proceſſus deſtruxiſſe factos contra hæreditatem jacentem. Vnde Alexan. *conſ.*

100. *num.*

100. *num* 10. *lib*. 5. reſpondit, quod contra hæreditatem jacentem non poteſt procedi ad diffinitivam ſententiam, vel ad id quod habeat vim diffinitivæ, niſi dato curatore hæreditati iacenti. Alexan. *l. ſi quis inſtituatur hæres in diem, cum ibi notat. per Bar. ff. de hæred. inſtit.* & notat expreſſe Angel. & Ioan. de Imol. *in l. 4. §. Prætor, ff. de damno infecto.* Id quod † intelligendum quoque eſt, ſi exſtaret filius defuncti propter beneficium abſtinendi, ut ſcribunt Salicetus, & alij, 57
in leg. cum hæreditas, Cod. depoſiti, pulchrè Decius *conſil.* 344. qui interpretatur ſtatutum Florentiæ de bonis iacentib. intelligi, etiamſi defuncti exiſtat filius. Nam etſi is ſuus hæres eſse dicatur, & in eum dominium continuari videatur; nihilominus ob abſtinendi beneficium ſit, ut hæreditas nondum adita jacens dici poſſit, id quod multum convenit ad ſtatuta & eorum interpretationem, de hæreditate jacente loquentia. Nec refert, † ſi ambigitur ne diu hæreditas iaceat, cum ea dubitatio non proveniat ab eo, qui hæres inſtitutus eſt, ſed aliunde, utpote quia inſtitutus eſt ſub conditione, ita Angel. conſuluit, *conſ.* 193. 58
mortuo, Decius *conſil.* 509. Etiamſi † hæres præſumptus tantum patitur labi terminum ſibi datum, *ut habetur in dict. l. ſi quis hæres inſtituatur, & ibi* notatur per Bartol. Bald. & Angel. & meminerunt Bart. & Bald. *in l. 1. fin. ff. de jure delib.* Decius *d. conſil.* 509. *num.* 2. & 3. In quo loco etiam † dari, nemine petente, ex arbitrio & officio iudicis ſcribit, id quod Alexander reſpondit, 59 60
conſil. 100. *num.* 16. *lib.* 5. Addens idem Decius judicem debere tali curatori adminiſtrationem bonorum cum decreto decernere ex doctrina Angel. *in dict. conſ.* 103. *in verſ. nunc videmus.* Et poteſt † talis curator petere miſſionem in bona defuncti, intendando remedium legis finalis, *C. de edicto D. Hadr. toll.* ut reſpondit Alex. *conſil.* 4. *libr.* 2. Qui quidem ‡ curator poteſt movere actiones, etiam tempore non perituras, ita Angel. *d. conſ.* 103. *incipiente, datus fuit Curator, & d. conſil.* 193. Dec. *conſ.* 22. *num.* 2. optimè Marcus Anton. Blancus *in tract. de compromiſ. quæſt.* 3. *num.* 55. ubi etiam talem curatorem poſse movere actiones tempore perituras & diſtrahere tempore peritura, ſi neceſſitas urget, tradit, allegans *l. 2. ff. de curat. furioſi.* Amplius † voluit Decius, *conſil.* 401. *num.* 2. nempe talem curatorem poſse facere ea, quæ ſunt neceſsaria, ex traditione Angel. *dict. conſil.* 193. ubi propter hoc concludit, quod poſſit facere compromiſſum neceſſarium ex forma ſtatuti, licet ſecùs dicat in voluntario. In qua opinione quoque fuit Marcus Anton. *in d. quæſt.* 3. quia, inquit, arbitri Iudices ſunt, & in locum primi judicis ſunt, *l. apertiſſimi, C. de Judiciis.* Idem placuit Decio *conſ.* 22. *num.* 2. ubi de voluntario compromiſſo dubitatum aliquando ſcribit, ſed de compromiſſo neceſſario ex forma ſtatuti figit pedes; & expreſſe concludit, quod curator tale compromiſſum facere poteſt, *tum formaliter* (inquit) *illud ſine dubio credo, quod ſi eſſet compromiſſum neceſſarium ex forma ſtatuti, ad quod, etiamſi nollet, compelleretur per judicem, quod hoc poteſt facere ex tali curationis natura, qui eſt ad actus neceſſarios provocatus, & non provocans.* 61 62 63

Declara tamen prædictam ampliationem † vitiari, quando de proximo ſperatur 64

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

ſperatur ſucceſſor, cui datur terminus ad inſtantiam eorum, quorum intereſt ad adeundam vel repudiandam hæreditatem, *d. l. ſi quis inſtituatur.* Agelus & Dec. *locis citatis*, & quando ſatisfaciendum eſt creditoribus, non datur, niſi citatis illis, quorum intereſt, & prima cauſa ſucceſſionis tangit, idque nominatim, *l. 1. §. denuntiari, ff. de ventre inſpiciendo*, & eſt doctrina Bartol. *in l. ſi diu, ff. quibus ex cauſis in poſſ. eatur. & in d. l. ſi quis inſtituatur, §. ita ſi conditioni*, & ibi Bald, & Angel, notant, & ita reſpondit Alex. *conſil. 137. nu. 11. 12. 13. lib. 2.*

65 Declaratur ſecundò non procedere † quo ad ea, quæ non ſunt magni præiudicij, quo caſu contra hæreditatem iacentem proceditur ſine curatore, *l. ſi diu, ff. quibus ex cauſis in poſſ. eatur, l. cum debitoris*, & ibi Bald. notat, C. *de iudic. l. ſi bona*, & ibi Bart. C. *de bonis auctorit. Iud. poſſ. l. 4. §. Prætor, verſ. toties, & ibi moderni. ff. de damno infecto*, optimè Alex. *conſ. 100. nu. 3. lib. 5.* vbi exemplificat de excuſſione, licet non ignorem eundem Alex. *nu. 10. verſ. & quod debuerit*, alios referre, qui expreſſe tradunt, quod in proceſſu excuſſionis debeat dari Curator.

66 Ex eadem † ratione conſtat, Eccleſiæ vacanti dari curatorem, cum quo iudicium agatur, ſi vacatio diutina eſſet, *l. 1. & 2. ff. de curat. bonis dando*, & notat Abbas *in c. fi. ne ſede vacante*, vbi dixit, quod ſolus Papa curatorem dare poterit Eccleſiæ Cathedrali, & eius bonis quoad effectum agendi, adducit

67 † textum in argumentum *in c. is cui, de elect. in 6. & text. in ca. paſtoralis, de offic. ord.* Si autem ſumus in Eccleſia inferiori, Epiſcopus poterit curatorem deputare; quia Epiſcopus in Eccleſijs non collegiatis, quarum vacatio eſt diutina, agere & defendere poteſt, *c. fin. de ſucceſ. ab inteſtato.*

68 Similiter conſtat bonis debitoris dari curatorem, cuius bona diſtrahi debent, quando debitor eſt perſona egregia & clari nominis, vt Senator, *l. curator, ff. de curat, furioſi*, & ita reſponderunt Angelus, *dict. conſil. 193. verſ. datur etiam curator*, Baldus *conſil. 172. libro ſecundo*, Aymo Crauetta, *conſi. 213. num. 1.* quo honeſtius, inquit textus, *in dict. l. curator* ex bonis eius ſatisfaciat creditoribus, curator diſtrahendorum bonorum gratia conſtituitur.

69 Datur quoque † curator bonis eius, qui ſuis bonis ceſſit. *l. actor, ff. rem ratam haberi*, cùm creditorum interſit ei ſatisfieri, qui quidem Curator diligenter animaduertet, vt bona rectè diſtrahantur, & æquè creditoribus ſatisfiat, & nullam actionem mouere poterit, cùm hac de cauſa datus non ſit, ſed ſolùm ad bonorum diſtractionem: vt reſpondit Ang. *conſ. 93. verſ. dari etiam poteſt*, & Bald. *conſ. 327. viſa ſerie. lib. 5.*

70 Quinimo ‡ datur curator ſubſtantiæ eius, cuius pater eſt apud hoſtes, *l. muto, §. ei cuius, ff. de tutel. l. ab hoſtibus, §. ego autem, ff. ex quibus cauſis maiores*, & etiam de cuius ſtatu dubitatur, *l. prima, & ibi. gloſſ. Cod. qui dari tutor.*

71 Præterea † liti dari curatorem patet ex *l. 3. §. ſi pupillus, ff. de tutelis.* De quo meminit Angelus, *tit. de curator. nu. 6. verſ. quæro.* Quo loco dicit Angel. & Bartol. *in d. §. ſi. pupillus*, obſeruandum eſſe in practica, vt ſemper ſcribatur

talem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

talem curatorem eſſe datum præſentem, tali adulto præſenti, & quod talis curator ſatiſdare debeat rem pupilli ſalvam fore, utilia facere, & inutilia prætermittere, & pupillum indefenſum non relinquere, Fred. Schenk, *in ſua Triade, part.2. c.7.* inter alia tradens, an talis curator adulto datus conſtituere poſſit procuratorem? ad quem lectorem remitto.

Cæterum † quamvis ambigitur, an etiam curator dari debeat bonis abſentis, vel vagabundi, de cujus morte ignoratur, quia tamen illius hæreditas adiri non poſſit, dandum eſſe curatorem, voluit Bartol. *in l. cognatos, C. de capt. & post liminio reverſis.* Alexan. *conſil.4. num. 4. lib.2.* Dec. *conſil. 575. num.1.* & idem Alex. *conſil. 22. num. 5. lib. 6.* quo loci eum dari ex arbitrio Iudicis poſt alios reſpondit, maximè diſſentientib. creditoribus, ut tradunt Angel. *conſil. 103. verſ. 2. ex defectu.* Alex. *d. conſ. 4. lib. 2.* Anton. Capyt. *deciſ. 87. num.1.* id quod tamen intelligendum eſt, quando Iudex eſt competens, ita Baldus *conſ. 173. quidam Bartholomæus, lib.2.* Roland. à Valle, *conſ. 48. num.18. lib. 1.* & quando abſens non reliquit procuratorem ad omnia eius negotia. Nam ubi procuratorem reliquiſſet, fruſtra de dando curatore ageretur. Ita reſpondit Socin. Junior *conſ. 26. lib. 2.* qui quidem procurator efficit, ut ſuccedentes ab inteſtato illi abſenti reijciantur, & ſi quid conſequi volunt, abſentis mortem probare debent, juxta doctrinam Baldi *in l. 1. C. qui admitt.* Nec locus eſt dationi eiuſmodi curatoris, niſi apud acta Iudici conſtiterit de abſentia iſtius, de cujus bonis agitur, *l. hæc autem, §. non defendi, ff. quibus ex cauſis in poſſeſſ. eatur.* Angel. *d. conſil. 103.* Nec poteſt † fœmina à Iudice ad talem curam deputari, utpote quæ non ſunt capaces huius adminiſtrationis: ſed requiritur, ut ſit maſculus, quem Iudex curatorem decernere vult, ut voluit Alex. *conſ.22. nu. 7. lib. 6.* Decius *d. conſ. 575. num. 4. ex l. cuius bonis, ff. de curat. furioſi*, niſi tamen ‡ fuerit mater, quæ ad curam horum bonorum admittitur, juxta gloſſ. *in Auth. Matri & Auiæ, C. quando mulier tutel. officio.* ubi gloſſator diſpoſitionem illam extendit etiam ad curam. Hinc non malè reſpondit Alex. *d. conſ. 221.* ſubſtitutum illius abſentis matrem impedire non poſſe, cùm adhuc de illius abſentis morte non conſtet, ut pulchrè declarat Boër. *quæſt. 88. nu.1.* Et licet ad illius dationem maſculus deputari debeat: id tamen non ita ſimpliciter intelligendum eſt, cum non poteſt dari alius, quàm † daretur furioſis, vel prodigis, ut dixit Alex. *in d. conſ. 221. num. 5. libr. 6.* unde minor 25. annis (ut ſcribit eodem loco) dari non poſſet, *per gloſſ. in l. 2. curatorem, ff. de curat. bonis dando*, id quod & Decio placuit, *d. conſil. 575. num. 4.* Nec eſſe poteſt is, † qui curam affectat, vel aliàs eſſet ſuſpectus, *l. ſcire, §. fin. ff. de tut. & curat. datis ab his*, quam allegat Alex. *conſ. 86. num. 6. in fin. lib. 2.* modò non ſit diligens & probus, ita gloſſ. *in d. l. ſcire oportet, §. ult.* unde Decius *d. conſ. 575. nu. 5.* dicit, ſuſpicionem non leuem ſed probabilem eſſe debere. Et quod in huiuſmodi cura præferendi ſint ij, qui in ſucceſſione † præferuntur, volunt Bartol. *l. 1. ff. de legit. tut.* Scalicet. *in l. ultim. C. eodem.* Angelus *in §. actionum, num. 32. Inſtit. de act.* Cagnol. *in l. quo tutela, ff. de reg. juris*, ubi dicit ſe ita aliquando

72 73 74 75 76 77

Ff obti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

obtinuiſſe, & ut verius ac receptius profitetur Dec. *conſil.* 16. *numer.* 3. Id tamen temperandum cenſent iurium interpretes in matre & avia, quæ quamquam per agnatos excludantur à ſucceſſione ob ſtatuti diſpoſitionem, non tamen excluduntur à tutela filij, ut ſupra latè diximus, & ideo mater habet tutelam ob fiduciam, non ob ſucceſſionis commodum, ut pulchrè tradit De-
78 cius, *dict. conſ.* 16. Et poteſt † hunc curatorem petere quicunque conjunctus
79 bonis † abſentis, Alexand. *dict. conſ.* 4. *num.* 4. *lib.* 2. *idem conſ.* 221. *num.* 5. *lib.* 6. Decius *d. conſ.* 575. *num.* 3. quorum petitio eſt juſta cauſa dandi, ut ſcribit Angel. *d. conſ.* 103. qui etiam datur, nemine petente, iuxta Decium *conſ.* 575. *nu.* 3. Et mitti poteſt in quaſi poſſeſſionem adminiſtrationis bonorum abſen-
80 tis judicis decreto, id quod † multis probat Angel. *d. conſ.* 103. qui in hoc obligatur & inventarium facere, juxta doctrinam Bart. *in l.* 1. *num.* 5. *ff. de curat.*
81 *bonis dando*, & Capyt. *deciſ.* 87. *num.* 1. & † ſatisdare debeat, *l. cognatis*, *C. de captivis & poſtlim. reverſis*, & eundem Capyt. *d. deciſ.* 87. ſaltem quando eſt datus ſine inquiſitione, ut tradit Alex. *dict. conſ.* 221. *num.* 8. poſt Speculat. quem citat. In qua quoque opinione fuerunt Angel. *d. conſil.* 103. & Dec. *d. conſ.* 575. cujus poteſtas præcipuè verſatur in conſervatione bonorum, ne diſſipentur, ita Angel. *dict. conſil.* 193. *mortuo debitore*, affirmans eum alienare poſſe res tempore perituras, & etiam non perituars, ſi grave æs alienum urgeat, maximè ſi debitum ſit liquidum, ut reſpondit Barbatius *conſil.* 28. *lib.* 1. idem Ale-
82 xandro placuit, *dict. conſil.* 4. quo loci eum intentare † poſſe actiones tempore perituras tradit: imo etiam non perituras, ſi hoc faciendo conſervat bona abſentis, puta, ſi abſens eſt ære alieno preſſus, nec poteſt aliunde ſatisfieri cre-
83 ditoribus, aliàs non. Quod licet controverſum ‡ ſit apud jurium Interpretes, illa tamen magis recepta eſt opinio, niſi tamen datus fuerit tantum ad conſervandum, non ad ſolvendum, ut tradit Ang. *in d. l.* 2. *C. de curat. furioſi*, quem refert Alexand. *d. conſil.* 4. *num.* 5.

84 Declaratur id, † quod dictum eſt de curatore, qui datur bonis abſentis, non procedere in eo, qui abeſt ſua culpa, vel qui latitat: quia bonis viventis & non latitantis curator datur, ut dicit Angel. *d. conſ.* 103. Et requiritur, ut magis vivus, quam mortuus eſſe credatur is, cujus bonis curator datur, *juxta*
85 *l. nec nos*, *C. de capt. & poſtliminio reverſis*, quod in pulchro caſu exemplificat Gozad. *conſil.* 68. *num.* 5. ubi dicit, quod ille, qui petit curam ſibi decerni, probare debeat abſentem vivere, cum ſit fundamentum ſuæ intentionis: quemadmodum ècontra qui petit hæreditatem illius ſibi decerni, debet probare eum eſſe mortuum.

86 Cæterum † præfata regula principalis, nempe curatores dari ijs, qui rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt, non habet locum in cœco: cùm etiam tutor alijs maneat, *l. etiamſi*, *ff. de auctorit. tut.* nec in impubere, ut ſuo plenius dicemus loco.

87 Huc pertinent ea, ‡ quæ comminiſcuntur Doctores *in cap. grandi*, *de ſupplenda negli. Prælat. lib.* 6. & Speculator de feudis, §. 2. *in fin.* videlicet quod cauſæ

dandi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

dandi curatores Regibus, Ducibus, Comitibus & Baronibus ſunt imperandi impotentia, negligentia circa regnum, ſubditorum oppreſſio, prodigalitas, & diſſipatio regni, *dict. cap. grandi.* Quod intelligitur, ſi ex accidenti, Dux, Marchio vel Comes, fiat inhabilis: tunc poteſt per curatorem regere, ſi verò à principio eſt inhabilis, tunc imperium tranſmittitur ad ſucceſſorem proximum, ut tradit Bald. *in cap.* 1. *§. hoc quoque, de ſucceſ. feudi, & in auth. hoc amplius, C. de fideiuſſ.* verùm ſi Princeps ſit major 14. annis, poteſt adminiſtrare juriſdictionalia, abſque curatore, ut tradit Bartol. *in l. qui conſulebat, ff. de re judicata,* & Dominicus *in d. cap. grandi.*

Cap. XXIX.

De differentia Tutorum & Curatorum.

SUMMARIA.

1 *Tutores & curatores in quibus differant.*
2 *Appellatione,* Curatoris, *in diſpoſitione legis venit tutor, ſecus in diſpoſitione hominis.*
3 Tutoris *appellatione curatorem venire, & quando.*
4 *Tutela pro curatione.*
5 *Statutum loquens de tutoribus & de curatoribus intelligendum.*
6 *Differentiæ tutorum & curatorum traduntur.*
7 *Tutor perſonæ, curator bonis tantum datur.*
8 *Decij opinio damnatur.*
9 *Curator perſonæ furioſi datur principaliter.*
10 *Curatores licet dentur rebus, non tamen negligere debent inſtitutionem & gubernationem minorum.*
11 *Ventri curator datur, non tutor.*
12 *Is, qui eſt in utero, pro nato habetur, & quomodo hoc ſit intelligendum?*
13 *Tutor teſtamento dari poteſt, non curator.*
14 *Miles curatorem teſtamento dare nequit.*
15 *Pater in teſtamento liberis ſuis curatorem ſcribere poteſt, & quando.*
16 *Curator inuito adoleſcenti dari nequit, ſecùs in tutore.*
17 *Infanti curatorem non dari, & eius traditur ratio.*
18 *Infans præſens pro abſente habetur, & dormienti ſimilis eſt.*
19 *De curatore ad litem pupillo convento dando.*
20 *Curator invitus non datur, ſecus in tutore.*
21 *Sequeſtri officium voluntarium eſſe, & non neceſſarium.*
22 *Curator invitus quando dari poſſit, nu.* 23.
24 *Curator non poteſt cogi per merum executorem, ut curam ſuſcipiat. Declaratur num.* 25.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

26 *Neceſſitatis ratione licitum eſt privato capere debitorem fugientem, etiam die feriata, num. 27.*
28 *Curator invitus dari poteſt de conſuetudine.*
29 *Curator ad litem inventarium conficere non tenetur.*
30 *Curatoris ad litem bona tacitè ſunt hypothecata pro adminiſtratione ſicut tutoris.*
31 *Tutor datur impuberi, curator verò puberi.*
32 *Tutorem habenti non datur tutor, ſecus in curatore.*
33 *Tutor certæ rei vel cauſæ dari non poteſt, ſecùs vero in curatore.*
34 *Tutor alius teſtamentarius, alius legitimus, alius dativus: Curator verò dativus tantum.*
35 *Tutela finitur anno ætatis pupilli 14. curatio verò anno demum, 25.*
36 *Curator tenetur ſolemnia facere, prout tutor.*

IAm quomodo, & in quibus inter ſe differant tutores & curatores oportunè
1 hoc loco quæritur: In qua re † Modeſtinus ſcribit, *in l. ſcire, ff. de excuſat. tut.* curatores in pauciſſimis diſtare à tutoribus; & ideo in diſpoſitione legis
2 † appellatione, *curatoris*, venit tutor, ut tradit gloſſ. *in auth. minoris debitor, C. qui dari tut. poſſunt*, licet aliud ſit in diſpoſitione hominis. Quia ſi teſtator dicit ſe curatorem dare impuberi, nihil agit; adeo, ut per hæc verba non intelligatur datus tutor, *per textum in l. tutores, §. 1.* & ibi Bart. *ff. de adminiſtrat. tut.*
3 ſequitur Nicol. Euer. *in loco à lege ad teſtatorem, in fine.* Et è contra † *tutoris* ap-
4 pellatione curator, tutela pro curatione † accipitur, maximè quando eadem eſt ratio, non ſolum apud noſtri juris auctores, *l. pater, §. conditionem, ff. de condit. & demonſtrat. l. 2. §. ſi mater, ff. ad Tertull.* ſed & alios, ut apud Horatium:

Interdicto huic omne adimat ius
Prætor, Et ad ſanos abeat tutela propinquos.

5 Quæ cum ita ſe habeant, † ex eo inferunt omnes, ſtatutum ſive dictum de tutoribus & de curatoribus intelligi debere, *l. qui neque, §. 1. ff. de rebus minorum, d. l. ſcire, in prin. ff. de excuſat. tut. l. ſi in emptione, §. fin. ff. de contrah. empt.* gloſſ. & ibi Bart. dicit communem, *in authen. matri, in verbo, tutelam, C. quando mulier tutel. offic.* idem Bart. *in l. ſi quis ſub conditione, de teſtament. tutel.* Abb. *in c. ex parte 2. & ibi quoque* Dec. *de appellat.* Boër. *in conſuetud. Bitur. tit. 1. §. 6. verbo, à ſon pere*, Rebuff. *in conſtit. tit. de ſent. proviſ. artic. 2. gloſſ. 2. num. 15.* Quo loco dicit conſtitutionem Regiam, quæ ſententiam dati tutoris, non obſtante aliqua appellatione, exſequi mandat, etiam ad dati curatoris ſen-
6 tentiam eſſe porrigendam. Quia tamen † Modeſtinus noſter (ut diximus) dicit unum ab altero in pauciſſimus diſtare, videamus, in quibus differant.
7 Et ſane primò † in eo differunt, quod tutor perſonæ datur, *ut ſupra diximus, cap. 4. num. 18.* curator bonis tantùm, *l. in copulandis, C. de nupt.* Marian. Socin. *conſil. 97.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

conſil. 97. num. 6. lib. 1. Et ideo datur à Iudice adulti, ſub cujus juriſdictione bona ſita ſunt. Alexand. *conſ. 44. num. 17. lib. 5.* Aym. *conſ. 271. in prin. verſ. 2. poſito*, etiamſi perſona non ſit ei ſubiecta, ut eſt perſona clerici. Alexan. *d. conſ. 44. num. 17.* Cui etiam coram ſe litigandi curatorem dat, quia non perſonæ, ſed cauſæ ſive bonis datur. Mol. ad Alex. *d. conſ. 44. nu. 17.* Marian. *in cap. ſi quis* 8
clericus, num. 23. de foro competen. † Ripa *in cap. 2. num. 10. de judic.* Decius *conſ. 150. num. 3. & 7.* Qui licet eo loco tradat, id tantum procedere in curatore ſpeciali, non in generali, tamen ab aliis reprehenditur, quos refert Mol. *d. loco*, & benè: quod tamen in furioſi curatore locum non habet, cum is æquè prin- 9
cipaliter detur perſonæ, *l. conſilio, ff. de curat. furioſi*, Dec. *in l. quo tutela, §. nemo, nu. 4. ff. de reg. jur.* & additio ad Portium, *tit. generali, de tutel. nu. 12.* idque non propter imbecilliorem ætatem, ſed quod propter furorem & prodigalitatem ſibi rebuſque ſuis, vel intereſſe vel ſupereſſe nequeat, ut dicit Ioachimus Mynſing. Cameræ Spirenſis olim conſiliarius, *in §. eſt autem, nu. 8. Inſtit. de tutel.* Neque etiam in aliis curatoribus, qui licet principaliter dentur rebus & negotiis: non tamen debent negligere inſtitutionem † & gubernationem mi- 10
norum & morum, qua pubes minor reuera maximè indiget, utpote qui poſt pubertatis annos humorum & corporis perpetua agitatione & perturbatione graviorib. affectionum motibus perturbatur, & in præceps agatur, donec hæ cupiditates deferbuerint. Notum ſiquidem eſt illud Flacci:

Imberbis juvenis, tandem cuſtode remoto,
Gaudet equis, canibuſq; & aprici gramine campi:
Cereus in vitium flecti,

Itaque tum præcipuè debet eius temeritas gubernari conſilio majorum, niſi adoleſcens ipſe cum virili toga virilem ſumat prudentiam, & pro curatore utatur certo rationis ſuæ judicio. Quam ob cauſam Ariſtoteles ſcribit eos non eſſe moralis philoſophiæ idoneos auditores. Imperator Iuſtin. *in §. his igitur, ff. de juſtit. & jure*, eos habere rudes & infirmos animos. Soelmon ſtultitiam agnatam eſſe cordi eorum, virgam verò caſtigatricem eximere eum, ut optimè tradit Iac. Cuiacius *in rubrica, de minoribus*, ex Galeno & Ariſtotele.

Secundam differentiam † adfert Modeſtinus *in l. ventri, ff. de tut. & curat. da-* 11
tis ab his, dicens, ventri curatorem dari, non tutorem. Tiraq. *de retract. lig. §. 1. gl. 9. nu. 75. 76. & in l. ſi unquam, verbo, ſuſceperit, nu. 147. de revoc. donat.* cum tamen hæc datio ventri favorabilis ſit, & apertiſſimi juris ſit, eum qui in ventre ſive in utero eſt, ‡ hactenus pro nato haberi, quatenus eius commodum concernit, *vulg. l. qui in utero, ff. de ſtatu hominum, cum concord. in glo. alleg.* quod tamen accipiendũ eſt, quoties agitur de ventre in poſſeſſionem mittendo, quia edictum illud non de tutore, ſed de curatore loquitur, de quo nos ſupra latè diximus, *cap. 8.*

Tertiam † differentiam tradit idem Modeſtin. *in l. 1. in fine, ff. de confir. tut.* 12
tutorem

tutorem quidem teſtamento dari poſſe, curatorem minimè cuius rei ratio tra-
ditur per Dec. *in l. quo tutela, §. nemo, ff. de regul. iur.* quia curator non datur in-
uito ſed petenti, *§. item inuiti. Inſtit. de curat.* & tradit Socin. Iun. *conſi.* 97. pro
reſolutione, *num.* 15. *lib.* 1. Præterea etiam lex 12. Tab. de tutela loquitur,
non de cura: *ſuper pecunia*, inquit. *tutelaúe ſuæ rei.* Tutoris autem vel curatoris
datio iuris eſt, non patriæ poteſtatis, vel iuriſdictionis, vt tradit Cuiacius *libr.*
7. *obſeruat cap.* 6. nam pubes iudicium habens ſibi prouidere poteſt, & pater
ratione patriæ poteſtatis maiorem hebet poteſtatem in datione tutoris, quæ
datur principaliter perſonæ, Portius *in §. ſed curator, num.* 4. & ibidem Ange-
lus *in prin. verſ. nota quod licet, Inſtit. de curat.* Alex. *conſ.* 3. *nu.* 8. *lib.* 2. Nicol.
Euer. *in loco à lege ad teſtatorem.* Practica Ferrarienſ. *in forma libelli, quo agitur. ad red-*
14 *dendam rationem tutelæ, in verbo, curatores, nu.* 3. quod vſque adeo verum eſt, † ut
nec militi quidem id concedarur, ut tradit Decius *in d. §. nemo, num.* 4. Si ta-
men teſtamento datus fuerit à patre, eum Iudex omnino confirmare debet,
etiam citra inquiſitionem, *l. ſi filio, ff. de confirmat. tut.* Angelus *dict. verſ. nota*,
quod licet verum ei non currit tempus proponendæ exceptionis ante confir-
mationem, Practica Ferrarienſ. *d. loco, l. libertum, ff. de excuſat. tut. l.* 2. *C. de con-*
firm. tut. niſi prius vltrò cœperit gerere, *l. tutores, §. curatores teſtamento, ff. de ad-*
miniſtrat. tut. Pari modo ſi puberi filio ſimpliciter datus fuerit teſtamento, non
confirmabitur, niſi eo petente & conſentiente omnino; is enim inuitus cura-
15 torem non accipit. Poterit etiam curatorem pater † liberis ſuis teſtamento
ſcribere, in omni caſu, quo à lege datur. Bald. & Caſtrenſ. *in l. curatorem tibi,*
C. de negot. geſt. ſequitur Nicol. Euer. *d. loco, à lege ad teſtatorem.* Quare pater fi-
lio furioſo, vel mente capto curatorem rectè teſtamento dat, *l. fin. §. etſi quidem,*
C. de curat. furioſi, quia prinſipaliter perſonæ datur, & regula ſolùm in datiuo
procedit. Baldus & Caſtrenſ. *d. l. curatorem*, Dec. *d. §. nemo, nu.* 4. additio ad
Portium, *tit. generali, de tutel. num.* 10. Eademque ferè ratione valere dationem
curatoris ad inſtar tutoris, quando is datus eſt filio, vel alteri inſtituto, ratione
rerum ei relictarum, ut tradit Dec. *in d. §. nemo, num.* 6. & Bald. *in d. §. ſed cu-*
rator, per l. ſi patronus, de confirm. tut.

Ex hac tertia ſic declarata differentia reſultat quarta. Quod licet tutor poſ-
16 ſit inuito & ignoranti dari, non tamen curator † inuito adoleſcenti, cujus
rationem ſupra attluimus, nempe quo non ſit Reipublicæ, ſed munus publicum,
§. 1. *Inſtit. de excuſat. tut. verbo, tutela non eſt Reipublicæ munus, ff. de excuſat. tut.* Dec.
in d. §. nemo, nu. 3. *per §. item multi, Inſtit. de curat.* Ripa *in l.* 1. *§. fuit quæſitum,*
num. 28. *ff. ad Trebell.* Et regulam ponit doctiſſimus Præſes, Octavianus Ca-
cheranus Oſaſc. *deciſ. Pedemontan.* 89. *num.* 1. quo loco tradunt eum non dari,
niſi præſenti & petenti, *per l. qui habet, §. ſi pupillus, ff. de tutel.* Ræuard. *varior.* 1.
cap. 7. Angel. *Inſtit. de curat. nu.* 6. *verſ. quid è contra*, Afflict. *deciſ.* 262 *num.* 5.
& ante eos Angel. *in §. permiſſum, num.* 6. *Inſtit. de tutelis.* Mynſing. noviſſimè
17 *cent.* 2. *obſervat.* 31. declarat Alexan. *conſ.* 122. *in fi. lib.* 1. ex eo bene † inferentes,
infanti dari non poſſe, quia non loquitur oidinatè, neque intelligit quæ agit,

l: quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

l. quod diximus Inſtit. de inutilib. ſtipulat & quicquid videt, ignorat, *l. fin. C. de falſa moneta, l. fin. C de iuris & facti ignorantia, l. fin. ff. Rem pupilli ſaluam fore,* † qui etſi præſens ſit, pro 18
abſente habetur, *l. ſi pupillus, ff. quibus ex cauſis in poſſeſſionem eatur*, vel ſaltem ſit dormienti ſimilis, *l.* 1. *§. adipiſcimur, ff. de acq. poſſ.* optimè Sebaſtian. Vant. *de nullit. ſent. ex defectu mandati, nu.* 9. *& trib. ſeq.* Oſaſc. *d. deciſ.* 89. *num.* 2. Afflict. *deciſ.* 262. *nu.* 4. *verſ. Secundo dicitur, & num.* 5. Alex. *d. conſ.* 122. *in fine, lib.* 1. Atque ideo puberibus, ſi volunt, integrum eſt, ſua bona ſaltem extra iudicium alienationem & hypothecam ſuo arbitrio adminiſtrare, ſaluo etiam eis manente reſtitutionis beneficio, ſi fortè læſi fuerint. Quin etſi pater puberi teſtamento curatorem dederit, is à Prætore non confirmabitur, niſi eo petente & conſentiente, niſi dederit furioſo, aut prodigo, cuius voluntatem Prætor omnino ſequi debet, *l. ſi furioſo. ff. de curat. furioſi.* Quæ tamen differentia non vſquequaque vera eſt. Si enim tutor contra pupillum iudicio contendere velit, &
is tutorem non exhibeat, vel differat petere curatorem, † eo caſu Iudex cura- 19
torem dabit non petenti,. Idemque tutorem habenti, quando is differt producere ſolemnia ad validitatem iudicij, etiam ſi talis tutor fuerit teſtamento ſcriptus, vt benè & practicè tradit Afflictus, *deciſ.* 256. *n.* 2. *& deciſ.* 262. *n.* 1. *& 6. verſ. in contrarium*, & Alex. *conſ.* 122.. *lib.* 1. Mynſ. *Obſer.* 31. *cent.* 2. vel etiam, ſi pupillus agat, vel conueniatur: quo caſu inuito datur ad eam litem, vel cauſam, quia non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio pubes, ſed pupillis comparatur, *l. acta,, §. vlt. ff. de re iud. l. penult. C. de auctorit. Præſtanda, l.* 2. *C. qui legitimam perſonam ſtandi in iudicio habet*, cum, vt inquit Iuſtinianus, *in d. l. penult.* cautius & melius fit cum ſuaſione perfectiſſima. & reſponſa facere minores, litemque inferre, ne ex ſua imperita, vel iuuenili calore aliquid vel dicant, vel taceant, quod ſi fuiſſet prolatum, vel non expreſſum, prodeſſe eis poterat, & à deteriore calculo eos liberare; niſi tamen ageret tantum interdicto momentaneæ poſſeſſionis, *l. vltima, C. qui legit perſon. vel veniam, ætatis impetrauerit*, quibus caſibus liberatur omni neceſſitate curatoris accipiendi.

Subſequitur quinta defferentia, † quod licit tutor detur inuitus, quia eſt 20
munus publicum, non tamen curator: quia inuiti etiam à ſuo iudice non debent aſſumi, ſed voluntarij ſunt quærendi, Angel. *in §. permiſſum, num.* 6. *Inſtit. de tutel. l.* 2. *§. queritur, ff. de curat. bonis dando.* Bald. Salicet. *in l. tutor, C. de negot. geſtis.* & notat Bald. *in l fin. §. ſed etſi quis, collat.* 3. *per textum ibi, in verbo, noluerit, C. commun. de legatis*, quod Commiſſarius non tenetur acceptare commiſſariam, qua ratione Bartol. *in l. litibus, circa fin. C. de agricolis & cenſitis, libr.* 11. dicit, ſequeſtri officium voluntarium eſſe & non neceſſa-
rium, quem ſequuntur Angel. Caſtrenſ. & Iaſon † *in l. fideiuſſor, §. ſi ſatiſdatum,* 21
ff. qui ſatiſdat. cog. Curt. *in tractatu ſuo, de ſequeſtrat. quæſt.* 2. & ſatis probatur *in d. §. queritur.*

Declaratur primò non procedere, quod dictum eſt, nempe curatorem inuitum non dari, ex neceſſitate, quando res ſunt in periculo; nec poteſt aliter commodè

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

22 commode prouideri, † quàm per deputationem curatoris, & nullus voluntarius inuenitur: eo ſiquidem caſu cogitur curator etiam inuitus, de quo eſt textus pulcher *in dict. §. quæritur.*, & ibi Gloſſator & Angelus meminêre.

23 Declaratur ſecundò ‡ non procedere propter commoditatem, vt quia non reperitur idoneus magis vicino Titio, habente notitiam de omnibus, maximè quando non habet aliquam rationabilem excuſationem, eo quoque caſu Iudex poſſet ex officio, ſi velit, Titium etiam inuitum deputare ad huiuſmodi curam, itá tamen, vt ponat ſolùm operam, & non impenſam aliquam de ſuo, ita hoc videtur voluiſſe oculatiſſimus Bald. *in l. 1. ff. vbi pupillus educari debeat*, quem refert & ſequitur Franciſcus Curtius *in ſuo tract. de ſequeſtrat. quæſt.* 2. Id quod tamen intelligendum cenſeo, non poſſe cogi per alium, quàm per Iudicem, & cauſa cognita, & ſic non per merum executorem, vt eſt
24 † apparitor, ita Bald. & alij, *in l. etſi non cognito, C. contra ius vel vtilit. public.* Secus tamen, ſi fuerit executor miſtus, vt eſt Iudex delegatus, *clementina venica, de offic. & poteſt. Iud delegat.* Cæterùm quod dictum eſt, non poſſe cogi per
25 merum executorem, † non habet locum quando periculum eſſet in mora, vel non poſſit pati dilatione, & ageretur de periculo magnæ rei, quo quidem caſu parendum eſt neceſſitati, *arg. l. 1. ff. de officio proconſulis*, vbi neceſſitas facit, quod efficaciter iuriſdictio & poteſtas competat non habenti, vel habenti ligatam, *l. ait Prætor, §. ſi debitorem, ff. quæ in fraudem cred t.* vbi propter neceſſitatem & moræ periculum licitum eſt priuato capere debitorem fugientem, vel fugam adornantem, etiam die feriata in honorem Dei, *gloſſ. 2. in l. fi. C.*
26 *de ferijs*, etiamſi † feriæ ſint ſolemniſſimæ, puta, Natiuitatis, vel Paſchæ, Domini, Bald. *in cap. fin. de Fer.* vt plenè & doctè ſcripſit Carol. Molin. *in §. 6. glo. 6. in verbis, rendre compte, num. 6. 7. & 8.* quo loco tradit etiam non procedere, quando fit ex ſpeciali mandato Principis, cui omnes ſubditi obedire tenentur, *cap. ſecundo, de maiorit. & obed.* & quod detrectans grauiter delinquat.

27 Declaratur tertio † non procedere in curatoribus, qui dantur pupillis, furioſis vel prodigis ad legitimationem, ſeu integrationem perſonarum, qui aliàs non haberent legitimam perſonam ſtandi in Iudicio, vel extra: quo caſu cura eſt munus publicum, & quia publico munere funguntur, etiam inuiti (niſi habent excuſationem legitimam) conſtituuntur, *textus eſt in l. 1. ibi, nam & tutelam, & curam placuit publicum munus eſſe, l. 2. l. ſatis oportet, ff. de excuſat. tut.*

Declaratur quartò non procedere in curatore dato fortè adulto, actori, vel reo ad lites, vel ad litem, iuxta ea quæ tradunt Ioan. Faber, *in §. item inuiti, Inſtitut. de curat.* Bart. *in l. eandem, ff. de duob. reis.* Angel. *in l. 2. §. quæritur, ff. de curat. bonis dando.* Et licet Dd. hoc controuertant, vt Ang. *Inſtit. de curat. in princ.*
28 *in verſ. quid econtra*, vbi † cum alijs tenet non dari inuitum, *per l. qui habet, §. ſi pupillus, ff. de tutelis*, eo quod in ea lege dicatur, talem curatorem neminem dari poſſe, niſi præſentem: verior tamen eſt opinio eorum, qui exiſtimant inuitum curatorem dari poſſe, & ita quotidie in judiciis practicari, ſcribit Molin.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Molin. *in d. gloſſ. 6. num.* 11. poſt Neuiz. *conſ.* 17. *num.* 55. & poſt Ioachim. Mynſing. *obſerv.* 31. *cent.* 2. ubi explicat quomodo ex ſtylo Cameræ intelligendum ſit illud dogma, curatorem ad litem non dari, niſi pupillo petenti, & meminerunt Marcus Mantua, *ſing.* 682. quo loco ſcribit, † iſtum curatorem ad li- 29
tem non teneri facere inventarium, poſt Aretin. *Inſtit. de curat.* ubi etiam ponit, quæ teneatur facere, & quod eius bona ſint tacitè hypothecata pro adminiſtratione, ſicut tutoris † ut per Anton. Neguſ. *in tract. ſuo de pignorib. in* 4. 30
membro 2. *partis, num.* 8.

Sexta differentia † eſt, tutorem dari impuberi, ut plenè dictum eſt ſupra, 31
cap. 24. curatorem regulariter puberi, Dec. *in l. quo tutela, §. nemo, ff. de reg. juris, l. curator, ff. de tut. & curat. datis ab his.*

Septima differentia eſt, quod habenti tutorem, non detur † tutor, ut alibi 32
quoque dictum eſt, *puta, d. ca.* 24. cum tamen habenti curatorem curator dari poſſit, cauſa cognita, *l. curatorem habenti, Cod. qui dari tut. poſſunt, l. ventri tutor, §. curatorem, ff. de tut. & curat. datis ab his*, quia tutor, qui prius dabatur, plenam habebat poteſtatem, nec poteſt alius in eadem poteſtate ſecum admitti. Curator autem rebus tantùm datur, *leg. in copulandis, C. de nupt.* & tutor auctorizatur hæreditati adeundæ; Curator autem pupilli ſecus, *l. cum in una, §. tutor, ff. de appellat.*

Octava differentia eſt, † nempe tutorem certæ rei & cauſæ dari non poſſe, 33
curatorem verò econtra, ita Port. *in tit. de curat. num.* 4. Angel. *in §. certæ, & ibi gloſſ. Inſtit. de curat.*

Nona differentia in eo eſt, † quod tutor alius teſtamentarius, alius legiti- 34
mus, alius Dativus. Curator verò tantum eſt dativus, lex enim non vocat curatores, niſi ad prodigum & furioſum, & hoc, deficientibus agnatis, ſecundum Speculatorem *in tit. de curat. §. cum autem, num.* 19. Et ſi teſtamento fuerit relictus, talis datio ipſo jure non ſuſtinebitur, niſi Iudicis fuerit ſubſecuta confirmatio, *l. curatorem, C. de negot. geſtis, l. penul. in fin. C. de teſtam. tutel.* & tradit Alex. *conſ.* 3. *in cauſa, & lite vertente, num.* 8. *lib.* 2. Si autem confirmatus adminiſtrationi ſe ingeſſerit, negotiorum geſtoris, non curatoris nomen merebitur, ſecundum Socin. Iuniorem *conſil.* 79. *num.* 21. *lib.* 2.

Ultimò differunt in eo, quod tutela finitur anno ætatis pupilli 14. aliàs pubertate, 12. in fœminis, & 14. in maſculis, † *l.* 1. *C. quando tut. vel curat. eſſe* 35
deſinant, Inſtitut. quibus modis tutela finitur, in prin. qua de re ex profeſſo ſuo differemus loco. Curatio verò non finitur niſi anno demum 25. *§.* 1. *Inſtit de curat. l.* 1. *ff. de minoribus*, de qua etiam poſt plenius agetur.

Sunt denique & aliæ differentiæ, quæ paſſim apud iurium interpretes repe-
riuntur, quas brevitatis cauſa non refero: † ſatis eſt, quod curator tenetur ſo- 36
lemnia facere, prout tutor, & curam bonorum minoris habere, uti bonus paterfamilias, aliàs teneretur ad damna, expenſas, & intereſſe, & contra eum poterit iurare in litem, ſecundum ea, quæ inferius dicentur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Cap. XXX.

De Auctoritate Tutorum, & in quibus actibus ea ſit neceſſaria?

SUMMARIA.

1 *Tutoris auctoritas pupillis maximè neceſſaria.*
2 *Geſtum à pupillo, tutore auctore, valet: & quomodo hoc procedat? Amplia num. 5.*
3 *Pupillus tutore auctore debitorem ſuum alteri delegare poteſt.*
4 *Intellectus legis*, quod dicimus, §. ſi duo, ff. de auctorit. tut.
6 *Minor procuratorem conſtituit, auctore tutore, in cauſa gravi.*
7 *Infans tam parvæ ætatis, ut nondum fari poſſit, nullum negotium rectè gerit.*
8 *Infans, qui fari non poteſt, non defectu ætatis, ſed aliquo vitio, vel caſu, tutore auctore, actus poteſt gerere.*
9 *Infanti, qui fari nequit, hæreditas reſtituitur.*
10 *Infans ſine tutore vel curatore acquirit poſſeſſionem naturalem rerem modicarum, ad quas aliquem intellectum & affectionem habet.*
11 *Infans, ſi fari poteſt, omne negotium tutore auctore gerit. Amplia nu.* 12.
13 *Infans qui fari poteſt, an poſſit eſſe in iudicio cum tutore.*
14 *Infans ſtipulari poteſt tutore auctore.*
15 *Infans quis dicatur.*
16 *Infantiæ proximus an ſtipulari poſſit.*
17 *Intellectus legis*, Servum, ff. rem pupilli ſalvam fore.
18 *Pupillus manumittendo præter tutoris auctoritatem, cauſam probare debet apud conſilium.*
19 *Pendente lite ſuper teſtamento, quo datus eſt tutor, tutor auctorari non poteſt, ſed alius datur ſine ullo litis præjudicio.*
20 *Tutor non poteſt eſſe auctor in rem ſuam.*
21 *Auctoritas tutoris non gerentis tutelam non validat actum.*
22 *Tutor teſtamento datus inutiliter non poteſt eſſe auctor in negotio pupilli.*
23 *Tutor non ſatiſdans an poſſit auctor eſſe in negotio pupilli?*
24 *Geſtum à pupillo pro tutore auctore non valet.*
25 *Tutor mutus auctoritatem præbere non poteſt.*
26 *Surdus auctoritatem interponere nequit.*
27 *Curator impuberi auctor eſſe non poteſt in iis, quæ iuris ſolemnitatem deſiderant.*
28 *Auctoritas tutoris in ipſo actu ſive negotio interponi debet.*
29 *Auctoritas per epiſtolam, vel tutore abſente interpoſita, non valet.*

30 *Tutoris*

30 *Tutoris auctoritas purè debet interponi.*
31 *Tutoris auctoritas expreſſis verbis interponenda*, n. 40.
32 *Auctoritas interpoſita ab eo, qui ignoravit ſe eſſe tutorem, non valet.*
33 *Tutor per vim retentus, & auctor factus, nihil agit.*
34 *Auctoritas mala fide interpoſita nihil operatur.*
35 *Paria ſunt auctoritatem non interponere, vel inutiliter, & illegitimè interponere.*
36 *Differentia inter mandatum & iuſſum, auctoritatem & conſenſum, ſive ratihabitionem, remiſſiuè.*
37 *Auctoritas tutoris eſt actus legitimus.*
38 *Tutor interponens auctoritatem præſens eſſe debet ipſi pupillo.*
39 *Præſentia animi requiritur, non corporis, ut tutor auctoritatem præbeat.*
41 *Formalia verba an ſint neceſſaria in præſtando auctoritatem, vel ſufficiant æquipollentia.*
42 *Auctoris opinio.*
43 *Communis opinio.*
44 *In actibus tacitis ſufficit tacita tutoris auctoritas ſine verbis.*
45 *Stante ſtatuto, quod filiusfamilias non poſſit ſe obligare ſine patris licentia, vel conſenſu, ſi pater & filiusfamilias ſe ſimul in eodem inſtrumento obligent, ſatisfactum eſt ſtatuto. Declara. nu.* 46.
47 *In actibus judicialibus ſufficit præſentia tutoris, modò non contradicat.*
48 *Si poſt actum intervenit factum conſentire debentis diuturnum, præſumitur auctoritas.*
49 *Communis opinio.*
50 *Auctoritas interpoſita in continenti poſt actum valet.*
51 *Quæ in continenti fiunt videntur ineſſe.*
52 *Communis opinio.*
53 *Re integra poteſt auctoritas ſubſequi etiam ex intervallo, ſi agitur de commodo pupilli.*
54 *Intellectus* §. tutor autem, Inſtitut. de auctoritate tutorum.
55 *Quando utraque pars poſt actum petit confirmationem, non requiritur auctoritas in ipſo actu.*
56 *Donatio ex intervallo inſinuata valet à tempore inſinuationis, non donationis.*
57 *Tutor in rem ſuam auctor eſſe non poteſt.*
58 *Accommodare non poteſt quis auctoritatem ei actui, ex quo principaliter ſibi aliquid quæritur.*
59 *Regula juris antiqui*, in rem ſuam auctorem tutorem fieri non poſſe.
60 *Adminiſtrator non poteſt emere bona illius, cuius adminiſtrat.*
61 *Tutor non poteſt emere bona pupilli.*
62 *Officiales iuſtitiæ in officio exiſtentes cum ſubditis non poſſunt contrahere. Declara. nu.* 64. 65.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

63 *Officiales adminiſtrantes Prouinciis, milites in hybernis vel æſtivis degentes, an poſſint contrahere matrimonium cum eorum ſubditis prouincialibus, vel incolis.*
66 *Conciliatur reſcriptum Gratiani, Valentiniani, & Theodoſij Imperatorum*, ſub titulo Codicis, Si Rector Prouinciæ, cum l. ſi quis officium, ff. de ritu nupt.
67 *Officialis ad arbitrium ſuperioris deputatus æquiparatur officiali perpetuo.*
68 *Officialis iuſtitiæ equos & mulas emere poteſt.*
69 *Officialis iuſtitiæ palam, bona fide, vel cum auctoritate alterius officialis, contrahere poteſt.*
70 *Officialis durante officio hæres inſtitui & legatum accipere poteſt.*
71 *Stante ſtatuto ne nobilis recipiat ceſſionem aduerſus popularem, poterit tamen ſuccedere in actione aduerſus eum.*
72 *Officialis ante ingreſſum officij, pignus pro obſervantia contractus celebrati capere poteſt.*
73 *Contractus ab officiali celebratus durante officio, ſilentio 30. annorum confirmatur.*
74 *Officialis per vniuerſitatem, cui præeſt, contrahere poteſt.*
75 *Pupillus hæres inſtitutus & grauatus hæreditatem reſtituere tutori, non poteſt ſine iudice.*
76 *Acceptilatio facta tutori vel curatori per pupillum, durante tutela, an & quando valeat?*
77 *Pupillus tutori donare non poteſt etiam res mobiles & quomodo hoc procedat?*
78 *Donare eſt perdere.*
79 *Ceſſio à pupillo tutori facta non valet.*
80 *Tutor hæres inſtitui à pupillo non poteſt.*
81 *Contractus inter tutorem & pupillum factus in præſentia amicorum, vel Iudicis. non valet, niſi Iudex ex magna cauſa approbauerit.*
82 *Tutor an emere poſſit rem pupilli, altero tutore auctorante.*
83 *Tutor in conſequentiam auctoritatem ſibi præſtare poteſt.*
84 *Contractus inter tutorem & pupillum celebratus poteſt à pupillo maiore facto approbari.*
85 *Contractus pupilli cum tutore celebratus valet, ſi ex eo contractu reſultet commodum pupillo.*
86 *Tutor in ſequendo bona fide præceptum teſtatoris poteſt auctor eſſe in cauſa ſua.*
87 *Tutor ſe facere poteſt debitorem pupilli, ſic accipiendo pecuniam pupilli mutuo. Declaratur nu.* 88.
89 *Tutor an cum pupillo palàm & bona fide contrahere poteſt.*
90 *Tutor an poſſit in ſui beneficium interponere auctoritatem in contractu vltro citroque obligatorio.*
91 *Intellectus legis* Cum ipſe, C. de contrah. empt.
92 *Contractus quando dicatur fieri palam, & bona fide cum pupillo.*

93 *Tutor*

93 *Tutor tenetur magis curare res pupillares, quam ſuas. Declaratur num. 94.*
95 *Tutor nobilis poteſt eſſe auctor in cauſa propria palàm contrahenda.*
96 *Pupillus ſine tutore conditionem deteriorem facere non poteſt.*
97 *Pupillus vendens ſine tutore fidem emptori ſervare non tenetur.*
98 *Pupillus ſine tutore commodato non obligatur.*
99 *Pupillus novum opus nuntiare non poteſt.*
100 *Pupillus an ſine tutore naturaliter obligetur?*
101 *Conciliantur* l. pupillus, ff. de actio & obligat. & l. quod pupillus, ff. de condict. indeb. cum l. 1. ff. de nouat. & l. ſi eius pupilli, ff. ad Trebell.
102 *Infans vel infantiæ proximus, naturaliter non obligatur.*
103 *Pupillus maior, minor tamen 25. annis, non habens curatorem, obligatur naturaliter & civiliter, ſed læſus reſtituitur.*
104 *Communis opinio.*
105 *Contrahens cum pupillo dicitur eſſe in mala fide.*
106 *Impubes non ſoluit, nec eius interpellatione perpetuatur obligatio, niſi interpelletur tutore auctore.*
107 *Pupillus ſine tutoris auctoritate hæreditatem adire non poteſt.*
108 *Communis opinio.*
109 *Ille, qui nihil habet in bonis, vel cujus bona ære alieno ſunt exhauſta, teſtamenmentum facere poteſt.*
110 *Hæreditatis ſucceſſio monſtrum & portentum iuris civilis eſt.*
111 *Hæres adeundo dicitur contrahere cum creditoribus & legatariis.*
112 *Ratio diverſitatis, cur pupillus contrahere poſſit ſine tutore, non tamen delatam hæreditatem conſequi.*
113 *Pupillus ex conſtituta pecunia non obligatur.*
114 *Filiusfamilias non poteſt adire hæreditatem acquirendo patri ignoranti.*
115 *Pupillus hæreditatem locupletem an adire poſſit.*
116 *Communis opinio.*
117 *Differentia an ſit inter aditionem hæreditatis locupletis, & opulentæ?*
118 *Stante ſtatuto, quod mulier non poſſit contrahere ſine conſenſu propinquorum, an hæreditatem opulentam adire poſſit.*
119 *Filiusfamilias prohibitur contrahere ſine conſenſu patris, an poſſit adire hæreditatem opulentam?*
120 *Tutor non poteſt adire hæreditatem per ſe, abſque ſcientia pupilli maioris infante.*
121 *Communis opinio.*
122 *Pupillus ſolus bonorum poſſeſſionem agnoſcere non poteſt.*
123 *Tutor ſolus pro pupillo bonorum poſſeſſionem agnoſcere poteſt.*
124 *Communis opinio.*
125 *Pupillus ſolus poteſt adire, quando non remanet obligatus.*
126 *Pupillus filiusfamilias major infante ſolus poteſt adire, vel bonorum poſſeſſionem agnoſcere, & quando.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

127 *Communis opinio.*
128 *Stante ſtatuto, quod ſolus pupillus adire poteſt, valet aditio. Declaratur nu.* 129. *&* 139.
131 *Pupillus an poſſit agnoſcere bonorum poſſeſſionem, ſi careat tutore, & copia Iudicis, controuerſum eſt.*
132 *Reprobatur gloſſa,* in l. de pupillo, ff. de operis noui nuntiat.
133 *Pupillus ſuus hæres poteſt ſe immiſcere hæreditati paternæ ſine tutore.*
134 *Pupillus ſine tutore auctore ſocietatem contrahere non poteſt. Ampliatur num.* 135. 136.
137 *Societas à pupillo poſt ætatem pupillarem ratificari poteſt.*
138 *Societas contracta à pupillo valet, ſi auctoritas patris, eiuſdemq́ tutoris poſt accedat.*
139 *Societas contracta in pupillari ætate valet, quando maior factus ſimul vixerunt per plures annos.*
140 *Pupilli ſi patre mortuo vtuntur eiſdem miniſtris, tutore tacente, ſocietas in pupillari ætate contracta, cenſetur renouata.*
141 *Societas per ſcientiam & taciturnitatem tutorum cenſetur renouata ſub eiſdem qualitatibus, quibus ab initio fuit ordinata.*
142 *Pupillus hæres debet adimplere inchoata per defunctum.*
143 *Pupillus in iudicio eſſe non poteſt ſine tutore.*
144 *Sententia contra pupillum lata ſine tutore nulla eſt.*
145 *Pupillus à iudice vel arbitro non poteſt damnari. Amplia. num.* 146.
147 *Pupillus accuſare non poteſt regulariter.*
148 *Communis opinio.*
149 *Pupillus ad teſtimonium non admittitur.*
150 *Pupillus an teſtis eſſe poſſit in cauſa criminali, & quando?*
151 *Teſtimonium pupilli in criminalibus admittitur in ſubſidium, & quando?*
152 *Teſtimonium pupilli an admittatur in crimine læſæ Maieſtatis.*
153 *Dictum impuberis ipſo iure nullum eſt, licet non opponatur.*
154 *Teſtimonium maioris facti valet de his, quæ proximus pubertati vidit, & quando;*
155 *Communis opinio.*
156 *Proximus pubertati quis dicatur?*
157 *Sententia pro pupillo lata abſque tutore, valet. Amplia nu.* 158. *&* 159.
160 *Pupillus non poteſt remittere, quod ſibi debetur.*
161 *Pupillus promitendo ſe obligare non poteſt.*
162 *Pupillus conditionem ſuam meliorem facere poteſt ſine tutore.*
163 *Pupillus legatum agnoſcere poteſt ſine tutore.*
164 *Pupillus hæres factus, quodam facto interveniente, ſe immiſcere ſine tutore poteſt.*
165 *Pupillus ab extraneo ſub conditione inſtitutus, ſine tutore conditionem adimplere poteſt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

166 *Pupillus laudare poteſt ſine tutore.*
167 *Intellectus legis*, Julianus, §. ſi quis à pupillo, ff. de actio empt.
168 *Pupillus ſi alterius nomine contrahit, obligatur dominus.*
169 *Minor contrahens procuratorio nomine dominum obligat.*

POſtulat hic locus, † ut videamus de tutorum auctoritate, quæ maxima eſt, 1
maximeque pupillis neceſſaria, cùm ſine ea nihil intelligantur, vel agere, vel intelligere, *l. ultim. ff. de jur. & facti ignor.* adeo ut tutores ſi benè ſuo officio utantur, domini loco habeantur, *l. qui fundum, §. ſi tutor, ff. pro empt. l. tutor, qui tutelam, ff. de adminiſtr. tut. l. interdum fur, §. qui tutelam, ff. de furtis*, cujus tractatio, quia perelegans eſt, & inſignis, ideo in eo conſtituam aliquot juris concluſiones. Quarum prima eſt: † Geſtum à pupillo, tutore auctore, va- 2
lere, *l. Imperatores, ff. de auctor. tut.* Idque maximè procedit, etiamſi non interrogatus tutor auctor fiat, valet enim auctoritas eius, cùm ſe probare dicat id, quod agitur, hoc eum auctorem fieri, *l. etiam, ff. de auctoritat. tut.* Et poteſt eo auctore pupillus † debitorem ſuum etiam alteri delegare, *l. poteſt, ff. eo-* 3
dem, niſi tamen delegaverit ipſi tutori: Quia, inquit JC. futurum ſit, ut auctoritate ſua liberetur, *d. l. poteſt.* Pari ratione, nec diverſitas tutoris auctorantium † impedit conſtitutionem duorum reorum, *l. quod dicimus, §. ſi duo, ff. de* 4
auctoritat. tut. Id quod tamen locum non habere exiſtimatur in caſibus, quibus unius auctoritas non ſufficit, *ut in dict. §. ſi duo, & ibi gloſſographus annotat in verbo, ſufficiat.*

Quin etiam etſi mutus ſit, † & taceat pupillus, geſtum ab eo tutore aucto- 5
re valet & obligatur, *l. Impuberes, eodem tit. l. muto, ff. de tutelis*, maximè ſi quando à tutore bona fide quid geſtum eſt, valet, *l. cum plures, §. quæ bona fide, ff. de adminiſtrat. tut.* Et eo magis valet quoque eius auctoritas, licet tutor inſtrumento non ſubſcripſerit, ut in *l. inter pupillos, ff. auctorit. tut.* Vel etiamſi is, qui cum pupillo contrahit, non exaudiat tutoris auctoritatem, puta, quia abſens eſt, *l. obligari, §. final. ff. eodem.* Amplius minor † conſtituit procuratorem 6
auctore tutore in cauſa gravi, ut declaravit Petrus Stella Doctor Aurelianenſis, *in leg. nec quicquam, §. ubi decretum, num. 13. ff. de offic. Proconſ.* ubi allegat *l. neque tutores, C. de Procurat.* Cæterum, an infans omne negotium tutore auctore gerere poſſit, dubitari contigit? & putarem, ea in re hac poſſe quem uti diſtinctione. Nempe † infantem tam parvæ ætatis, ut nondum fari poſſit, 7
nullum negotium rectè gerere poſſe, ſed per tutorem ipſum gerendum eſſe, eo quod furioſo comparetur, niſi talis infans ſit, † qui fari nequeat, non 8
defectu ætatis, ſed aliquo vitio, vel caſu, quo caſu talis infans, tutore auctore, poteſt gerere actus, qui à mutis geri poſſunt, *l. ſervo invito, §. ſi pupillo, ff. ad Trebell.* ubi infanti, etiam qui fari nequit, poteſt quoque tutore auctore hæreditas reſtitui, cùm verba non requirantur. Quemadmodum † etiam talis infans ſolus, ſine auctoritate tutoris vel curatoris, poteſt acqui- 9
rere poſſeſſionem naturalem rerum modicarum, ad quas aliquem intel-

lectum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

10 lectum † & affectionem habet, *l. donatarum*, & ibi Cynus, Baldus & Ioannes
Faber, *C. de acq. vel retinen. poſſ.* At infans, qui nihil intelligit, ſi tamen ‡ fari
11 poteſt, omne negotium tutore actore gerit, per text. *in l. negotiis, ff. de r. gul.
iur.* qui textus, generali & communi regula juris, apertum diſcrimen facit in-
ter furioſos & pupillos, etiam tam parvæ ætatis, ut quid agatur non intelli-
gant, dummodo fari poſſunt, eſt & textus *in l. 1. §. furioſum, ff. de act. & obligat.*
& rurſus *in l. pupillus, ff. de acquir. vel omitt. hæred.* qui quidem tres textus non
requirunt, ut ſint majores infante, ſed tantùm requirunt, ut fari poſſint. Id-
12 que † procedit, etiamſi ſit tantùm trimus vel quadrimus, de quo eſt text. *in l.
quamvis, §. Infans, ff. de acquirend. vel omit. poſſeſſ. ibi, nam judicium infantis ſupp etur
auctoritate tutoris: & ibi, nullus ſenſus infantis, ubi infans*, & ſic minor ſeptennio po-
teſt per ſe acquirere, & retinere poſſeſſionem, tutore auctore, etſi nullum
ſenſum poſſidendi habeat, de quo tamen aliter ſentit Dec. *in d. l. in negotiis.*
13 Amplius etiam talis poteſt eſſe † in judicio cum tutore, & ita quoque practi-
cari ſcribit Carol. Molin. *in l. 1. ff. de verb. oblig. num. 9.* allegat. *l. 1. §. ſufficit, ff.
de adminiſtrat. tut.* addens in electione tutoris eſſe, ut vel pupillum per ſe ſolus
14 defendat, vel ut pupillo defendenti auctoretur. Stipulationes quoque † Iu-
diciales & Prætorias, & multo magis ſtipulationes extraiudiciales tutore
auctore facere poteſt, *d. §. ſufficit, & l. 1. §. furioſum, de act. & oblig.* Licet in-
fantem regulariter ſtipulari non poſſe conſtet, *l. 1. & l. mulier, ff. de verb. oblig.*
15 quia loqui non poteſt. Infantem † vocamus eum, qui ſeptem annorum non
eſt, *dict. §. ſufficit, & l. ſi infanti, Cod. de iure delib.* Infantiæ verò proximus,
cujuſmodi eſt ſeptem vel octo annorum puer, quamvis intellectum non ha-
16 beat, tamen utilitatis cauſa receptum eſt, † ut ſibi ſtipuletur, idque non de
ſtipulatione rem pupilli ſalvam fore tantùm, ſed de alia quacunque acci-
piendum eſt, *l. ſervum, ff. rem pupilli ſalvam fore*, Nam manifeſtum eſt, quod &
17 Martinus notavit, legem *Servum*, non de infante loqui, ſed de eo, † qui fari
poſſit, id eſt eo, qui exceſſit annum ſeptimum.

Et quamquam prædicta concluſio ampliata ita ſe habeat, multis tamen
18 modis declarandum eſt, eam non procedere. Et primò quidem, † quando
pupillus manumittit: eo ſiquidem caſu præter tutoris auctoritatem debet ex
lege Ælia Sentia apud conſilium, hoc eſt, pro tribunali apud Prætorem,
Proconſulem, Legatumúe Cæſaris, cauſam probare, *l. obligari, §. hoc amplius,
ff. de auctoritat. tut. l. fin. ff. de curat. furioſi*, nam ij cogebant Pædaneos Iudices,
ut in conſilium irent.

Declaratur ſecundò, non habere locum, quando non eſt juſtus tutor, pen-
19 dente ſcilicet lite ſuper teſtamento, quo datus eſt, quo quidem † caſu alius
datur ſine ullo litis præjudicio ad eam litem auctorandam, *l. item fiet, §. nam
commodius, ff. de teſtam. tutel.*

20 Declaratur tertiò, vitiari hanc concluſionem, quando tutor auctor eſſet in
rem ſuam, de quo plenius infra dicetur, *concluſ. 3.*

Declaratur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Declaratur quartò, perdere † ſuum officium, quando ſit auctore tutore, qui 21
non gerit contrahendo cum pupillo, *l. 4. ff. de auctorit. tut.* Idem quoque, ſi
eo tutore auctore qui remotus eſt, *d. l. 4.* vel quando perperam tutoris aucto-
ritas eſt adhibita, *l. 2. ff. hoc tit.*

Declaratur quintò, non obtinere locum in tutore dato † teſtamento inutili- 22
ter, *Titium, §. à matre, ff. de adminiſt. tut. l. 2. C. de eo qui pro tutore*, Vel quando
non ſatiſdedit, *l. 1. §. prohibentur, l. in dubium, l. tutor, C. de tutel. & curat. qui ſa is*
non dederunt, niſi tamen † eſſent tempore peritura, *d. l. tutor.* 23

Declaratur ſextò, † in eo, qui pro tutore negotia geſſit, *leg. prima, §. Idem* 24
Pomponius, ff. quod falſo tutore auctore. Vel qui furioſus fuit, *dicta lege prima, §. Quid*
enim, Vel ad aliam regionem datus fuerit, *dict. §. quid enim.*

Declaratur ſeptimò, † vitiari concluſionem in muto, utpote qui auctorita- 25
tem præbere non poteſt. Idem & in ſurdo, cùm non tantùm loqui, ſed & 26
audiri tutor debeat, *l. 1. §. fin. ff. de tutelis.*

Declaratur octavò, ſi quando curator impuberi auctor fiat, ad ea ſiquidem 27
† explicanda, quæ iuris ſolemnitatem deſiderant, tutore auctore opus eſt,
l. curatorem, ff. hoc tit.

Declaratur nonò, † non eſſe locum concluſioni prædictæ, quando auctori- 28
tas non interponitur in ipſo actu ſive negotio, ſed poſt tempus: quo caſu in-
terpoſita auctoritas, nihil agit. Idem ſi per Epiſtolam, *l. obligari, §. ſi tutor, ff.*
hoc tit. Vel † quando non eſt præſens. Neque, † quando auctoritas non eſt 29
purè interpoſita, *l. etſi conditionalis, ff. hoc tit.* Sed † neque etiam quando non 30
expreſſis verbis, ſiue formaliter eſt interpoſita. Nec ſimiliter, † quando tu- 31
tor tempore auctoriſationis ignoravit ſe eſſe tutorem, *l quæro, ff. de eo qui pro* 32
tutore negot. geſſit, & voluit Bart. *in l. multum, ff. de condit. & demonſtrat.* Neque
item, ‡ quando per vim retentus auctor factus fuit, *l. 1. §. fin. ff. hoc tit.* Ne- 33
que † denique, quando mala fide factum eſt & interpoſita auctoritas, *l. pu-* 34
pillus, §. item ipſe, ff. hoc tit. l. cum plures, ff. de adminiſtr. tut. Vnde ſuccedit ſe-
cunda concluſio; Auctoritatem tutoris in ipſo actu ſive negotio intervenire,
vel interponi debere, alioqui nihil agi, *l. obligari, §. tutor, ff. hoc tit.* Paria
enim ſunt, † auctoritatem non interponere, vel inutiliter & illegitimê inter-
ponere, *leg. quoties*, ubi latè, more ſuo Jaſon, *ff. qui ſatiſdat. cog.* Sicut paria 35
ſunt etiam, aliquid non fieri, vel minus legitimè fieri, *§. 1. Inſtitut. de hæred.*
quæ ab inteſtato defer. pulchrè Chriſtoph. Port. *Inſtit. de auctorit. tut. num.* 13. ubi
dicit, † differentiam eſſe inter mandatum & juſſum ex una parte, & auctori-
tatem & conſenſum, ſive ratihabitionem ex altera, *& tradit gloſſa, in cap. edoce-* 36
ri, de reſcriptis. Et ratio eſt, tum quia eſt fundamentum, ſine quo corruit ædi-
ficium, *l. egi, ff. de except. rei iud. cap. cum Paulus*, 1. *q.* 1. tum ſolemnitas, Bald.
in c. cum conſuetudinis, de conſuet. Et quia eſt † actus legitimus, qui non poteſt 37
pendere, *l. actus. ff. de reg. iur.* Ideoque purè debet præſtari etiam in actu con-
ditionali, *d. l. etſi conditionalis.* Quæ auctoritatis præſtatio nihil aliud eſt, quam
approbatio eius, quod agitur, *l. etiam, ff. hoc tit.* Et hæc quidem concluſio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

38 uſque adeo vera eſt, † ut tutor debeat eſſe præſens ſaltem ipſi pupillo, *§. tu-
tor, Inſtit. hoc tit.* & ibidem Ang. *num.* 1. licet alteri contrahenti præſens eſſe
non debeat. Vnde etiamſi non exaudiat tutoris auctoritatem is, qui cum pu-
pillo contrahit; ſi ſcriptis tamen hoc approbetur, rectè negotium geritur.
Veluti, ſi abſenti pupillo per epiſtolam vendam aliquid, aut locem, & is tu-
toris auctoritate conſentiat, *d. l. obligari, §. ult.* idque non corpore modò, ſed
39 animo, ut intelligat quod agitur. Neque enim † alioquin præſentia corporis
ſufficit ad auctoritatem, ut ſi ſomno, aut morbo comitiali occupatus tacuiſſet,
d. §. ult. Hinc pro abſente habetur, qui animo præſens non eſt, *l. diem proferre,
§. coram, verſ. item coram, ff. de recept. arbit. l. coram, ff. de verb. ſign.* Neque ſufficit
ſimpliciter conſentire, ſed ſicut verba ſonant, debet expreſſè, ſive expreſſis
verbis formaliter præſtari: ita hanc regulam probat textus, *in l.* 1. *§. mutus, ff.*
40 *de tut.* ubi mutus † tutor dari non poteſt; rationem reddit ibi textus, quia auc-
toritatem præbere non poteſt. Idem probat glo. *in l.* 3. & ibi Bar. & alij, *ff.
hoc tit.* Et hanc opinionem regulæ dicit eſſe communem Franciſ. Aret. *in l.
gerit, num.* 7. *ff. de acq. hæred.* Vnde non ſufficeret, ſi tutor eſſet præſens, & tace-
ret; quia expreſſè per verba conſentire debet, ut notat Bar. *in l. etiam, ff. hoc
tit. & l. ubi non voce, ff. de reg. jur.* & Dyn. *in l. qui tacet, ff. de reg. iuris, in 6.* Et
adeo hoc ſtrictè in auctoritate obſervatur, ut dixerit Innoc. Canoniſt. cori-
phæus, *in d. c. conſuetudinis*, quod ex neceſſitate ille, qui præſtat auctoritatem,
debeat formaliter exprimere hæc verba; *Ego ſum auctor huic negotio*, vel *auctorita-
41 tem meam præſto.* quam ſententiam † alii quoque ſequuntur, licet multi hanc ſen-
tentiam tanquam nimis rigoroſam reprobent, exiſtimantes non omnino requi-
ri iſta verba: *Auctoritatem præſto*, ſed æquipollentia, *l. Præſes, ubi gl. C. de ſent. &
interloc. omn. iud.* & iſta ſententia in forenſi iudicio ſervatur, quamvis multi con-
trarium teneant, quos referunt Dd. *in l. ſi quis mihi, §. iuſſum, ff. de acq. hæredit.*
42 Et ea ſententia † mihi videtur quoque probabilior, maximè quia leges non
ſunt impoſitæ verbis, ſed ſententiæ, *l.* 2. *cum ſimilib. C. commum. de legat.* & pro
confirmatione adduci poteſt *l.* 3. *cum ſua glo. ff. de adminiſtrat. tut. l. quid tamen,
§. ſi arbiter, l. item arbitris, iuncta l.* 4. *ff. de re iud.* In quibus dicitur, quod Iudex
in judicando debet abſolvere vel condemnare, & tamen ſufficit, ſi per verba
æquipollentia fiat. De quo eſt textus expreſſus *in l.* 3. *cum gloſſ. ff. hoc tit.* apertè
probans ſatis eſſe, ſi tutor verbo probandi utatur, ſine mentione auctoritatis.
Et hanc etiam partem expreſſè tenet Jaſon ſibi contrarius *in d. §. iuſſum*, ubi
etiam eſt bonus text. *in verſ. ſed quid ſi mandavit*, loquens in juſſu, qui vim habet
auctoritatis, & meminit Corſet. *in ſuis ſingularibus, in verbo, minor, ſi ex diſpoſitione
ſtatuti.* Et quanquam gloſſa aliquando fuit in ea opinione, ut auctoritas tacitè
præſtari poſſet, *ut in d. l. ubi non voce*, & videtur eſſe bonus text. *in l.* 1. *§. ult. ff.
hoc tit* per quem probatur à contrario ſenſu, quod præſentia tutoris, & eius
quidem intelligentis, inducat auctoritatem: tamen contraria opinio verior
eſt, requirens auctoritatem verbis exprimi, ut notant Bart. & alij *in l.* 3. *ff.*
43 *hoc tit. & in l. gerit, ff. de acquir. hæred.* ubi Franciſ. Aret. hanc dicit † eſſe com-
munem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

munem opinionem, & confirmatur per text. *in l. 1. §. mutus, ff. de tutel.* ubi mutus dari non poteſt, quia ut ibi dicitur, auctoritatem præſtare non poteſt. Ex quo liquet manifeſtè, auctoritatem non niſi verbis poſſe accommodari, aliàs enim mutus quoque id ipſum facere potuiſſet nutu, & ſignis, *per l. mutum, ff. de acq. hæred.* & ad hoc, illum textum §. *mutus*, exclamat elegantem & ſolemnem Andr. Barbat. *conſ. 12. lib. 1.* & meliorem de jure. Quò ſpectare videtur id, quod ſcribit Tull. *in 1. oratione in Catil.* cum ait: *Quid expectas auctoritatem loquentium, quorum voluntatem tacitorum perſpicis?* Quibus verbis videre licet, auctoritatem in verbis eſſe, voluntatem in mente tantùm. Cæterùm prædicta, nempe auctoritatem expreſsè præſtari debere & non tacitè, declaranda ſunt, ut non habeant locum: Primò quando is, cuius conſenſus exigitur, loqui non poteſt, eo ſiquidem caſu ſufficit nutu vel ſignis fieri. Angel. *in l. ſi pater naturalis, ff. de adopt.* ubi per illum textum dicit, quod ſi pater non poſſit expreſsè conſentire filio agenti, quia loqui non poſſit, ſatis eſt, ut nutu & ſignis conſentiat, quia tunc lex fingit verba, per textum, quem dicit notabilem, *in leg. cum oſtendimus, §. ult. ff. de fideiuſſ. tut.* & idem dicit Angelus de auctoritate tutoris, ut videlicet ſatis ſit, ſi loqui non poſſit, ut auctoritatem nutu & ſignis interponat, quod videtur eſſe contra textum *in d. §. mutis*, niſi dixerimus id non procedere, ubi expreſsè eſſet de forma: quo caſu non ſatis eſſet, ut fieret per ſigna etiam indubitabilia, atteſtante Angel. *in l. quoties, §. ſi quis nomen ff. de hæred. inſtit.* Neque enim forma adimpleri poteſt per æquippollens, ut omnes notant *in l. 1. ff. de liber. & poſthumis.*

Secundò declaratur, ut auctoritas debeat expreſsè adhiberi in actibus expreſſis, ſecus in actibus tacitis, quo caſu ſufficit tacita etiam tutoris auctoritas, ſine verbis: ita † voluit Baldus, loquens de auctoritate præſtita ad conti- 44
nuandam ſocietatem, quæ tacitè per actus ſcilicet ſociales contrahitur, *in l. ſi patruus, C. commun. utriuſque iudicij*, & Bart. *in l. ſciendum, ff. de verbor. obligat.* ubi dicit, hanc diſtinctionem eſſe mirabilem. Idem voluit Bald. *in l. 2. C. de jure fiſci, lib. 10.* ubi etiam loquitur de auctoritate tutoris, & *in l. potuit. C. de jure delib.* cùm dicit: Quod ſi pupillus major infante, unâ cum tutore poſſeſſionem hæreditariam eſt ingreſſus, videtur per hoc hæreditas legitimè, & cum auctoritate tutoris apprehenſa, licet tutor nihil ſit locutus; quia hic actus aditionis ſive apprehenſionis eſt tacitus, & circa actus tacitos tacitè loquimur reb. ipſis & factis *argum. legis, cum oſtendimus, §. ultim. ff. hoc tit.* licet de eo dicto Baldi alij dubitent, exiſtimante, *l. fiſtulas, §. fundum, ff. de contrah. empt.* per Bald. citatam non loqui in actu per pupillum faciendo, in quo requiratur auctoritas, ſed de executione prioris contractus, facti cum patre pupilli, quam tutor ipſe exequi poteſt etiam ad commodum ſuum, ut ſcribit Franciſ. Aret. *in d. l. gerit.*

Declaratur tertio, ut non procedat, quando ultra præſentiam aliquid intervenit ante actum, vel etiam in ipſo actu, quod auctoritati aſtipulatur; puta, conſilium datũ ab eo, qui auctoritati debebat, de quo eſt textus notabilis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

in cap. dilecti, extr. de arbitris, ubi conſilium prius datum ab eo, cuius in actu au-
ctoritas requirebatur, deinde illius præſentia in ipſo actu pro auctoritate ha-
betur. Quem textum ad hoc commendat Ludovic. Roman. *in l. qua dotis, ff.*
ſolut. matr. & dicit ſingularem & unicum Corſet. *in d. ſing. minor ſi ex diſpoſitione*
ſtatuti. Idem placuit Bart. *in l. cum pater, §. libertis, ff. de legat. 2.* Si pater & filius
45 ſimul agant, videtur pater præſtare conſenſum filio. Vnde † Salicetus *in l. ult.*
C. ad SC. Maced. per hoc dicit, quod ſtante ſtatuto, quod filiusfamilias non
poſſit ſe obligare ſine patris licentia vel conſenſu, ſi pater & filiusfamilias ſe
ſimul in eodem inſtrumento obligent, ſatisfactum eſt ſtatuto, *per text. in l. is qui*
46 *hæres, §. ult. ff. de acquir. hæred.* niſi tamen ſtatutum † requirat licentiam vel con-
ſenſum expreſſum, quo quidem caſu requiri verba, hanc licentiam vel con-
ſenſum exprimentia, ut voluit copioſiſſimus ſimul & ſubtiliſſimus omnium
ſcriptorum Bald. *in addit. Speculat. in tit. de actore, verſ. ſed quid ſi ſtatutum:* quod
tamen adeo eſt controverſum, ut nihil certi de ea re ſtatui poſſit, ut atteſtan-
tur Dd. *in d. l. gerit, & in d. l. is qui hæres, §. ult. ff. hoc tit.*

Declaratur quartò, ut locum non habeat in actibus judicialibus, † in qui-
47 bus ſufficit eius præſentia, qui debet conſentire, vel auctoritatem præſtare,
modò non contradicat, *text. in l. minorum, C. ſi tutor vel curator.* In judiciis ſi-
quidem loqui videtur, qui tacet, *l. 1. C. de errore advocati.* & ita expreſsè volu-
erunt Bald. & Angel. in auctoritate tutoris, *in d. l. pater naturalis.*

Declaratur quintò, non procedere in Principe, qui ipſe id poteſt facere pe-
ræque ac expreſſe, atteſtante Innocentio, *in c. cum P. tabellio*, & ibi Bald. *extr.*
de fide inſtrum. per tex. in l. 1. §. omnia, C. de vet. jur. enucl.

Declaratur ſextò, ut non habeat locum, quando poſt actum intervenit fa-
48 ctum conſentire debentis diuturnum, ſcilicet decem annorum, ‡ ſcientia &
patientia: quia habet vim expreſſi conſenſus vel auctoritatis quæ ſaltem præ-
ſumitur, ita Bald. Ang. & Iaſon, *in l. qui aliena, ff. de acq. hæred. & in l. ſciendum,*
ff. de verb. obligat. Et licet id apud omnes non ſit expeditum propter pugnan-
49 tia, quæ per Doctores adducuntur; prima tamen opinio ‡ verior &
etiam eſt communior, teſte Alexand. *conſil. 9. viſo themate, lib. 3. & conſil.*
218. lib. 6.

Porro, quod ſuperius dictum eſt, Auctoritatem interponi debere in ipſo
50 negotio, alioqui nihil agi, † intelligendum eſt non procedere, niſi fiat in
continenti pòſt, ut eſt text. *in §. tutor, Inſt. eod. & in d. l. obligari, §. tutor.* Ang.
in §. 1. nu. 2. verſ. in gl. poſt tempus. & ibi Port. *nu. 12. & 13. Inſtit. eod.* Ratio eſt,
51 ‡ quia, quæ in continenti fiunt, videntur ineſſe, *l. lecta, ff. ſi cert. pet.* & ſic
declaratur non poſſe tutoris auctoritatem interponi poſt tempus immodicum
52 † & longum, & hæc eſt communis opinio, dummodo fiat unico contextu, ut
notant Dd. *in d. §. juſſum*, & meminit Andr. Tyraq. vir omni prædicatione ſu-
perior, *in tract, de retract. convent. glo. 5. num. 7. & ſeq.* ubi multas concordantias
allegat.

53 Declaratur ſecundò, ‡ non habere locum, quando agitur de commodo &
non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

non incommodo pupilli, quo caſu re integra poteſt auctoritas ſubſequi, etiam ex intervallo, & ratum haberi per tutorem poteſt, non obſtante §. *tutor autem, Inſtit. de auctor. tut.* quia ille §. non eſt factus ‡ ad incommodum, ſed ad commodum pupillorum, ut probatur per Panormitanum Pontificiæ cenſuræ Præſidem, *in d. c. edoceri*, quem ſequuntur Andr. Barbatius, copioſus utriuſque iuris interpres, & Felin. Ferrarienſis, ibi, *de quare*, puta, quando actus eſt utilis ei, cui debet auctoritas accommodari, quod tunc poteſt præſtari poſt actum, omnino nihil dubitandum, quia etiam ſine auctoritate tutoris valet contractus hoc caſu. 54

Declaratur tertiò, † non habere locum, quando utraque pars poſt actum petit confirmationem: quia videtur contractus de novo renovari, *juxta l. pacta conventa, §. Paulus ff. de contrah. empt.* Id quod tamen exemplificant Dd. de donatione, quæ ultra ſummam legitimam non valet, niſi inſinuata fuerit coram judice præſente, & auctoritatem interponente, & tamen ſi præcedat donatio, & utraque pars eam præſentat judici, ea reconualeſcit, ut ex nunc, quia retrofactum trahitur ad præſens, *l. obſervare, §. ult. ff. de offic. procenſ.* & hoc expreſsè tenuit Bart. *in l. Modeſtinus, ff. de donat.* & ſic donatio ex intervallo inſinuata, valet à tempore inſinuationis, non donationis, † ut voluit Bald. *in d. cap. edoceri*, cùm dicit huiuſmodi auctoritatem poſtea interpoſitam actum validare, non quidem ut retrotrahatur ad tempus ipſius actus, ſed ut valeat ex hoc tantum tempore auctoritatis præſtitæ. Idem placuit Salic. *in l. ult. C. ad SC. Maced.* ubi id intelligit, modo is, qui priorem actum fecit, in conſenſu permaneat tempore auctoritatis, aliàs nullo modo valeret, Dec. *in l. ſemper qui non prohibet, de reg. jur. & in conſ. 367. viſo puncto.* 55 56

Tertia concluſio eſt,† tutorem non poſſe auctorari in rem ſuam, textus eſt in §. *ſi inter tutorem, ibi, quia ipſe tutor in rem auctor eſſe non poteſt, Inſtitut. de auctorit. tut.* Unde Ulpian. *in l. 1. ff. hoc tit.* teſtatur, regulam eſſe juris civilis; In rem ſuam auctorem tutorem fieri non poſſe: quia ſibi quodammodo ius diceret, & miniſtraret; & adjicit, idem eſſe, etſi in rem ſui filijfamilias auctor fieret. Sed addit hanc regulam ita intelligi, ut directè & principaliter in rem ſuam eſſe non poſſit, per conſequentiam vero alterius negotij eſſe poſſe. Poteſt enim tutor auctoritatem accommodare pupillo adeunti hæreditatem eius, qui tutori debitor eſt, quamvis per hoc debitor tutoris efficiatur pupillus. Nam, inquit, Vlpian. *in d. l. 1.* prima ratio auctoritatis ea eſt, ut hæres fiat, per conſequentias autem contingit, ut debitum ſubeat; ut pulchrè quoque declarat Dec. *in l. ſingularia, num. 15. ff ſi cert. pet.* Quo loco etiam dicit eſſe regulam, cujus opinioni quoque ſubſcribit ibi Andr. Alciat. *num. 30.* Idem placuit Philip. Corn. *conſ. 77. num. 5. lib. 3.* ubi loquitur in materia interpellationis, & moræ, & declarat latè Franciſ. Ripa *in l. 1. §. fuit quæſitum, num. 1. uſque 11. ff. ad Trebell.* Andr. Tiraq. *poſt leges connubiales, glo. 6. num. 111.* Idque etiam ſi fiat juſſu teſtatoris: nam & eo caſu nuncupatim loquitur *d. § quæſitum.* 57

Quæ quidem concluſio † tertia primo extenditur, quod nec poteſt quis 58

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

accommodare auctoritatem ei actui, ex quo principaliter ſibi aliquid quæritur, ut reſpondit Alex. *conſ.* 106. *in prin. lib.* 1. & declarat latè Tiraq. *d. num.* 111. *uſque* 123. Hoc amplius etiamſi eſſet tale quid, per quod tutor liberaretur, *l. ult. ff. eodem.* Id quod procedit quoque, quando fit per interpoſitam perſonam, *l. pupillus, §. ſed ſi, & l. quod dicimus, in prin. & l. ſi prædita, ff. de rebus eorum qui ſub tutela.*

Secundò extenditur præfata concluſio in quovis alio in iudicio in rem ſuam
59 quid agere volente, *l. ſi conſul. & ibi notat. ff. de adopt.* niſi tamen fuerint voluntariæ jurisdictionis, ut emancipatio, adoptio, *d. l. ſi conſul.* & ibi Eguinarius Baro, Port. *in §. neque, in addit. F. Inſtit. hoc tit.* Eaque eſt Regula iuris antiqui, deſumpta *ex d. l.* 1. *ff. hoc tit.* quamvis non poſita ſub titulo *de regulis juris.*

60 Tertiò, † extenditur concluſio in omni adminiſtratore, qui non poteſt pro ſe emere bona illius, cuius adminiſtrat. Ita Alex. *conſ.* 4. *nu.* 6. & ibidem Carol. Molin. in ſuis eruditiſſimis annotationibus, *lib.* 3. & tradit Iaſon *in l. ſi*
61 *mihi & tibi, §. regula, num.* 5. *de legat.* 1. cum dicit, regulariter † tutorem non poſſe emere bona pupilli, nec eius filij, aut alia perſona ei ſubiecta. Nec quidem per interpoſitam perſonam, de quo eſt textus *in l. pupillus, §. ſed ſi per interpoſitam, ff. hoc tit.* ubi Bartolus & Dd. notant, & ita conſuluit Baldus *in conſ.* 347. *libr.* 4. Rip. *reſponſo* 15. *num.* 11. *lib.* 3.

62 Vnde etiam † officiales iuſtitiæ, dum ſunt in officio, cum ſubditis contrahere regulariter non poſſunt, *l. principalibus, cum gloſſ. ff. ſi cert. pet. l. qui officij, ff. de contrah. empt. Qui* (inquit Modeſt.) *officij cauſa in provincia agit, vel militat, prædia comparare in eadem provincia non poteſt.* Et ſcribit Martianus, *in l. non licet, eodem tit.* eum, qui quid ex officio, quod adminiſtrat, emit, vel per ſe, vel per aliam perſonam, non tantùm rem amittere, ſed & in quadruplum conveniri, ſecundum conſtitutionem Divi Severi & Antonini Imperatorum. Et cur hæc tam diſertè cauta & ſancita fuerint, elegans eſt à M. Cicer. *in Verrina* 6. prodita ratio. *Quæ fuit cauſa*, inquit Cicero, *cur tam diligenter nos in Provinciis ab emptione removerent? Hæc*, Iudices, *quod putabant ereptionem eſſe, non emptionem; cum venditori ſuo arbitratu vendere non licet.* In Provinciis, intelligebant, ſi is, qui eſſet cum Imperio ac poteſtate, quod apud quemque eſſet, emere vellet, idque ei liceret, fore uti quod quiſque vellet, ſive eſſet venale, ſive non eſſet, quanti vellet, auferret. Et officiales iuſtitiæ contrahere non poſſe cum ſuis ſubditis, tradidit quoque Vlricus Zaſius, *in d. l. principalibus.* Quo loco ſcribit, hoc non ſolùm procedere in Rectoribus Provinciarum, aut alijs, qui adminiſtrant provincias, vel civitates, ſed etiam in eorum familiaribus & liberis, ſicut ſunt domeſtici, ſuperiorum Conſiliarij, Cancellarij, Scribæ, ut eos nominat Bald. *in l.* 1. *C. de contract. Iud. & §. hæc autem, l.* 1. *Cod. ſi Rector Provinciæ*, nec quidem Cæſaris Procurator, *l. non licet, ff. de contrah. empt.*

Quinimo extendit hoc & ad milites, qui in exercitu hybernant, vel æſtiva tenent

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

tenent in aliqua civitate, vel provincia. Nam hi, inquit, non poſſunt negotiari, vel navem ædificare, exceptis domibus, ut eſt text. *in l. milites agrum, ff. de re milit.*

Addens amplius, † quod hi officiales, qui vel adminiſtrant prouincias vel 63 milites, qui in exercitu ſunt, in hybernis vel æſtiuis, non poſſunt matrimonia contrahere cum eorum ſubditis prouincialibus vel incolis vel in loco officij; de quo textus eſt notabilis, *in l. ſi quis officium, ff. de rit. nupt.* Nec pater poſſet conſentire filio, vt tale matrimonium contraheretur, *l. qui in prouincia, ff. de ritu nupt.* licet benè filiæ maritum dare, *dict. l. ſi quis officium.* Ne videlicet quoquo pacto protrahantur filiarum nuptiæ, in quibus timor eſt infamiæ & turpitudinis, in ſe genuſque ſuum, & amicos magis, quàm in maſculis, & hanc rationem aſſignat Cynus de eo, qui in prouincia adminiſtrat, *in l. vnica, C. ſi Rector Prouinciæ.* Cæterùm quod dictum eſt, malè ſeruatum fuit apud nos, dum Hiſpani & Angli hîc hybernarent: quia equites, nobiles, & ignobiles fœlicia matrimonia contraxerunt. Et ratio prohibitionis, cur qui in aliqua Prouincia officium adminiſtrat, inde oriundam, vel ibi domicilium habentem vxorem ducere non potuit, prodita quoque fuit à Cicer. *in Verrina 6.* ne videlicet eripere magis, quàm conſenſu parentum amicorumque liberrimo, vxorem ducere videatur ſenſiſſe IC. *in d. l. ſi quis officium.*

Declarantur † quæ dicta ſunt de officialibus iuſtitiæ, vt non procedant, 64 primò; quando paterna eorum à fiſco diſtrahuntur, *l. qui officij, ff. de contrah. empt. l. milites, ff. de re milit.* Et hoc eſt quod alij dicunt non habere locum ſupradictam regulam, niſi officialis emat rem, quæ fuit patris vel anteceſſoris ſui, vt notatur *in dict. l. principalibus.* Et ratio eſt, quia nihil magis proprium eſt filio, quam patris ſucceſſio, *vt in §. igitur, in auth. quibus modis naturales efficiantur legitimi.*

Declaratur ſecundò, † quoad ſponſalia, quæ ſic contrahi poſſunt, vt ſi poſt 65 depoſitum officium mulier nuptias contrahere noluerit, liceat ei hoc facere arrhis tantummodo redditis, quas acceperat, *d. l. ſi quis officium, ff. de ritu nupt.* Nec pugnare † videtur reſcriptum Gratiani, Valentiani & Theodoſij Im- 66 peratorum, quod extat ſub titulo Codicis, *Si Rector Prouinciæ*, vbi expreſsè traditum eſt, ne arrhas quidem inuitam ſponſam, quas acceperat, cogendam reddere. Exiſtimo enim Conſtitutionem Gratiani, Valentiniani & Theodoſij, hac in parte iuri veteri derogare, licet non ſim neſcius acriter ea de re digladiare Interpretes.

Declarantur tertiò, † non habere locum in officialibus perpetuis, & in 67 deputatis ad arbitrium ſuperioris, Iaſon *in d. l. principalibus, gloſſ.* & Cyn. *in l. quiſquis, ff. ſi cert. pet.* & dicit Bald. quod de officiali ad arbitrium ſuperioris diſponitur, idem quod de perpetuo, quia eius officium, quo ad tempus, non eſt certo modo definitum, *l. Iuriſperitos, ff. de excuſ. tut.* latè Gulielmus Benedict. vir ſenatorius, in copioſiſſima repet. *c. Raynutius, verbo, duas habens filias, n.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

filias, n. 47. *& 6. ſeq. extr. de teſtam.* & meminit Soc *reg.* 278. *fall.* 7. *per l. Præſidis, ff. ſi cert. pet.*

68 Declarantur quartò, † eum poſſe emere equos & mulas, non tamen cauſa commercij, quia non debet ire pedes, & ſunt ſimiles alimentis, imo ſunt pars alimentorum, vt notat Paris de Puteo, *in ſuo tractatu, de Syndicatu, in verbo contrahere, num.* 3. *per l. denique, §. idem Labeo, ff. mandati.* Quo loci etiam non procedere ait in eo, qui non habet Iuriſdictionem, id, quod ſentit Iaſon, *limit.* 9.

69 Nec etiam, † quando contrahit palàm bona fide, vel cum auctoritate alterius officialis, gloſſa *in d. l. non licet, de contrah. empt.* licet ibidem Iaſon dicat apud ſe id eſſe dubium. Vel etiam in emptionibus vel donationibus, quæ ad alimoniam vel veſtes pertineat, *d. l.* 1. *C. de contract. Iud.* Iaſon *in d. l. principalibus.*

70 Declarantur quintò, † in vltima voluntate, & ideo Officialis, durante Officio, poteſt hæres inſtitui, & ſibi fieri legatum, *vt in l. non dubium, verſ. poteſtate. C. de teſtamen. & ibi* Bart. & Dd. quam opinionem ſequitur Iaſon *in d. l. principalibus, num.* 2. & eſt textus *in l. milites, §. vlt. ff. de re milit.* cuius hæc verba ſunt: *Milites ſi hæredes extiterint, poſſidere ibi prædia non prohibentur. & in l.* 1. *§. penult. verſ. ed. etſi iure, ff. de falſis.* Vbi licet tutor & curator, nondum reddita ratione, non poſſint contrahere cum fiſco, tamē jure hæreditario poſſunt ſuccedere in fiſcalem contractum Ex quo notat Bart. quod ſi ſit ſtatutum, ne Nobilis recipiat

71 ceſſionem aduerſus popularem, † poterit tamen ſuccedere in actione aduerſus eum, nec incidet in pœnam ſtatuti. Idem ſentit Andr. Barb. *in l. ſi ex legati cauſa, ff. de verb. obligat.* vbi illum textum dicit ſingularem, & eſt pulcher textus *in l. decurio qui, ff. de decur.* cuius etiam hæc verba ſunt: *Decurio, qui prohibetur condicere quædam, ſi iure ſucceſſerit in conductionem, remanet in ea: quod & in omnibus ſimilibus ſeruandum eſt.*

72 Declarantur ſextò, † non procedere in officiali, qui recipit pignus pro obſeruantia & ſecuritate contractus celebrati ante ingreſſum officij, ita tenet Bart. *in l. in quorum, ff. de pignorib.* cuius doctrinam ſequitur Iaſon *in d. l. principalibus, num.* 3. Franciſ. Aret. *in l. Gallus, in §. & quid ſi tantum, num.* 19. *ff. de lib. & poſthum.* Vel niſi contractus fuiſſet confirmatus ſilentio 30. annorum, iuxta con-

73 cluſionem † Azonis, *in ſumma, C. de contract. Iud.* quem ſequitur Matth. de Afflict. *capit.* 1. *§. ſi vero, num.* 18. *de feudis.*

74 Declarantur ſeptimò, † quando contraheret non per ſe, ſed per vniuerſitatem, cui præeſt, *l. cuius, ff. de vſuris.* Vel quando ei conceſſum eſt ex reſcripto Principis, *d. l.* 1. *C. de contract. iud.*

Sed vt vnde digreſſi ſumus tandem reuertamur, non temerè ſtatutum fuit, tutores non poſſe emere rem pupilli, & per conſequentiam non valere donationem, vel aliam diſpoſitionem à minore factam ad vtilitatem tutoris vel curatoris, vel alterius adminiſtratoris, vt eſt tex. *in l. ſi in emptione, §. ſi ff. de contrah. empt.* & eſt gloſſ. *in l. cum ipſe, eod. tit.* quia tutores hoc caſu auctoritatem pupillis præbere debent, & tanquam in re ſua non poſſunt, vt relatum eſt ex *d. l.* 1. *ff. de auctorit. tut.* Tutor enim datus eſt pupillo, vt eum tueatur, non ut eum ſpoliet, *§. tutores, Inſtit. de tutel.*

Quartò,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Quarto, extenditur ſupradicta tertia concluſio, qua dictum eſt, tutorem
poſſe auctorari in rem ſuam, ut procedat, etiamſi pupillus eſſet hæres inſtitu-
tus, & gravatus hæreditatem reſtituere tutori, utique non poſſet † ſine judi- 75
ce, quia non poteſt eſſe auctor in re ſua, *ut in l. 1. §. fuit quæſitum, ff. ad Trebell.*
cum prædicta reſtitutio ſit ad utilitatem tutoris, & in eum tranſeant actiones,
ut in d. l. 1. & per totum *Inſtit. de fideicom. hered.* & ita tenere Dd. *in l. ſingularia,
ff. ſi cert. pet.* refert Nicolaus Bellonus optimus olim Senator Mediolanenſis, &
Lotharingiæ gubernator, patricius Caſalenſis ex Monteferrato, *lib. 3. Supputationum, lib. 14. & 15.* Et quia in hac reſtitutione poſſet eſſe donatio, quia
pupillus poſſet, non retenta quarta, ſuo tutori reſtituere, ob id prohibetur *in
d. l. 1.* Imo ſi reſtitueret etiam cum iudicis auctoritate, & non retineret quartam, poſſet poſtea eam petere, *l. penult. ubi Dd. C. ad Trebell.*

Nec etiam valet acceptilatio facta tutori vel curatori, per pupillum, ſeu al- 76
teri adminiſtratiori durante tutela, etiamſi tutela ſit finita. Sed ex non longo temporis intervallo, licet aliàs facta ex intervallo poſt redditas rationes
ſecùs ſit, cum tunc ceſſet ratio huius regulæ, *argumento legis, Si ventri, de Privileg. credit.* poſſet tamen minor læſus adverſus factam acceptilationem, ex intervallo probata læſione, reſtitui, *per l. 1. ff. de minorib.* ita Petrus Rebuff. *in tract.
de donat. & alijs diſpoſitionib. tutorib. & adminiſtra. factis reprobatis, gloſſ. 2. n. 2.*

Quintò extenditur, quod etiam non valeat donatio pupilli vel minoris
facta tutori, † non ſolum de immobilibus, ſed nec de mobilibus, *ut in l. ſi* 77
ita, ff. de fideiuſſ. & in l. bonorum, ff. de verb. ſignificat. quia auctoritatem in illa
tutores præbere, tanquam in re ſua, non poſſunt. Quod intelligo non ſolùm locum habere in tutoribus vel curatoribus, ſed etiam in alijs, etiamſi
ipſos tutores vel curatores nihil tangat, adhuc non valet ſupradicta donatio,
ut in leg. tutor ad utilitatem, ff. de adminiſtrat. tut. Imo etiamſi tutor in hoc caſu
pupillo præſtiterit auctoritatem, tenetur, *ut in l. 1. ff. de tutel. & rationib. diſtrah.*
Donare † enim eſt perdere, *l. filiusfamilias, ff. de donat.* Si tamen pupillus eſſet 78
ditiſſimus & contractus factus, vel donatio eſſet modicæ quantitatis, utique
valerent, cùm de modicis non curet Prætor, *ut in l. ſcio, ff. de reſtitut. in integ. &
in l. cum plures, ff. de adminiſtrat. tut.*

Sextò † extenditur, ut etiam procedat in ceſſione, quia ceſſio facta per pu- 79
pillum tutori non valet, cum donationis vicem plerumque habeat, *l. penult. &
final. C. mandat.* Idem obtinet in donatione, vel ceſſione facta conſanguineo tutoris vel curatoris, filio fortè aut filiæ, vel nepti tutoris, quia fieret
fraus de perſona ad perſonam, *ut in l. pupillus, §. ſed etſi per interpoſitam, ff. de
adminiſtrat. tut.* & notant Dd. *in l. fraus, ff. de legib. & in l. quæ in fraudem, de reg.
jur. in 6.* optimè Rebuff. *in dict. tract. de donat. gloſſ.* Quo loco ſcribit, quod
licet teſtamentum factum ab adoleſcente poſt 14. annum in maſculo, poſt 12.
in fœmina, ſit validum, *l. qua ætate, ff. de teſtament.* tamen ſi in illo eſt inſtitutus tutor, vel curator, non valebit inſtitutio: quia non liberè † videtur factum, 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

ut decet, ut *in l. 1. de ſacroſanct. eccleſ.* Et ideo ratione eiuſmodi teſtamenti tutor non poterit obtinere hæreditatem, nam per impreſſionem & metum factum cenſetur, *leg. prima, ff. quarum rerum actio non detur.*

81 Septimò extenditur, ‡ ut etiam locum habeat, ſi contractus inter tutorem & pupillum fieret in præſentia amicorum vel iudicis: niſi Iudex ex magna cauſa approbaverit ſupradictum contractum, *ut in l. ſi hominem, ff. mandat.* de quo inferius plenius diſſeretur.

82 Declaratur † ſupradicta concluſio, primò non habere locum, quando tutor vel curator emit rem pupilli, altero tutore auctorante, *ut in l. 4. & 5. in princ. & in §. item ipſe, ff. de auctorit. tut.* Ratio eſt, quia iſti tutores habent auctoritatem dividuam: quod quidem verum eſt, quando ſubeſt magna cauſa, vel quando diviſa eſt adminiſtratio pro regionib. vel ſubſtantiæ partibus, quo caſu ſinguli pro ſuis regionibus vel partibus auctoritatem præſtant, *l. veterem, C. de auctorit. præſt.*

Declaratur ſecundo non procedere, quando tutor prius emit à patre pupilli, quo caſu poteſt ipſe, venditionem exſequendo fundum emptum ſibi ipſi tradere, *l. fiſtulas, §. 1. ff. de contrah. empt.* Andr. Alciat. *in dict. l. ſingularia*, &
83 facit textus *in l. tutor rerum, ff. de adminiſtrat. tut.* quem dicit † Bart. ſingularem & notabilem ad hoc, quod tutor ſe auctore poteſt, veluti in conſequentiam, & ut ita loquar, ſequelam venditionis rei minoris alteri factæ, ſibi rem ipſam retinere, ſi emptor pretium non ſoluit, & tutor de ſuo in utilitatem pupilli convertit: quem etiam textum ad hoc ponderat Roman. *in d. l. ſingularia.* Nec enim videtur hîc ulla nova emptio, ſed tantùm prioris, quæ ritè contracta erat, translatio, ut in rem ſuam non videatur auctor eſſe, cùm agatur de executione alterius contractus, & vacuæ poſſeſſionis, in quibus non requiritur auctoritas Præſidis, *ut in l. 1. C. quando decreto opus non eſt*, ut optimè tradit Franciſ. Bald. *Inſtit. de auctorit. tut. in verbis, quia ipſe*, ſibique ipſis poterunt tutores vel curatores propria auctoritate ſatisfacere, *l. quoties, §. ſicut autem, ff. de adminiſtrat. tut.* & hoc faciet de rebus, quæ ſervando ſervari non poſſunt. De pecunia namque ad prædiorum emptionem deſtinata, ſibi ſolvere non poſſunt: quia inter immobilia computantur, juxta doctrinam Ludovici Romani *ſing. 104. Tu habes.* Et quando volunt in immobilibus ſibi ſolvere, facere hoc non debent propria auctoritate, ſed judicis adhibendum non eſt decretum, gloſſ. *in l. tutor, in fin. ff. de fideicom.* & notant Dd. *in d. l. ſingularia*, de qua quæſtione ſuo plenius dicemus loco.

84 Declaratur tertiò, quando † pupillus maior factus contractum approbaverit, ut *in l. Pupillus, & in §. item ipſe, ff. de adminiſtrat. tut. l. fin. C. ſi maior factus.* Quo quidem caſu valent contractus ex tempore approbationis, & non ante. Cùm enim à principio fuit nullus, ob id non poteſt conualeſcere, *ut in l. quod*
85 *initio, ff. de reg. iuris.* Vel quando † ex contractu reſultaret commodum pupillo, quia cum fuit introducta regula, favore pupillorum, ne decipiantur, & bonis ſuis priventur, igitur in favorem ipſorum valebit, *ut in §. 1. Inſtit de auctorit.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

ſcrit. tutor. Vnde etiam non habet locum in ſubſtitutionibus pupillaribus, utpote, quæ non fiunt à pupillis tutoribus, ſed magis ex proviſione patris, quàm filij, *l. patris & filij, ff. de vulg. & pupill.* & ideo ſubſtitutio pupillaris cenſetur potius eſſe diſpoſitio teſtatoris, quàm filij pupilli, *l. Papinianus, §. ſed neque impuberis, C. de inoffic. teſtamento.*

Declaratur quartò, ut locum † non obtineat, quando autoratur bona fide 86
inſequendo præceptum teſtatoris, quia per præceptum ſive diſpoſitionem teſtatoris, videtur tutor feciſſe bona fide quicquid fecit, ut in materia continuatæ ſocietatis pulchrè reſpondit Dec. *conſ.* 441. *num.* 6. *arg. l. qui à patre, ff. de confir. tut. & in l. utilitatem, ff. eod. titul.* & ita in terminis in ſimili naſu ſcribit Soc. *in conſ.* 87. *in præſenti conſultatione*, & quando quid bona fide factum ſit à tutore, etiam in facto proprio potuit auctoritatem præſtare, *l. cum ipſe, C. de contrah. empt. l. non exiſtimo, ff. de adminiſt. tut.*

Declaratur quintò, ut etiam non procedat, quando tutor ſe facit debito- 78
rem pupilli, accipiendo pecuniam pupilli mutuo, per text. *in l. quoties, §. non tantum, ff. de adminiſtrat. tut.* ubi dicitur, quod tutor ſcibere poteſt ſe debitorem pupilli, & per ſcripturam de mutua pecunia obligari poteſt. Cum enim in hoc non tractetur de præiudicio pupilli, ideo obligatio pupillo acquiri poteſt, *Inſtit. de auctor. tut. in princ.* & hoc non videtur ſpeciale in ſcriptura ex cauſa mutui, ut quidam exiſtimant. Quia idem eſſet in alia ſcriptura ex alia cauſa facta, quia hoc reſpicit favorem & utilitatem pupilli, ut optimè explicant Dec. *in d. l. ſingularia, num.* 8. *& ibi* Alcia. *num.* 30. ubi gloſſ. expreſsè dicit; Tutorem qui confitetur ſe habuiſſe & recepiſſe pecuniam pupilli ante biennium, non poſſe exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere, quod & ibi Iaſ. & Dd. notant: quia non videtur ipſe feciſſe ſcripturam ſpe futuræ numerationis, prout in aliis creditoribus, & ſic in ſcriptura ex cauſſa mutui tutor videtur obligari efficaciter, remota exceptione non numeratæ pecuniæ, Ludou. Rom. *in l. ſub ſpecie, num.* 8. *ff. de poſtul.* Quod tamen intelligendum eſt, 88
quando tutor caperet pecuniam palàm, & bona fide, *ut in l. non exiſtimo, & ibi gloſ. in verb. & cauit, ff. de adminiſt. tut.* alloquin incideret in pœnam, ut ibi dicit gloſſ. & *in l. ſi tutor, ff. de tutel. & ration. diſtrah.* & ſic poteſt tutor accipere pecuniam pupilli mutuo à contutore, vel à ſeipſo palàm & bona fide, & non clam, & hoc eſt quod Juriſconſultus ait *in d. l. non exiſtimo*, multum referre palàm aperteque debitorem ſe, ut extraneum, & quemlibet, faceret pupillo, an ſub adminiſtratione tutelæ, pupillique utilitate latenter ſua commoda pupilli inhiaret, quia qui malè agit, odit lucem, *ut in c. conſuluit, cum gloſſa ſuper verbo, odit lucem, Extr. de officio delegati*, & qui fugit lucem, hunc tenet ſuſpicio delinquendi.

Declaratur ſextò, ut non habeat locum, quando tutor contraxit cum pu- 89
pillo palàm & bona fide, iuxta *d. l. non exiſtimo.* Cæterum apud iurium Interpretes cõtingit dubitari, utrum tutor poſſit interponere auctoritatem in ſui beneficium in cõtractu ultro citroq; obligatorio, celebrando palàm & bona fide,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

qualis eſt Tranſactio. Et licet videatur dicendum magis communem opinio-
90 nem † eſſe, quod talis contractus valeat: tamen veriorem puto contrariam opinionem, quam tenent Ioannes Imola, optimus legum interpres, Ludovicus Romanus, Socinus & Iaſon *in l. 1. §. fuit quæſitum, ff. ad Trebell.* pro qua opinione eſt fortiſſimus textus, *in l. Pupillus, §. item ipſe tutor, ff. de auctorit. tut.* ubi dicitur, quod tutor non poteſt emptoris & tutoris officio fungi: unde emere poteſt, ſi contutorem habeat, cuius auctoritas interveniat, ſubdit tamen quod ſi mala fide fiat, non valeat. Igitur, ut dicit Socin. *in d. §. fuit quæſitum*, duo requiruntur copulativè, quod fiat auctore contutore, & bona fide, & ſic non ſufficere bonam fidem. Vnde pulchre & ſubtiliter ſubdit Socinus, quod tutori ementi à pupillo tria obſtant. Primò prohibitio generalis, ne poſſit emere à pupillo, obſtante *l. ſi in emptione, §. fin. ff. de contrah. empt.* Secundò, quando interveniret fraus, *ut in d. §. item ipſe tutor.* Tertiò, quando deficeret auctoritas contutoris, & ſic ſolemnitas, ut in eo textu, ſed quando contractus fit bona fide, licet tollatur primus & ſecundus defectus, non tamen tollitur tertius, ſcilicet auctoritatis & ſolemnitatis, quia ſua auctoritas non operatur, ex quo nonpoteſt & emptoris & tutoris munere fungi.

91 Ex quibus † infertur, quod text. *in l. cum ipſe, Cod. de contrah. empt.* neceſſariò debeat intelligi, quando intervenit auctoritas contutoris, licet aliqui dicant alternatiuè vel judicis, ſed male. Et quod iſta opinio ſit vera, comprobatur inevitabili fundamento, cui non poteſt reſponderi, nempe quando pupillus alienat aliqua bona immobilia in extraneum cum auctoritate tutoris, requiritur etiam decretum judicis, *ut in l. magis puto, ff. de rebus eorum, qui ſub tutela.* Quomodo ergo tutor poſſit emere à pupillo cum ſolo iudicis decreto. Cum enim extraneus non poteſt emere cum judicis decreto ſine tutore, multo minus poterit tutor ſine contutore, quando nulla prohibitio generalis ſit, quod extraneus non poſſit emere à pupillo, prout eſt, quod ipſe tutor non poſſit emere à pupillo, ut clarè dicit textus, *in dict. l. ſi emptione, §. final.* Quare fatendum eſt, quod textus *in d. l. cum ipſe*, dum vult tutorem poſſe emere à pupillo palàm, & bona fide, quod debet intelligi, quando intervenit auctoritas tutoris, ut dicit textus, *dict. l. cum ipſe tutor*, ne melioris ſit conditionis tutor emens à pupillo, quàm aliquis extraneus, & pro iſta opinione eſt textus inevitabilis, *in dict. §. fuit quæſitum*, ubi reſtitutio hæreditatis, cum auctoritate iudicis non poteſt fieri tutori in præjudicium pupilli, niſi interveniat alius contutor. Sed an tutum ſit à magis communi opinione recedere, doctioribus cogitandum relinquo.

Et quia de contractu palàm & bona fide à tutore cum pupillo celebrato, facta eſt mentio, non inutile viſum eſt inveſtigare, quando dicatur tutor contrahere cum pupillo palàm, & bona fide, maximè ob contrarias ſcribentium opiniones. Sunt enim qui exiſtimant communem eſſe ſententiam, quod ſola iudicis auctoritas faciat, quod dicatur contractus factus palàm, & bona fide, ita Bart. *in l. frater à fratre, ff. de condictio. indeb.* Imola *in d. §. fuit quæſitum*,

quæſitum, & Alex. *in l. tranſactione, C. de tranſact.* Verùm gloſſa, cuius maxima
eſt auctoritas, *in l. Pollæ, C. de his, quib. vt indign.* requirit, vt contractus † di- 92
catur fieri palam, & bona fide, conſenſu matris, & agnatorum pupilli, Et
ſic magis in eo credendum eſt Gloſſæ, quam Bartolo, cum qua Gloſſa tran-
ſeunt communiter ſcribentes, maximè data aliquali læſione † rerum pupil- 93
larium, quas tutor melius debet curare, quàm ſuas, *l. tutor, qui in dignitate, §. 1.*
ff. de adminiſtrat. tut, niſi res ſua ſit precioſior vel par, quo caſu eſt locus gra-
tificationi, iuxta gloſſ. & Bartol. *in l. ſi vt certo, verſ. quod verò, ff. commodati.* 94

Declaratur vltimò, † quod ſi tutor nobilis palàm per interpoſitam perſo- 95
nam. ſeipſo auctoritatem præſtante. rem pupilli emat, non preſumitur fraus,
& valet emptio; ſecus ſi alius tutor idipſum faceret; tunc enim vt ſupra dictum
eſt, fraus præſumeretur, nec valet emtio, per text. *in l. pupillus, §. ſed etſi per in-*
terpoſitam perſonam, verſ. ſanè ſi quidam emit, ff. de auctorit. tut. quam ſic intelligit
Cæpol. *in tract. de Imper. milit. delig. in materia nobilitatis, in 17. priuileg.* & Ioan.
Lup. *in repetit. rubricæ, de donat. inter virum & vxorum, charta* 4: quod eſt ſingu-
lariſſimum, ſi eſt verum.

Quarta concluſio ſuccedit: † nempe pupillum ſine tutore conditionem ſu- 96
am meliorem facere poſſe ſibi ſtipulando, accipiendo; deteriorem verò non,
niſi cum tutoris auctoritate, vt eſt text. *Inſtitut. de auctorit. tut. in prin. l. obli-*
gari, §. pupillus, ff. eodem. Vnde colligi poteſt, quod ipſis quidem pupillis omnia
vtiliter dantur, ipſi autem alijs dando, non obligantur abſque tutoris aucto-
ritate.

Et hinc primò infertur, quod pupillus, † qui ſine tutore aliquid vendidit, 97
fidem emptori ſeruare non teneatur, *l. Iulianus, §. ſi quid à pupillo, ff. de act. empt.*
Sed tamen rem illam recuprans non debet pretium lucrari cum emptoris in-
iuria, *l. vlt. C. de vſucap. pro empt.* hoc eſt quatenus locupletior apparet.

Quò etiam pertinet, † pupillum ſine tutore commodato † non obligari, 98
l. in commodato, §. ſicut autem, ff. commodati. Nec nouum opus nuntiare, *l. de pu-* 99
pillo, ff. de operis noui nuntiat. Nec alienare vel manumittere etiam tutore au-
ctore, *l. obligari, de auctorit. tut.* Plus dico, ſine tutoris auctoritate non obligari
eum naturaliter, *l. pupillus, ff. de act. & oblig, l. quod pupillus, ff. de condict. indebiti,*
licet alij textus oſtendant, pupillum ſino tutore † obligari naturaliter, *l. 1. ff.* 100
de nouat. l. ſi eius pupill. ff. ad Trebell. l. ſi pupillus, ff. ad leg. Falcid. Ad quarum legum
† conciliationem ſic dici poſſe exiſtimo, vt ſi non fiat locupletior, non obli- 101
getur naturaliter; ſin verò ‡ fiat locupletior, obligetur naturaliter, *l. naturaliter,* 102
§. vlt. ff. de condict. indebiti. Idque maximè procedit in infante, vel proximo
infantiæ, cum in eo deficiat materia, ex qua cauſatur obligatio, id eſt
conſenſus, ita in additionibus ad Portium, *num. 5. litera D. Inſtitut. de auctorit.*
tut. pulchrè Decius, *in l. pupillus, nu. 3. ff. de reg. iuris*, Angel. *in §. 1. num.*
6. vbi ſubdit, etiamſi ad eum aliquid peruenit. Quo loco tamen ſcribit eum
teneri condictione ſine cauſa, vel ad exhibendum, licet non teneatur actione
ex contractu. Amplius, etiamſi proximus pubertati promittat tutori ſuo, cùm
Ii 3 lex reſiſtat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

lex reſiſtat, ut dicit Port. *d. num.* 5. & Angel. *d. num.* 6. niſi tamen locupletior fuiſſet factus. Et reſcriptio tamen Divi Pij, ex naturali obligatione utilem actionem in pupillum liberum hominem dari conſtat, *l. pupillus, ff. de auctor. tut. l.* 3. *ff. commodati.* Opus ſiquidem fuit reſcripto: quia ex naturali obligatione non datur actio, & ob id illa etiam non directa, ſed utilis dicitur. Cæte-
103 rùm † pupillus major, minor tamen 25. annis, non habens curatorem, obligatur naturaliter & civiliter, ſed læſus reſtituitur, ut dicit Portius, *dict. num.* 5. Addens ibidem, habentem curatorem ſe obligantem, ſine eodem obligari naturaliter, eamque eſſe communem opinionem, † & promittentem auctore
104 tutore ſuper re, quæ non poteſt alienari ſine decreto, non obligari civiliter, nec naturaliter. Id quod & Angelus *in* §. 1. *num.* 6. ſentit. Porrò non poteſt quoque contrahendo ſe obligare alteri, §. *pupillus, Inſtit. de inutilib. ſti-*
105 *pulat.* Et cum eo contrahens † dicitur eſſe in mala fide. Dec. *in l. non omnis,* §. *ſi pupillus, num.* 1. *ff. ſi cert. pet. per l. ſi à quolibet, ff. pro empt.* ubi dicit hoc eſſe regulare.

Etiam impubes in poteſtate, patre auctore, non obligatur, qui tamen tutore, auctore obligatur, §. *pupillus, verſ. ſed qui in poteſtate conſtitutus, Inſtit. de inutil. ſtipulat. l. ultim.* §. *primo, de verborum obligat.* ubi Caius ait; Pupillus, licet ex quo fari cœperit, rectè ſtipulari poteſt, tamen ſi in parentis poteſtate eſt, perinde ac paterfamilias obligari ſolet. Quod autem in pupillo dicimus, idem & in filiofamilias impubere dicendum eſt, *dict.* §. 1. nec obſcura diſcriminis ratio eſt inter patrem & tutorem. Nempe quod non pertineat ad obligationes contrahendas patris poteſtas, ſicut tutoris auctoritas.

Amplius impubes non ſolvit nec reſtituit, *l.* 1. §. *fuit ad Trebell.* de quo latius ſuo diſſerimus loco, & ſi ſolvit, poteſt repetere, *l. quod pupillus, ff. de condict. indeb.* Nec ei impuberi ſolvitur, Cuia. *in l. puberes, de verb. obl.*

106 Nec eius † interpellatione perpetuatur obligatio, niſi interpelletur tutore auctore, Cuiacius *dict. loco*, & per talem interpellationem moram non faciat, niſi fiat tutore auctore, *l. ſi dictum,* §. *ult. de euict. l. ſi ex ſtipulat, ff. de verb. oblig.*

Nec navem exercere poteſt, *l.* 1. §. *exercitorem, ff. de exercit. act.* quo loco IC. ait, ſi pupillus navem exerceat, exigi tutoris auctoritatem.

107 Secundò infertur, † pupillum ſine tutoris auctoritate hæreditatem adire non poſſe: quia non poteſt facere actum, ex quo damnoſæ obligationis periculum reſultare poteſt, etiam ſi ſpes aliqua commodi affulgeret, ut adire hæreditatem, §. 1. *inſtit. de auctorit. tut.* & in Franciſ. Balduin. *in verbis, neque tamen,* pulcher textus *in l. cum in una, de appellat.* & ita reſpondit Nicol. Bellon. de ma-
108 jore infante, *conſ.* 24. *num.* 16. ubi dicit eam † opinionem eſſe communem ex Socino, *conſ.* 89. & Bartolo *in l. infanti, C. de iure delib.* & Dd. *in l. bonorum, C. qui admitti*, quos refert Ioan. Bapt. à Villalobos *in ſuis communibus opin. ſub lit. H. num.* 38. Et hoc ideo diſpoſitum eſt, ne pupillus aliquod damnum ſentiat, *dict.* §. *neque tamen.* Nam etſi quandoque hæreditas lucroſa videatur, apparet nihilo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

nihilominus tractu temporis damnoſa, propter grande æs alienum emergens,
ne occaſione lucroſæ hæreditatis damnoſam adeat. Unde contingit hæredes
plerumque ambiguos eſſe, utrum adeant hæreditatem nec ne, cum manifeſti
iuris ſit, hæredem ſuccedere in univerſum ius, hoc eſt in onere & in honore,
l. hæreditas, ff. de reg. iur. Nec minus dicitur hæreditas illa, quæ nullum cor-
pus habet, vel quæ iurgia, ablationeſque expaueſcit, quàm quæ locuples, pe-
cunioſa, divitiarumque plena eſt, *l. hæreditas, ff. de petit. hæred.* Vnde fit, quod
ille, qui ſi non in actu, ſaltem in potentia habet in bonis, & ille cuius bona
exhauſta ſunt ære alieno, & ille qui undique litibus † & iudicijs vexatur, poſ- 109
ſit facere teſtamentum, teſte Baldo, *in authen. ſed cum teſtator, C. ad leg. Falcid.*
& voluerunt Bart. & alij, *in rubr. de acq. hæred.* cùm nec inopia, nec contra-
ctus, nec lis huic rei eſt impedimento, *l. ſi quæramus, cum ibi notatis, ff. de teſta-
mentis.* Nec per hoc exonerabitur hæres, tametſi mille ſint onera hæreditaria,
ſi temerè & imprudenter adiret hæreditatem, *l. moræ, & ibi communis ſchola ſcri-
bentium, ff. de acquir. hæred. & in l. quæ dotis, ff. ſolut. matrim.* Qua quoque † de 110
cauſa Innocentius Canoniſtarum Princeps, *in c. cum P. tabellio*, verè dixit,
quod hæreditatis ſucceſſio eſt monſtrum & portentum iuris civilis, quippe
cum unum repente bonis facultatibuſque augeat, & beatum reddat, alium
contrà bonis exuat inopinanter, atque ad extremam paupertatem rerumque
omnium indigentiam, ut lippis & tonſoribus notum eſt. Nam ſicut defun-
ctus teneretur ſatisfacere: ita & hæres eius tenetur, qualiſcumque ſit ætatis,
ſexus, conditionis, *l. poſtulante, ff. ad Trebell.* Hæres ſiquidem & defunctus ſunt
una eadem perſona, & in omnib. hæres repræſentat perſonam defuncti, qui
ſimulatque adivit hæreditatem, ſe ſponte ſua, quaſi contraxerit, obligavit
irrevocabiliter, *l. 4. §. hæres, ff. de act. & obligat. l. 3. §. fin. cum l. ſeq. ff. Quibus
ex cauſis in poſſeſſionem eatur.* Plus dico, † quod hæres adeundo non tantùm dicitur 111
contrahere cum creditoribus & legatariis, verùm etiam cum defuncto: cu-
jus voluntatem & actum pleniſſimè confirmavit ſua aditione, gloſſ. *in l. his
conſequenter, §. 1. ff. famil. erciſc.* Angel. *in tit. de teſtam. gloſſ. ult.* Adde quod pu-
pillus non intelligit cauſam ſuæ aditionis, quam intelligere debet, *l. is poteſt,
ff. eodem*, & ab eo ipſo cognoſci non poteſt: quia pupillaris ætas, quicquid
videt, ignorat, ut dicit Imperator Iuſtinian. *in §. præterea, Inſtit. quibus non eſt
permiſſum facere teſtamentum, & facit l. pupillus, ff. de acquir. hæred. & l. 1. C. de falſa
moneta.* Intereſt etiam, ne pupillus incommodo litium & ſumptuum affice-
retur in exigendis nominibus, *l. de minoribus, ff. de minoribus*, ut tradit Portius
diligens interpres, *in d. §. neque, num. 7.* ubi plures rationes adducit, quas bre-
vitatis amans omitto.

Qua etiam de cauſa non poteſt capere pignus, propter metum † pignora- 112
titiæ actionis, *l. pupillo, de pignor. actio:* quamvis pupillus contrahendo condi-
tionem ſuam meliorem facere poſſit ſine tutore: non poteſt tamen hæredita-
tatem delatam conſequi: cuius rei rationem non addit Iuſtinianus, ſed eam

puto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

puto hanc eſſe; Quod contractuum cauſa commodè dividi poſſit, hæreditatis verò non poſſit, quia referat perſonam, defuncti & tam onera, quàm commoda contineat. Quam rationem tradit Port. *num.* 1. & ibi Apoſtill. *in additionibus, ſub lit.* E. *idem nu.* 7. *Inſtit. de auctorit. tut.* utpote, quia non intellexit cauſam adeundæ hæreditatis, ut dicit Dec. *in l. bonorum* 7. *lectione* 2. *num.* 7.8.9. C. *qui admitti*, Vel, ut inquit Angel. *in d.* §. 1. *nu.* 7. quia non habet diſcretionem, nec agnoſcit cauſas.

113 Hinc etiam † non obligatur ex conſtituta pecunia, licet hac ratione non faciat conditionem ſuam deteriorem, *l.* 1. §. *de pupillo, ff. de conſtit. pecun.*

114 Vnde quoque filiusfamilias non poteſt adire hæreditatem † acquirendo patri ignoranti, ne pater ignorans ſimul obligetur ære alieno, quod non poteſt ſeparari ab hæreditate, *l. acquiritur, ff. de acquir. hæredit.* Et debet eſſe talis tutor, qui gerit vel gerere poteſt, etiamſi non gerat, *l. pupillum, ff. de acquir. hæred.*

Et procedunt etiam prædicta, ut pupillus eam non poſſit adire, etiamſi lo-
115 cuples videatur, lucroſa ſit, vel opulenta. Quia † ſemper ſubeſt periculum vel negotiorum, vel vexationis, vel æris alieni, & plerumque plus damni ad-
116 fert, quam lucri, *l. ſi hæreditate, ff. mandati*, ita Port. *d. num.* 7. ubi dicit † eam eſſe communem opinionem poſt Cyn. Bald. & Salicet. *in l. quod favore, C. de legibus*, tenent Bald. & Iaſ. *in l. potuit, C. de iure delib.* & Dd. *in d.* §. *neque*, ubi eſt bonus textus, uti quoque eſt optimus textus *in l. obligari*, §. *pupillus, ff. de auctorit. tut.* Quamvis non ſim neſcius alios eſſe, qui exiſtimant pupillum ſine tutore adire opulentam hæreditatem poſſe; ut Angel. Caſtrenſ. & Alex. *in l. ſi quis mihi bona*, §. *ſi ſervus, ff. de acquir. hæred.* Iaſon *in d. l. potuit*, ubi dicit hoc procedere in pupillo proximo pubertati, & qui intelligit quod ipſe facit. Ubi
117 ſimiliter † dicit intereſſe inter hæreditatem locupletem & opulentam, quæ ſine vexatione adfert opes, ut illam non poſſit pupillus ſine tutore adire, hanc poſſit.

118 Quò ſpectat † quod reſpondit Angelus, *conſ.* 317. nempè quod ſtante ſtatuto, quod mulier non poſſit contrahere vel ſe obligare ſine conſenſu propinquorum, poterit tamen non obſervata tali ſolemnitate, adire hæreditatem opulentam, nullis debitis obnoxiam, & ita tradit *in l. mutum, ff. de acquir. hæred.* ubi illum ſequuntur Imola, Raphael Cuman. & Caſtrenſ. qui ita dicit ſe conſuluiſſe Florentiæ.

119 Id quoque † de filiofamilias prohibito contrahere, vel ſe obligare ſine conſenſu patris, ut poſſit tamen adire hæreditatem opulentam, reſpondit Fulgoſ. *conſ.* 75. & Alex. *conſ.* 234. *lib.* 6. Idem placuit Caſtrenſ. *conſ.* 91. *lib.* 1. Roman. *conſ.* 394. Dec. *conſ.* 331. *& conſ.* 532. Alcia. *in l. Labeo, ff. de verborum ſignificat.* & Socin. *conſil.* 7. *num.* 10. *lib.* 4.

120 Adde † quod nec tutor poteſt adire per ſe, abſque ſcientia pupilli majoris infante, ut dicit Port. *in dict.* §. 1. *num.* 7. *& ibi in addit. lit.* D. *per l. potuit, C. de iure delib.* & ita reſpondit Nicolaus Bellon. *conſ.* 24. *num.* 16. Quo loco atteſta-
121 tur eſſe communem opinionem. Ratio eſt, ‡ quia cum intelligit in eius perſonam,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

ſonam, fundari debet aditio, & tutor tantum auctorari, ut tradit Ioan. Baptiſta Villalob. *in ſuis communib. opin. ſub. lit. H. num.* 38. cùm ait, hæreditatem adire hæres non poteſt, ſed ſolùm pater aut tutor: Aut eſt maior infante, & tunc minor ſine tutore, nec tutor ſine minore adire poteſt, ubi eam quoque communem dicit ex Socino, *conſil.* 89. & Bart. *in l. infanti*, *Cod. de jure deliber.* ut & ſuprà diximus.

Tertiò infertur, † nec pupillum ſolum poſſe agnoſcere bonorum poſſeſſio- 122
nem, quia ſolus obligari non poteſt, ut eſt text. *in l. more*, *ff. de acquir. hæred &* *in §. neque*, *Inſtit. de auctorit. tut.* ubi dicitur, quod pupillus non poteſt hæreditatem adire, neque bonorum poſſeſſionem petere; quamvis lucroſa ſit, & nullum damnum habeat. Angel. *d. §.* 1. *num.* 7. at tutorem ſolum pro pupillo
poſſe agnoſcere bonorum poſſeſſionem, ut tenet Alex. *per text. in l. ſervus*, *§.* 123
impubes, *ff. de bonor. poſſ.* ubi tutor & pater æquiparari videntur. Vnde ſicut pater ſolus agnoſcere poteſt, *ut in l. ſi infanti*, *ff. de iure delib.* ita pater & tutor, ut tenet
Iaſon, *in l. bonorum* 7. *C. qui admitti.* & ea eſt † communis opinio, pro qua fa- 124
cit etiam textus *in d. l. bonorum*, dum dicit, *pupilli nomine.* Et ratio eſt, quia tales habent plenam & liberam adminiſtrationem in rebus minorum; & idcirco dicuntur habere à lege mandatum cum libera, ſecundum gloſſ. *in l. mandato generali*, *de Procurat.*

Declaratur tamen † hæc tertia illatio, quod ad pupillum attinet non pro- 125
cedere primò, quando non remaneret obligatus; ut quia alteri debet reſtituere, quo caſu ſolus pupillus adire poteſt, ut dicunt Angel. & Caſtrenſ. *in l.* 2. *ff. de except.* & ita reſpondit Alex. *conſ.* 234. *lib.* 6. Anton. Corſet. *in ſingul. verbo*, *pupillus*, Dec. *conſil.* 331. Socin. *conſ.* 80. *num.* 10. *lib.* 4.

Declàratur ſecundò, † quando pupillus eſſet filiusfamilias major infante, 126
aliàs minor 14. annis, ſi pater ille recuſat conſentire: eo ſiquidem caſu ſolus poteſt adire, vel bonorum poſſeſſionem agnoſcere, ut eſt caſus ſingularis, de quo miratur ſubtilis Baldus *in l. finali*, *§. ſin autem in ſecunda ætate*, *Cod. de bonis*, *quæ lib.* & ratio traditur ibi per gloſſam. Quia exiſtenti in poteſtate patris tutor dari non poteſt, *l. final. Cod. de curat. furioſi*, licet ea ratio aliis non placeat, eo quòd quando pater non vult adminiſtrare, tutor ad unum actum dari poteſt,
l. cum in una, *§. tutor*, *ff. de apellat.* ita Jaſon *in d. l. bonorum* 7. Et eam eſſe † recep- 127
tam Doctorum ſententiam, atteſtatur Dec. cum Mol. *in d. l. bonorum* 7.

Declaratur tertiò, † non procedere ſtante ſtatuto, quod ſolus pupillus adi- 128
re poteſt, ita Angel. *in d. l. more*, quem refert Alexander *in d. l. bonorum.*

Quod tamen limitatur † dupliciter ſecundum Dd. *in d. l. bonorum*, puta pri- 129
mò, dummodo ſit pupillus doli capax, alias eſſet defectus naturalis, ſuper quo diſpenſari non poteſt, ut notant Baldus & Alexan. ibi, ubi hac uti volunt conſideratione, nempe, quod aut ſtatutum diſponit, quod pupillus obligetur mediante aliquo facto ſuo, in quo judicium rationis requiratur, & benè procedit, quod dictum eſt: quia defectus naturalis à ſtatuto ſuppleri non poteſt,
ut eſt text. *in l. fin. ff. de milit. teſtamen.* Aut † ſtatutum diſponit, quod aliquo 130

caſu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

caſu immediatè obligetur, & tunc videtur ſtatutum valere, etiamſi infans ſit pupillus: quia à lege ſive à ſtatuto, abſque eius conſenſu obligatur, prout ſtatutum fuit in ſuis hæredibus, §. 1. *Inſtit. de hæred. qualit. & differ.*

131 Cæterùm ‡ in dubium revocatur, an ſolus pupillus agnoſcere poſſit, quando tutore caret, & copia Iudicis haberi non poteſt; Et quamvis me non fugiat, quoſdam in ea eſſe opinione, ut exiſtiment, his duobus concurrentibus eum agnoſcere poſſe, ſecundum Romanum *in l. de pupillo, & ibi gloſſam, in verbo, habebitur, ff. de oper. novi nuntiat.* verius tamen eſt non poſſe. Et ideo illa gloſſa

132 † communiter ab Interpretibus, *in d. l. bonorum*, reprobatur, idque per Regulam, quæ dictat; In bonorum poſſeſſione præſentiam iudicis requiri; &, ſi copia iudicis non habeatur, debere recurri ad decuriones, *l. ubi abſunt*, & ibi Bart. tradit, *ff. de tut. & cur. datis ab his.* Quamvis gloſſæ opinionem ſaluari poſſe quidam exiſtimant, puta, quando eſſet periculum in mora, quo quidem caſu iuris ordo relaxari ſolet, *leg. de pupillo, §. ſi quis rivos, ff. de oper. novi nuntiat.*

At pupillus ſuus hæres, qui ipſo iure hæres eſt, ſe poteſt immiſcere ſine tutore hæreditati paternæ, in qua minus eſt periculi, *l. in ſuis, ff. de ſuis & legit.*

133 Quia non obſtante † immixtione, habet beneficium abſtinendi, niſi tamen pubes fuerit, utpote, qui poſt immixtionem non poteſt abſtinere; minor tamen 25. annis reſtituitur, ut explicat Caius *in l. neceſſarius, ff. de acquirend. hæreditate.*

Quartò infertur, pupillum ſine tutoris auctoritate infra 14. annum non

134 poſſe contrahere ſocietatem, ut habetur *in l. 1. ff. pro ſocio.* Quia quicquid, videt, & quicquid audit, ignorat, *l. fin. ff. rem pupilli ſalvam fore.* Pulchrè Alex. *conſ.* 49. *nu.* 1. *lib.* 1. ubi hanc tradit rationem, nempe quod contractus ſocietatis ultro citroque ſit obligatorius, *l. ſocietates contrahuntur, §. fin. ff. pro ſocio*, Dec. *conſ.* 21. *num.* 1.

Et hoc procedit, non ſolùm in ſocietate expreſſa, ſed etiam tacita, ut illa

135 non poſſint intelligi † contracta cum pupillo ex promiſcuis & ſocialibus actibus, ut firmat Bartolus *in l. Titium & Mævium. §. alterum, ff. de adminiſtrat. tut. & in l. ſi patruus*, & ibi etiam Bald. *Cod. communia utriuſque Iudicij*, & Angel. *conſ.* 93. *incipiente, quod autem ſi fratres*, & Baldus *in l. cum oportet, C. de bonis, quæ lib.* ubi inquit: *Quod ſi unus ex pluribus fratrib. eſt pupillus, non præſumitur inter fratres contractam eſſe ſocietatem, ex quo unus erat pupillus, qui negotiari non poterat*, optimè Corn. *conſil.* 213. *lib.* 3. Dec. *conſ.* 556. Angelus *conſ.* 60. *morte dicti filij*, Aymo Crauet. *conſil.* 286. *numer.* 1.

Maximè inter pupillum † & tutorem, ut reſpondit Dec. *conſ.* 442. *num.* 33.

136 & meminit Alex. *d. conſ.* 49. ubi dicit hoc eſſe verum, etiamſi de utilitate pupilli tractetur, quod videtur fortius, *per l. obligari, ff. de auctoritat. tut.* licet id aliis diſpliceat, quos refert Socin. *conſ.* 160. *num.* 12. *lib.* 1.

Declaratur hæc quarta † illatio non procedere, quando pupillus poſt fini-

137 tam ætatem pupillarem ratificavit talem ſocietatem; eo ſiquidem caſu validatur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

validatur ſocietas iſta, interveniente ratihabitione, ita Alex. *dict. conſ.* 49. & Socin. *d. conſ.* 160. *num.* 13. *lib.* 1. & Aym. Crauet. *d. conſ.* 286. quos refert Franciſ. Viv. *in ſuo tractat. commun. opin. in verbo, pupillus.*

Declaratur ſecundo, † quando acceſſit auctoritas patris eiuſdemque tutoris, 138
qui renovare poteſt ſocietatem, ut notat Bald. *in addit. ad tract. Bart. de duob. fratrib.* & Alexan. *in conſ.* 49. *maturè ponderatis, lib.* 1. *& in conſ.* 132. *perlectis, lib.* 5. poſt Bald. *in l. mandatum, C. mand.* ut eos refert Dec. *dict. conſ.* 441. ubi ſublimitat, quando auctoraretur in facto proprio per regulam, quæ habetur *in l.* 1. *ff. de auctorit. tut.* Niſi tamen auctoraretur in facto proprio bona fide, inſequendo ſcilicet diſpoſitionem teſtatoris, *argum. l. qui a patre, ff. de confirm. tut. & in l. utilitatem, eodem titul.* vel palàm & bona fide, ut reſpondit Socinus, *conſ.* 160. *num.* 15. *lib.* 2. ubi hoc dicit eſſe receptiſſimum.

Declaratur tertiò, quando majores facti adhuc ſimul vixerunt per plures annos, Dec. *conſ.* 21. *num.* 1. per ea, quæ † tradit Bart. *in l. Titium & Mævium, §. altero, ff. de adminiſtr. tut.* 139

Declaratur quartò † non procedere, quando patre mortuo, utuntur eiſdem miniſtris, tutore tacente: quo caſu ſocietas per mortem patris finita cenſetur renovata, ut notat Baldus, *in d. l. mandatum, Cod. Mandati.* quem refert Decius, *conſ.* 548. *num.* 2. Idem placuit Soc. *conſ.* 87. *nu.* 16. *lib.* 1. ubi loquitur, quando palàm & per inſtitores patris continuata fuerit ſocietas. 140

Declaratur quintò, † quando tutores vel curatores ſciunt & tacent, cenſeturque eadem renovatio facta ſub eiſdem qualitatibus, quibus fuit ab initio ordinata, ſecundum Dec. *dict. conſ.* 548. *num.* 4. & ita conſuluiſſe noviſſimè Socinum ſcribit, *in conſ.* 87. *in præſenti conſultatione*, ubi concludit, quod illi actus inducant tacitam ſocietatem, qui non poſſunt fieri citra ius & nomen ſocietatis, allegat Bart. *in d. l. Titium & Mævium, §. altero.* 141

Declaratur ſextò, † quando pupillus eſt hæres, qui debet explicare inchoata per defunctum, *l. hæres, ff. pro ſocio.* 142

Quinto infertur, † nec pupillum in iudicio eſſe poſſe, ſive iudicium ſuſcipere, ſine tutore, *l.* 1. *Cod. qui legit. perſonam, l. accipientis, ff. de auctorit. tut.* Aliàs 143
† ſententia lata contra eos nulla eſt, *l. cum minores, C. ſi adverſus rem iud. l. acta, §. contra indefenſos, & l. contra pupillum, ff. de re iudic.* quia etiam in iudicio contrahimus, *l.* 3. *§. idem ſcribit, ff. de pecul.* Et in iudicio non minores, ſed ipſi conveniuntur, ut tradit ſubtiliſſimus & conſummatiſſimus iuris Doct. Ioan. Faber, *Inſtit. per quos agere poſſumus.* 144

Multo minus ‡ damnari à Iudice, vel arbitris poſſunt, *d. l. acta, §. fin. l. ſi pupillus, ff. de recept. arbitr.* Angel. Aret. clarus & non contemnendus Doctor, *in §.* 1. *num.* 5. *Inſtit. de auctor. tut.* ubi idem eſſe ait, ſi cum illegitimo adminiſtratore in iudicio fuerit. Nec referre † ſive iudicium ſit civile, ſive criminale, 146
ſecundum Chriſtoph. Port. *in d. §.* 1. *nu.* 8. ubi hoc dicit eſſe regulare, *l. cum in minores, C. ſi adverſus rem iud. l. clarum, C. de auctoritat. præſt. & d. l. acta, §. fin. & l. contra, ff. de re iud.* 145

 Pari

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

147 Pari quoque † modo non admittitur etiam ad accuſandum propter ætatis defectum, niſi ſuam ſuorumúe injuriam proſequatur, *l. 2. §. pupillus, ubi Dd. ff. de*
148 *accuſat.* quæ eſt communis opinio, † teſte Jul. Claro Alexandrino, viro conſultiſſimo, *in pract. crimin. §. fin. q.* 14. *nu.* 8. Tutor tamen adoleſcentis nomine accuſationem inſtituere poteſt, quod non facit ſua ſimultate aut militia, ſed ex officio plerunque cogente pupilli matre, *l. tutorem, ff. de his, quib. ut indignis*, atque adeo ſic accuſat pupillus verius, quàm tutor. Quo fit ut nomine pupilli falſum teſtamentum, accuſante tutore, hæreditatem aut legatum pupillus amittat: quæ tamen conſervantur interdum, maximè ſi tutor falſum dixerit nomine pupilli, ſua ſponte non coactè, *l. poſt legatum, §. ætati, ff. de his quib. ut indig.* Poterit quidem tutor nomine ſuo accuſare, ad utilitatem tamen pupilli, ſed tenebitur nomine proprio ſe inſcribere, ſecundum communem opinionem, ut dicit Ioan. de Anan. *in c.* 2. *nu.* 20. *de calum.*

149 Nec teſtis † eſſe poteſt pupillus, ſeu impubus, nec ad teſtimonium aliquo pacto admittitur, *cap. teſtes* 4. *q.* 3. *l.* 3. *§. lex Julia, & l. inviti, ff. de teſtibus, §. teſtes autem, Inſtit. de teſtam.* Quia quicquid vident, quicquid audiunt, ignorant, *d. l. fin. ff. rem pupilli ſalvam fore.*

Vnde Baldus ſcribit *in l. teſtium, C. de teſtibus*, quod ejus teſtimonium eſt in effectu; ſicut ſi cæcus teſtificaretur de coloribus.

150 Et hoc procedit † in cauſa civili, nam in criminali etiam pubes ante 20. annos completos non admittitur, niſi quantum ad præſumptionem faciendam, quia iurare non poſſunt, *cap. pueri* 22. *quæſt.* 5. & propter lubricum conſilium, ut dicit text. *in l.* 3. *§. lege, ff. de teſtibus*, optimè vir longe doctiſſimus atque conſultiſſimus Vlricus Zaſius *conſ.* 3. *num.* 36. *lib.* 2. Paul. Pariſ. de ſodomia, *conſ.* 136. *num.* 67. *lib.* 4. Hieron. Gigas Italus Foroſempronienſis *in tract. de crimine læſæ Majeſt. titul. quomodo & per quos, quæſt.* 12. Aymo Crauet. doctus & diligens vir, de minore 25. annis, *conſ.* 281. *num.* 6. Thomas Grammat. *deciſ.* 40. *num.* 15. Philippus tamen quandoque facit indicium ad probandum dominum occiſum à familia, *l. 2. impuberes, ff. ad Syllan.* Et quando Iudex minorem 20. annis examinat proprio motu; prout in defectum aliarum probationum, ut reſpondit Alexan. *conſil.* 64. *num.* 2. *lib.* 1. rurſus *conſ.* 119. *num.* 8. *lib.* 7.
151 & ibi † diligentiſſimus Carolus Molinæus. Sicut etiam probat in ſubſidium,
152 quando crimen per alios probari non poteſt, vel quando ſumus in crimine læſæ maieſtatis, Bernard. Diaz. *reg.* 465. & rurſus *reg.* 759. ubi hoc declarat, poſt Dec. *in l. fœminæ, §. item ſi impuberes, nu.* 9. *ff. de regul. jur.* Quo loco idem Dec. dicit, quod dictum impuberis eſt ipſo jure nullum, licet non opponatur.
153 Si tamen major factus teſtificatur de his iam proximus pubertati, utique valet
154 teſtificatio, ut tradit Hierony. Cagn. *in l. fœminæ, §. fin. nu.* 23. *ff. de reg. jur.* Eaque eſt receptiſſima ſcribentium opinio, ut atteſtantur Jul. Clar. *in ſuis communibus opinionib. ſub. lit. P. num.* 69. *lib.* 5. Baptiſta Villal. *ſub lit. P. nu.* 386.
155 Emanuel Souares, † *in Theſauro receptar. ſent. ſub lit. T. num.* 121. maximè ſi ferat teſtimonium de his rebus, quas eo tempore intelligere potuit, aliàs ſecùs; ita declarat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

declarat Iul. Clar. *d. num.* 69. & noviſſimè Viglius Zuichemus Friſius, vir doctiſſimus & ſacri Imperialis conſilij Præſes æquiſſimus & meritiſſimus, *ad §. teſtes, num.* 10. *Inſtit. de teſtam. ordin.* quo loco etiam † declarat, quando quis dicatur proximus pubertati, & relinquendum hoc eſſe arbitrio Iudicis exiſtimat, & rectè. Siquidem hoc Iudex arbitrari ex pueri diſcretione, & ex aliis circumſtantiis contingentibus, & ita tenet quoque maximus ille practicus Ioannes Faber, *in §. pupillus, Inſtit. de inutil. ſtipulat.* Dec. & Cagnol. *in l. pupillum, ff. de reg. juris.* Quod intellige procedere, ut declarat Didac. Couar. vir eruditione & virtute inſignis, *in ſua epitome, de ſponſalibus, in* 2. *parte, cap.* 5. *num.* 5. 156

Declaratur tamen † quinta illatio non procedere, quando ſententia fertur pro eo, ita Angelus, *d. num.* 5. *per l. acta, & ibi gloſſ. §. fin. ff. de re iud. & per text. in leg. non eo minus, & ibi omnes Dd. C. de Procurat.* Nec id ſolùm in minore adulto, ſed etiam pupillo, ut voluit glo. *in l. neque tutores, C. eod. tit.* & Angel. Aret. *in d. §. neque, ff. de auctorit. tut.* in quo loco etiam dicit ipſe Angelus, quod habeat locum in infante, de quo tamen alij dubitant, quos refert Tiraq. *poſt leges connubiales, gloſſ.* 6. *num.* 68. Sebaſt. Vant. Arminenſis, *in ſuo tract. nullit. tit.* 11. *num.* 16. ubi extendit ad omnes, qui curatoris, aut tutoris auxilio juvantur. 157

Nec ſolùm procedit † quando minor ipſe litigavit per procuratorem, quem conſtituit ſine tutoris aut curatoris auctoritate, ſed etiam, ſi ipſemet ſine tutoris, aut curatoris auctoritate litigavit, ut voluit gloſſ. *in l.* 1. *C. qui legitim. perſon.* quam ponderat, & ſequitur Panorm. *in cap. cauſam, extr. de iudic.* & Alex. *conſ.* 59. *viſo proceſſu.* 158

Nec rurſus procedit in adulto, † curatore carente, utpote qui poteſt eſſe in judicio civili, ſive criminali, etiamſi ſit minor 25. annis, ſecundum Port. *d. num.* 8. ubi inquit, id non habere locum in caſu accuſationis adulterij. 159

Sextò † infertur, pupillum remittere non poſſe id, quod ſibi debetur, *l. contra iuris, ff. de pactis, l.* 2. *ff. de acceptilat.* Eſt enim omnino pupillo conſultum, ne poſſit rem ſuam imminuere, non modò verborum obligatione, ſed nec ea, quæ conſenſu contrahitur, & deſiderat aliquod iudicium, *l. pupillus, ff. de reg. iur.* 160

Hinc etiam † non poteſt promittere aliis, ut ſe obliget, *§. pupillus, Inſtit. de inutil. ſtip.* niſi promiſſio tenderet ad liberationem. 161

Et quia ſupradictum eſt, pupillum ‡ ſine tutore conditionem ſuam meliorem facere poſſe, ex eo primò infertur, pupillum legatum agnoſcere poſſe, etiam ſine tutore, cùm in ea re nihil poſſit eſſe captionis. 162 163

Sed & ubi † non ipſo iure, ſed quodam facto interveniente, hic pupillus hæres fieret, æquè poterit ſe immiſcere ſine tutore. Vti quoque poterit † ſolus pupillus parere conditioni, ſub qua hæres à patre ſcriptus fuerit, *l. conditionibus, ff. de condit. & demonſtrat.* Alexand. *d. l. bonorum.* 164

Sed etſi ab extraneo ſub conditione inſtitueretur, ſolus quoque. † & ſine tutore poterit conditionem adimplere, *l. ſi pupillus, de condit. inſtit.* qui nec eo ſtatim nomine hæres fit, ſed tantùm reddit inſtitutionem puram, quæ conditionalis 165

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

ditionalis erat, & ſternit ſibi aditum faciliorem ad eam acquirendam, ſi id tutori videatur.

166 Secundò infertur, † pupillum laudare poſſe ſine tutore, ſive tutor non appareat, idque benignè receptum eſt, ne in fraudem emptores incidant, *l. ſi dictum, §. fin. ff. de evict.* per quam legem hæc declarat Iacob. Cuiac. acutiſſimus iuris interpres. Vnde etiam ſecum contrahentem ſibi obligat, licet ipſe non obligetur, & ideo contractus dicitur claudicare, ut tradit Port. *in dict. §. namque, & ibi gloſſ. in verbo, non obligantur, num.* 1. *& ibi in addit. ſub lit.* D. Et hoc favore pupillorum, vel filiorum, vel Eccleſiæ, vel Principis, *cap.* 1. & ibi Canoniſtæ, *extra de probat.* & in odium doloſi, *l. tranſactione finita, C. de tranſact.* Non poteſt tamen pupillus ex eo contractu agere, niſi is ipſe eum obſervet, ſed tantum poteſt liberè ſtatuere de vi contractus & obligationis, ut eius arbitrio, vel in univerſum rata ſit, vel irrita.

167 Hinc ſi rem emerit, † non poterit eam conſequi, niſi pretium ſolvat: nam alioqui, eo agente, retentio conceditur, *l. ſi id quod purè, ff. de reſcind. vendit.* Et ſic intelligendus eſt locus Vlpiani, *in l. Julianus, §. ſi quis à pupillo, ff. de act. empt.* Si quis à pupillo, inquit textus, ſine tutoris auctoritate emerit, ex uno latere conſtat contractus: nam qui emit, obligatus eſt pupillo, pupillum autem ſibi non obligat.

168 Hinc quoque, † ſi pupillus alterius nomine contraxerit: puta, ut inſtitor, vel procurator, omnino ratum eſt, quod agit: & obligatur dominus qui eum
169 tabernæ præfecit, *l. ſed etſi quis, §. pupillus, ff. de contrah. empt.* Sic & minor † procuratorio nomine contrahens dominum obligat, nec ulla datur reſtitutio, etiamſi fuerit circumſcriptus, *l. cum mandato, ff. de minoribus.*

Cap. XXXI.

De Effectibus Tutelæ, Curæ, & Adminiſtrationis.

SUMMARIA.

1 *Tutor fidelis habetur loco domini, & quæ ſit ratio.*
2 *Olim apud Athenienſes tutor mulieris dicebatur* Κύριος τῆς ἀνθρώπου.
3 *Curator furioſi domini loco habetur.*
4 *Dominorum appellatione veniunt tutores & curatores, etiam apud Græcos.*
5 *Tutores & curatores quando domini loco habeantur, & num.* 21.
6 *Tutor vel curator, non debet cavere de rato, niſi de eius poteſtate dubitetur.*
7 *Procurator, qui alium defendit in actione reali, ſi de mandato dubitetur, de rato cavere*

cauere debet.

8 *Tutor non poteſt eſſe teſtis in cauſſa pupilli pro pupillo*

9 *Tutor & curator non poſſunt eſſe teſtes in cauſa per eos agitata, durante tutela.*

10 *Tutores & curatores teſtimonium non ferunt in cauſa, qua commodum aut incommodum ſentire poſſunt.*

11 *Teſtis tractans de ſe exonerando reijcitur.*

12 *Tutor aut curator teſtificari non poteſt ſuper his, quæ ab eis geſta fuerint, cùm videantur habere affectionem, non ſecùs ac Aduocatus, aut Proxoneta.*

13 *Tutor ad hoc vt pro pupillo teſtificari poſſit, cautela eſt quod detur curator liti.*

14 *Tutor abſque ſpeciali & expreſſa conceſſione teſtatoris dicitur habere plenam & liberam adminiſtrationem à lege.*

15 *Tutoris poteſtas circa bona pupilli maior eſt, quàm poteſtas filij circa bona patris.*

16 *Communis opinio.*

17 *Tutor in litem iurat in cauſa pupilli.*

18 *Lex de tutore magis confidit quàm de patre.*

19 *Pupilli ſub tutoribus agentes, dicuntur ſerui, ſaltem parum à ſeruis differunt.*

20 *Antiquitus patres morituri ſolebant determinare certum tempus filiis ſub tutorum, & actorum dominio exiſtentibus.*

22 *Tutor procuratorem conſtituere non poteſt ante litem conteſtatam, ſed actorem.*

23 *Communis opinio.*

24 *Tutor debet conſtituere actorem cum decreto & auctoritate Iudicis, aliàs non valet conſtitutio*

25 *Pupillus poteſt conſtituere procuratorem, etiam ante litem conteſtatam cum auctoritate tutoris.*

26 *Procurator conſtitutus à tutore non dicitur procurator pupilli, ſed ipſius tutoris.*

27 *Tutor ante litem conteſtatam procuratorem quando poſſit conſtituere.*

EFFECTVS PRIMVS.

QVoniam ſuperiore capite abundè ſatis explicauimus de auctoritate tutorum, & in quibus actibus ea ſit neceſſaria; agendum nunc erit, qui ſint effectus tutelæ, curæ & adminiſtrationis. De quibus ſeparatim, & de vnoquoque per ſe udendum eſſe cenſeo, ne confusè procedamus, & veniamus ad primum. Effectus itaque primus, qui ex tutela, ‡ cura & adminiſtratione 1
oritur, eſt quod tutor, ſi ſuo officio rectè vtatur, domini loco, vel vice domini habeatur, *l. tutor, ff. de adminiſtrat. tut. l. interdum, §. qui tutelam, ff. de furtis l. qui fundum, §. ſi tutor, ff. pro empt. l. ad ea, ff. de reg. iur*, & Philip. Decius, *in l. bonorum 7. num. 1. C. qui admit. ad bonorum poſſeſſ.* Idque ‡ hac ratione, quod illi, 2
qui in tutela vel in curatione ſunt, ſpeciem quandam ſeruientis præ ſe ferant. Quemadmodum & olim apud Athenienſes tutor mulieris dicebatur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

3 batur Κύριος τῆς ἀνθρώπου. Sed † & circa curatorem furioſi eadem dicenda ſunt, qui adeo perſonam domini ſuſtinet, ut etiam tradendo rem adoleſcentis, vel furioſi, & cæterorum, qui ſub cura ſunt, alienare exiſtimetur.
4 *dict. l. interdum*, *§. qui tutelam.* Hi ergo dominorum appellatione comprehenduntur, non apud noſtros modò, ſed etiam apud Græcos, qui patrem, fratrem,
5 patruum, tutorem, præceptorem Κυρίους vocant. Denique † in re pupilli tunc domini loco tutores habentur, cùm tutelam adminiſtrant, non verò cum pupillum ſpoliant, *d. l. qui fundum*, *§. ſi tutor*, *ff. pro emptore.* Porrò autem adeo
6 domini loco † uterque eſt, cùm adminiſtrant, ut non modò ipſis auctoribus pupilli vel adulti, ſed & ſine his illi, ſive agant, ſive defendant, omnino rem in judicium deducant, nec de rato, aut judicatum ſolvi (ut Defenſores ſolent) cavere teneantur, idque vulgò obſervari Vlpian. ſcribit *in l. vulgo*, *ff. de adminiſtr. tut.* & facit *l. tutores*, 1. *C. eod. tit.* niſi dubitetur, an tutor ſit, vel an duret tutor, vel an geſtus illi commiſſus ſit, quo caſu cautionem admittimus. Idemque & in curatore ex Iuliani auctoritate ſtatuendum tradit, hac ratione addita:
7 Æquum eſſe adverſarium non decipi. Interdum & à procuratore (ſi de mandato dubitetur) cautionem de rato exigi, ex *l. Pomponius*, *§.* 1. *& l. qui abſentem*, *ff. de Procurat.* conſtat maximè in actione reali.

8 Ex prædictis † inferunt Dd. primò, tutorem non poſſe eſſe teſtem in cauſa pupilli, pro pupillo, cùm loco domini haberi videatur, ut tradit Bartolus *in*
9 *l. qui teſtamento, in prin. ff. de teſtament.* Id quod maximè procedit, durante eorum tutela, & cura, & quando cauſa, in qua expoſtulatur, eorum teſtimonium per eos agitetur, ut tenet Baldus, *per l. finalem*, *ff. de teſtibus*, ne animosè teſtificari videantur, ut tradit Iacobus Ægidius *in tractatu teſtium*, *num.* 13. *in fin.* & dum utrumque feſtinent, neutrum bene peragant, *l. final. C. de Aſſeſſ.* item & ne rerum mixtura turbentur officio, *l. conſulto*, *C. de teſtibus.*

10 Et hæc quidem illatio † maximè procedit, quando ex huiuſmodi teſtimonio, tutores vel curatores commodum vel incommodum ſentirent, utputa, ſi tutor, aut curator diceret, ſe ſoluiſſe creditori minoris debitam pecuniæ quantitatem, cuius rei cauſa creditor minorem, maiorem effectum, moleſtaverit, ut ſolveret quod ſibi deberet; & minor major factus adverſo tutorem, vel curatorem induxerit, ut dicerent creditori ſoluiſſe. Quo † ſiquidem caſu,
11 quia talis tutor vel curator tractat de ſe exonerando, non admittitur in teſtem, ſecundum Bart. *in l. deferre*, *§. idem decreverunt*, *ff. de iure fiſci*, *l. nullus*, *ff. de teſtibus*, *& l. omnibus*, *C. eodem.*

12 Simili quoque modo dicendum erit, † licet non ſpectet emolumentum, vel detrimentum ad tutorem, vel curatorem, modò inducantur ad teſtimonium ſuper eo, quod ab illis geſtum fuerit, idque ratione affectionis, quam habuerunt, & adhuc præſumantur habere ad rem, ad inſtar Advocati & Proxenetæ ſecundum Innoc. *in c. ſuper*, *de teſtibus.*

13 Verùm hæc illatio non procedit † ſecundum Angelum Aretinum, *in §. pater*,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

pater, num. 5. *verſiculo, quid de tutore, Inſtit. de teſtamentis,* quando datus fuerit curator liti periculo ipſius pupilli, non verò tutoris: quo ſiquidem caſu abſque ullo dubio tutores vel curatores pro actore teſtes eſſe poterunt, argumento legis, *qui habet,* §. *ſi pupillus, ff. de tutel.*

Secundò † infertur ex prædicto effectu, quod tutor abſque aliqua ſpeciali, & 14
expreſſa conceſſione, à lege dicatur habere plenam & liberam adminiſtrationem, ſecundum notata Bart. *in l. omnium, ff. de adminiſtratio. tut.* & Marian. Socin. *conſ.* 148. *num.* 23. 244. 1. *&* 43. *lib.* 1. Idque † hac ratione, quod ma- 15
jor ſit poteſtas tutoris circa bona pupilli, quàm filii circa bona patris, ut eſt gloſſ. communiter † approbata, *in l. mandato generali, in glo. final. ff. de Procurat.* & 16
ita in ſpecie dicit Jaſon, poſt cæteros, *in l. pactum curatoris. C. de pactis*, filius vero circa bona patris non dicitur habere liberam poteſtatem adminiſtrandi, niſi ei expreſsè concedatur, *l. contra juris civilis regulas,* §. *fin. ff. de pactis.*

Tertiò infertur, † quod etiam tutor in litem jurare poterit in cauſa pupilli, ſi 17
velit, cùm ſit quaſi dominus, *l. videamus, & ibi glo. in verb. refragabitur, ff. de in litem jurando.* Non enim, inquit textus, ad ſuam utilitatem jurisjurandi referenda æſtimatio eſt, ſed ad domini, cujus nomine tutelæ ratio poſtulatur, adoleſcens verò, ſi velit, jurare poteſt.

Quartò infertur, † quod etiam lex de tutore magis confidat, quam de patre: 18
quia tutore auctore poteſt alienare & obligare non autem patre auctore, §. *pupillus, Inſtit. de inutil. ſtipulat. l. fin.* §. *pupillus, ff. de verb. oblig.* Quod quidem procedit non propter majorem confidentiam, quam lex habet de tutore, ſed quia patria poteſtas non ſit ita ordinata ad hoc, *d. l. fin.* §. *pupillus.*

Amplius prædicta procedunt, † quod è contra etiam pupilli, & alii ſub tuto- 19
ribus, vel curatoribus agentes, dicantur ſervi, ſaltem parum à ſervis differant, juxta illud Pauli *ad Galatas cap.* 4. cujus verba hæc ſunt: *Quanto tempore hæres parvulus eſt, nihil differt à ſervo, cum ſit Dominus omnium, ſed ſub tutoribus & actoribus eſt, uſque ad tempus præfixum, quod pater præſcripſit,* id eſt, quamdiu hæres parvulus eſt, infra annos diſcretionis, nihil differt à ſervo, quantum ad liberum uſum hæreditatis ſibi relictæ, ſed cogitur diſciplinari rigore, nec aliquid facere, aut propria diſpenſare permittitur, niſi juxta voluntatem eorum, quibus à parentibus eſt commiſſus, quamvis tota hæreditas ad eum pertineat, videlicet quod ſit dominus omnium, ſed ſub defenſoribus, qui eum ab adverſariis protegant, & curatoribus, qui cauſas ejus expediant, eumque in moribus inſtruant, uſque ad annos diſcretionis, vel amplius, prout patri placuerit. Solebant enim † antiquitus patres morituri determinare, ut uſque ad illud, vel illud tem- 20
pus filii ſub tutorum & actorum dominio eſſent.

Quæ autem † ſupradicta ſunt, non procedunt, primò quando tutor non ad- 21
miniſtraſſet tutelam juxta negotiorum exigentiam, vel pupillo providerit, ſed eum ſpoliaverit, ut & ſupra diximus, & facit *l. ab agnato, & l. ultima, ff. de curat. furioſi.* Nec enim tutores dicuntur domini veri, ſeu directi, ſed quatenus minori utilia fecerint, ut tradit Bart. *in l. neque tutores, in* 1. *oppoſit. C. de Procurat.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

22 Secundò non procedunt, † quando ageretur de conſtituendo procuratore, quem tutor conſtituere non poteſt ante litem conteſtatam: quia non eſt verus dominus ante litem conteſtatam, ſed debet conſtituere actorem, *d. l. neque*
23 *tutores*, & ibi † Bart. Bald. & communiter Dd. *Cod. de Procurat*, quem actorem
24 † conſtituere debet cum decreto & auctoritate Judicis. Nam ſi aliter conſtitutus fuerit actor, non valebit conſtitutio actoris, & proceſſus vitiabitur, ut tradit glo. & Bart. *in d. l. neque tutores*, *& glo. in l. ſi actor*, *C. de appell.* & eſt text. *in §. fin. Inſtit. de curat.* Verùm dictam legem, *neque tutores*, Carolus Molin. *in prin. legis* 1. *num.* 0. *ff. de verb. obligat.* dicit, multis jam ſæculis exolevisse, & in deſuetudinem abiiſſe, contrariumque uſurpari cœptum, nec locum habe-
25 re, † quando pupillus procuratorem conſtitueret cum auctoritate tutoris, cùm talis conſtitutio valeat etiam ante litem conteſtatam, *d. l. neque tutores.* Ex quibus colligenda eſt optima practica repellendi procuratorem, & annullandi proceſſum per eum fabricatum, quando eſſet conſtitutus per tutorem ſine de-
26 creto Judicis ante litem conteſtatam. Maximeque advertendum eſt, † quod quando tutor conſtituat procuratorem in caſu permiſſo, quod talis procurator non dicatur procurator pupilli, ſed ipſius tutoris, unde in libello ſuo eum debere comparere tanquam procuratorem tutoris, non autem pupilli, alioqui enim non procederet proceſſus, ut tenet Paul. de Caſtr. *conſil.* 16. *lib.* 1.

27 Denique non procedit † etiam *d. l. neque tutores*, quando tutori teſtamento conceſſa fuiſſet adminiſtratio libera, quo caſu poterit ante litem conteſtatam conſtituere procuratorem, ſive fecerit inventarium, vel non, vel remiſſa fuerit ejus inventarii confectio, *l. final.* & ibi Bart. *C. arbit. tut.* ut eum allegat Afflict. *deciſ.* 262. *num.* 6. *&* 7. ubi hoc etiam locum habere dicit in curatore, qui ſolemnia non adimpleverit, modò ſibi conceſſa fuerit in teſtamento libera adminiſtratio.

SUMMARIA.

1 *Bona tutorum & curatorum pupilli, & adulto tacitè ſunt hypothecata pro mala adminiſtratione tutelæ, vel curæ.*
2 *Communis opinio.*
3 *Tacita hypotheca inducitur, non ſolùm pro mala adminiſtratione, ſed etiam pro neglectis.*
4 *Tutor teſtamentarius, etiam ſine promiſſione obligatur adulto, ſi quid malè geſſerit.*
5 *Tutor malè adminiſtrans punitur extra ordinem.*
6 *Mater tutrix ex teſtamento ſi adminiſtrat, licet inventarium non fecerit, & tutelam confirmari petierit, tutrix eſt, ſed quo ad onera tantùm, & quæ ſit ratio.*
7 *Nobilis propter delictum deſinens eſſe nobilis ex diſpoſitione ſtatuti, intelligitur quo ad honores, & commoda, non autem incommoda vel damna.*
8 *Mater tutrix mandans contutori, vel alteri, ut gereret: cenſetur feciſſe ſuo peri-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

periculo, contra quem ei competit actio eo nomine, etiam finita tutela.

9 *Tutor, qui tutelam alii gerendam commiſit, ipſe gerere videtur, & quæ ſit ratio.*

10 *Mandans gerere vel patiens alium gerere, cum ipſe facere debuerit, ſine illius diſcuſſione, rectà conveniri poteſt, nec excuſabitur mandans.*

11 *Contumacia procuratoris nocet domino.*

12 *Hypotheca tacita non ſolùm inducitur in bonis tutorum, ſed etiam protutorum, & qui ſe gerunt pro tutore.*

13 *Communis opinio.*

14 *Hypotheca tacita locum habet in bonis curatorum ad lites datorum, & eorum fidejuſſorum.*

15 *Tacita hypotheca etiam locum habet in bonis tutoris & curatoris generalis.*

16 *Hypotheca tacita procedit etiam in bonis actorum à tutoribus vel curatoribus conſtitutorum. Ampliatur num. 17.*

18 *Tacita hypotheca an procedat in bonis actoris, loco Tutorum & Curatorum à Iudice dati?*

19 *Tacita hypotheca quo jure fuerit introducta?*

20 *Tacita hypotheca in bonis tutoris vel curatoris, à quo tempore incipiat?*

21 *Communis opinio, quod tacita hypotheca incipiat à tempore, quo quis inceperit eſſe Tutor.*

22 *Senatuſconſultum Pariſienſe de privilegio pupilli in bonis tutoris.*

23 *Tacita hypotheca eſt inducta in privilegium pupilli.*

24 *Pupillus habens tacitam hypothecam in bonis tutoris præfertur expreſſæ poſteriori fiſci.*

25 *Tacita hypotheca competit etiam in bonis patris, malè & fraudulenter bona filii adminiſtrantis.*

26 *Bona patris pro adminiſtratione bonorum filii, in quibus non habet uſumfructum, cenſentur hypothecata, ſi geſſit ſe pro legitimo adminiſtratore.*

27 *Pro culpabili adminiſtratione patris non datur tacita hypotheca in bonis patris.*

28 *Magis communis opinio.*

29 *Tacita hypotheca inducitur in bonis adminiſtratorum civitatum.*

30 *Civitati non datur tacita hypotheca in bonis ſui debitoris, qui bona civitatis non adminiſtraverit.*

31 *Civitas, quæ non habet fiſcum, privilegium tacitæ hypothecæ non habet.*

32 *Tacita hypotheca habet locum in bonis Prælati Eccleſiæ, pro mala adminiſtratione bonorum ipſius Eccleſiæ. Limitatur num. 33. 34.*

35 *Bona vitrici pro mala adminiſtratione matris, tutricis convolantis ad ſecundas nuptias, ſunt tacitè obligata filiis primi matrimonii.*

36 *Tacita hypotheca locum non habet in bonis hæredis tutoris, vel curatoris ad litem, vel etiam aliorum.*

37 *In obligatione bonorum generali, & expreſſa per defunctum facta, veniunt bona hæredum.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

38 *Pupillorum & minorum bona ſunt tacitè hypothecata tutoribus & curatoribus pro alimentis & impenſis factis ipſis minoribus.*

39 *Contraria tutelæ actio non idem jus habet ac directa, ut tacita hypotheca procedat in bonis minoris.*

40 *Arreſtum Pariſienſe circa interpretationem* l. pro Officio, C. de adminiſtrat. tut.

41 *Privilegium tacitæ hypothecæ pupillus non habet in bonis Magiſtratus, ſed cum cæteris creditoribus partem habiturus eſt.*

EFFECTUS II.

1 SEcundus effectus, qui ex tutela, cura, & adminiſtratione oritur, eſt, quod bona tutorum & curatorum pupillo & adulto ſint tacitè hypothecata pro mala adminiſtratione tutelæ vel Curæ, *l. Pro officio,* ubi Bart. *C. de adminiſtrat. tut.* & Jaſon *in leg. ſi conſtante, num.* 222. *ff. ſolut. matrimon.* Dec. *conſ.* 349. *num.* 3. *verſ. in* 3. *dubio,* Pariſ. *conſ.* 80. *num.* 34. *& ſeq. libr.* 1. Aymo Crauet. *conſ.* 230. *num.* 4. Zaſ. *in* §. *item Serviana, num.* 26. *Inſtit. de act.* & Ripa de
2 curatore muti, ſurdi, prodigi & ſimilium, dicit † communem, *in l. dabimus, num.* 7. *de privileg. cred.*

3 Ampliatur primò,† ut procedat non ſolùm pro adminiſtratione, ſed etiam pro neglectis, eo quod non geſſerit, ut tenent Cynus, Bart. Bald. & Salicet. *in dict.*
4 *l. pro officio,* & Andr. Barbat. Siculus. *conſ.* 92. *num.* 2. *lib.* 3. adeo † ut etiam tutor teſtamentarius ſine promiſſione defenſionis, ſi quid malè geſſerit vel adminiſtraverit, teneatur, & obligetur adulto, *toto titul. ff. de tutel. & rat. diſtrah.*
5 *& toto tit. C. arbitrium tutelæ, & C. de adminiſtrat. tut.* Et quod † amplius eſt, tutor malè adminiſtrans punitur etiam extra ordinem, *l. in eos, ff. de tutel.*
6 Præterea quoque † bona matris tutricis teſtamentariæ adminiſtrantis (licet ejus tutela non ſit confirmata, nec Inventarium confecerit) obligantur, licet tutrix non ſit quoad commoda, ſed quoad onera tantùm, *l.* 1. §. *ſi mater, in verſ. quid ſi pater, ibi, nec tutelam adminiſtrat, conjuncta glo. ibi, quæ eſt finalis, ff. ad Tertull.* & eſt doctrina Baldi, *in l. matres, C. ad Tertull. & in l. precibus, C. de impub. & aliis ſubſtitut.* Idque hac ratione, quod mater tenebatur aſſignare diligentem rationem, ut tutrix: nec ſtultitia ſua debuit ſibi prodeſſe in non conficiendo inventarium, nec petendo ſibi tutelam confirmari: quia mater tenebatur conficere inventarium, tanquam tutrix filiorum, ut voluit Speculator *in titul. de Tutor.* §. *Nunc dicendum, in verſ. hodie verum eſt,* & notatur per omnes *in l. Tutor qui repertorium, ff. de adminiſt. tut.* Nec eſt abſurdum, quod iſto caſu, quoad onera & damna ſit tutrix, & quoad commoda non; quia textus eſt in ſimili *in l. in actione,* §. *Item qui ſocietatem, ff. pro ſocio,* ubi quis remanet ſocius,
7 quoad damna, & non quoad utilia. Ad quod etiam facit, † quod voluit Bartolus, *in l.* 1. *C. de dignit. lib.* 10. ubi dicit, quod ſi propter delictum nobilis deſinat eſſe nobilis, ex diſpoſitione Statuti, quod intelligatur quoad honores & commoda, ſed quoad incommoda & damna remaneat nobilis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Ex quo infertur, quod bona ipſius matris tutricis in tantum ſint obligata ipſi pupillo pro mala adminiſtratione (juxta textum formalem *in auth. ſicut hæreditas, in verſ. periculo omnibus imminente, qui ad tutelam vocantur: & ſubſtantiis in eorum omnibus tacitè ſubjacentibus pro hujuſmodi adminiſtratione, Cod. de legit. tutel.*) etiamſi mater tutrix † mandaverit contutori, vel alteri, ut gereret: 8
cenſetur enim id feciſſe ſuo periculo, contra quem ei competit actio eo nomine, etiam finita tutela, ut voluit Anchor. *in cap.* 1. *de procurat. libr.* 6. & facit *l. ſolet, ad fin. ff. de tutelis*, §. *fin. Inſtit. de curat. in verbis, actorem periculo ipſius tutoris, l. ita autem geſſiſſe, ff. de adminiſtrat. tut.* Et ideo dicit † textus, 9
& ibi Bart. *in l. tres tutores*, §. *non ſolum, ff. de adminiſt. tut.* quod ſive quis gerat per ſe, ſive mandet alteri tutelam gerendam, ſive committat contutori ſuo, ipſe gerere videatur, nec poſſe defendi tanquam non gerentem. Vel etiamſi mandaverit alicui communi reputatione diligenti, bono & legali, idque hac ratione, quod negligentia mandatarii non excuſet tutricem, ut tradit Bart. *in l. ſi procuratorem*, §. *ſi tutores, ff. Mand.* ubi Bart. refert ſe ad dicta per eum *in l.* 1. §. *ſi procurator. ff. ſi quis jus dicenti non obtemper.* ubi dicit, † quod quando ali- 10
quis teneatur aliquid facere, & alii mandat: ſi mandatarius non faciat, non excuſetur mandans, de quo plenè ſecundum eum habetur, *in l. cum filius, ff. de verb. oblig.* Unde per hoc dicit, quod ſi dominus ſit † citatus, & miſerit procu- 11
ratorem, nec procurator compareat, quod non dicatur contumax procurator, ſed Dominus.

Secundò ampliatur ſecundus effectus, † ut procedat etiam in bonis tutoris, 12
videlicet illius, qui non eſt tutor, ſed gerit ſe pro tutore, vel munere tutoris fungitur in re impuberis, ſive ſe putat tutorem, ſive ſcit non eſſe, fingit tamen, ut tenet gloſſ. *in d. l. pro officio, in gloſſ. final.* quam ibi Baldus † dicit non eſſe ali- 13
bi, & glo. *in l. Dabimus, in verbo, privilegio*, ubi Ripa, *num.* 9. dicit communem, *ff. de Privileg. credit.* Socin. *conſ.* 85. *libr.* 1. Aym. *conſil.* 205. *num.* 37. & Petrus Vanderanus, *de privileg. credit.* Nec enim debet eſſe melioris conditionis hic protutor, qui nulliter adminiſtravit, & qui non eſt tutor, quam ille, qui verè eſt, *cap. eum qui, de præbend.* & Aret. *conſil.* 29. Imputandum ſiquidem tutori minus legitimo eſt, cur tutelam minus legitimè & ſolemniter adminiſtraverit. Eſſet enim pluſquam abſurdum, quod plus tribueretur tutori putativo, quàm vero. Nam licet quis nullo modo ſit tutor, nec verè, nec putativè, tamen ſi adminiſtrat bona alterius, tenetur pro adminiſtratis, ut patet toto titul. *ff. & Cod. de negotiis geſtis.*

Tertiò † ampliatur, ut procedat etiam in bonis curatoris ad lites, & eorum 14
fidejuſſorum, quorum bona tacitè quoque ſunt hypothecata pro eorum adminiſtratione, ſicuti bona tutoris & curatoris generalis, ut eſt textus, & ibi notatur per Dd. *in l. properandum, C. de Judiciis.*

Quartò ampliatur, † ut procedat etiam in bonis actorum datorum à tutoribus 15
vel curatoribus: quia etiam illorum bona ſunt tacitè obligata, ſicut bona tutorum & curatorum, ut tradit Bart. *in leg. Actor. ff. rem ratam haberi.* Id quod † uſque adeò procedit, etiamſi is qui dederit actorem, impleverit ſolem- 16

 nia,

nia, ſcilicet petendo confirmationem, & conficiendo inventarium, quia actores conſtituti à tutoribus, æquiparantur ipſis tutoribus, ut tradit Andræas Barbatias *conſil. nonageſimo ſecundo*, *numer. ſexto*, *libro tertio*, allegans Angelum, *in lege ſecunda*, *ff. de curatorib. bonis dando.*

18 Quæ tamen † ampliatio non procedit in actore dato à Judice loco tutoris vel curatoris, cujus bona non ſunt tacitè hypothecata, ut tradit Bartol. *in dict. leg. actor.* & meminit Jaſon *in l. properandum*, *ff. de judic.* licet Angelus Aretinus *in §. quod ſi tutor*, *num.* 6. *Inſtitut. de curat.* dicat, eo caſu ejus bona pupillo eſſe obligata & hypothecata.

19 Et hæc quidem † hypotheca introducta fuit jure digeſtorum, ut tradunt Franciſcus Balduinus *in tractat. de pignoribus & hypothecis*, & Petrus Vanderanus, *de Privileg. credit. cap.* 6. Qui eodem loco alios contrarium tenentes allegant, ad quos lectorem, brevitatis cauſa, remittimus.

20 Sed dubitari contigit, à quo tempore tacita iſta hypotheca in bonis tutorum, curatorum, protutorum, & eorum fidejuſſorum incipiat. Et gloſſa quidem *in dict. leg. pro officio*, ponit duas opiniones. Quarum prima hæc eſt, videlicet, quod hypotheca incipiat demum à tempore, quo inceperit eſſe tutor, argumento legis, *cum oportet*, *§. finali*, *Cod. de bonis*, *quæ liber.* Secunda opinio eſt, quod incipiat demum tempore, quo inceperit malè adminiſtra-
21 re, argumentum legis *hac edictali*, *§. pen. C. de nupt.* Sed primam † opinionem tanquam communem tenent Bartholom. Socin. *conſ.* 62. *num.* 1. *verſ. ſed primam opinionem*, *lib.* 1. Aym. *conſ.* 230. *num.* 4. & noviſſimè Villalob. *commun. opin. lit. H. num.* 54. pro qua opinione adducunt text. *in d. l. pro officio*, ubi probatur, quod pro neglectis, & non geſtis, bona ſint obligata: ergo non à tempore geſtionis, ſed à principio decretæ adminiſtrationis. Id quod confirmatur ex eo, quia quando lex mandat tutori vel curatori, ut obliget expreſſim bona, quod talem obligationem velit à principio fieri, *l. final. C. quando mulier tutel. officio fungi poteſt*, *& l. de creationibus*, *in fine*, *C. de*
22 *Epiſcopat. audient.* Et hoc ita in ſuprema † Curia Pariſienſi Arreſtis liberalibus 8. Idus Aprilis, Anno 1574. judicatum fuit, ut refert Choppinus, *de privileg. ruſtic. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 2. Unde idem dicere debemus, quando lex ipſa
23 tacitam hypothecam inducat, & tanto fortius, cum hoc inductum † ſit in privi-
24 legium pupilli, *argum. leg. beneficium*, *ff. de conſtit. Princip.* adeò ut etiam ratione hujus tacitæ hypothecæ pupillus præferatur expreſſæ poſteriori fiſci, *l.* 1. *C. rem alien. gerentibus.*

25 Quintò ampliatur, † ut etiam procedant in bonis patris adminiſtrantis bona filii fraudulenter, vel malè alienantis, tanquam legitimus adminiſtrator, quo caſu pro bonis filii alienantis per patrem datur hypothecaria tacita in bonis ipſius patris, *l. cum oportet*, *§. fin. C. de bonis*, *quæ liber. l. ſi duo*, *ff. depoſiti*, & facit *l. Imperator*, *ad Trebell.*

26 Quæ ampliatio † etiam locum habet, licet pater adminiſtraverit bona,

in qui-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

in quibus non habeat uſumfructum, ſeu non eſt legitimus adminiſtrator, modò ſe in adminiſtrandis bonis filii geſſerit pro legitimo adminiſtratore, cum tamen non eſſet, juxta notata Bartoli *in l. fin. §. 1. ff. de verb. obligat.* & facit *d. l. pro officio, & ibi glo.* & ita hoc firmat Bald. Nouel. *in tract. dotis, in 9. parte, in 8. privil.*

Quod tamen non procedit, † quando non probatur dolus patris, ſed tantùm 27
culpa, atque ita bona filii adminiſtraverit, ut habetur in *l. Imperator, ff. ad Trebell.* quo quidem caſu non tenetur. Et hanc eſſe magis communem opinionem, tradit Bartholom. Socin. *conſ. 34. num. 17. lib. 1.* 28

Sextò ampliatur, † ut etiam procedat in bonis adminiſtratorum civitatis, 29
cujus geſta fuerit adminiſtratio, ut bona Conſulum, Scabinorum & aliorum adminiſtratorum; quia ſcilicet eorum bona pro dicta adminiſtratione ſunt tacitè hypothecata civitatibus, quarum geſta eſt adminiſtratio, *l. fin. Cod. quo quis ord. conveniatur, lib. 11. & l. 2. de debit. civit.* & ibidem † Alexand. & 30
Jaſon, *in l. 1. §. ſe hæres, ff. ad Trebell.* licet civitas non habeat tacitam hypothecam in bonis ſui debitoris, qui bona civitatis non adminiſtravit, *l. 2. C. de jure Reipubl. eodem lib.* Nec etiam † civitas, quæ non habeat fiſcum, privile- 31
gium habet tacitæ hypothecæ, ut *l. ſimile, & ibi gloſſ. ff. ad municip.* & notant. gloſſ. & Dd. *in l. 2. C. in quibus cauſis pig. tacitè contrah.* & Roman. *conſ. 408. incip. præſens conſultatio*, & firmat Alex. poſt Jacobum de Aretio, *in l. 1. §. ſi hæres, ad fin. ff. ad Trebell.*

Septimò ampliatur, † ut procedat etiam in bonis Prælati, pro mala admini- 32
ſtratione Eccleſiæ, quæ tacitè quoque ſunt Eccleſiæ obligata, ad inſtar tutoris, ut eſt gloſſ. *in cap. ex literis, de pignor.* Panorm. *in cap. Epiſcopus, de præben.* Felin. *in cap. cum deputati, de judic.* & Alexand. *conſ. 104. in fin. lib. 6. & in l. ſi filiofamilias, §. fin. col. 3. ff. de ſolut. matr.* & latè gloſſa pragmatica, *in proœmio, verbo, jura, & ſeq. fol. 14. verſo.*

Verùm hæc locum † non habent in caſibus, quibus Prælatus non æquipara- 33
tur tutori, quia Eccleſia æquiparatur civitati & non fiſco. Et ſicut civitas non habet tacitam hypothecam, ita nec Eccleſia, niſi in caſu præmiſſo, ut per Bald. *in l. fin. in verſ. quæro hic an civitas, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & Bart. Bald. *in l. 2. C. in quibus cauſis pignus tacitè contrah.* Id quod † etiam procedit in Ca- 34
mera Epiſcopali, in qua privilegium tacitæ hypothecæ ceſſat. Unde ſi quis contrahat cum Epiſcopo, bona illius non erunt tacitè hypothecata Epiſcopo, nec Epiſcopatui, ut tradit Baldus *in rubrica, Cod. de privileg. fiſci, in fin.*

Octavò ampliatur, † ut etiam procedat quo ad bona vitrici, pro mala admi- 35
niſtratione matris tutricis, quæ convolaverit ad ſecundas nuptias, non reſtituta tutela, cujus vitrici, id eſt, ſecundi mariti bona, pro tutelæ redditione, & reſtitutione reliquorum ſunt tacitè obligata filiis primi matrimonii ſuis privignis, *leg. penultim. Cod. in quibus cauſſis pign. vel hypotheca*, & tradit Bartholomæus Socinus *conſi. 180. lib. 2.* de qua re *ſupra cap. 15.* ſatis amplè diximus.

Declarantur autem † prædicta non procedere, primò in bonis hæredis tuto- 36
ris vel curatoris ad litem, vel etiam aliorum, ſecundum Raphaëlem Cumanum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

num *conſil.* 58. dicens, eorum bona tacitè non eſſe obligata, pro adminiſtratione
37 tutorum vel curatorum, cum in obligatione † generali, & expreſſa bonorum facta per defunctum, non veniant bona hæredum, *l. Paulus, in princip. ff. de pignor.* & habetur per gloſſam & Doctores *in l. aſſiduis, Cod. qui potiores in pignore habeantur, & l. 1. in fin. C. comm. de legat.* Si ergo in generali, & expreſſa obligatione non veniant bona hæredis, non etiam debent venire in tacita, argum. *l. cum quid, ff. ſi cert. pet.* Nec obſtare videtur *l. properandum, §. final. C. de judiciis,* dicens, *Hæredeſque & res eorum.* Debet enim iſte §. intelligi ſecundum prædictum Raphaelem de rebus hæredum, quæ fuerunt tutoris & curatoris, non autem de rebus propriis dictorum hæredum: vel, ut dicit Jaſon ibidem, debent dicta verba referri, *Res eorum* ad tutores & curatores.

38 Secundò declarantur prædicta † non procedere in tutoribus vel curatoribus pro alimentis & impenſis factis ipſis minoribus: quia tutor vel curator non habet hypothecam in bonis pupillorum vel adultorum, ut tenet Albericus *in dict. leg. pro officio,* & facit *l. ultim. C. de legit. tutel.* cum non reperiatur jure cautum, quod & placuit Franciſco à Ripa, *in l. dabimus, num.* 13. *de Privileg.*
39 *credit.* dicenti, † tutores & curatores non eſſe in eadem cauſa, in qua eſſent ipſi minores, ſcilicet, ut non competat tutoribus privilegium tacitæ hypothecæ in
40 bonis impuberis, ex contrario judicio tutelæ. Ita quoque † in Curia Pariſienſi judicatum fuit pridie Calendar. Februarii, Anno 1572. ut dicit Renatus Choppinus, *de Privileg. Ruſticorum, lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 2. quo loco etiam tradit, tutorem licitè retinere non poſſe fundos pupillares ex cauſſa reliquorum tutelæ, cujus rationes nondum diſcuſſæ fuerint, ſalvo jure hypothecæ ipſi tutori; nulla interim cautione ab eo in rem tutoris, interpoſita, idque Arreſto Curiæ Pariſienſis decimo nono Calend. Septemb. Anno 1538. confirmatum fuiſſe, dicit Renatus, *d. loco.*

41 Tertiò prædicta † non procedunt in bonis Magiſtratus, qui tutorem dederit, ſed cum cæteris creditoribus partem habiturus ſit, *l. 1. §. privilegium, ff. de Magiſtrat. conveniend.*

SUMMARIA.

1 *Tutores vectigalia conducere non poſſunt, & quæ ſit ratio, num.* 2.
3 *Tutor vel Curator prohibetur vectigalia conducere, tàm durante, quàm finita tutela.*
4 *Tutores conducentes vectigalia videntur fraudare fiſcum, cùm aſſerant ſe nulli teneri conducendo, & ideo tenentur crimine falſi.*
5 *Tutor pupillo & fiſco ſatisfaciens poteſt conducere vectigalia.*
6 *Tutor cum fiſco contrahere poteſt, ſi deceſſerit is, cujus tutelam adminiſtraverit.*
7 *Privilegium, quod datur pupillo in actione perſonali contra tutorem, ut præferatur omnibus, non tranſit ad hæredes.*
8 *Tutor vel Curator, ante rationem redditam, incidens in contractum fiſcalem, non habet locum pœna legis Corneliæ de falſis, licet vivat is, cujus tutela vel cura fuerit adminiſtrata.*

E F-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

EFFECTUS III.

TErtius effectus eſt, † quod tutores vectigalia conducere non poſſunt, *l. unica, C. ne tutor vel curator vectigalia conducat*, *l.* 1. §. *tutores*, *ff. ad leg. Cornel. de falſis*, quas leges Baldus dicit eſſe periculoſas contra tutores & curatores, *in d. l. unica.* Ratio autem hujus effectus † eſt, ne fiſci conditio gravi periculo objiceretur, & ad inopiam vergente tutore, fiſcus, donec pupillo ſatisfactum fuerit, morari cogatur, ut tradit Petrus Vanderanus, *Privil. credit. cap.* 8. vel ne extenuentur facultates eorum, quæ fiſco fuerint ſubſignatæ, *l. ſemper*, § *conductores*, *ff. de jure immun.* tum etiam, quia videntur bona ſua pluribus in ſolidum obligare. 1 2

Amplia prædicta, † ut procedant tam durante, quàm finita tutela, ſine depoſito officio, nondum tamen ratione reddita, *d. l. unica*, & *d. l.* 1. §. *tutores*, & ibi gloſſa, Bart. & Dd. Adeò † ut etiam conducentes videantur aſſerere ſe non eſſe tutores, nec ſe ea cauſſa teneri, ideoque teneantur crimine falſi, *d. l.* 1. §. *tutores*, & *ibi gloſſ. verbo, non poſſunt.* 3 4

Verùm hæc ampliatio † non procedit primò, quando ſponte utrique idoneè ſatisfeciſſet, *dict. leg. unica*, & ibi Bartolus. 5

Secundò † non procedit, quando is, cujus tutela, vel cura geſta fuerit, deceſſerit, licet ejus hæredi nondum rationem reddiderit, *dict.* §. *tutores*, cùm privilegium † non tranſmittatur, l. *ex pluribus*, *ff. de adminiſtrat. tut.* Nec enim cauſæ, ſed perſonæ ſuccurritur, quæ meruerit præcipuum favorem. 6

Tertiò locum ſibi non vendicat, quando ante rationem redditam inciderint in contractum fiſcalem jure hæreditario tutor vel curator: quo quidem caſu prædicta pœna locum non habebit, licet adhuc vivat is, cujus tutela vel cura adminiſtrata fuerit, *d.* §. *tutores*, *verſ. ſed etſi*, & ibi Bart. 7

SUMMARIA.

1 *Ex contractu tutoris actio datur pupillo. Ampliatur num.* 2.

3 *Regula juris communis, quod ex facto procuratoris nobis non quæratur actio directa, vel utilis ſine ceſſione.*

4 *Tutor tutorio nomine pupillo ſtipulari poteſt, alteri verò minimè.*

5 *Tutor ipſo jure ſemper acquirit actionem pupillo ſine ceſſione.*

6 *Curator adulti acquirit adulto actionem ſine ceſſione.*

7 *Res empta pecunia minoris, efficitur minoris, licet emens emerit nomine proprio.*

8 *Extraneus non tutor acquirens ex re pupilli, ipſi pupillo acquirit in ſubſidium.*

9 *Tutor quando dicatur contrahere, ut tutor.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

EFFECTUS IIII.

1 QUartus effectus eſt, † quod ex contractu tutoris actio utilis detur pupillo,
leg. 2 ff. quando ex facto tutoris, & l. etſi, cum l. ſi ii, & l. per tutorem, C. eodem.
2 Ampliatur, † ut procedat etiam in milite, juxta *l. ſi ut proponis, C. de rei vendi-
cat.* in uxore & viro, *l. uxor marito, verſ. nihil prohibet, ff. de donat. inter vir.
& uxor.* & in Eccleſia, quæ vicem pupilli habeat, ut tradit gloſſ. *in d. l. 2. ff.*
3 *quando ex facto tut. per l. final. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Sed contrà † prædicta
regula juris eſt, quod ex facto Procuratoris nobis non quæratur actio directa,
vel utilis, ſine ceſſione vel ratihabitione, *l. ſi ego, §. 1. ff. de negot. geſt. & l. bo-
norum, ff. rem ratam haberi.*
4 Secundò ampliatur † quartus effectus, ut maximè procedat quando inter-
venerit ſtipulatio, de qua *in leg. quoties, in prin. ff. de adminiſt. tut. & in l. ſti-
pulatio iſta, §. ſi ſtipuler, ff. de verb, obligat.* quia tutor poteſt ſtipulari pupillo
nomine tutorio, *l. eum qui, §. ſi actori, ff. de conſtitut. pecunia,* & ibi glo. quam ſe-
quitur Philippus Cornæus, *conſ. 327. num. 3. lib. 1. & conſ. 289. nu. 6. lib. 3.*
Dicens, *d. num. 3.* hoc etiam procedere de jure Canonico, in quo non agatur de
tanta ſubtilitate, prout de jure civili, *cap. dilecti, de judiciis,* & gloſſ. *in cap.
ſciſcitata, de reſcript. & in cap. querelam, de elect.* licet regulariter nemo alteri
ſtipulari poſſit, *l. ſtipulatio iſta, §. alteri, ff. de verb. obl. & §. ſi quis aliis, & §.
alteri, Inſtit. de inutil. ſtip.*
5 Tertiò ampliatur, † quod tutor ipſo jure, & ſemper acquirat pupillo actio-
nem ſine ceſſione, *l. quoties, & ibi gloſſ. in prin. ff. de adminiſtr. tut. l. 1. ff. de
ſtipulat. ſervorum,* Bart. *in l. ſtipulatio iſta, §. ſi ſtipuler, in 2. fall. ff. de verbor.*
6 *obligat.* Id quod etiam † obtinet in curatore adulti, qui etiam acquirat adulto
actionem ſine ceſſione, juxta not. *in l. ſi pecuniam, ff. ſi cert. petat. & in l. ſtipu-
latio, §. ſi ſtipuler. ff. de verb. obligat.* cum curator cenſeatur habere manda-
tum plenum & liberum, ut tradit Bartol. *in l. neque tutores, ad fin. C. de Procu-
rat. & notatur in l. pactum curatoris,* ubi Jaſon, *C. de pact.* & optimè tradit Ay-
mo Crauet. *in materia acceptationis, confeſſionis, conſ. 261.*
7 Quartò ampliatur, † quod etiam res empta pecunia minoris efficiatur mi-
noris, licet emens emerit nomine proprio, *l. 2. ff. quando ex facto tutoris, l. cu-
rator, C. arbitrium tutelæ,* ſequitur Nicol. Euer. *in loco à minoribus, verſ. 4. &
in loco à mi lite ad Eccleſiam, verſ. 9. & in loco à pupillo ad Eccleſiam, cir-
ca fin.*
8 Quod tamen non procedit, † quando res empta fuiſſet ab extraneo, non
autem tutore vel curatore, quo quidem caſu tantùm vindicari poterit in ſubſi-
dium; *l. filiæ 1. ff. de ſolut.* & ibi Bart. *in fin. idem in l. 2. ff. quando ex facto tu-
toris.* Sequitur Roman. ſingul. 164. *incip. tu ſcis.* & Alexand. *conſ. 36.
lib. 4.*
9 Dicitur autem tutor contrahere † ut tutor, licet non exprimat, quando ſim-

pliciter

pliciter contrahit ſuper re ſpectante ad pupillum, cum eo, qui de hoc habeat notitiam, licet ſe non nominet tutorem, ut voluit Bart. *in l.* 1. §. *nuntiatio, ff. de oper. novi nuntiat.* & *in l. poſt mortem*, §. 1. *ff. quando ex facto tut.* & per Dd. *in dd. juribus*, & *in l. ei qui*, C. *qui cum eo*, & tradit Philip. Corn. *conſ.* 1. *num.* 14. & *conſil.* 327. *numer.* 6. 7. & 12. *lib.* 1. quam quæſtionem latè tractant Borg. Cavalc. *de tutor.* & *curat. num.* 243. & *trib. ſeq. idem num.* 252. & *trib. ſeq.* Zaſ. *conſ.* 4. *num.* 24 *lib.* 1. & *conſ.* 12. *nu.* 6. *eodem*, & noviſſimè Joſeph. Maſcard. *concluſ.* 38. *de probat. in verbis*, *Actus quod præſumatur nomine proprio factus*, ubi limitat ſeptem modis, ad quos benevolum lectorem brevitatis cauſa relegamus.

SUMMARIA.

1 *Ex contractu tutoris actio datur in ſeu contra pupillum, non verò tutorem, & quæ ſit ratio, num.* 2.

3 *Tutores & curatores, finito officio, non conveniuntur ex adminiſtratione pupillorum vel adoleſcentum.*

4 *Tutor, finito officio, non tenetur de evictione quando jure vendidit.*

5 *Tutor emens rem nomine minoris tenetur minor acceptare acquiſitionem, & tutor vel curator liberatur reddendo rem acquiſitam cum fructibus, etiamſi valor rei decreverit, modò acquiſitio tempore ſuo rectè prudenterque pro minore facta fuerit.*

6 *Tutor in emendis rebus non tenetur circa ſubſecutam nominis deteriorationem, niſi de dolo & lata culpa, non autem levi.*

7 *Tutor propriam fidem aſtringens pro minore, ſeu ſe ſuo nomine obligans tenetur, & ibidem in procuratore & inſtitore remiſſivè.*

8 *Minor impetrans literas regias ad obligationem annullandam, ſi annullata fuerit, non tenebitur is, qui pro eo ſe obligavit.*

9 *Fatuus tutor eſt, qui ſe obligat tam nomine tutoris, quàm ſuo.*

10 *Dolus tutoris vel curatoris pupillo nocere, vel prodeſſe non debet, ſive ſolvendo eſt, ſive non.*

11 *Delictum tutoris vel curatoris pupillo non nocet, ſed tutor vel curator punitur.*

12 *Intellectus* l. 2. C. de his, quib. ut indign.

13 *Ex dolo tutoris convenitur pupillus in quantum factus eſt locupletior, numer.* 16.

14 *Pupillus quando dicatur factus locupletior, & ex dolo tutoris teneatur, numer.* 15.

EFFECTUS V.

QUintus effectus eſt, † quod ex contractu tutoris actio detur in ſeu contra 1
pupillum, non verò tutorem, *l.* 1. & 3. *verſ. quare merito*, & *l. poſt mortem*, §. *tutor, ff. quando ex facto tut. l.* 3. *C. eodem*, *l. cum quædam*, §. *invenimus*, *C. de adminiſt. tut. l. illud*, §. *fin. ff. de evict.* Præſes Everard. *in loco ſuo lega-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

legali à min. ad Eccleſ. verſ. 9. & loco à pupillo, ad Eccleſiam, verſ. hinc etiam eſt: quia officii † neceſſitas, & tutoris fides ei in damnum eſſe non debet, cogitur
2 enim omnino facere, quæ ſunt ex re pupilli ſui. Quare hæc neceſſitas merito eum excuſare debet, ne in damno ſit, cum bona fide ſuo fungatur officio, ut dicit Franciſc. Balduin. *Inſtit. de inoffic. teſtamento, in verbis, ſi tutor, per l. ſed ſi quis, ff. quemad. teſtament. aper. & d. l. cum quædam.*

3 Amplia, † ut procedat maximè, finita tutela, *d. l. poſt mortem ff. quando ex facto tut. & l.* 1. & ibi Bald. & Salicet, *C. eodem tit. & in d. l. cum quædam mulier,*
4 *C. de admin. tut.* adeo etiam † ut tutor finito officio non teneatur de evictione, quando in caſu conceſſo & permiſſo vendiderit, cum ſit officium neceſſarium, publicum auctoritate, & utilitate privatum, *l. ſi non ſubſcripſiſti*, & ibi Salicet. *C. de adminiſtr. tut.* & glo. *in cap. ſicut* 46. *diſtinct.* ut tradit Boërius, *deciſ.* 80. *num.* 1. & 3.

5 Amplius etiam procedit, licet valor † rei emptæ nomine tutorio, poſt decreverit, modò tamen acquiſitio ſuo tempore rectè prudenterque facta fuerit pro minore. Eo ſiquidem caſu minor regulariter non habebit electionem, ſed tenebitur acceptare acquiſitionem, liberabiturque tutor vel curator, reddendo rem acquiſitam cum fructibus, non inſpecto quod poſtea caſu contigerit, *l. verum, §. ſciendum, ff. de minorib. l. ſed an ultro, §.* 1. *ff. de negot. geſt.*

6 Idem quoque † dicendum erit, ſi nominis deterioratio ſupervenerit citra latam culpam tutoris, ut eleganter tradit Carolus Molin. in Tractatu uſurarum, *quæſtion.* 76. *numer.* 593. *& ſeq.* etiamſi tutor comparaverit prædia minus idonea, ceſſante lata culpa: cùm tutor ſolùm teneatur de lata culpa, non de levi, ut eſt text. *in l. tutor, §. competit,* ubi gloſſ. & Bartol *ff. de adminiſtrat. tut.*

7 Declarantur † prædicta non procedere, quando tutor propriam fidem aſtrinxiſſet, ſeu ſe ſuo nomine obligaſſet, & ita condemnatus fuiſſet, *l. ſi is quem, Cod. de Præd. minorum,* & eſt text. notab. ſecundum verum intellectum, *in l. Procurator, qui pro evictione, ff. de procurat. & l.* 4. *§, in eum, in prin. ff. de adminiſt. rerum ad civitatem pertinentium,* & tradit Everard. Præſes *in loco legali à tanquam ſeu reſpectivis, verſ. nono facit, & in loco à nomine dignitatis, in prin.* Dec. *in procuratore & inſtitore, conſ.* 510. *num.* 4. 5. & 6. & noviſſimè Carol. Molin. *in rub. de verb. oblig. num.* 78.

8 Verùm hæc declaratio † locum non habet, quando minor impetraſſet literas ad annullandam obligationem, quæ annullata fuiſſet: quo ſiquidem caſu etjam non tenebitur is, qui pro minore vel pupillo ſe obligaverit, ut tradit Petrus Rebuff. *in Tract. ſuo de literarum obligat. artic.* 2. *gloſſ.* 1. *numer.* 98. dicens
9 † inter alia, fatuum eſſe eum, qui ſe obligaverit tam nomine tutoris vel procuratoris, quàm ſuo: quia dum non ſit tutor, ſuo nomine exigi illa pecunia ratione obligationis poterit.

10 Secundò † prædictus effectus declaratur ut non procedat, quando intervenerit dolus tutoris, quem pupillo nocere, vel prodeſſe non oportet, ſive ſolvendo ſit, ſive non, ſi nihil citra rem pupilli geſtum fuerit, *l. neque cum interdicto,*

l. alterius,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

l. alterius, *de reg. jur.* Æquum enim eſt, ipſum tutorem ex delicto ſuo teneri, non pupillum, *l. neque infantes*, *§. ſed nec ſi hi*, *ff. de fideicom. libert.* maximè quando agatur de exhibendis tabulis, quæ apud pupillum ſunt, & dolo tutoris deſierint eſſe.

Et hæc maximè † procedunt in delictis, vel quaſi delictis, in quib. multo minus pupillo tutoris dolus nocere debet. Exempli cauſa, quod Imperatores voluerint eum cadere cauſa, qui rei, quam petebat, quieto poſſeſſori vim intuliſſet, id ſic in perſona pupillorum adultorumúe moderati ſunt, *in l. meminerint*, *§. ult. C. unde vi*, ut ſi tutores aut curatores vim intulerint poſſeſſori, pupillos tamen aut adultos non atterat damno culpa temeritatis alienæ, ſed illico quidem poſſeſſio ei, à quo ablata eſt, reddatur: Tutores autem vel curatores deportentur, & ſalva ſit rerum ſuarum perſecutio pupillis & adultis, *l. 2. C. Theod. unde vi, tit. 20. libr. 4.* Nec obſtare † quod in contrarium adferri ſoleat, ex quodam Severi & Anton. reſcripto, *in l. 2. C. de his*, *quib. ut indign.* quaſi dolus ac delictum tutoris pupillo noceat; propterea quod ejus reſcripti hæc ferè verba ſunt: *Si pupilli nomine falſum vis dicere teſtamentum*, *de quo per Pollam tranſactum eſt, potes experiri, dum memineris. ſi in cauſa non obtinueris*, *& portionem*, *quam ex eo teſtamento pupillus habet*, *te ei ſalvam facturum* (*quam adimi pupillo neceſſe erit*, *ſecundum juris formam*) *& de calumnia tua Præſidem deliberaturum*, *&c.* Nam cum pupilli nomine accuſatio mota ſit à tutore, hujus factum ita demum pupillo nocet, ſi tutor ſolvendo ſit, à quo pupillus recuperare poſſit, quod præſtiterit. Quod autem eo reſcripto de calumnia tutoris, quæ ſub nomine pupilli cuipiam litem intenderit, punienda continetur, id melius explicari non poteſt, quàm adhibito altero Alexandri Principis reſcripto, *in l. non eſt*, *C. de adminiſtr. tut.* cujus hæc verba ſunt: *Non eſt ignotum, tutores vel curatores adoleſcentum*, *ſi nomine pupillorum vel adultorum ſcientes calumnioſas inſtituant actiones*, *eo nomine condemnari oportere*, *ne ſub prætextu nominis eorum propter ſuas ſimultates ſecurè lites ſuas exercere poſſe exiſtiment.* 11 12

Sed hæc † ſecunda declaratio locum non habet, quando tutor per dolum acquiſiviſſet aliquam obligationem pupillo, & pupillus ex iſta obligatione poſtea major factus egiſſet. Quo quidem caſu contra eum excipi poterit de dolo tutoris; maximè ſi pupillus factus fuerit locupletior: quia nemo locuples fieri debet cum aliena jactura, ſecundum ea, quæ traduntur in *l. Julianus*, *§. ſed cum in facto. ff. de act. empt.* & facit *l. 4. ff. quando ex facto tutoris.* 13

Locupletior autem † factus præſumitur, ſi pergat agere ex contractu. Exempli cauſa, ſi tutor emerit aliquam rem à Cajo circumvento per dolum, & pupillus ex iſto contractu poſtea agat, tunc nocebit ei dolus tutoris. Ideoque ſi tutor dolo fecerit, quo minus quis permiſſu Prætoris, ejuſúe cujus ea juriſdictio eſt; in poſſeſſione bonorum ſit, in pupillum dabimus in factum actionem, ſi modò ſolvendus ſit tutor, *leg. prima*, *§. Etſi tutor*, *ff. Ne vis fiat ei, qui in poſſeſſione.* Itemque ſi tutor in contrahendo dolo quicquam fecerit, & ſolvendo ſit, præſtabit in ſolidum pupillus ex dolo ejus, maximè, id eſt, ita demum, 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

ſi quid ad eum pervenerit, vel locupletior factus fuerit, tutor autem in reſiduum, *l. ſumma*, §. *ſi de dolo*, *ff. de peculio*, etiam poſt depoſitum tutelæ officium condemnandum, *l. Iulianus*, §. *ſed cum in facto*, *ff. de actio. empti. juncta l. ſi dolo*, *ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtament.* Nam ut pupillus præſtare cogatur, duo ſunt neceſſaria: Primum, ut rem à tutore ſervare poſſit. *l.* 1. *ff. quando ex facto tut.* Alterum, ut ex illius fraude locupletior pupillus factus ſit, *dict. l.* 3. *ff. quando ex fact. tutoris.*

15 Denique etiam † ſi tutores per iniquam diſtributionem pupilli rationibus faverint, atque adeo aliquid ad pupillum pervenerit ex eorum dolo, pupillus convenietur actione tributoria. Sed etſi nihil ad eum pervenerit, attamen ſi ſolvendo ſint tutores, ex eorum dolo tenebitur pupillus, ut actionem præſtet vel cedat, quam contra tutores habeat. Quod & in aliis actionibus obtinet, ſi ab his modò rem ſervare poſſit, ut probatur *in l.* 3. §. *ſi ſervus pupilli*, *ff. de tri-*
16 *but. act.* Præterea quoque † dabitur actio de dolo in pupillum, qui ex dolo tutoris factus fuerit locupletior, *l. ſed & ex dolo*, *ff. de dolo*, adeo ut ipſe agere volens ob contractum cum tutore (qui dolo fecit in rem pupilli) habitum, exceptione doli mali repellatur, *l.* 4. §. *illa etiam quæſtio*, *juncta l. ſi procurator*, *ff. de doli except.* Cùm enim alterius circumventio alteri actionem non præbeat, eo fit, uti tutores aliquem cum ipſis in rem pupilli contrahentem circumveniendo, actionem impuberi quærere non potuerit. Licet enim in favorem pupilli inventi ſint tutores: non tamen uſque adeo hoc tam latè patet, ut præ-
17 textu hujus favoris liceat dolum ſubſuere. Quod etiam † procedit in curatore, ſi fortè curator minoris furioſi dolum nectat in adminiſtratione perſonarum ei ſubjectarum.

SUMMARIA.

1 *Tutore condemnato, actio judicati datur, non contra tutorem, ſed pupillum.*
2 *Tutor proſequens cauſam iniquam ſine conſilio peritorum, ſi ſuccumbat, ad expenſas litis ſuo nomine tenebitur.*
3 *Cautela pro tutore & curatore, ut eligat Advocatum peritum.*
4 *Conſules Civitatum, Scabini, & alii Adminiſtratores, injuſtam litem proſequentes, tenentur judicati.*
5 *Tutor ſalaria Advocatis præſtita imputare pupillo prohibetur, ſi ſupervacaneam litem inſtituerit.*
6 *Rectores piorum locorum, non habentes juſtam cauſam litigandi, ſi litigaverint, tenentur proprio nomine in expenſis, nec eas pupillo computare poterunt.*
7 *Procurator generalis, non habens ſpeciale mandatum ad intentandam certam actionem, tenetur proprio nomine in expenſis.*
8 *In generali mandato non venit delictum.*
9 *Tutor putativus non citatus, liti ſe offerens, tenetur, ſi condemnatus fuerit.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

EFFECTUS VI.

SExtus effectus eſt, † quod tutore condemnato, actio judicati non detur contra tutorem, ſed pupillum: maximè quando fuerit condemnatus tutorio nomine, ut eſt textus & ibi Bald. & Dd. *in l.* 1. *Cod. quando fiſcus vel privatus, l.* 2. *l. tutores, §. adverſus, ff. de adminiſt. tut. l.* 5. *ff. quando ex facto tut. & l.* 4. *Cod. in quibus cauſis in integrum reſtit.* & Faber *ſemeſtrium lib.* 1. *cap.* 13. 1

Declarantur prædicta non procedere, quando tutor ſe ſuo nomine obligaſſet pro pupillo, & ita condemnatus fuiſſet, ut diximus *effectu præcedent. declarat.* 1. & tradit Joannes Imbertus, *Inſtitut. Forenſium, libr.* 1. *cap.* 50. *lit. B.*

Secundò † declarantur non procedere, quando tutor fuiſſet proſecutus cauſam evidenter injuſtam, ſine conſilio peritorum, & ita condemnatus fuiſſet in expenſas. Quo quidem caſu quoad expenſas fiet exſecutio contra tutorem, *l. non eſt ignotum, & l. ſi bona, C. de adminiſt. tut.* Bart. & alii, *in l.* 4. *ff. de re jud. & in l. edita, C. de edendo, & in l. qui ſolidum, §. etiam, ff. de legat.* 2. Aufrer. *in deciſ. Tholoſ. quæſt.* 40. Unde † cauti debent eſſe tutores & curatores, ut eligant Advocatum peritum. Si enim libellus malè conceptus, foret emendandus, quanquam minoris nomine hoc fieret; tutores tamen & curatores expenſas luent, ſecundum Jaſonem *in d. l. edita, num.* 40. *C. de edendo.* 2 3

Quæ quidem declaratio † etiam locum habet in Conſulibus civitatum, Scabinis & aliis adminiſtratoribus, idque hac ratione: ne ſub prætextu nominis civitatum vel Collegiorum, propter ſuas ſimultates, ſecurè lites ſuas exercere poſſe exiſtiment, *d. l. non eſt ignotum,* & tradit Boër. *in conſuet. Butric. &* 12. *de conſuetud. jur. ſtatus perſonæ.* 4

Hinc etiam hoc caſu † tutor honoraria imputare pupillo prohibetur, *l. quoties, §. ſicut, verſ. denique, ff. de adm. tut.* Nec enim, inquit textus, *in d. verſ. denique,* prohibetur bonam fidem agnoſcere, aut ſupervacuas lites inſtruere. 5

Amplius etiam hæc declaratio procedit in Rectoribus piorum locorum, videlicet Hoſpitalium, Fabricæ & ſimilium. Imo etiam, quod fortius eſt, idem dicendum erit in Procuratore generali † non habente ſpeciale mandatum ad intentandam certam actionem calumnioſam, ut tradit Nicol. Ever. *in loco à pupillo ad Eccleſiam in princ.* allegans Salicet. *in d. l. non eſt ignotum,* addita † hac ratione, quod in generali mandato non veniat delictum, *l. ſi procurator, circa fin. ff. de condict. indebit.* 6 7 8

Tertiò declarantur prædicta † non procedere in eo, qui ſe liti obtuliſſet: quia ſe pro tutore geſſiſſet, cùm non eſſet, *l. noviſſimè, ff. quod falſo tutore,* Aut, vel quando non citatus, liti ſponte occurriſſet, ut tradit Franciſc. Ripa *in l. ſi ſe non obtulit, num.* 18. *ff. de re judic.* 9

SUM-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

SUMMARIA.

1 *Tutor vel curator non poteſt pupillum ſuum arrogare vel adoptare, & quæ ſit ratio.*
2. *Arrogatio pupillorum quibus ſit permiſſa, & quæ ſit conſideranda num* 4.
3 *Tutor poteſt adoptare privignum ſuum.*
5 *Ciceronis locus de adoptione.*
6 *Tutoribus non licet liberum caput ditioni alienæ ſubjicere.*

EFFECTUS VII.

1 SEptimus effectus eſt, † quod tutor vel etiam curator non poſſet pupillum
ſuum arrogare vel adoptare, ſi minor 25. annis ſit, qui arrogatur: ne fortè
eum ideo arroget, ne rationes reddat, & ſit in poteſtate tutoris, qui rationes
geſtæ tutelæ reddere pupillo compellatur, eum in re familiari hoc adoptionis
2 colore circumſcribere, *l. nec ei ff. de adopt.* qua lege cautum eſt, † iis duntaxat
pupillorum arrogationem permittendam eſſe, qui vel naturali cognatione, vel
3 ſanctiſſima affectione ducti, adoptarent, † ut non injuria T. Antoninus reſcripſerit privignum ſuum tutori adoptare permittendum, *l. nonnunquam, ff. de adopt.* quoniam veriſimile eſt vitricum affectione ſancta moveri ad privignum,
eundemque pupillum ſuum arrogandum, *l. ult. C. de confirmat. tut. & l. lex Cornelia, in princip. ff. de injuriis.* Cæterorum autem prohibendam eſſe, ne
ſit in poteſtate tutorum, & finire tutelam & ſubſtitutionem à parente factam,
4 extinguere. Primum † itaque excutiendum eſt, quæ facultates pupilli ſint, & quæ ejus, qui adoptare eum velit, ut æſtimetur ex comparatione earum, an ſalubris adoptio poſſit pupillo intelligi. Deinde cujus vitæ ſit is, qui velit, pupillum redigere in familiam ſuam. Tertiò, cujus demum ætatis ſit, ut æſtimetur, an melius ſit de liberis procreandis cogitare eum, quàm ex aliena familia quenquam redigere in poteſtatem ſuam. Præterea videndum erit, an non debeat permitti ei, qui vel unum habebit, vel plures liberos, adoptare alium, ne aut illorum, quos ex juſtis nuptiis procreavit, diminuatur ſpes, quam unuſquiſque liberorum obſequio parat ſibi, aut ne, qui adoptatus ſit, minus percipiat, quam dignum ſit eum conſequi. Interdum & ditiorem permittitur adoptare pauperiori, ſi vitæ ejus ſobrietas clara ſit, vel affectio honeſta, nec incognita.

5 Similia ſunt, † & quæ Tullius in oratione pro domo ſua ad Pontifices tradit
inquiens: *Quod eſt Pontifices jus adoptionis? Nempe ut is adoptet, qui neque procreare jam liberos poſſit, & cum potuerit, ſit expertus, quæ denique cauſa cuique ſit adoptionis, quæ ratio generum, ac dignitatis, quæ ſacrorum: quæri à Pontificum*
6 *collegio ſolet.* Ideo autem tutores † pupillos ſuos arrogandos, vel in adoptionem alteri dare non poterant, quod tantam eſſe tutoribus in pupillos auctoritatem, poteſtatemque fas veteres non ducerent, ut caput liberum fidei ſuæ commiſſum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

miſſum, alienæ ditioni ſubjicerent, quemadmodum ex Gellio *lib. 5. noct. Atticarum* conſtat. Verùm mulieri in manum convenienti tutores utiliter auctoritatem præſtabant, licet ex conventione in manum eadem propè quæ ex arrogatione effecta ſequerentur.

SUMMARIA.

1 *Tutor pupillam ſuam ducere, vel filiis ſuis nuptum dare prohibetur. Et quæ ſit ratio.*

2 *Rationibus reddendis obnoxii à pupillarum nuptiis arcentur, licet tutores non ſint.*

3 *Hæres extraneus tutoris non poteſt pupillam ducere in uxorem, modò rationes reddere debeat.*

4 *Tutor pupillam deſpondere non poteſt.*

5 *Tutor, nec filiis ſuis, ſive ſui juris ſint, ſive non, nepotib. pupillam in uxorem dare poteſt.*

6 *Filiorum appellatione de propria ſignificatione verborum non veniunt nepotes.*

7 *Naturales liberi tutoris non poſſunt pupillam in uxorem ducere, licet in adoptionem dati fuerint: Adoptivi verò tamdiu quoad de poteſtate dimittantur.*

8 *Inter filium liberti, & pupillam, cujus ipſe libertus eſt tutor, prohibetur matrimonium.*

9 *Filius prohibetur eam in uxorem ducere cujus tutelæ rationi pater obſtrictus fuerit, ſive hæres extiterit, ſive abſtinuerit, ſive exhæres ſcriptus fuerit.*

10 *Avus gerens tutelam neptis ex filio emancipato natæ, poteſt eam nepoti ex altero filio in uxorem dare*

11 *Affectionis cauſa ſuſpitionem fraudis removet.*

12 *Filiusfamilias tutor vel curator non poteſt pupillam nuptum dare patri, vel etiam fratri, qui in ejuſdem patris poteſtate eſt.*

13 *In arbitrio dato intelligitur, ne eligatur perſona prohibita, licet concedens arbitrium eam eligere potuiſſet.*

14 *Dos ſine matrimonio eſſe non intelligitur.*

15 *Inter eos, inter quos non fuit matrimonium verè, non habet locum actio rerum amotarum.*

16 *Donatio facta inter perſonas inter quas matrimonium non ſubſiſtit, non valet.*

17 *Tutor vetitas nuptias copulans fit infamis, & punitur aliàs pœna corporali, pecuniarum vel extra ordinem pro dignitate pupillæ.*

18 *Tutor pupillam carnaliter cognoſcens punitur pœna deportationis, confiſcationis omnium bonorum & lege Iulia de adulteriis.*

19 *Libertus idemque tutor pupillæ eam in uxorem ducens, vel filio tradens, relegatur.*

20 *Ruſticitate quando ſuccurratur, vel non.*

21 *Tutor vel ejus filius matrimonium contrahere poteſt cum pupilla, ſi pater hoc diſpoſuerit teſtamento.*

22 *Tutor curatorue cum pupilla matrimonium contrahere poteſt, ſi rationes reddiderit, & id tempus effluxerit, quo in integrum reſtitutionem pupilla impetrare poſſit.*

23 *Filiam pupillæ ante redditam tutelam defunctæ tutor in matrimonium collocare poteſt filio ſuo.*

24 *Mater pupillæ cum tutore filiæ ſuæ, vel filio tutoris recte contrahit.*

25 *Tutores pupillis, vel curatores adultis, filias ſuas nepteſue nuptum dare non prohibentur. Et quæ ſit ratio.*

26 *Maritus ignorans. ſi detur curator vxori, excuſatur à pœna Senatuſconſulti, dum tamen alium petat ſubſtitui.*

27 *De Iure Canonico poteſt tutor accipere in vxorem pupillam majorem 12. annorum, & quæ ſit ratio.*

EFFECTUS. VIII.

1 VLtimus effectus eſt, † quod tutor pupillam ſuam vxorem ducere, vel filijs nuptum dare prohibeatur, *l. 1. C. de interdict. matri. pupill. & tutorem, l. Senatuſconſulto, ff. de ritu nupt.* Roland. à Valle, *de lucro dotis, quæſt.* 101. Ratio autem hujus præcipua eſt, ne pupillæ in re familiari circumſcriberentur ab ijs, qui rationes ejus geſtæ tutelæ reddere neceſſe habebant, neúe fraudes in tutelæ adminiſtratione commiſſæ, hujuſmodi domeſtici matrimonij velamento, quo tutelæ reddendæ ratio inhibebatur, tegerentur, quas palàm proferri Reipublicæ expediebat, *l. libertum, §. 1. ff. de ritu nupt. l. ſi tutor, C. de interdict. matr.* quæ quidem cauſa hujus prohibitionis principum oratione quoque continetur, *in l. non ſolum, §. 1. ff. de ritu nupt.* quam & Paul. *lib. ſingulari* proſecutus eſt, & tradit Iacob. Menoch. *de arbit. jud. lib. 2. cent. 2. caſu* 194. *nu.* 12.

2 Ampliatur autem primò, † ut procedat in omnibus, qui rationibus reddendis ſunt obnoxij. Licet enim hi non ſint tutores, periculo tamen tutelæ ſuo nomine obſtringuntur, & à pupillarum nuptijs arcentur: quales ſunt qui falſis allegationibus á tutela ſe excuſaverint, *l. ſi quis tutor, in prin. ff. de ritu nupt. l. 1. 2. & 3. C ſi ex falſis alleg. §. vlt. Inſtit. de excuſat. tut.*

3 Ampliatur ſecundò; † vt procedat etiam in hæredibus tutorum, licet extranei ſint, modo rationes reddere debeant. Nam & hi quoque Senatuſconſulti prohibitione concluduntur, *d. l. libertum, §. 1. ff de ritu nupt.*

4 Ampliatur tertiò, † ut ne tutor quidem deſpondere pupillam poſſet, *l. ſi quis tutor, §. quamuis, ff. de ritu nupt.* Nam cum qua nuptiæ contrahi non poſſunt, hanc plerumque ne quidem deſpondere poteſt tutor.

5 Ampliatur quartò, † vt nec filiis ſuis modò, verùm etiam nepotibus nuptum dare pupillas ſuas tutores prohibiti intelligantur. Quanquam enim de filijs duntaxat oratio loqueretur, ad nepotes tamen interpretatione producta eſt,
6 quod prohibitionis eadem circa illos, quæ circa filios ratio † verſetur, licet ſi propriam verborum ſignificationem ſpectemus, filiorum appellatio nepotes non

non complectatur, nec intereſſe, filii ſui juris, an in patris poteſtate tutoriſúe vel curatoris eſſent, *l. non eſt matrimonium, ff. de ritu nupt.*

Ampliatur quintò, † quod etiam naturales liberi licet in adoptionem dati, 7
& in alienam familiam tranſlati ſint Senatuſconſulto comprehendantur, *leg. ſi quis tutor, §. naturales, ff. de ritu nupt.* adoptivi verò tamdiu, quoad de poteſtate dimittantur. emancipatione enim adoptionis iura in totum perimuntur atque euaneſcunt, ſcilicet quia per emancipationem extraneus intelligatur, *l. quin etiam, in fin. ff. de ritu. nupt.*

Ampliatur ſextò, † quod Senatuſconſulto quoque contineatur libertus, qui 8
filio ſuo naturali, quem in ſeruitute ſuſceperat, & poſtea manumiſerat, pupillam ſuam in matrimonio collocare non poſſit, *l. libertinum, Cod. de interdict. matr.* nec viuo ſolùm † tutore, verum etiam poſt mortem eius filius pro- 9
hibetur eam vxorem ducere, cujus tutelæ rationi pater obſtrictus fuerit, ſiue hæres ei extiterit, ſiue abſtinuerit, ſiue exhæres ſcriptus ſit: nam & fieri poteſt, vt per fraudem in eum collata bona † patris propter tutelam reuocari oporteat, 10
l. non ſolum, §. 1. ff. de ritu nupt. quod ſi avus tutelam geſſerit neptis, ex filio emancipato natæ, nepoti † ex altero filio eam rectè collocabit, quod paris 11
affectionis cauſa ſuſpitionem fraudis amoveat.

Ampliatur ſeptimò, † quod etiam filius familias tutor puellæ vel curator non 12
poſſit pupillam nuptum dare patri ejus, fratriúe, qui in ejuſdem patris poteſtate eſt, *l. non ſolum, §. ſed et ſi filiusfamilias, ff. de ritu nupt. l. ſi filiusfamilias, 2. ff. de tutel. & rationibus diſtrah. l. tutorem, ff. de adminiſt. tut.* Patriæ namque poteſtatis vinculo vnius propè ejuſdemque loco hæ inter ſe perſonæ habentur, *§. ei vero, Inſtit. de inutil. ſtipul. l. frater à fratre, ff. de condict. indeb.* Et † quanquam in matris arbitrio pater eſſe voluerit, cui filia 13
communis nuptum collocaretur, non tamen ea poterit eligere tutorem ejus filium, vel nepotem, cùm contra voluntatem patris hoc ea facere videatur, qui ideo eam maximè prætulit, ne filiæ nuptias tutori committeret, *l. quanquam, ff. de ritu nupt.*

Ex quibus ſequitur, † quod, cùm ceſſat matrimonium inter perſonas ſu- 14
pradictas, nec dos eſſe intelligatur, *l. 2. ff. de jur. dot.* & quod † etiam ob res 15
conſtante hujuſmodi quali quali conjunctione, diſcidij conſilio ſubreptas † re- 16
rum amotarum actio denegetur, *l. ſi concubina, ff. de act. rer. amot.* nec inter hujuſmodi perſonas factas donationes, matrimonij impedimento deficiente, valeant, *l. cum hic ſtatus, §. vlt. ff. de donatio. inter vir. & vxor.* Tutor quoque, † qui hujuſmodi vetitas nuptias copulauerit, fit infamis, *l. ampliſſimi,* 17
C. de excuſat. tut. & l. non eſt matrimonium, ff. de ritu nupt. Et aliàs pœna † corporali, pecuniarum, vel extra ordinem puniatur, pro dignitate pupillæ, 18
l. ſi tutor, C. de interdict. matrimonio. eandemque cognoſcens carnaliter puniatur pœna deportationis, vel confiſcatione omnium bonorum, *l. vnica, C. ſi quis eam, cujus tutor fuerit,* vt refert Iulius Clarus *lib. 5. ſententiarum, §. Fornicatio, verſ. cum pupilla.* Itemque † teneatur lege Iulia de adulteriis, *l. qui* 19
pupillam, ff. ad leg. Iuliam, de adult. & libertum eundemque tutorem pupillæ,

 patro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

patronæ ſuæ, eo quod in matrimonium collocata ipſa tutori ſuo vel filio ejus
20 eſſet, Senatus relegandum cenſuit, *l. libertum*, *ff. de ritu nupt.* Adeo † ut nec ruſticitas vel imperitia ab his pœnis excuſet, *l. 1. C. de interdict. matri.* In his enim, quæ malo more nefarieque geruntur, ruſticitatis excuſatio non accipitur, *l. 2. Cod. de in jus vocando*, cui in his demum, quæ ex meris civilis, juris præceptis pendent, parci ſoleat, *l. ſi quis id quod, ff. de juriſdict. omn. jud. l. 2. ff. ſi quis in jus vocat. non ierit. l. ult. C. de teſt.* & optimè Jacob. Menoch. *lib. 2. de arbit. jud. cent. 2. caſu 194. num. 11. 12.* & paſſim per totum.

21 Declarantur prædicta, † ut non procedant, Primò, quando filia à patre eſſet deſponſata, vel teſtamento deſtinata tutori, vel ejus filio. Hanc enim patris voluntatem, quem hujuſmodi conditionem filiæ quæſiiſſe, ſpectata prius planeque perſpecta ac cognita futuri generi integritate, atque fide, veriſimile eſt, ad exitum perduci Senatuſconſultum non impedit, *l. ſi patris, in fine, C. de interdict. matr. l. non eſt matrimonium, ff. de ritu nupt.* & *l. qui pupillam, ff. ad leg. Iul. de adult.*

22 Secundò † declarantur non procedere, quando tutor Curatorve rationes reddiderit, & id tempus effluxerit, quo integram reſtitutionem pupilla impetrare poſſet, id eſt quadriennium continuum, *l. quanquam, §. tutor, ff. de ritu nupt. l. ult. C. de temp. in integr. reſtitut.* & optimè Jacob. Cuiac. *de præſcript. cap. 29.* & Jaſon *in l. venia, C. de in jus vocan.* & facit *l. ſi patris, C. de interdict. matrim.*

23 Tertiò declarantur † non procedere in filia pupillæ ante redditam ſibi tutelam defunctæ, quam tutor in matrimonium filio ſuo collocare non vetatur, quoniam rationum reddendarum obligatio æris alieni hæreditarii vicem ſimilitudinemque repræſentat, ac ſuſtinet, proindeque non minus cum tutoris, quàm cum cujuslibet alterius debitoris filio nuptias ea rectè contrahit.

24 Quartò declarantur prædicta † non procedere in matre pupillæ, quæ cum tutore filiæ ſuæ, vel filio tutoris nuptias contrahere non prohibetur, *l. 2. C. de interdict. matrim.*

25 Quintò declarantur † non procedere prædicta, quod etiam tutores pupillis ſuis, vel curatores adultis, filias ſuas, nepteſve nuptum dare non prohibeantur, *l. libertum. in fin. ff. de ritu nupt.. l. curatorem, Cod. de interdict. matrim.* Idque hac ratione, ne quoquo pacto protrahantur filiarum nuptiæ, in quibus timor eſt infamiæ & turpitudinis in ſe genuſque ſuum, & amicos, magis quàm in maſculis, ut tradit Andr. Tyraq. *l. 1. connubiali, num. 43. circa fin.* Nulla enim ex hoc matrimonio pupillarium rationum interverſio contingere poterit, cui præcipuè periculo proſpicere Senatus voluit.

26 Sextò declarantur † prædicta non procedere, nec in Senatuſconſulti pœnam incidere, qui ei, quam in matrimonio habebat, abſens & ignorans curator conſtitutus fuerit, dum tamen alius in ejus locum ſubſtituatur, ne maritorum ignorantia fraus ampliſſimi ordinis conſulto quæratur, *l. ampliſſimi, C. de excuſ. tut.*

27 Septimò declarantur † prædicta non procedere de jure Canonico, quo jure

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

jure tutor poteſt accipere in uxorem pupillam majorem 12. annis, ut tradit Alexander *in l. filius à parte*, §. *ſi quis eo*, & ibi Jaſon *num.* 1. *ff. de lib & poſthum.* pulchrè Angel. *conſi.* 92. quod jus Canonicum iſto caſu attendi debet, cùm circa ſpiritualia diſponat, ut tradit Rolandus à Valle, *in tractatu de lucro dotis*, *quæſt.* 101. Ratio autem, quamobrem lex Canonica hæc permittat, non illa eſt, & tutores & curatores in perſona minorum poteſtatem habeant, ſed quoniam matrimonia debeant eſſe libera, ſecundum jus Canonicum, ut tradit Carolus Ruinus *conſil.* 98. *num.* 5. *lib.* 4. quod quidem jus in tali materia attendendum eſt, ſecundum Fredericum de Senis, *conſ.* 36. Anton. Butr. *conſ.* 35. Abbat. *conſ.* 65. *lib.* 2. & Philip. Dec. *conſi.* 35. *num.* 9.

Cap. XXXII.

De Officiis tutorum & curatorum, nempe quæ facere tutores vel curatores debeant, ut rectè tutelam gerant, & primùm

De Decreto Judicis.

SUMMARIA.

1 *Iudicis decretum requiritur, quando tutor accipit adminiſtrationem rerum minorum.*
2 *Verbi* publicæ. *ſignificatio.*
3 *Tutelæ adminiſtratio per judicem decerni debet.*
4 *Tutor in teſtamento datus à judice confirmari debet.*
5 *Decretum Iudicis interponitur à Iudice, cujus juriſdictioni ſubditus fuerit pupillus, & extenditur ad omnes res pupillo, ſive extra territorium exiſtentes, dummodo non ſit contradictor aliàs ſecus.*
6 *In matre tutrice non requiritur Iudicis decretum.*
7 *Communis opinio.*
8 *Teſtatoris voluntas pro lege habetur.*
9 *Teſtator poteſt Legatario concedere licentiam capiendi legatum propria auctoritate.*

HActenus copioſè ſatis diximus de effectibus tutelæ & curæ: nunc autem hoc capite videamus, quæ facere tutores debeant, ut rectè tutelam gerant. Quod ut commodè fiat, omnia ordinatè reaſſumendo novem ſequentibus regulis, cum ſuis illationibus inde dependentibus, expediemus. Quarum
† prima hæc eſt, quod omnis tutor, antequam tutelam adminiſtrat, res minoris 1
cum judicis decreto accipere teneatur, *l. fin. verbo*, *publicæ*, *C. de arbit. tut.* 2
quæ quidem dictio, *publicæ*, judicis decretum præſupponit, *l. fin. ff. ut in poſſ. leg.* & tradit Bald. *l. Orphanotrophos*, *C. de Epiſc. & cler. in l. facultas*, *C. de jure fiſci*, *lib.* 10. ubi aſſerit, quod † ultra judicis decretum requiratur, ut per ipſum 3

decernatur adminiſtratio, non enim debet adminiſtrationem propria auctorita-
te occupare, *l. 3. in prin. ff. de adminiſtr. tut. l. naturali, in fin. ff. de confir-*
4 *mat. tut.* & facit *l. cui eorum, in prin. ff. de poſtul.* etiamſi † datus fuiſſet in teſta-
mento, quod nullum invaliditatis pateretur defectum, *l. 4. ff. de auctorit. tut. l.*
fin. §. illo procul dubio, C. de arbit. tut. Paul. Caſtrenſ. *conſ.* 355. *num.* 4. *lib.* 1.
5 *& in teſtamentario.* Capitius *deciſ.* 129. *num.* 1. Quod quidem † decretum in-
terponitur à Judice, cujus juriſdictioni ſubditus fuerit pupillus, & extenditur
ad omnes pupilli res, ſive intra, ſive extra territorium exiſtentes, *l. magis pu-*
to, §. illud, ff. de rebus eorum, ut tradit Angel. Aretin. *Inſtit. de legit. agnat. tut.*
num. 3. verſ. quæro ſi tale. Bald. *de ſatiſdat. tut. num. 1. verſ ſed quæro.* dum-
modo non adſit contradictor, aliàs autem ſecùs eſſet, *l. cum unus, §. penult. ff.*
de bonis auctorit. jud. poſſid. Nam apparente contradictore, ſcribi debet ad ju-
dicem alterius loci, ut eum mittat in poſſeſſionem bonorum pupilli, ut tradit
Angelus *d. num. 3. verſ. quæro ſi tale,* allegans Bart. *in l. pupillo, ff. de tutel. &*
curat. datis ab his, & citari, eo apparente, omnes debent, qui poſſunt eſſe tu-
tores, ut tradit Angel. *d. num.* 3.

6 Verùm † hæc regula non procedit in matre, cui ipſo jure à lege tutela defer-
tur, nec Judicis decretum requiritur, ſecundum Phil. Corn. *conſ.* 164. *in prin.*
7 *l.* 4. allegantem gloſſam communiter † approbatam, *in authen. matri & aviæ,*
C. quando mulier tut. & Bart. *in l. ſi quis ſub conditione, ff. de teſtam. tut.*

8 Secundò non procedit, † qnando per teſtatorem fuiſſet diſpoſitum, ut tutor
propria auctoritate adminiſtrationem aſſumeret, ſi vellet. Hoc ſiquidem caſu,
quia teſtantis voluntas pro lege habetur *ca. ultima voluntas* 13. *quæſt,* 2. *& §.*
diſponat, in auth. de nupt. aſſumere potere tutelæ & curæ adminiſtra-
tionem, abſque eo, quod per judicem decernatur, ut tradit Baldus *Inſtit. de*
ſatiſdat. tut. num. 1. verſ. ſed quæro, Carol. Ruin *conſil.* 126. *num.* 2. *lib.* 5.
9 & Rip. *in l. nemo poteſt, num.* 80. *ff. de leg.* 1. Quemadmodum † poteſt etiam
licentiam concedere legatario, ut ſua auctoritate poſſeſſionem rei legatæ acci-
piat, *l. Titia, §.* 1. & quod ibi notatur, *ff. de legat.* 2. & tradit Carol. Ruin. *d.*
conſ. 126. *num.* 2. *lib.* 5.

SUMMARIA.

1 *Tutor ante decretum debet jurare utilia pupillo ſe facturum & inutilia prætermiſſurum. Idem in curatore & actore, num.* 2. 3.

4 *Tutor defenſionem pupilli non ſuſcipiens, nec utilia faciens, contra eum juratur in litem.*

5 *Tutor pupillos defendere, & filiis ſuis propriis præferre debet, cùm filii accuſant pupillos.*

6 *Tutor videns, res ſuas & res pupilli in periculo eſſe, debet præferre res pupilli ſuis rebus*

7 *Tutor ſi abſens decernatur, dicitur ei dies, quo veniat hoc juramentum præſtiturus.*

R E-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

REGULA II.

SEcunda Regula eſt; † Quod tutor ante decretum jurare debeat, utilia pupillo facturum ſe, & inutilia prætermiſſurum, *§. fin. in auth. ut hi qui obligat. ſe habere res minorum, l. fin §. omnem autem dubitationem, ubi Dd. C. de adminiſtrat. tut. l. fin. §. ſed cum antiquitas, C. de curat. furioſi, l. tutoris præcipuum, ff. de admin. tut. l. de creationibus, in fin. C. de Epiſc. audient. l. fin. §. illo procul dubio, C. arb. tut.* Capit. *deciſ.* 50. Sebaſtianus Vantius *de null. ſent. tit.* 11. *n.* 146. & 148. Jaſon *conſ.* 4. *l.* 4. & noviſſimè Jodocus Damhouderius *in ſuo patrocinio pupillorum, cap.* 7. *num.* 1. & Guid. Pap. *deciſ.* 330. dicens, ita ſervari: & Chaſſan. in matre tutrice, *tit. des enfans, §. 6. verſ. par Inventaire n* 16. 17. & 18. 1

Ampliatur primò, † ut procedat etiam in curatore, *d. l. creationibus, C. de Epiſcop. audient. & l. fin §. ſed cum antiquitas, C. de curat. furioſi.* 2

Secundò etiam † procedit in actore, ſecundum Sebaſt. Vant. *tit. de nullit. ſent. tit.* 11. *num.* 148. 3

Tertiò procedit, quod ſi tutor defenſionem pupilli non ſuſceperit, utilia non fecerit, quod contra eum aliter adminiſtrantem, quàm oportuit, jurari poterit in litem, juxta tradita per Bart. & alios *in l. legitimos, ff. de legit. tut.* Angel. *conſ.* 103. *in fin.* Signorol. de Homodeis *conſ.* 214. & plenè per Corn. *conſ.* 164. *lib* 1. Marian. Socin. *conſ.* 1 8. *num.* 8. *lib.* 1. 4

Quartò ampliatur, † quod ſi tutor habeat filios, qui accuſarent pupillos, quod parentes tutores pupillorum contra ſuos filios ſtare, pupillos defendere, & propriis filiis præferre debeant, ut pulchrè tradit A. Gellius, *lib.* 5. *Noct. Atticar. cap.* 13. & ibi Petrus Moſellanus *in ſuis eruditiſſimis annotationibus in verbis, in eadem cauſa,* & ſi tutor videat res ſuas & res pupilli in periculo eſſe, debebit præferre res pupilli ſuis rebus, ut tradit Chaſſan. *ad conſuet. Burgundiæ, tit. Des enfans des pluſieurs lictz. §. 5. in verbis, maintenir en bon & ſouffiſant eſtat.* Sed etſi quis tutor † decernatur, nec fuerit præſens, imperat Judex, ut ei denuntietur dieſque dicatur, qua jusjurandum hac in re ſolitum accedat præſtiturus: ut probatur ex notatis *in l. penult. C. de pericul. tut. & l. quinquaginta, C. de excuſat. tut.* 6 7

SUMMARIA.

1 *Tutor ante decretum tenetur jurare ſe non relicturum pupillum indefenſum.*
2 *Tutor an debeat defenſionem pupilli promittere expreſſe, & ſpecialiter, etiam ſub expreſſa obligatione rerum ſuarum, num.* 3.
4 *Tutor non defendens pupillum, & ejus bona, ſed ea alienans abſque utilitate & neceſſitate, nec vendens mobilia quæ ſervando ſervari non poſſunt, non ſolùm mortaliter peccat, ſed tenetur ad reſtitutionem damni.*
5 *Omnis curator ſive generalis ſive ad certum actum tantùm, tenetur ad hanc defenſionem.*
6 *Tutor ante hoc juramentum præſtitum non poteſt adminiſtrare, & adminiſtrans nihil agit.*

7 *Con-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

7 *Contra tutorem juratur in litem, qui pupillum indefenſum reliquerit.*
8 *Tutor, qui non legitimè accepit adminiſtrationem tutelæ, ejus acta non nocent pupillo.*
9 *Teſtamentarius tutor etiam ſine promiſſione, ſi quid malè geſſerit, obligatur adulto. Ampliatur num. 10. & 11.*
12 *Tutor poteſt adminiſtrare ante promiſſionem defenſionis, quo ad tempore peritura, & utilitatem pupillæ concernentia.*

REGULA III.

1 Tertia regula eſt, † quod tutor ante decretum teneatur jurare ſe non relictúrum pupillum indefenſum, *l. fin.* §. *defenſionem*, *C. de adminiſtrat. tut.* Aymo Crauet. latè, *conſ.* 230. & Guido Papa *deciſ.* 330. dicens, ita in Gallia ſervari. Nec ſufficere, ſi promitteret utilia facturum ſe, & inutilia prætermiſſurum, niſi pariter defenſionem pupilli, videlicet ipſum indefenſum non relictu-
2 rum, † expreſſè & ſpecialiter polliceretur, quod à lege requiritur, ut dicit Bart. ad intellectum illius §. *Defenſionem*, *in l. Prætor. ait*, §. 1. *ff. de oper. novi nuntiat.* quem ſequitur Alexand. *conſi.* 80. *num.* 14. *lib.* 5. & *conſil.* 129. *num.* 3. *libr.* 1. Philippus Cornæus *conſ.* 164. *num.* 4. *lib.* 4. dicens, per hoc vidiſſe moltas annullari tutelas, & Angel. Aretin. *in tit. Inſtitut. de legit. agnat. tut. num.* 4. & *ibi additio in litera A.* & inter Neotericos Andr. Tiraq. *poſt leges connubial. glo.* 5. *num.* 94. & *ſeq.* & noviſſimè Villalob. *communium opinionum lit. T. num.* 129. Verùm Carol. Molin. ad Alex *d. conſ.* 129. *num.* 3. *lit. C. lib.* 1. & *d. conſil.* 80. *num.* 14. *lit. F. lib.* 5. contrarium tenet dicens, hoc ſolummodo requiri ex parte Judicis, non autem ex parte tutorum vel curatorum, quin legitimam habeant poteſtatem, ex quo petitum juramentum præſtiterint, & ita in Gallia quoque ſervari dicit, allegans Baldum, *in l. legitimos ff. de legit. tut.* & ea quæ notantur ab Alex. *d. conſ.* 80. *num.* 14. licet ipſemet cum aliis ibidem in additione allegatis ſit contrariæ opinionis, propter verba, *ſubire defenſionem*, quæ ſunt verba præciſa, quæ communis eſt, ut ſupra diximus.

Ampliatur communis opinio, † quod etiam tutor teneatur talem promiſſio-
3 nem facere ſub expreſſa obligatione rerum ſuarum, ut tradit Bart. *in leg. Prætor, in prin. ff. de oper. novi nuntiat.* & facit *l. de creationibus*, *C. de Epiſc. aud.* Adeo etiam, † quod ſi tutor non defenderit pupillum, vel ejus bona, ſed ea alie-
4 net abſque utilitate & neceſſitate, vel ſit in culpa, ut actionem amittat, vel non vendat bona mobilia, quæ ſervando ſervari non poſſunt, nec convertat pretium in bona immobilia (dummodo emptor inveniatur) non ſolùm mortaliter peccet, ſed etiam teneatur ad reſtitutionem damni, ut tenet inſignis Doctor Martinus Navarrus, *in manuali confeſſ. cap.* 23. *in tit. de peccatis exſecut.*

Secundò ampliatur, † quod ad hanc defenſionem quoque teneatur omnis
5 curator, ſive generalis, ſive ad certum actum tantùm, *l. fin.* §. *omnem*, *C. de adminiſtr. tut.* quia per eam univerſalem dictionem, *omnes*, apparet, quod nullus curator

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

curator fuerit exceptus, *l. in fraudem, §. fin. ff. de teſtam. milit. l.* 1. *§. generaliter, ff. de legat. præſt.*

Tertiò ampliatur,† quod etiam tutor vel curator, ante hoc juramentum præſtitum, non poſſit adminiſtrare; & ſi adminiſtraverit, quod nihil agat; ut tradit Marian. Socin. de matre, *conſ.* 22. *num.* 4. *lib.* 2. 6

Quartò ampliatur, † quod contra tutorem, qui contra præmiſſa aliter adminiſtraverit, jurari poſſit in litem, juxta tradita per Bart. & alios, *in l. legitimos, ff. de legit. tut* & tradit Angel. *conſ.* 103. *incip. præmitto, in fin.* & Jaſon. *in l. non eſt dubium, C. de legat.* & in terminis Paul. Caſtr. *conſ.* 355. *incip. poſtquam.* quo loco † dicit, quod tutor qui prædicta non ſervaverit, non poſſit in aliquo pupillis præjudicare, & quod conſequentur actus præjudicialis pupillo non valeat. 7 8

Declarantur tamen prædicta, † ut non procedant in teſtamentario tutore, qui etiam ſine permiſſione, ſi quid malè geſſerit, † adulto obligatur, *ut toto tit. de tut. & rat. diſtrah.* maximè quando non indigeat confirmatione, vel decreto, ut tradit Bart. *in l. legitimos, verſ. quæro utrum, ff. de legit. tut.* quem ſequitur Aym. Crauet. *conſ.* 230. *num.* 4. dicens, † hoc maximè procedere, quando teſtator dediſſet tutori pleniſſimam poteſtatem, videlicet accedendi ad adminiſtrationem ſive confirmationem decreto, vel alio actu judiciali. 9 10 11

Secundò prædicta non procedunt, † quo ad eorum adminiſtrationem, quæ non modicam admittant dilationem, ut in tempore perituris, vel quæ concernant meram utilitatem pupilli: quæ quidem geſta per tutorem valent, etiamſi prædicta non intervenerint, ut tradit Alexander *conſi.* 163. *num.* 4. *libr.* 5. & facit *l. fin. C. de tut. qui ſatis non dederunt,* & eſt optimus textus, *in l. quidam decedens, §. uſque adeo, ff. de adminiſtr. tut.* quæ maximè notanda ſunt in practica, & conducunt ad declarationem regulæ præcedentis. 12

SUMMARIA.

1 *Tutor antequam ſibi ſit decreta adminiſtratio, tutor eſt, ſi intra tempora conſtituta ſe non excuſaverit.*

2 *Tutorem qui ſcit ſe tutorem datum, non interpellari ulterius neceſſe eſt.*

3 *Interpellans ab interpellato diverſa perſona eſſe debet.*

4 *Notarius conficiens inſtrumentum de eo, quod ipſe facit, ut procuratorem conſtituens, non eſt rogatus neceſſarius.*

5 *Mora contrahitur in judice reipſa & ſine interpellatione.*

6 *A tempore ſcientiæ periculum eſt tutoris.*

7 *Tutor ceſſans gerere extra ordinem ad hoc cogi poteſt officio judiciss, prævia ſatiſdatione, juramento, & confectione inventarii.*

8 *Tutor ceſſans petere decretum ſuo periculo ceſſat.*

9 *Tutor ante decretum non habet adminiſtrationem ſive auctoriſationem, ejuſque auctoritas nihil operatur. Ampliatur num.* 10. 11. *Limitatur num.* 12. 13. 14. 15.

16 *Geſta à curatore vel tutore dato per proviſionem, valent.*

REGULA IIII.

1 QUarta regula eſt, † quod tutor, antequam ſibi ſit decreta adminiſtratio,
tutor ſit, ſi intra tempora conſtituta ſe non excuſaverit, *l.* 1. *ff. de admini-
ſtrat. tut.* Bart. *in l. tutor, qui repertorium, C. de adminiſtr. tut.* quia poteſt ut
ſuſpectus removeri, *l.* 3. §. *tutoris, ff. de ſuſpect. tut.* & *l. fin. C. arbit. tut.* Dec.
conſ. 274. *num.* 4.
2 Ampliatur † ut procedat, quod etiam non requiratur interpellatio, ex quo
ſcivit ſe tutorem datum: quia tutor, ad quem pertinet talis exactio, ſeipſum
3 non poteſt interpellare: quia † inter interpellantem & interpellatum debet eſſe
4 differentia, *l.* 2. *ff. de ſtipul. ſervorum.* Et ideo † dicit ibi Bart. quod licet No-
tarius debeat eſſe rogatus à partibus, tamen ubi conficit inſtrumentum de eo,
quod ipſe facit, ut quia Procuratorem conſtituat, quod non eſſet rogatus neceſ-
5 ſarius. Et idem dicit de Judice, † moram etiam iſto caſu reipſa, & ſine inter-
pellatione contrahi, eo quod minori teneatur ad factum, *l. in minorum, C. in
quibus cauſis in integrum reſtit, non eſt neceſſaria,* & *l. Titia,* §. *uſuras, ff. de leg.*
2. & eſt caſus in terminis noſtris *in l. quidam decedens,* §. *fin. ff. de admin. tut.*
6 ubi dicitur, quod ad tutorem ſtatim ſpectet † periculum tutelæ, ex quo ſciverit
ſe eſſe tutorem, etiam nulla præcedente interpellatione.
7 Hinc quoque † tutor ceſſans gerere, etiam extra ordinem ad hoc cogi poſſit
officio judicis, ſcilicet prævia ſatiſdatione, juramento, & confectione inventa-
rii, *l.* 1. & ibi gloſſ. *verbo, extra ordinem,* & *l. ita autem,* §. *geſſiſſe,* & §. *ſi quis,
ff. de adminiſtr. tut.*
8 Inſuper quoque † tutor cenſans petere decretum, & adminiſtrare, dicitur
ceſſare ſuo periculo, cùm per eum ſteterit, *l.* 1. §. *ff. de adminiſt. tut. l. cum quis
decedens,* §. *fin. eodem tit. l. qui facere poteſt, ff. de reg. jur.* ut eleganter tradit
Dec. *conſ.* 297.
9 Declaratur prædicta regula, † ut non procedat, quoad adminiſtrationem ſive
auctoriſationem, quam non habet tutor ante decretum, cujus auctoritas aliàs
nihil operatur, ut tradit Angel. *conſ.* 50. *de matre, n.* 1. Cap. *deciſ.* 50. Carol.
Ruin. *in additione, conſ.* 95. *n.* 11. *lib.* 2. Curt. *de alienatione, conſ.* 29. *n.* 8.
verſ. ſed quod fortius, & *nu ſeq.* & noviſſimè Joan. Imbert. *in Enchiridio juris*
10 *Galliæ, verbo, tutela.* Quod † procedit tam jure Digeſt. quàm jure Cod. ut tradit
11 Bald. *Inſtit. de ſatiſdat. tut. n.* 1. *verſ.* & *primo.* Atque etiam † intervenienti-
bus aliis ſolemnibus, quia non potuerit tutor auctoritatem ſuam interponere,
leg. 1. *ff. de rebus eorum,* ut tradit Carolus Ruinus, *conſil.* 63. *num.* 12. dicens
communem opinionem, *libr.* 1.
12 Verùm hoc locum non habet, † quoad tempore peritura, nec etiam in matre
vel patre, ſecundum Cap. *deciſ.* 50. & Corn. *conſ.* 164 *n.* 1. & 2. *lib.* 4. ſed *n.* 4.
contrarium tenet, tradens quatuor requiſita, & communiter teneri dicit Socin.
conſ. 1. *aliàs* 153. *n.* 1. & 2. *l.* 2. & Ang. *conſ.* 50. tradens requiſita in matre.

Nec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Nec etiam † locum obtinet, quando quis diu ſe geſſiſſet pro tutore, & ejus 13
actus ſortiti fuiſſent effectum, ut tradunt Socin. *d. conſ.* 1. *aliàs* 153. *num.* 3. 4. *&* 5. & Aym. Crauet. *de antiq. temp. par.* 3. §. *vidimus, num.* 37.

Sicut etiam † non procedit in teſtamentario, cui teſtator potuerit concedere 14
adminiſtrationem ſine judice, ſecundum Carolum Ruinum, *conſ.* 126. *num.* 2. *lib.* 5. Bald. *Inſtit. de ſatiſdat. tut. num.* 1. *verſ. ſed quæro primo*, Ripam *in l. nemo poteſt, num.* 80. *de legat.* 1.

Nec denique † quando talis actus non præjudicaret pupillo, ſed prodeſſet, 15
quo etiam caſu valent geſta per tutorem, etiam ſolemnitatibus de jure requiſitis non intervenientibus, ut tradit Corn. *de ſenten. & proceſſu, conſ.* 164. *num.* 1. 2. *&* 4. *lib.* 4. Carol. Ruin. *conſ.* 108. *n.* 13. 14. *&* 15. *lib.* 1. *& d. conſ.* 63. *n.* 9. *lib.* 1. Angel *conſil.* 50. *num.* 1. *l. tutor, qui repertorium, ff. de adminiſtr. tut. l. fin. C. de tut. & curat. qui ſatis non dederunt.* Bart. *in l. Prætor, ff. de oper. novi nuntiat.* Marian. Socin. *conſ.* 148. *num.* 9. *lib.* 1. & idem de Inventario, *conſ.* 22. *num.* 3. *lib.* 2. & ante eum Guido Pap. *deciſ.* 330. & noviſſimè Berous *q.* 69. niſi ea, quæ geſta fuiſſent à tutore, tenderent in damnum pupilli, quæ non valent, ut tradit Cornæus *dict. conſ.* 164. *num.* 4.

Hoc tamen † notandum eſt, quod geſta ab adminiſtratore coacto, & dato 16
per proviſionem, pendente appellatione, valeant, donec alius conſtituatur, ne illuſoria ſit judicis ſententia, *l. ſi Prætor, ff. de judiciis*, & ne quis decipiatur judicis ſeu Principis beneficio, *l.* 1. *C. de his qui ven. ætatis impetraverunt*, & eſt bonus text. *in l.* 1. §. *Idem Pomponius, ff falſo tut.* ad quod facit *l. Barbarius Philippus, de offic. Prætor.* quæ ſententia fuit quoque arreſto confirmata apud Gallos 13. Decembris, anno 46. ut dicit Petrus Rebuff. *de ſenten. proviſionali, artic.* 3. *glo.* 5. *num.* 21.

De confectione inventarii tutoris vel curatoris.

SUMMARIA.

1 *Omnis tutor vel curator tenetur conficere inventarium, antequam adminiſtret. Ampliatur num.* 3.

2 *Tutor inventarium facere debet expenſis pupilli.*

4 *Tutor ante confectionem inventarii nihil agere poteſt, & geſta ſint invalida.*

5 *Communis opinio.*

6 *Parte non opponente, acta facta per tutorem ante confectionem inventarii valent: idem ſi Iudex mandat procedi ad ulteriora.*

7 *Tutor etiam ante confectionem inventarii omnia, quæ dilationem non recipiunt, facere poteſt & debet, alias pupillo tenetur.*

8 *Tutor quoad res tempore perituras vendendas, & dilationem non recipientes, poteſt contemnere voluntatem patris pupilli.*

9 *Tutor ceſſans diſtrahere res tempore perituras, ſuo periculo ceſſat.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

10 *Tutor nec conveniri, nec alios convenire poteſt, non confecto inventario. Limitatur num.* 12. 13. 14. 15. 16. 17.

11 *Iudicium agitatum cum tutore, qui non fecerit inventarium, eſt nullum.*

18 *Inventarium debet eſſe caput rationum ſine quo non poteſt confici primum & principale caput libriràtionum, quod eſt de receptis.*

19 *Appellatione, legitimæ adminiſtrationis, venit confectio inventarii.*

20 *Tutor differens confectionem inventarii poteſt ut ſuſpectus removeri. Ampliatur numer.* 22.

21 *Tutor quando nimis diſtuliſſe dicatur confectionem inventarii, relinquitur arbitrio Iudicis.*

23 *Tutor non ſolemniter datus, ſi per errorem gerat tutelam, non videtur ut tutor geſſiſſe, ſed ut negotiorum geſtor, & negotiorum actione convenietur.*

24 *Mater tutrix tenetur conficere inventarium:*

25 *Communis opinio.*

26 *Mater tutrix teſtamentaria inventarium conficere tenetur, etiamſi teſtator ei confectionem inventarii remiſerit.*

27 *Mater non conficiens inventarium, mox cum facere poteſt, & creata fuerit, privatur ſucceſſione filiorum, uſufructu donationis propter nuptias, & juratur in litem contra eandem, numero* 118.

29 *Communis opinio.*

49 *Inventarium quando fieri & incipi debeat. num.* 31. 33.

30 *Dictionis, mox, ſignificatio quæ ſit.*

32 *Communis opinio, quod inventarium inchoari & perfici debeat, infra tres menſes à die obitus.*

34 *Magis communis opinio recenſetur circa confectionem inventarii.*

35 *Statutum præfigens certum tempus circa confectionem inventarii, ſervandum eſt.*

36 *Coram quo debeat fieri inventarium.*

37 *Tutor non conficiens inventarium magis delinquit quam ii, qui non petit tutorem. Idem ſi incepit, ſed non perfecit. num.* 38.

39 *Paria ſunt actum non fieri, vel fieri minus ſolemniter.*

40 *Tutor in inventario omittens ponere pretioſa, præſumitur eſſe in dolo.*

41 *Tutor omittens ponere in inventario omnia pupilli bona, extra ordinem punitur.*

42 *Tutor nihil in inventario omittere debet.*

43 *Tutor non conficiens inventarium dicitur eſſe in dolo, & bonorum uſurpator, teneturque ad intereſſe, & contra eum in litem juratur.*

44 *Tutor non conficiens inventarium, à munere tutelæ removendus eſt, tanquam ſuſpectus.*

45 *Tutor torturæ ſubjici poteſt, ſi res hæreditariæ, in quibus minor inſtitutus fuerit, non reperiantur, carceribus detinebitur, & infamiæ nota afficietur.*

46 *Tutor excuſatur, ſi ex juſta aliqua cauſa inventarium non confecerit, & eam probaverit.*

47 *Tutor excuſatur, ſi ob ruſticitatem, vel ſimplicitatem inventarium non fecerit.*

48 *Modicus defectus non conſideratur in jure.*

49 *Doli præſumptio in re modica ceſſat.*

50 *In*

50 *In modicis, ſeu minimis, ſtatur privatæ ſcripturæ & ſimplici juramento tutorum, & curatorum.*
51 *Communis opinio.*
52 *Tutor, velcurator, debet jurare contenta in inventario eſſe vera.*
53 *Forma, data à lege, vel ſtatuto, ubi non ſervatur, actus eſt nullus.*
54 *Juramentum à Statuto requiſitum debet à tutoribus ſub eiſdem verbis præſtari, alias tutela non valet.*
55 *Communis opinio.*
56 *Tutor deſcribens in inventario rem aliquam, fatetur eam eſſe pupilli. Ampliatur nu. 57. 58. & 59. ratio traditur. Limitatur num. 67.*
60 *Deſcribens rem ſuam in æſtimo ſive cataſtropho alterius, in præjudicium deſcribentis, probatur dominium in favorem alterius.*
61 *Bona donata deſcripta in inventario minorum præſumuntur eſſe minoris.*
62 *Diſponens de re legata cenſetur legatum adnoſcere.*
63 *Debitor, ſi hypothecaverit creditori rem alienam, & dominus rei fidejubeat pro debitore apud illum creditorem, cenſetur hypothecam approbare.*
64 *Petens terminum ad ſolvendum videtur approbare contractum præcedentem.*
65 *Petens dilationem ad ſolvendum id, in quo fuerat condemnatus, approbare ſententiam cenſetur, ut amplius appellare non poſſit.*
66 *Voluntas hominis talis præſumitur, qualis ex factis colligi poteſt.*
68 *Res in inventario poſitæ, ſi ſemel in ejus adminiſtratione fuerint, extare adhuc præſumuntur.*
69 *Conſumptio veriſimilis rerum corruptibilium relinquitur arbitrio judicis.*
70 *Bona quomodo probantur conſumpta ſine culpa.*
71 *Frater tenetur conficere inventarium.*
72 *Curatores particulares, vel privatum gerentes officium, tentur conficere inventarium.*
73 *Adminiſtrator, vel negotiorum geſtor, tenetur conficere inventarium.*
74 *Coadjutor tutoris, & quilibet alius, qui gerit per ſe, & non periculo alterius, tenetur conficere inventarium.*
75 *Inventarium tutoris quomodo confici debeat.*
76 *Bona immobilia in inventario per tutorem qua forma debeant deſcribi, ne ad intereſſe teneatur, & qua forma item mobilia num. 77.*
78 *Paria ſunt; Inventarium non facere, vel facere, & non omnes res ponere, vel obſcure ponere.*
79 *Iura & actiones à tutore inſeri debent inventario, cum nominibus debitorum, non vero creditorum nomina. num. 80.*
81 *Tutor tenetur inſtrumenta ad pupillum pertinentia ponere in inventario, tam præſentia, quam ea quæ poſt invenerit. num. 82.*
83 *Tutor tenetur etiam ea, quæ acquiſita fuerint ex hæreditate, ſucceſſione, legato, vel alio titulo, addere inventario.*
84 *Tutor datus ad unum actum, ſive articulum tantum, an teneatur conficere inventarium?*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

85 *Curator ad rem certam, vel res certas, non habentes reditus vel expenſas, non tenetur conficere inventarium.*
86 *Inventarium an conficere debeat tutor vel curator ad litem datus?*
87 *Conſtitutus ad autorandum diviſioni, vel alii actui non tenetur facere inventarium.*
88 *Pater legitimus adminiſtrator non tenetur conficere inventarium.*
89 *Communis opinio.*
90 *Pater tutor filiorum tenetur conficere inventarium & quæ ſit ratio.*
91 *Actor gerens nomine tutoris, & ejus periculo conſtitutus, non tenetur conficere inventarium, ſed ſufficit tutorem confeciſſe.*
92 *Mora in non conficiendo inventario purgari per tutorem poteſt infra breve tempus, ſi ſe adminiſtrationi non ingeſſerit.*
93 *Conſuetudo excuſat tutores à non confectione inventarii.*
94 *Tutores, qui ob morbum, vel aliam juſtam cauſam non fecerint inventarium, excuſantur. Idem ſi tantum in ea expenderent quantum valerent bona. num. 95.*
96 *Proteſtatio tutoris* pupillum nihil in bonis habere, *loco inventarii habetur, & coram quo talis proteſtatio fieri debeat.*
97 *Iudex ex cauſa poteſt remittere confectionem inventarii.*
98 *Teſtator an poſſit tutori remittere confectionem inventarii, controverſa quæſtio eſt apud jurium interpretes. num. 99.*
100 *Teſtator poteſt remittere confectionem inventarii in præjudicium legatariorum. Ampliatur num.* 101.
102 *Paria ſunt, remittere inventarium, vel fieri vetare.*
103 *Tutor aut curator, quibus prohibita fuiſſet confectio inventarii à teſtatore ſi illud fecerit, non obſtante prohibitione, ſive juſſu Iudicis, dicitur eſſe in dolo.*
104 *Teſtator non poteſt remittere confectionem inventarii in præjudicium creditorum.*
105 *Communis opinio.*
106 *Voluntatem teſtatoris Iudex ex cauſa ſequi non tenetur, maximè quando pupillo damnoſa eſſet.*
107 *Communis opinio,*
108 *Iudex ex cauſa poteſt venire contra diſpoſitionem teſtatoris, & conſulere utilitati impuberis. Ampliatur num.* 109.
110 *In dominio Mediolan. tutor tenetur conficere inventarium, non obſtante remiſſione, vel prohibitione teſtatoris.*
111 *Remiſſo onere rationis reddendæ, etiam inventarium remiſſum cenſetur: & quæ ſit ratio num.* 112. *Ampliatur num.* 113.
114 *Tutor vel curator ſciens liberationem redditionis rationis ſibi à teſtatore factam nullam eſſe, tenetur conficere inventarium, ſecus ſi ignoraverit. num.* 115.
116 *In dubio ignorantia facti præſumitur.*
117 *Tutor, vel curator, cui eſt relicta liberatio à confectione inventarii, tenetur de dolo in faciendo commiſſo: & quæ ſit ratio.*
118 *Tutor ſe excuſans à tutela, privatur indiſtincte legato.*

119 Tu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

119 *Tutor licet debeat conficere inventarium antequam adminiſtratio ei à Judice decernatur, tamen ſi ei non fuerit oppoſitum de non confectione inventarii, non vitiat, licet talis ordo non fuerit ſervatus.*

REGULA V.

QUinta † regula eſt, quod omnis tutor vel curator, teneatur conficere inventarium antequam adminiſtret, ut tradunt Dec. *de curatore prodigi, conſ.* 1
274 *num.* 4 *Idem conſil.* 278 *num.* 1 *Idem conſil.* 192. *n.* 2 *& in c. ex parte, n.* 5. *de appellat.* Guid. Papæ, *deciſ.* 130. Capit. *deciſ.* 50. Marian. Socin. *conſil.* 148 *num.* 5. *lib.* 1. Ruin. *conſil* 89. *num* 8. *lib.* 5. Practica Papienſ. *in forma libelli, quo agitur ad reddendam rationem tutelæ, verſ. & curatores erant, nu.* 5. & Ludov. Roman. *conſil.* 425. facit *l. tutor, qui repertorium, in princ. ff. de adminiſtr. tut l. tutores, & ibi gloſſ. verb. mox, C. eod.* Quod † quidem inventarium tutor faciet expenſis pupilli, ut tradit Borgn. Cavalc. Finiranenſ. *de tutore & curatore, num* 62. allegans Andr. de Iſern. *ſing* 5. *verſ. utrum,* ubi dicit hanc quæſtionem fuiſſe de facto Neapoli, & ita fuiſſe judicatum. 2

Prædicta † autem regula primo procedit, ſive ſit tutor teſtamentarius, legitimus, dativus, vel honorarius, ut tradit gl. *in d. l. tutor, qui repertorium, in gloſ.* 2. & ibi Bart. *num.* 3. *de honorario & notitiæ cauſa, dato tutore,* quia ei ſolvi poteſt, Andr. Barb. *in tutore teſtamentario, conſil.* 62. *in princ. lib.* 2 Dec. *conſil.* 178. *in princ.* Paul. Pariſ. *conſil.* 84 *num.* 19. *lib* 1. Socin. jun. *conſil.* 148. *num.* 5. *lib* & noviſſime Gualdenſ. *de arte teſtandi.* Adeo, ut † tutor etiam nihil poſſit agere ante confectionem inventarii *l. fin §. illo, C. arbitr. tutelæ,* atque etjam omnia geſta per tutorem ante confectum inventarium ſint invalida, *l. legitimus,* ubi Bart. *ff. de legit. tut.* & plenius tradit idem Bart. *in d. l. tutor, qui repertorium,* ubi per illum textum dicit, quod antequam tutor confecerit inventarium, nihil pro pupillis gerere poſſit, nec tutelam adminiſtrare, cum quo tranſeunt communiter † Dd in locis prædictis, ut tradit Afflict. *deciſ.* 285. *nu.* 5
22. *& deciſ.* 360. *num* 1. & Marian. Socin. *conſil.* 22. *nu.* 3. *lib.* 2. 3 4

Verùm hæc † ampliatio non procedit, quando pars non opponeret, vel Judex mandaret procedi ad ulteriora, ut tradit Philip. Corn. *conſ.* 136. *n.* 35. *&* 6
7. *liq.* 3. Nec etiam, quo ad ea, quæ non † modicam dilationem expectare 7
poſſunt, ut quia res eſſet peritura, vel pupillo expediret, ut ſunt fructus, quos tutor ante confectionem vendere poteſt, ut tradunt Dd. *in l. procuratorem, C. de proc.* & facit *d. l. tutor, qui repertorium,* Boer. *quæſt.* 69. Carol. Ruin. *conſil.* 108. *num.* 13. *lib.* 1. Corn *conſ.* 194 *num.* 4. *lib.* 4. Dec. *in cap. ex parte, num.* 5. *de appellat.* Alex. optime declarat *conſil.* 163. *num.* 3. *verſ. nec etiam obſtat, & num.* 4. *lib.* 5. & facit *l. fin. §. illo, C. arbit. tutelæ, & l. tutores,* & ibi gl. *in verbo, non mutatur, C. de adminiſtrat. tut.* Quod procedit etiam in fructibus, qui biennio non corrumperentur, ſecundum Dd. *in l. fin. ff. de tut. & curat. qui ſatis non deder.* in quibus vendendis non requiritur judicis decretum, ſecundum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

dum Bald. *in l. ſancimus*, §. *omnem*, *in princ. C. de adminiſtr. tut.* Imo
8 † etiam quo ad tales res, licet tutoribus præceptum, vel voluntatem patris negligere vel contemnere, ut ſi parer caveret, ne quid rei ſuæ diſtraheretur, vel ne mancipia diſtraherentur, vel veſtis, vel domus, vel aliæ res periculo ſubjectæ, *l. ita autem*, §. *uſque adeo*, *ff. de admniſtr. tut.*
9 Imo † quod magis eſt, ſi ceſſaverit tutor in diſtractione talium rerum, quæ tempore deperirent, tutorem ſuo pericula id facere. Debuit enim confeſtim officio ſuo fungi, *d. l. tutor, qui repertorium*, § *ſi tutor*, *ff. de adminiſtr. tut.* & tradit Carol. Ruin. *conſ.* 89. *n.* 8. *lib.* 5. Ex quo enim innotuit tutori, ſe tutorem eſſe, ſcire debuit periculum tutelæ ad eum pertinere. Innoteſcere autem qualiter qualiter ſufficit, nou utique teſtato eum conveniri. Nam etſi citra teſtationem, ſcilicet undecumque cognoverit, nulla dubitatio eſt, quin debeat periculum ad ipſum reſpicere, *d l. ita autem*, §. *ex quo innotuit.* Nec excuſabitur tutor, ſi contutores, vel differentes, vel ſe excuſare volentes expectaverit: debuit enim partibus ſuis fungi, non quidem præcipiti feſtinatione, ſed nec moratoria cunctatione, *d. l tutor, qui repertorium*, §. *ſi tutor*, *verſ. quid ſi contutores.* De qua ſententia multa graviter & copioſe tractat magnus noſter Eraſmus Roterodamus *Chiliade* 2. *Proverb.* 1.
10 Secundo ampliatur regula, † quod idem tutor non poſſit convenire, vel conveniri in judicio, vel extra, in præjudicium pupilli, *l. ult. C. arbitr. tutelæ.* Bart. *in l. quod plerumque*, *C. de aliment. pupill. præſt.* Carol. Ruin. *conſil.* 29. *num.* 10. *lib.* 5. Boër. *deciſ.* 53 *num.* 5. Corn. *conſil.* 207. *num.* 4. *lib.* 3. & no-
11 viſſime Joan. Imbert. *in Enchirid. juris Galliæ, verbo, tutela.* Adeo † quidem, ut ſi aliter factum fuerit, judicium erit nullum, ut tradit idem Corn. *conſil.* 164. *lib.* 4. Alexan. *conſil.* 119. *num.* 36. *lib.* 6. Robert. Maranr. *de ordin. jud. diſtinct.* 16. *num.* 33. & noviſſime Jacob. Novell. *reg.* 10. *incip. hæres*, *num.* 2. & Joachimus Mynſing. *cent.* 2. *obſervat.* 37. ubi dicit hoc notandum.
12 Sed hæc † ampliatio non procedit in his, quæ dilationem non recipiunt, ut
13 ſupra proxime diximus. Nec † etiam in matre, cui decreta fuiſſet adminiſtratio ante ejus confectionem, ut tradit Corn. *d. conſ.* 136. *nu.* 3. & 4. *lib.* 4. Nec
14 † etiam in his, quæ oportet de neceſſitate præcedere confectionem inventarii, ut eſt deliberare, an expediat pupillo adire hæreditatem, *l. Ariſt.* 1. *ff. de acq.*
15 *hæred.* Vel † quando tutor ageret in his, propter quod nullum damnum conſequeretur pupillus, ut notat gl. *in l. fin. C. de tut. & curat. qui non ſatiſded.* & ita tenet Bartol. *in allegat. l. tutor.* & Cyn. *in l. final. C. de adminiſt. tut.* & Spe-
16 cul. *tit. de tutore.* §. *generaliter*, *verſ. hoc autem notandum.* Vel † quando Judex ea propoſita mandaſſet procedi ad ulteriora, ut ſupra quoque diximus.
17 Nec † denique ex moribus Galliæ, quibus tutor adminiſtrare poterit ante confectum inventarium, nec ab agendo, vel defendendo propterea repellitur, licet de jure contrarium ſit proditum, ut tradit Joann. Imbert. *in ſuo Enchir. juris Galliæ, in verbo, tutela. per l. ult. C. arbit. tutel.*
18 Tertio † ampliatur, quod inventarium debeat eſſe caput rationum, ſine quo non poſſit confici primum & principale caput libri rationum, quod eſt de re-

ceptis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

ceptis, *l. cum ſervus, l. cum tale, in princ. ff. de condit. & demonſtrat.* Gemin. *in cap. generali, col. 2. de elect. in 6. d. l. tutor, qui repertorium.* Franciſc. de Curte antiquior, *conſ. 66. in 8. colum. verſ. ſecundum articulum*, Bald. *in d. l. cum tale, §. 1.* Angel. *conſ. 144. ad finem*, & noviſſime Zaſ. *conſ. 18. num. 24. lib. 2.*

Quarto † ampliatur, quod confectio inventarii veniat legitimæ adminiſtrationis appellatione, ut habetur *in deciſ. Pedemont. 58. num. 9.* 19

Quinto † ampliatur, quod licet forte valeat adminiſtratio decreta, poterit tamen tutor, ſi diſtulerit nimis inventarium conficere, ut ſuſpectus removeri, *l. fi. §. illo, C. arbit. tutel. tutor, qui repertorium, in princ. ff. de adminiſtr. tut.* Dec. *in cap. ex parte, num. 5. de appellat.* Corn. *conſ. 136. num. 3. 4. 5. libr. 3. idem de teſtamentario, conſil. 228 n. 12. l. 4 & conſil. 198. n. 1. l. 1. idem conſ. 275, n. 4. l. 3.* Deciſio Pedemont. 58. *n. 22.* Andr. Barb. *conſ. 61. n. 2. & 3. l. 3.* & gloſſ. *in l. 2. § ſi mater, ff. ad Tert* quam allegat pro ſingulari Bald. *in l. precib. C. de impub. & aliis ſubſtit. & in l. matres, C. ad Tertull.* Quando † autem Tutor dicatur nimis diſtuliſſe, Afflict. *in cap. 1. nu. 21. verſ. item habet arbitrium æſtimandi, ex quibus cauſis feudum amitt.* dicit eſſe arbitrium judici. 20 21

Et hæc † ampliatio maxime procedit, ſi tutor eſt extraneus, *l. tutor, qui repertorium, in verb. dolo malo feciſſe videtur, ff. de adminiſtr. tut.* & tradit Andr. Barb *d. conſ. 61. n. 1. verſ. & hoc multo fortius.* niſi tutor † non ſolemniter datus adminiſtraſſet, ſed per errorem geſſiſſet tutelam. Quo quidem caſu cenſetur geſſiſſe, non ut tutor, ſed ut negotiorum geſtor, *l. militiæ armatæ, C. qui dar. tut. in verb. res adminiſtraverit*, & negotiorum geſtorum actione convenietur, *l. 1. C. de teſtam. tut.* ubi habetur, quod ſi tutor datus non ſolemniter adminiſtraverit ut tutor, cum non eſſet quod videatur adminiſtraſſe, ut negotiorum geſtor, ut tradit And. Barb. *d. conſ. 61. num. 27.* 22 23

Sexto † ampliatur, quod etiam mater tutrix teneatur conficere inventarium, ut voluerunt Bald. & alii *in l. fin. § ſin autem, C. arbit. tutel* & facit *§. fin. junct. gl. in verb. deſcriptiones, in auth. ut ſine prohibitione matres*, alias enim eo non confecto, mater † non poterit adminiſtrare, *l. fin. § fin C. arbit. tut. & ibi com. Dd.* Specul. *tit. de tutore, § fin. in princ.* Corn. *conſ. 207. n. 4. lib. 3. in materia venditionis. Idem conſil. 219. num. 7. lib. 4. Idem de agente, conſil. 236. num. 1. lib. 3. & ibidem limitat, n 3. 4 & 5.* Marian. Soc. *in materia alienationis, conſil. 22. num. 3. lib. 2.* dicit communem. 24 25

Et hæc procedit etiam, ſi eſſet † teſtamentaria, & à teſtatore fuiſſet ei remiſſa confectio inventarii, ut tradunt Alex. *conſ. 62. lib. 4.* Bartholom. Socin. *conſ. 2. lib. 1* Joan. Andr. *in addition. Speculator. in tit. de tutore, §. fin. n. 1. in fin.* Ripa *in l. nemo poteſt, num. 85. de legat. 1.* Socin. jun. *conſ. 115. n. 21. & ſeq. & conſ. 148. num. 5. & ſeq. lib. 1.* 26

Amplius etiam † mater non conficiens inventarium, mox cum facere poteſt, & cum creata fuerit tutrix, privatur ſucceſſione filiorum, uſufructu, & donatione propter nuptias, jurarique poterit in litem contra eandem, tanquam inventarium de dictis bonis non fecerit, ut tradit Barth. *conſ. 150.* & gl. 27

 commu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

28 communiter † approbata *in l. in litib. in verb. non etiam, ff. de in litem jurando.*
& Bald. *in auth. eiſdem pœnis, C. de ſecund. nupt.* ubi dicit, quod mater incidat
in pœnas dictæ Authenticæ, ſi deficiat in uno ex tribus requiſitis, id eſt, petere
tutorem, rationem non reddere, vel reliqua non reſtituere, ut tradit Bald. *in l.*
1. in princ. C. ſi adverſus ſolut.

29 Quando autem † hæc inventarii confectio fieri debeat, controverti invenio.
Sunt enim qui dicunt iſtud confici debere, id eſt, incipi infra triduum, & perfici
una vice, ſi poſſibile ſit, alias quam primum poterit, ut tradit Alberic. *in l. tu-*
tores, n. 7. C. de adminiſt. tut. facit *l. tutores, & ibi gl. verb. mox, C. de admin.*
30 *tut.* quæ dictio, *Mox*, communiter intelligitur, cum primum facere poſſunt,
31 ut ibi gl. & Bart. *in d. l. tutor, qui repertorium.* Sunt † & alii, qui dicant inchoa-
ri & perfici debere infra tres menſes à die obitus, ut tradit Cuiac. *Nouel.* 1. *ex*
32 *Harmenopul lib.* 5. Paul. de Caſtr. *conſ.* 268. *n.* 6. *lib.* 2. ubi dicit † communem,
quod etiam tenent Bart. *in l. fin. §. ſi vero poſtquam, n. 4. C. de jur. delib.* Cornel.
Bouincaſ. *in ſuo tract. de paupertate, q 9. ſpeciali* 10. *n.* 18. *& ſeq.* ubi dicit
tale tempus eſſe utile, & non continuum, allegans Socin. jun. *conſ.* 19. *lib.* 3.
33 Alii † vero hoc relinquendum eſſe ajunt arbitrio Judicis, ut tradit Menoch.
34 *lib. 2. de arb. jud. caſ.* 174 Alii denique † inventarium inchoari dicunt, quan-
do hæreditas eſſet adeunda cum beneficio legis, & inventarii infra 30. dies, à
die ſcientiæ vel aditæ hæreditatis, & finiri infra tres menſes, ſi bona ſint in eo-
dem loco, vel parum diſtanti, alias infra annum à die mortis defuncti, etiamſi
ſimpliciter à principio dictam hæreditatem adiviſſet, & abſque aliqua proteſta-
tione: quæ quidem opinio videtur magis communis, & tenenda, ut tradit Cœ-
pol. *Cautel.* 24. Ber. *quæſt.* 62. Boer. *deciſ.* 168. & noviſſime Eman. Soares,
Commun. opinio in verb. inventarii, num. 175. & alii paſſim Dd. qui ſubjungen-
do, dicunt judicem non poſſe tale tempus alterare, ut refert Roland. à Valle,
35 *conſil.* 18. *n.* 15. *lib.* 5. Capit. *deciſ.* 87. *n* 3. Et hæc † procedunt, niſi ſtatutum
præfigeret certum tempus, quod eſſet varium pro cujuſque regionis more,
quod majus aut minus tempus deſideraret, quod tunc deberet obſervari & at-
tendi, ut tradunt Bald. *in tract. ſtatutorum, in verb. ſtatuere, num.* 12. Soc. *conſ.*
20. *num.* 11. *lib.* 1. Dec. *in c. ex part. num* 9. *de appell.* & noviſſime Joannes
Imbert. *in Enchir. juris Galliæ, verb. tutela.*

36 Septimò † ampliatur regula, inventarium confici debere coram judice,
per manus publicas, *l. tutores, C. de admin. tut. l fin C. arb. tut.* ibi ſub præſen-
tia publicarum perſonarum, *Nouella* 94. *ibi, præſente clariſſimo ſcriba*, & ibi Ja-
cob. Cuiac. *in fine*, & facit *l. ult. C. de magiſt. conv. ibi, ſcribæ vitium, l. de crea-*
tionibus, C. de Epiſcopali audient. optime Bart. *in l. tutor, n.* 8. 9. *ff. de adm. tut.*
Verum Joann. Faber & Salycet. dicunt ſufficere, quod fiat coram Graphiario
de conſuetudine, *in l. tutores, C. de admin. tut.* ut dicit Chaſſan. *tit. Des en-*
fans de pluſieurs lictz, in verbo, par inventaire, num. 1. *&* 2.

37 Octavo † ampliatur, quod non conficiens inventarium, magis delinquat,
quam is, qui non petit tutorem, prout expreſſe dicit Sylva Nuptialis, *in rubr.*
83 *viduæ non nubendum.* Gozad. *conſ.* 17. *n.* 5. *&* 8. Et † idem quoque eſſe in eo,
qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

qui inceperit quidem, ſed non perfecerit, quo quidem caſu nihil dicitur actum eſſe, cum aliquid reſtat agendum, *l. fin. C. de his quib. ut indign.* Unde Bald. *in d. l. tutor, qui repertorium, verſ. venio ad tertiam particulam*, & ibi Bart. dicunt, quod tutor non debeat aliquid agere ante confectum inventarium, quia dicit factum, quod rem certam ſignificat, ut in *l. 1. in fin. ff. Quod quiſque juris.* Eſt enim participium præteriti temporis, nec enim ſufficit eſſe cœptum, ut dicit Speculator, *in tit. de tut. §. generaliter, verſ. fiet autem, cum verſ. ſeq.* Paria enim † ſunt; Actum non fieri, vel fieri minus ſolemniter, *l. quoties, ff. qui ſatiſd cog.* Idem † multo magis dicendum erit, ſi tutor aliqua omiſerit, maxime pretioſa: eo ſiquidem caſu præſumitur eſſe in dolo, & ſubtrahere voluiſſe rem pupilli, eaque de cauſa potuiſſe removeri ut ſuſpectus, *d. l. tutor, qui repertorium, in prin.* & Aret. *in § actionum, Inſt. de act.* dicens, quod † is, qui in inventario omittat ponere omnia pupilli bona, quod extra ordinem puniatur, quem ſequitur Grat. *conſ. 25. n. 6. lib. 2.* Nihil † enim ex his, quæ apponenda ſunt in inventario, omittere tutor debet, ſecundum Bart. *in l. 1. ff. de offic præfect. urb.* 39 40 41 42

Nono † ampliatur, quod non conficiens inventarium dicatur eſſe in dolo, & bonorum uſurpator, teneaturque ad intereſſe, & contra eum juretur in litem, ut voluit Dec *in cap ex parte, num. 5. de appell. Deciſ. Pedemont. 58. n. 19. & 22.* quia præſumitur ſubtractio, quod eſt dolus præſumptus, Dec. *conſ. 178. n. 3.* Anchor. *conſ. 316.* Ruin. *conſ. 29. verſ ſuper quarto, in fin. lib. 5.* Afflictus, *dec. 13. n. 17. idem deciſ. 44. n. 33. & dec. 360. n. 2.* ubi dicit eum à munere tutelæ removendum eſſe, ex eo quod cenſeatur † ſuſpectus, Corn. *conſ. 216. nu. 6. lib. 1.* Jaſon *conſ. 219. lib. 2.* Hieron. Grat. *conſ 25. nu. 6. lib. 2.* & Roland. à Valle, *conſ. 49. n. 18. lib. 1.* & facit *l. tutor, qui repertorium, in princ. ff. de adminiſtr. tut.* Et quod ibi dicitur de tutore, Bart. dicit idem obtinere & in curatore, *l. fin. C. de cur. furioſi, & in l. de creationibus C. de. Epiſc. & cler.* & facit text *in l. 2. §. ſi mater, in verſ. quod ſi curatores, ff. ad Tert.* & in hærede, *§. ſancimus, §. ſi vero non fecerit, in auth. de hæred. & Falcid.* & Corn. *conſ. 39. lib. 3.* Amplius † etiam iſti tutores & curatores torturæ ſubjicientur, ſi res hæreditariæ, in quibus inſtitutus fuerit minor, non reperiantur, ſecundum Lud. Rom. *conſ. 118. n. 3.* Item carceribus quoque detinebuntur, *l. 3. §. tutores, ff. de ſuſpect. tut.* quam pœnam etiam ſubibit mulier favore tutelæ & curæ, ſecundum Bart. *in auth. matri, & aviæ, C. quando mulier tutelæ officio,* & ultimo perpetuæ infamiæ nota afficientur, *l. fin. C. arbit. tut.* 43 44 45

Verùm † hæc ampliatio non procedit, quando tutores aliquam neceſſariam, & juſtiſſimam cauſam allegaverint, quare inventarium non fecerint, & eam probaverint, quo quidem caſu contra eos in litem jurari non poterit, nec pro ſuſpectis recuſari debebunt, ut eſt text. *in d. l. tutor, qui repertorium, in princ.* & ibi Bart. & Dd. *ff. de in lit. jur. l. fin. C. arbit. tutel.* Veluti quando velint probare parentes pupilli non habuiſſe alia bona, niſi talia & talia, ex quibus tantum, & non ultra perceperint, & de quibus recte diſpoſuerint, de quo etiam Judex ex officio ſeſe informare poterit. Et ubi compertum fuerit, iſtud verum eſſe, ipſum juramentum nullo modo in litem deferre debebit contra eos, ut tradit Laur. 46

Calcan. *conſil.* 93. *incip. In Chriſti nomine, Amen.* Jaſon *conſ.* 3. *lib.* 1. *per text. in l. ſi quando, C. unde vi, in verſ. qualitatis perſonarum.*

47 Secundo † non procedit, quando attenta qualitate perſonarum appareat, quod ob ruſticitatem vel ſimplicitatem, & non ex malitia inventarium confectum non fuerit, *l. ſi quis id quod, ubi text. & Modern. ff. de juriſd. omn. jud.* Socin. *conſil.* 39. *lib.* 3. Rip. *in tract. de peſte, tit. de præſervat. remed. contra peſtem, num.* 232. *verſ. ſecundo ruſticitas, & num.* 340.

48 Tertio † non procedit, quando tantum interveniſſet modicus defectus, qui
49 in jure non conſideratur, ſecundum Bald. *in l.* 1. *C. ſi adverſus ſolut.* In † re enim modica ceſſat præſumptio doli, ac falſitatis, ut tradit Aym. Crauet. *conſil.* 75. *verſ. fortius facit.* & Alex. *conſ.* 74. *lib.* 1. Oldrad. *conſil.* 162. *per l. ſcio, ff de in integrum reſtitut. & l. ſi oleum, in fin. cum l. ſeq. ff. de dolo.* Nam & in modicis
50 ſeu † minimis ſtatur privatæ ſcripturæ, & ſimplici juramento tutorum & curato-
51 rum, ut eſt communis opinio, † ſecundum gloſſ. & Dd. *in l. fin. §. in computatione, C. de jur. delib.* Bart. *in l. comperimus, C. de navicul. lib.* 10.

52 Decimo † ampliatur, quod etiam tutor vel curator debeat jurare contenta in inventario eſſe vera, maxime ſi ſtatutum requirat dictum juramentum, ut tradit Feli. *in cap. cum dilecta, verſ. decimum & ultimum ſignum de reſcript.* Adeo quidem, ut ſi forma iter à tutore vel curatore non fuerit juratum, prout dicit ſtatutum, quod tutela ac cura, & inventarium non valebit, nec etiam geſta per talem tutorem ac curatorem valebunt tanquam geſta, forma ſtatuti non ſervata, ut eſt textus, & ibi notat Felin. *in d. cap. cum dilecta, verſ. geſta contra formam*
53 *ſunt nulla*, ubi † enim non ſervatur forma à lege, vel reſcripto vel ſtatuto, actus non valet, ut eſt tex. & ibi Felin. *in d. cap. cum dilecta, & in cap. Piſanis, de reſtit. ſpoliat. & in cap. venerabili, de offic. deleg. & in l. cum Prætor, §. cum hi, & l. de*
54 *his, ubi Dd. ff. de tranſact.* Nec † ſufficere, ſi per verba æquipollentia juraretur, vel etiam quod juratum fuiſſet per verba dicti decreti, & deinde dictum fuiſſet quod juraretur in omnibus, & per omnia, prout requirebatur ex forma dicti decreti: quia ſi aliquod verbum etiam minimum ex verbis dicti decreti deficeret, non valeret actus, & ſic inventarium, tutela ac cura, nullius eſſet valoris.

Etiamſi dictum fuiſſet, quod juraretur in omnibus & per omnia, & de verbo
55 ad verbum formaliter, prout decretum requirit, quæ eſt communis † opinio, ut dicit Marian. Socin. ſen. *conſ.* 24. *n.* 20. *verſ. verum, lib.* 1. Bald. *conſ.* 110. *lib.* 1. Hippol. *ſingul.* 415. & Aret. *Inſtit. de legit. agnat. tut. verſ. tertio principaliter.*

56 Undecima † ampliatur, quod tutor deſcribens in inventario rem aliquam, quod præſumptione juris, & de jure fateatur eſſe pupilli, *l. fin.* ubi Cyn. Bartol. Bald. & alii, *C. arbit. tutel.* idque in odium & damnum ipſius tutoris, ut conſuluerunt Alexand. *conſil.* 45. *num.* 1. *lib.* 1. & Andr. Barb. *conſ.* 59. *num.* 21. 22. *lib.* 2.
57 Aym. Cravet. *conſil.* 293. *verſ. nono*, ubi † ampliat in eo, qui patitur regiſtrari, quam ampliationem etiam tenet Dec. *conſil.* 638. *num.* 9. Et hoc adeo procedit,
58 ut etiam † probatio in contrarium non admittatur, ut tradit Socin. *conſ.* 61. *lib.* 1. *conſ.* 159. 190. *in princ. lib.* 2. Corn. *conſ.* 60. *circa fin. & conſ.* 63. *l.* 3. Caſtrenſ. *conſ.* 17.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

conſ. 17. Bart. *in l. tutor, qui repertorium, in verb. quæro nunquid, ff. de admin. tut.* Sal. *in l. tutores, C. de adminiſtr. tut.* Ang. *in l.* 1. §. *hæc ſtipulatio, ff ſi cui plus, quam per leg. Falcid.* & noviſſime Andr. Alciat. *de præſumpt. reg.* 1. *in* 2. *parte præſumpt.* 13. Nec enim † ſic homo ſimplex eſt, imo magis ſtultus 59
invenitur, ut in publico inventario ſcribi contra ſe aliquid patiatur, *d. l. fin. C. arbit. tutel.*

Simile † videmus in eo, qui rem ſuam deſcribit in æſtimo alterius, quod in 60
præjudicium deſcribentis probetur dominium in favorem alterius, *l. rura,* & ibi Bartol. *C. de omni agro deſerto, libr.* 11. & idem Bartol. *in l. quæ quiſquam, ff. de acq. re. dominio,* Bald. *in l. cenſualis, C. de donat.*

Idem † quoque obtinet in bonis donatis, deſcriptis in inventario minorum, 61
juxt. *l. Paulus reſpondit non tantum verbis, ff. rem ratam haberi, cap. dilecti* 2. ubi Dec. *de appell.* Ideoque † diſponens de re legata, cenſetur legatum agnoſ- 62
cere, *l. ſi avia, C. de jure delib.* Dec. *conſ.* 45.

Similiter † ſi debitor hypothecaverit creditori rem alienam, deinde domi- 63
nus rei fidejuſſerit pro debitore apud illum creditorem, quod cenſeatur hypothecam approbare, *l. Pomponius,* §. *fin. ff. ex quibus cauſ. pign. vel hypoth. tacite contrah.*

Hinc † etiam petens terminum ad ſolvendum, videtur approbare contractum 64
præcedentem, ſecundum Angel. *in l. cum te, C. quod metus cauſa.*

Simili † quoque modo petens dilationem ad ſolvendum id, in quo fuerat 65
condemnatus, cenſetur approbare ſententiam, ut amplius appellare non poſſit, *l. ad ſolutionem, C. de re judic.* & facit textus, *in cap. quo ad conſultationem, extra eod.* Talis † enim præſumitur voluntas hominum, qualis ex factis collegi 66
poſſit, *l. duo fratres ff. de acq. hær. l. reprehendenda, C. de inſtit. & ſubſtit.*

Verum † hæc ampliatio non procedit quatenus faciat pro tutore aut contra 67
alium, *l. exemplo, cum ſim. de prob. & C. res inter alios acta, per tot.* Bart. *in l. tutor, qui repertorium, in prin. in verſ. quæro an inſtrumenta, ff. de admin. tut.*

Duodecimo † ampliatur, quod etiam res in inventario poſitæ, ſi ſemel in ejus 68
adminiſtratione fuerunt, extare adhuc præſumantur, *l. ſi creditor, C. de pignor. act. l. non ignorabat, C. ad exhibend.* & plene *in l. ſive poſſidetis, C. de probat. cap. cum ad ſedem, extra. de reſtit. ſpoliat.*

Sed † declaratur hæc ampliatio, ut non procedat in rebus conſumptis & cor- 69
ruptibilibus, quæ conſumptio veriſimilis relinquitur arbitrio judicis, ut tradunt Bart. *in l. non ignorat, C. de fruct. & litium expenſis. & in l. cum ſervus, ff. de verb. oblig.* Freder. de Sen. *conſ.* 114. *incip. nulli dubium.* Quæ † quidem conſumptio 70
alias probabit per tutorem, & alios officiales habentes reddere rationem, ſecundum Bart. *in l. quod ad præſens, C. de Murilegulis lib.* 11. Quo loco dicit, quod officialibus publicis & tutoribus, qui habeant reddere rationem de aliquibus ſupellectilibus, & aliis rebus, quæ conſumuntur, ſufficiat ut probent, quod in tanto tempore debuerunt poſſe eſſe corruptæ vel conſumptæ, tot ex illis ſupellectilibus vel rebus, allegans *legem finalem, C. de aliment. pupillo præſt.* Et quod poſſet etiam probari talis conſumptio per librum rationum, & juramen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

tum, ſecundum notata *in l. Divus, ff. ſi cui plus, quam per leg. Falcid. & in l. fin. §. in computatione, C. de jure delib. & in l. ſi quis pro redemptione, C. de donat.*

71 Decimotertio † ampliatur, quod etiam frater teneatur conficere inventarium, ut tradit Abbas *conſ.* 12. *in ſexto dubio, lib.* 1. & facit text. *in l. adverſus, C. de adminiſt. tut. l.* 2. *ff. de negot. geſt.* Dec. *conſ.* 192. *num.* 1. & noviſſime Ulricus Zaſ. *conſ.* 5. *num.* 13. *lib.* 1.

72 Decimoquarto ampliatur, quod etiam teneantur conficere inventarium mere privatum gerentes officium, habentes adminiſtrationem plurium rerum, quæ occultari poſſent, ut eſt text. *in l. fin. in princ. ff. de bonis author. jud. poſſid.* & tradit Bald. *in auth. ſed cum teſtator, in fin. C. ad leg. Falcid.* & ita debet intelligi & modificari quod indiſtincte voluit Baldus, *in conſ.* 137. *in fine lib.* 5.
73 ubi dicit, quod † omnis adminiſtrator, vel negotiorum geſtor teneatur facere inventarium.

74 Decimo quinto † ampliatur, ut procedat etiam in coadjutore tutoris, vel quocunque alio, qui gerit per ſe, & non periculo alterius, *l. tutor* 2. *cum l. ſeq. ff. de adminiſtr. tut.*

75 Decimo ſexto † ampliatur, quod inventarium debeat eſſe candide, clare, liquido, & ſigillatim ac diſtincte confectum, adeo ut ex eo, abſque alia probatione, poſſint ipſi tutores & curatores conveniri: & illi quorum negotia adminiſtrata fuerint, relevari ab onere probandi, bona, jura, quantitates, qualitates, fructus, & pretium, ut ex tali inventario tutores & curatores, & omnes adminiſtratores conuinci poſſint: alioqui ſi ita ſcriptum non fuerit inventarium, jurari in litem poſſit contra tutores & curatores, & omnes adminiſtratores, perinde ac ſi nullum confeciſſent inventarium, juxta text. final. ubi Dd. *C. arbit. tut. & in l. tutor, qui repertorium, ff. de adminiſtr. tut.*

76 In hoc inventario † ſcribi debent etiam omnia bona immobilia per ſitum, cohærentias, quantitates ac qualitates, ſicut & in alio inſtrumento & libello, *l. forma, ff. de cenſib. l. ſi rem, ff. de rei vendicat. l. libellorum, ff. de accuſat.* alioqui ſi ipſa bona ita non deſcribantur, & ubi ſint bona neſciatur, vel de eorum identitate, quantitate ac qualitate non conſtiterit: quod tunc perinde habebitur, ac ſi inventarium factum non fuiſſet, & quod contra conficientem tale inventarium in litem jurari poſſet ſecundum Bartol. *conſil.* 150. & facit *d. l. tutor, qui repertorium*, & conſuluerunt Caſtr. *conſil.* 124. *lib.* 1. Socin. *conſ.* 159. & *conſ.* 190 *lib.* 2. & noviſſime in uſufructuario Borgn. de Caual. *in tract. ſuo de uſufructu mulieri relicto, num.* 143.

77 Debent quoque in inventario deſcribi † bona mobilia, vel ſe moventia, per ſigna, & eorum quantitatem, ac æſtimationem, pretium & valorem, ne una res minoris pretii pro alia reddatur, aut exhibeatur, juxta text. *in l. fin. verb. in æſtimanda adultis ſubſtantia*, & ibi Bartol. Bald. & Salic. *C. de Magiſtrat. conveniend.* & Salicet. *in l. tutores, verſ. Quæro octavo, C. de adminiſtr. tut.* Caſtr. *conſil.* 127. *lib.* 1. Deciſ. Pedemont. 58. *num.* 19. & Alexandr. *conſil.* 74. *num.*
78 4 *lib.* 7. Paria enim † ſunt inventarium non facere vel facere, & non omnes res ponere, vel obſcure ponere, ita ut de earum pretio non conſtet.

Jura

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Jura † quoque & actiones, ſuper quibus bonis exercentur, debent etiam in- 79
ſeri inventario, cum nominibus debitorum, pro quanta ſumma, ac etiam cum tenore, ſen effectu inſtrumentorum, ita ut de ipſorum omnium valore, bonitate & quantitate, ac effectu conſtare poſſit, juxta text. & ibi Bartol. *in d. l. tutor, qui repertorium*, ubi alii Dd. *ff. de adminiſtrat. tutel. & in l. fin. C. arbitr. tutel. l. Chirographis*, ubi text. Bartol. & Dd. *ff. de adminiſtrat. tutel.* adeo quidem, ut, ſi præmiſſa non ponantur, vel obſcure ponantur, ita ut de eis, vel de ipſorum quantitate, ac ſumma & valore, non conſtiterit, in litem contra tali modo, conficientes inventarium jurari poterit, & quod reſpectu quantitatis, qualitatis, ac ſummæ & pretii, & damni rerum & intereſſe probatio fiet contra eos, ex ipſo juramento, ſecundum Paul. de Caſtrenſ. *conſil.* 124. & Ruin. *conſil.* 29. *numer.* 11. *lib.* 5. Verum tamen † non tenetur tutor neceſſario in ſuo inventa- 80
rio ponere nomina creditorum, quibus pupillus fuerit obligatus, ſecundum Franciſc. Aretin. *conſ.* 148. *arg. l. fin. C. de aliment. pupill. præſt.* quem ſequitur Pract. Papienſ. *in forma libelli, quo agitur ad reddendam rationem tutelæ, in verbis, in ſuo ultimo teſtamento, num.* 13.

Inſtrumenta † quoque ad pupillum pertinentia, à tutore in inventario poni 81
debent, *l. tutores, C. de adminiſtr. tutel.* Chaſſan. *titul. des enfans*, §. 6. *verbo, par inventaire. num.* 3. Nec † ſolum præſentia, ſed etiam ea, quæ poſt invenerit, addere debet inventario, *l. fin.* §. *tali, C. de cur. furioſi.* & notat gloſſ. *in d. l. tu-* 82
tores, in verbo, inſtrumentorum, & ibi Bald. & gloſſ. 1. *in l. tutor, qui repertorium, in princ. ff. de adminiſtr. tut.* Imo † etiam ea tutor ponere debet, quæ 83
poſt acquiſita fuerint, ex hæreditate, ſucceſſione, legato, vel alio quocunque titulo, *d. l. fin.* § *tali.*

Declaratur † ſupra dicta quinta regula, ut non procedat primo in tutore dato 84
ad unum actum, ſive articulum tantum, veluti ad adeundum, vel quid aliud, qui non tenetur conficere inventarium, ut tradit Bart. *in l. tutor, qui repertorium, numer.* 4 *& ibi additio, ff. de adminiſtrat. tutel.* Angel. Aret. *in* §. *ad certum tempus, in fin. Inſtitut. Qui teſtament. tut. dari poſſunt*, quamvis cautius eſſe dicat idem Bartolus, ut conficiatur inventarium.

Secundo † declaratur non procedere in curatore, vel adminiſtratore ad rem 85
certam, vel res certas, mobiles vel immobiles, quæ non habent reditus, vel expenſas, ut tradit Specul. *in titulo de inſtrument. edit.* §. *Nunc vero reliqua, verſ.* 46. Nec ſimiliter † quoque in tutore & curatore ad litem, vel etiam genera- 86
liter ad lites, cum talis nihil recipiat, nec ei ſolui poſſit, *l. hoc jure, ff. de ſolut. & argum leg. ad protegendam, C. de in litem dando tut. vel curat. gloſſ. in l. de creationib. in verb. conſcripto*, & ibi Cyn. Alber. & Joann. Faber, *C. de Epiſcop. audient.* Pract. Papienſ. *tit. quo agitur ad reddendam rationem tutelæ, verbo, & curatores.* Stephan. Aufr. *in additione ad Capel. Tholoſ. deciſ.* 72. & Marc. Mant. *ſingul.* 582. licet Angel. Aretin. *in* §. 1. *num.* 6. *Inſtit. de Curat.* & Bart. *in l. Etſi ſpecies, num.* 2. *ff. Rem pupilli ſalvam fore*, & Bald. *in l. nulli, num.* 11. *C. de Epiſcop. audient.* contrarium teneant, ſaltem de iis rebus, quæ ad ſe pervenerint.

Similiter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

87 Similiter † quoque dicendum erit de conſtitutis ad auctorandum diviſioni, vel alii actui. Quia ex quo hi non habeant adminiſtrationem, nec bonorum detentionem, nec ſe intromittant, niſi de actu, verbi, non tenentur facere inventarium, ſecundum Bald. *conſil.* 146. *lib.* 2. dicentem ita ſervari, & facit *l. ad protegendam, Cod. de in litem dando tutore.*

88 Tertio † declaratur prædicta regula, ut non procedat in patre legitimo adminiſtratore, qui non tenetur inventarium conficere, ſecundum ſcribentes
89 communiter, ut † notant Bald. & Corn. *in l. cum oportet, §. non autem, per text. in verbo, ratiocinia, C. de bonis quæ lib* quo loco dicunt Scribentes, quod confectio inventarii eos ſolum tangat, qui rationem reddere teneantur, & ita Albericus tradit, *in l.* 1. *C. de bon. matern. num.* 2. dicens, ſe ita vidiſſe ſervari, & Cynus, *in d. l. cum oportet, quæſt.* 4. *ad fin.* & Bald. *in l. Orphanotrophos, nu.* 7. *C. de Epiſc. & cleric.* Et hoc ut receptum tradit Boer. *deciſ.* 61. *num.* 5. & noviſſime Joachimus Mynſing. *Cent.* 2. *Obſervat.* 93. quo loco tradit rationem, & arreſtum allegat. De quo tamen articulo dubitant Speculator, *in titulo, de inſtrument. edit §. viſo, num.* 14. Cuman. *conſil.* 89. *num.* 3. dicens, honeſtius facturum parentem, ſi inventarium conficiat, licet non facile recedendum ſit à
90 communi opinione, quæ tamen non procedit in patre † tutore, et notant Bald. & Corn. *in d. l. cum oportet, §. ſed cum tacitas, C. de bonis, quæ lib.* Bald. *in d. l. Orphanotrophos, num.* 7. *C. de Epiſc. & cleric.* Et ratio differentiæ in eo eſt, quod pater legitimus adminiſtrator totum commodum habeat, ſolaque proprietas ſit filiorum, qui in ejus poteſtate ſunt. Pater autem Tutor eſt non filiorum in poteſtate, ſed emancipatorum, ut per Jaſon. *in l. ſi infanti, num.* 8. *C. de jur. delib.* & probatur *Inſtit. de legit. parent. tut.*

91 Quarto † declaratur non procedere in actore, qui gerit non nomine ſuo, ſed nomine tutoris, & ejus periculo conſtituitur, *l. ſolet, ff. de tutel.* qui non tenetur facere inventarium, ſed ſufficit à tutore eſſe confectum, cum tutor per eum gerat, *l. ita autem, §. geſſiſſe, ff. de adminiſtr. tut.*

92 Quinto † regula non procedit, quia tutores vel curatores poterunt purgare moram, antequam ſe ingerant adminiſtrationi, conficiendo inventarium, ut tradit Andr. Barb. *conſil.* 60. *lib.* 3. Bald. *in l.* 1. *§. item ſolet, ff. de offic. præfect. urb.* & Dd. *in l. ſi inſulam, ff. de verb. oblig* verum ſi ingeſſerint ſe adminiſtrationi, tunc propter timorem ſubornationis rerum non poterunt purgare moram.

93 Sexto † declaratur non procedere ſtante conſuetudine non conficiendi inventarium, tradit Bartol. *in d. l. tutor, qui repertorium, verſ. Item ſi conſuetudo.* Aymo Crauet. *in* 1. *part. de antiq. temporum, in* 4 *limit. incip. quarto limitatur, num.* 29. *verſ. nam dico,* & faciunt notata per gl. & Dd. *in cap cum venerabilis, de conſuetud.* Roman. *ſingul.* 19. & ita in Gallia obſervari dicit Guido Pap *quæſt.* 330.

94 Septimo † declaratur non procedere, quando tutor fuiſſet impeditus gravi morbo, vel alia juſta & neceſſaria cauſa, *l. quæſitum, ff. de re jud.* Bartol. *in d. l. tutor, qui repertorium, ff. de adminiſt. tut.*

Octa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Octavo † declaratur non procedere, quando in bonis adminiſtrandis nihil aut parum fuiſſet, adeo ut tantum, vel plus expendiſſet in ejus confectione inventarii, quam valerent bona, ut eſt text. *in l. mediterraneæ*, & ibi Bart. & Angel. *C. de annon. & tribut. lib.* 10. Socin. *reg.* 214. *incip. hæres inventarium*, & noviſſime Petrus Rebuff. *de verb. ſignificat. fol.* 527. *& ſeq. num.* 3. *&* 4. 95
Et hoc † quidem caſu ipſe tutor debet coram judice proteſtari, nihil in bonis pupilli eſſe, quia talis proteſtatio tutoris habebitur loco inventarii, *l. ut perfectius, C. de annali except.* & tradit Bald. *in l. fin. num.* 8. *verſ. extra quæro, C. qui bonis cedere poſſunt.* 96

Nono † declaratur non procedere, quando judex remiſiſſet confectionem inventarii ex cauſa, ut quia non expediebat non habere tutorem, vel eorum bona non manifeſtari, ut tradit Bartol. *in d. l. tutor, qui repertorium, nu.* 19. *verſ. Item puto, argu. l.* 2. *§. tractari, ff. ad Tertull. & l. fin. C. de aliment. pupill. præſtand. & l.* 2. *C. quando, & quibus quarta pars debeatur, lib.* 10. *l. in confirmando, & l. utilitatem, ff. de confirmat. tutor.* 97

Decimo † declaratur non procedere, quando teſtator remiſiſſet tutori confectionem inventarii, *l. fin. C. arbitr. tutel.* ubi Bartol. & alii, Bald. *in l. cum tale, §. Titius, ff. de condit. & demonſtrat.* facit *l. quidam decedens, ff. de adminiſtrat, tut.* Jaſon *in l. nemo poteſt, in* 2. *lectura, num.* 65. *& ſeq.* & ibidem Bartol. *num.* 12. dicunt communem eſſe opinionem. Deciſio Pedemont. *poſt nu.* 68. *num.* 28. Alexand. optime *conſil.* 62. *nu.* 1. *&* 2. declarat *lib.* 4. Soar. *commun. opinion. litera I.* dicit communem, quem ſequitur Jul. Clar. *lib.* 3. *ſent. §. teſtamentum, quæſt.* 66. *num.* 4. *& ibidem de hærede & uſufructuario*, & Sebaſtian. Montic. *de inventario, cap.* 1. *num.* 44. Ratio autem hujus deciſionis eſt utilitas filii, *l. nec in ea, in fin. ff. de adulteriis*, & ne forte ſecreta patrimonii ſui proderentur, *l. fin. C. de aliment. pupillo præſt. l.* 2. *C. quando & quibus quarta pars*, & noviſſime Jul. Clar. *d. num.* 4. 98

Verum Ripa *in l. nemo poteſt, numero* 85. *ff. de legat* 1. hanc quæſtionem late diſcutiens, dicit contrariam magis communem, quem ſequitur Gualdenſis, *titul. de tutore, cautela* 3. Borgn. *in tractat. de uſufructu mulieri relicto, num.* 148. & ante eum Andr. Barbat. *conſil.* 62. *num.* 2. *lib.* 2. ad quos lectorem brevitatis cauſa remittimus.

Verum † prima opinio communis procedit non ſolum in teſtamentario, ſed etiam legitimo, & dativo tutore, ſecundum gloſſ. *in l.* 3. *§. tutores, ff. de ſuſpect. tut. & in l. tutores,* 2. *in verbo, publicarum perſonarum, C. de adminiſtrat. tut.* 99
Adeo † ut etiam poſſit remittere teſtator iſtud inventarium in præjudicium legatariorum, quibus non potuerit legare, vel fideicommiſſum relinquere, ſecundum Paulum Caſtrenſ. *in d. l. nemo poteſt.* Alexand. *conſil.* 82. *num.* 15. *lib.* 2. *& conſil.* 43. *lib.* 3. & Didac. Couar. *cap.* 1. *num.* 17. *de teſtament.* 100
Quod † multo magis procedit, quando non tantum remiſiſſet, ſed expreſſiſſe vetuiſſet, *l. fin. C. arbit. tutel.* & Bartol. *in d. l. tutor, qui repertorium, nu.* 18. *verſ. Quæro quæ dicatur*, quia quando teſtator prohibet, conjectura eſt quod favore pupilli 101

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

102 prohibuit. Paria † enim ſunt dicere, *Remitto Inventarium* , vel, *fieri veto* , *l. ſi*
hæres vetitus, juncta, l. cum tale, §. *Titius*, *ff. de condit.* & *demonſtr.* tum quia
nihil intereſt quibus verbis utatur teſtator, ſi de voluntate appareat, cum hodie
103 formula verborum ab aula receſſerit, *l.* 2. *C. de formul.* Imo † tutor ac curator,
quibus prohibita eſſet confectio inventarii à teſtatore, ſeu quibus teſtator ve-
tuit, ne inventarium facerent, ſi iſtud fecerint, non obſtante prohibitione, ſive
juſſu Judicis, quod talis cenſeatur eſſe in dolo, ſecundum Raphael. Fulgoſ. *con-*
ſil. 25. *verſ. quinimo potius.*

104 Sed † hoc tamen non procedit, quoad præjudicium creditorum, ſecundum
Bald. *in d. l. fin. C. arbit. tutel.* & *in l. fin.* §. *cum igitur*, *C. de jure delib.* Alex.
105 *conſil.* 82. *num.* 15. *lib.* 2. ut † commune affirmant Joan. Hannibal, *in l. nemo*
poteſt, *num.* 406. *de legat.* 1. & Jul. Clar. *lib.* 3. *ſent. in* §. *teſtamentum*, *de quæſt.*
106 66. *num.* 2. Et † quod Judex poſſit recedere à tali voluntate, ex cauſa de novo
ſupervenienti, vel etiam antiqua teſtatori incognita, ſecundum Angel. *conſil.*
144. Dec. *conſil.* 319. *circa fin.* Vel quando Judex viderit hoc pupillo non ex-
pedire, poterit tutorem cogere, ad confectionem inventarii, non obſtante re-
miſſione teſtatoris, ut tradit Jaſon *in l. cum neceſſitatem*, *C. de fideicommiſſ.* &
Bartol. *in d. l. nemo poteſt, in fin. ff. de legat.* 1. *argum. leg. in confirmando*, *ff. de*
107 *confirm. tut.* Dec. *conſil.* 349. commune † aſſeverant Didac. Couarr. *lib.* 2. *va-*
riar. reſolut. cap. 14. *num.* 4. Jul. Clar. *lib.* 3. *ſent. quæſt.* 66. *num.* 4. dicens,
potuiſſe teſtatorem putare è re pupilli futurum, ut inventarium non conficere-
tur, & in hoc falli, vel tale quid forte teſtamentum conditum, aut mortem te-
ſtatoris emerſiſſe, quod nova proviſione indigere videretur: quæ ſententia &
opinio tanquam verior & æquior tenenda eſt ſecundum omnes ſuperius alle-
gatos, & Alexand. *conſil.* 62. *num.* 1. & 2. *lib.* 4.

108 Poterit † etiam Judex ex cauſa venire contra diſpoſitionem teſtatoris, & con-
ſulere utilitati impuberis, *l.* 1. *ff. ubi pupil. educ. l. facultas*, *C. de jure fiſci. lib.*
109 10. Bald. *conſil.* 219. *lib.* 4. Quod † etiam procedit in tutore teſtamentario,
quando apparet hanc remiſſionem eſſe contra utilitatem pupilli, ut tradit
Chaſſ. *tit. des enfans de pluſieurs lictz*, §. 6. *in verbo*, *par inventaire*, *numer.*
110 26. Sicuti etiam † prædicta locum non habent in dominio Mediolani,
non obſtante remiſſione, vel etiam prohibitione ex decreto ducali, cui infe-
rior derogare non poteſt, ut tradit Joan. Plot. §. 9. *num.* 21. & 22. *de in lit.*
jurand.

111 Undecimo † non procedit ſupradicta quinta regula, quando eſſet relicta libe-
ratio à redditione rationum, cum caput rationis reddendæ ſit inventarium, ut
dicit Bald. *in l. cum tale*, §. 1. *ff. de condit.* & *demonſt.* Ang. *conſ.* 144. *ad fin. al-*
legans l. tutor, qui repertorium, ff. de adminiſt. tutor. & inventarium principali-
ter propter rationes ſit introductum, ut dicit Benedict. de Peruſ. *in* 6. *dubio*,
112 cum † dicit, quod is, qui ad rationem reddendam non obligetur, per conſequens
etiam non teneatur ad inventarium, allegans *l. Orphanotrophos*, *C. de Epiſcop.*
& *cler.* & idem docet Specul. *in tit. de inſtrument. edit.* §. *nunc aliqua*, *verſ. ſed*
an ſimplex, ubi dicit fruſtra fieri inventaria, ubi ratio non reddeatur, quem ſe-
quitur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

quitur Jaſon *in d.l. nemo poteſt, verſ. adde bonum ſimile.* Quod † quidem mul- 113
to magis procedit, quando ultra relictum liberationis à reddenda ratione factum eſſet legatum de omni eo, in quo eos condemnari contigerit, ſecundum Dec. *conſil* 178. *verſ. ſed tamen.* Angel. *conſ.* 185. *& conſil.* 312.

Sed † hæc undecima declaratio regulæ, non procedit primo, quando tutor 114
vel curator ſciebat, vel ſcire debebat, talem liberationem eſſe nullam, & ita teſtatorem non potuiſſe diſponere: puta, quia bona eſſent libellaria ſeu livellaria, emphyteutica, feudalia vel fideicommiſſaria, ut tradit Hieron. Gratus *conſil.* 23. *nu.* 18. *verſ. nam tenentes, lib.* 1. *argum. d.l. nemo poteſt, ff. de legat.* 1. *& l.* 4. *§. condemnatum, ff. de re judic.* Sed ſi tutor † ac curator, & ignoraverat libera- 115
tionem rationis reddendæ facto non valere: quia forte ignorabant factum, id eſt, bona eſſe feudalia vel livellaria, & ſi ignorarent teſtatorem de eis non potuiſſe diſponere, relinquendo dictam liberationem. Certe ſi non fecerint inventarium, ac librum rationum, ob ipſam facti ignorantiam excuſantur à dolo, & à lata culpa, cum hoc procedat ex ignorantia non juris, ſed facti, unde nullitas reſultat, *l. qui in alterius,* ubi text. Dec. & Cagn. *ff. de reg. jur. l. fin. ff. pro*
ſuo, cum dubio ignorantia facti † præſumitur, *l. verius, ff. de probat.* 116

Secuudo † non procedit, quando apparet de dolo in faciendo commiſſo, 117
quo caſu non valet talis liberatio, ut quia non fecerit illud, ad quod tenebatur vigore ejus officii, ſtante dicta liberatione. Idque hac ratione, ne detur materia delinquendi, & ne quis fiat locupletior cum aliena jactura, ut pulchre tradit Socin. *conſil.* 72. *lib.* 3. & Aymo Crauet. *conſil.* 193. *num.* 9. Dec. *conſil.* 178. *nu.* 1. & ibi Carol. Molin. *l. ſi ſervus vetitus, ff. de legat.* 1. *l. ſi quis rationes, ff. de liberat. legat. l. quidam decedens, in princ. ff. de adminiſt. tut.*

Tertio † non procedit, quando ſe excuſaverit à tutela, quo caſu indiſtincte pri- 118
vatur legato, *l. tutor, §. quæ tutoribus, & l. Neſennius, §. fin. ff. de excuſat. tut. l. qui tutelam, ff. de teſtam. tut. l. etiam, ff. de legat.* 1. & eleganter Dec. *conſil.* 178. *numero* 1. *&* 2. *verſ. ſecundo reſponderi poteſt.*

Duodecimo, non † procedit ſupradicta quinta concluſio, ſeu regula, quan- 119
do tutori non fuiſſet oppoſitum de non confectio inventario, quo caſu non vitiat, ſi hic ordo non fuerit ſervatus, ut dicit Vant. *de nullitat. tit.* 11. *num.* 150. *per text.* & ibi Bald. *in l. fin. C. de Magiſtrat. conven.*

SUMMARIA.

1 *Contra tutorem, vel curatorem, qui non confecerit inventarium, juratur in litem. Ampliatur num.* 2. 4.
3 *Communis opinio.*
5 *Tutor non exhibens cum effectu computationis librum rationum, contra eum juratur in litem.*
6 *Tutor, vel curator, tenetur parti exhibere inventarium, ac librum rationum, & pati ut copia omnium per partem extrahatur.*
7 *Contra eum, qui profert obſcurum & intricatum librum ratienum, juratur in litem.*

8 *Tutores, vel curatores, qui tenentur inventarium & librum rationum facere, ſi jurent perdidiſſe, eis non creditur, niſi hoc probent ſed contra eos in litem juratur.*

9 *Tutores non excuſantur. ſi dicant ſe confeciſſe inventarium, ſed eſſe ſub actoribus, vel negotiorum geſtoribus, qui iſtud exhibere nolint.*

10 *Tutor licet reddiderit rationes, & inſtrumenta liberationis, nihilominus tenetur reexhibere, ſi arguatur dolus vel error.*

11 *Tutor licet quædam rite & recte poſuerit in inventario, ſed non omnia, poterit quo ad omiſſa contra eum jurari in litem.*

12 *Tutor deſcribens in libris rationum quæ omiſſa ſunt in inventario, non præſumitur habuiſſe animum defraudandi pupillos.*

13 *Dolus præſumptus tutoris quando purgetur.*

14 *Tutores, vel curatores, non reſtituendo reliqua ac bona minorum, ſunt in dolo.*

15 *Hæres pupilli jurat in litem contra tutorem, qui non confecerit, vel non rite fecerit inventarium.*

16 *Tutores excuſantur. ſi ex juſta aliqua cauſa Inventarium non confecerint, ſi probent quod parentes pupillorum non habuerint alia bona, quam talia.*

17 *Iuramentum in litem non datur contra tutorem, qui non confecerit Inventarium ob ſimplicitatem, & ruſticitatem.*

18 *Iuramentum in litem non datur contra tutorem, non conficientem librum rationum, ſi liberatus fuerit ab onere reddendi rationes, & in aliis caſibus remiſſive in contextu relatis.*

1 SExta regula eſt, quod † contra tutorem vel curatorem, qui non confecerit inventarium, juretur in litem, *l.* 1. §. *officio, ff. de tutel. & rat. diſtrah. l. tutor, qui repertorium, in princ. ff. de adminiſtr. tut.* Marian. Socin. *conſil.* 148. 2 *nu.* 1. *lib.* 1. Quod dictum etiam † locum habet in quolibet adminiſtratore, qui bona vel jura alterius adminiſtrat, ſecundum Baldum *conſil.* 350. *lib.* 1. & An- 3 chor. *conſil.* 317. quæ † vera & communis opinio eſt omnium Dd. teſte Carol. Molin. *in addit. ad Alexand. conſil.* 214. *lib.* 7. Id quod Jacob. Menoch. *de* 4 *arbitr. judic. lib.* 2. *caſu* 208. *num.* 16. 17. & 18. etiam extendit ad † Theſaurarios, Uſufructuarios, & alios ſimiles ex Carol. Molin. *ad conſuetud. Pariſienſ. tit.* 1. §. 6. *gl.* 6. *num.* 30. & Rom. *conſil.* 518. *in fin.*

5 Ampliatur † ut procedat primo etiam in eo, qui non exhibeat cum effectu computationis, & plenæ examinationis librum rationum, ſecundum Bartol. *conſil.* 150. Angelum, *conſil.* 277. *ad fin.* ubi loquitur de voluntario negotiorum 6 geſtore, & Ludovic. Roman. *conſil.* 518. ubi † loquitur in matre relicta domina & uſufructuaria. Nam tutor & curator, qui tenetur reddere rationes, tenetur etiam parti exhibere inventarium ac librum rationum, & pati ut copia omnium extrahatur per partem ſibi contrariam, ut eſt text. *in l. cum ſervus*, ubi Bart. per illum text. *ff. de condit. & demonſtrat.*

7 Secundo † ampliatur, ut nedum procedat in eo, qui nullum penitus inventarium fecerit, ſed etiam in eo quoque, qui obſcurum confecerit, ita ut non poſſit apparere de rerum quidditate & valore, & quantitate reditus & impenſæ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

penſæ, nec ratio diſpungi aut concludi poſſit, ut in inventario tradit Bartol. *in d. l. tutor, qui repertorium, num.* 18. & in rationibus, Petr. Anchoran. *conſil.* 316. ubi concludit ſtandum juramento filii, de reditibus poſſeſſionum ſuarum contra matrem, quæ eas adminiſtraverit, ſed rationes redituum paſſim & perfunctorie reddiderit, ut non poſſit apparere accepta, an data, probe an improbe referantur, de qua re diximus ſupra regula præcedente: nempe paria eſſe, inventarium non facere, vel obſcurum facere, ita ut de earum pretio conſtare non poſſit.

Tertio † ampliatur, quod tutores vel curatores, non excuſentur, licet dicant etiam cum juramento ſe confeciſſe inventarium, ſed perdidiſſe, niſi probaverint caſum vel amiſſionem. Tenentur enim ea diligenter cuſtodire, nec creditur eorum juramento, quod ea perdiderint, ſecundum Anchor. *conſ.* 310. *in fin. verſ. non obſtat.* Socin. *conſil.* 159. *verſ. idem tenet. & conſil.* 190. *verſ. ſed præmiſſis, lib.* 2. & eſt tex. *in l. ſi quis ex argentariis, §. fin. ibi, perdidiſſe ſe probet, ff. de edend.* 8

Quarto † ampliatur, quod etiam non excuſentur tutores vel curatores ſub prætextu, quod dicere velint, ſe quidem confeciſſe, ſed eſſe ſub actoribus, vel negotiorum geſtoribus, qui nolint exhibere; ſibi enim imputare debent, quod tales elegerint, ut tradit Socin. *conſil.* 190. *lib.* 2. 9

Quinto † ampliatur, quod licet ſemel reddiderint rationes, & inſtrumenta liberationis produxerint, quod nihilominus teneantur reexhibere, ſi dolus arguatur, vel error, ut tradit Socin. *d. conſil.* 190. & Alex. *conſil.* 74. & ibi Mol. *lib.* 7. etiamſi tutor analogiſtes eſſe juſſus eſſet, ut tradit Alex. *d. conſil.* 74. 10

Sexto † ampliatur, quod etiamſi tutor in inventatio quædam recte & rite poſuerit, non tamen res omnes; quod tamen quo ad omiſſa vel reſpectu omiſſorum, jurare poterit in litem, ſecundum Bartol. *in d. l. tutor, qui repertorium, num.* 21. *verſ. item quod dicitur, ff. de adminiſtr. tut.* niſi † omiſſa in inventario poſita eſſent & deſcripta in libro rationum, per quam † deſcriptionem purgatur dolus præſumptus, ut tradit Aym. Cravet. *conſ.* 175. *num.* 12. *verſ. & in terminis.* quo loco dicit, quod dolus præſumptus ex eo, quod tutor inventarium non fecerit, purgetur, quando probetur quantitas bonorum pupilli, quæ ad manus tutoris pervenerunt, vel quando dicatur proceſſiſſe de induſtria talem omiſſionem ad commodum pupillorum, propter eorum creditores. 11 12 13

Septimo † ampliatur, quod etiamſi tutor vel curator, librum rationum confecerit, ſed reliqua, vel alia bona & jura minorum non exhibuerit ac reſtituerit; quod tamen contra eos ex hoc ſolo capite in litem jurari poſſit, ſecundum Bart. & Dd. *in d. §. officio.* videntur enim tutores & curatores eſſe in dolo, non reſtituendo reliqua ad bona minorum, ſecundum Corn. *conſ.* 318. *lib.* 4. & eſt text. *in l. ſi tutor, ff. de in litem jurand.* 14

Octavo † ampliatur, quod etiam hæres pupilli poterit jurare in litem contra tutorem, qui non confecerit, vel non recte fecerit inventarium, ut tradunt Caſtr. & Socin. *in l. pen. §. fin. ff. ne quis eum qui in jus,* 15

16 Declaratur † prædicta regula non procedere, quando tutores volunt probare, quod parentes pupillorum non habuerunt alia bona, quam talia, ex quibus tantum, & non ultra perceperint, de quibus etiam judex ſeſe poteſt ex officio in-
17 formare. Vel quando † ex qualitate perſonæ apparet ob ſimplicitatem & ruſticitatem inventarium fuiſſe omiſſum, ut tradit Jacob. Menoch. *de arbit. jud. lib. 2. cent. 3. caſu 208. n. 22. 23.* dicens, in hoc verſari judicis arbitrium. Vel quando
18 † eis prælegata eſſet liberatio à reddenda ratione, vel teſtator remiſiſſet, vel fieri vetuiſſet inventarii confectionem. Vel aliqua juſta cauſa fuerint impediti, niſi omiſerint res occultas. Nec hoc denique procedit, quando vigeret conſuetudo, ut non conficeretur inventarium, ſecundum Panorm. *in c. ex parte, num. 6. de appellat.* ubi hoc ponit pro admodum ſingulari. Vel quando tutor plus expendiſſet in confectione inventarii, quam bona pupilli valerent: vel, non expediret minoribus eorum bona manifeſtari, maxime ſi Judex ob eam cauſam remiſerit. Vel quando in eo tantum inveniretur modicus defectus, ſecundum Andr. Tiraq. *de judic. in reb. exig. verſ. 46.* de quibus omnib. late diximus regula proxima præcedente, quibus quidem caſibus adverſus tutorem non poterit jurari in litem.

De ſatiſdatione Tutorum vel Curatorum.

SUMMARIA.

1 *Omnis tutor, vel curator, tenetur ſatiſdare rem pupilli ſalvam fore. Idem ex ſtatuto Vltrajectino,* rubr. 31. art. 3. 7.
2 *Satiſdatum dicitur, datis idoneis fidejuſſoribus.*
3 *Tutores in ſuo officio ut plurimum aut infideles, aut negligentes ſunt.*
4 *Experientia rerum magiſtra.*
5 *Satiſdatio tutoris præſtanda eſt ante decretum adminiſtrationis.*
6 *Tutor ante ſatiſdationem repellitur ab adminiſtratione.*
8 *Tutor ſine ſatiſdatione officium ſuum exercere poteſt circa tempore peritura.*
9 *Tutor vel curator, ante emiſſam hanc ſatiſdationem, non eſt tutor, nec habet adminiſtrandi poteſtatem.*
10 *Contra geſta per tutorem, qui non ſatiſdederit in judicio, in præjudicium pupilli, non eſt opus reſtitutione, tanquam ipſo jure nulla.*
11 *Tutor, qui fidejuſſores non invenit, non admittitur ad tutelam, præſtita juratoria cautione.*
13 *Juratoria cautio non ſufficit in adminiſtrandis officiis.*
14 *Tutores Principum poſſunt tales fidejuſſores conſtituere, quales reperire poſſunt.*
15 *Tutor cavere nolens, vel differens, pignoribus captis, coërceri poteſt.*
16 *Fraude ſatiſdare nolens removetur à tutela, cum infamiæ nota, ſecus vero ſi inopia hoc fecerit.*
17 *Fidejuſſores tutoris obligati pupillo non habent beneficium diviſionis.*
18 *Si neceſſaria ſatiſdatio fuerit, & non facile poſſit tutor eam præſtare in loco dationis tutelæ,*

tutelæ, poteſt audiri ſi in alia ejuſdem pronunciæ civitate ſatisdationem præſtare paratus ſit. Declaratur num. 19. 20.

21 *Legitimi tutores, vel curatores ſatisdare debent.*
22 *Mater quoque ſatisdare tenetur.*
23 *Patronus ejuſque liberi ſatisdare tenentur.*
24 *Patronus honeſtus tutor ſui liberti non tenetur ſatisdare.*
25 *Pater legitimus adminiſtrator non ſatisdat.*
26 *Agnatus locuples ſatisdatione non oneratur.*
27 *Intellectus* legis 2. 3. & l. Servum, ff. Rem pupilli ſalvam fore.
28 *Curatores omnes ſatisdare tenentur. Ampliatur nu. 29. Limitatur num. 30.*
31 *Curator furioſi habens ſufficientem ſubſtantiam ad fidem gubernationis non ſatisdationem.*
32 *Diſcrimen notabile inter curatorem, & tutorem.*
33 *Magiſtratus non exigens hanc ſatisdationem tenetur pupillo, vel adulto, in ſubſidium.*
34 *Subſidiariæ actionis quæ.*
35 *Subſidaria actio pupillo, vel adulto, quando competat.*
36 *Subſidiaria actio unde introducta.*
37 *Magiſtratus præſtare tenetur periculum tutoris parum idonei. num. 38.*
39 *Paria ſunt aliquid non facere, vel minus idonee facere.*
40 *Magiſtratus non tenetur pupillo de futuris caſibus.*
41 *Probatio indoneitatis ſatisdationis cui incumbat.*
42 *Actio Subſidiaria datur adverſus quemlibet in ſolidum, niſi omnes fuerint ſolvendo, quo caſu datur beneficium diviſionis.*
43 *Qui ſolus periculum in ſe recipit, is prius eſt excutiendus.*
44 *Si dolo, vel lata culpa, Magiſtratus non exegerint cautionem, tenentur in ſolidum pupillo.*
45 *Actio ſubſidiaria etiam datur contra heredes Magiſtratus, qui omnino omiſit petere cautionem.*
46 *Magiſtratus cautionem à tutoribus non exigens ipſe habetur loco fidejuſſoris.*
47 *Non tenentur Magiſtratuum heredes, ut ipſe Magiſtratus.*
48 *Heres Magiſtratus tantum ſuccedaneus eſt culpæ dolo proximæ.*
49 *Filiusfamilias Magiſtratus factus, ſi pupillo caveri non curaverit ejus culpa, actio dabitur in patrem filiifamilias Magiſtratus peculiotenus, ſi ejus voluntate Magiſtratum adminiſtraverit.*
50 *Actio Subſidiaria datur heredibus pupillorum in Magiſtratus.*
51 *Eadem actio in Magiſtratus datur, quæ competit in Tutores tam ad ſortem, quam ad uſuras.*
52 *Privilegium in bonis Magiſtratus pupillus non habet, ſed cum cæteris creditoribus partem habiturus eſt.*
53 *Magiſtratus moniti ſi non dederint tutores, vel curatores, tenentur ad damnum, quod medio tempore paſſi ſunt impuberes.*

54 *Magi-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

54 *Magiſtratus municipalis, data opera, tutelam differens in ſucceſſores ſuos, vel ſatisdationem data opera trahens, quoad ſucceſſores accipiant, tenentur ad damnum, quod pupillus medio tempore pati poſſet.*

55 *Actio Subſidiaria datur etiam in eum, qui electus fuerit ad æſtimandas tutorum ſatisdationes*

56 *Actio Subſidiaria datur contra ſcribam, vel alium notarium, qui minoris quam debuit res minoris, vel veram ſubſtantiæ taxationem paſſus fuerit occultari dolo, vel negligentia.*

57 *Ad Magiſtratus qui tutores confirmant ſine inquiſitione & fidejuſſores non recipiunt, pertinet periculum adminiſtrationis.*

58 *Falſa de tutorum facultatibus præſidi renunciantes tenentur Subſidiaria.*

59 *Magiſtratus tenentur, ſi præſes provinciæ eos ſatis exigere juſſerit à tutoribus, & non exegerint.*

60 *Si præſes provinciæ tutorem, vel curatorem minus idoneum dederit ex ſuggeſtu Magiſtratuum, qui nomina Præſidi dederint, Magiſtratus tenebitur quatenus dolo, vel lata culpa, verſati fuerint.*

61 *Præſes provinciæ ſi nomina & facultates tutorum ab alio acceperit, & ad Magiſtratus municipales remiſerit, ut ſe de nominatorum facultatibus, & moribus inſtruerent, & exinde inſtructus tutorem dederit, Magiſtratus tenebitur, quatenus dolo vel lata culpa verſati ſunt.*

62 *Præſes provinciæ, ſi nomina ab aliis acceptæ ad Magiſtratus remiſerit, ut ipſi darent, vel ut poſt dationem exigerent ſatisdationem, nec exegerint, periculum ad Magiſtratus pertinebit.*

63 *Ad Magiſtratum non pertinet periculum tutoris, qui ſatis non dedit, ſi tempore finitæ tutelæ tutor reperiatur ſolvendo.*

64 *Quod Magiſtratus, qui tutores minus idoneos conſtituerunt, conveniantur, in uſu non eſt.*

65 *Contutor ob inopiam alterius non habet actionem adverſus Magiſtratum.*

66 *Cur in Magiſtratus minores tantum competat pupillis Subſidiaria, non in Magiſtratus majores.*

67 *In provinciis tutores vel curatores clariſſimarum perſonarum nominantur per Curiales, & in ſubſidium ex nominatione tenentur.*

68 *Magiſtratus non tenetur pupillo, niſi in ſubſidium, in eo, quod de bonis tutoris ſervari non poſſit.*

69 *Si tutor teſtamentarius & dativus gerunt diviſim, pro dativo prius pervenitur ad Magiſtratum, quam ad contutorem.*

70 *Fidejuſſores Magiſtratuum non tenentur actione Subſidiaria.*

71 *Nominatores Magiſtratuum actione Subſidiaria non tenentur.*

72 *Ordo decurionum non tenetur actione Subſidiaria, niſi in ſe receperit periculum, num 75.*

73 *Ordo quid.*

74 *Ordo quot partibus conſtet.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

76 *Teſtamentarius tutor non ſatisdat, & quæ ſit ratio.*
77 *Teſtimonium paternum pro ſatisdatione ſufficit.*
78 *Tutor teſtamentarius an de conſuetudine etiam ſatisdet.*
79 *Executor teſtamenti non ſatisdat niſi poſt teſtamentum cœperit eſſe non ſolvendo.*
80 *Curator teſtamento datus non ſatisdat in caſibus permiſſis.*
81 *Tutores codicillis dati non ſatisdant.*
82 *Tutores dati in teſtamento invalido, tamen confirmati, ſatisdationi ſubjiciendi non ſunt.*
83 *Tutores in teſtamento invalido dati tenentur ſatisdare, quando confirmati fuerint ſine inquiſitione.*
84 *Plures teſtamento dati tutores, uno offerente ſatisdationem, alio nolente ſatisdare, præfertur ſatisdans.*
85 *Tutelam geri per unum intereſt pupilli.*
86 *Livius cur judicet complurium imperium inutile eſſe.*
87 *Nemo cogitur ſuccedaneus eſſe alieni periculi.*
88 *Non omnino qui ſatisdat, contutoribus eſt præferendus.*
89 *Cauſæ cognitio in recipiendis tutoribus, duplex eſt.*
90 *Inter plures ſatis offerens magis idoneus præfertur.*
91 *Patroni non poſſunt ſe invicem provocare ad ſatisdationem niſi ex magna cauſa.*
92 *Extraneus volens ſatisdare, non repellit tutores ab adminiſtratione.*
93 *Si teſtatoris fallatur opinio, quid juris.*
94 *Tutor poſt teſtamentum factus non ſolvendo, cautionem præſtare debet.*
95 *Tutor à matre teſtamento datus tenetur ſatisdare, & confirmatur ex inquiſitione, ſecus in patre. Et quæ ſit diverſitatis ratio num.* 96.
97 *Tutor ex inquiſitione non ſatisdat, limitatur de conſuetudine Galliæ. num.* 98.
99 *A minoribus Magiſtratibus dati tutores ſatisdare debent.*
100 *Satisdatio tutoris per errorem facta, qui ſatisdare non cogebatur, non valet.*
101 *Tutor defendens pupillum non ſatisdat de judicato ſolvendo.*
102 *Officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum.*

REGULA VII.

SEptima regula eſt, quod † omnis tutor vel curator teneatur ſatisdare rem 1
pupilli vel adulti ſalvam fore, *l.* 1. & ibi Bal. *ff. rem rat. haberi*, Gl. & Bart. *in l. legitimos, ff. de legit. tuto. & toto tit. C. de tutorib. qui non ſatisd. l. de creationibus, C. de Epiſcop. audient.* Capyt. *deciſ.* 50. Et hoc intelligitur, datis † ido- 2
neis fidejuſſoribus, *d. l.* 1. *ff. rem rat. haberi. juncta l. prætoriæ, ff. de prætor. ſtipulat. l.* 4. §. 1. *ff. rem pupilli ſalv fore. & l.* 1. *ff. qui ſatisd. cogant.* idque favore pupilli & adulti ita receptum eſt præſertim, quia tutores † in ſuo officio ut 3
plurimum aut infideles, aut negligentes ſunt, §. *quoniam autem, in Auth. ut ii, qui obligat. ſe hab. perhibent res minorum*, ut experientia, quæ eſt † rerum ma- 4
giſtra, docet, *cap. quam ſit. de elect. in.* 6.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

5 Quæ quidem regula ampliatur primo, ut † procedat, quod etiam hæc ſatisdatio à tutore præſtanda ſit ante omnia, id eſt, ante decretum adminiſtrationis, qua præſtita, interponit judex ſuum decretum, quo decernit adminiſtrationem ad ipſum tunc pertinere, ut tradit Chriſtoph. Port. *Inſtit. de legit. agnat. tutel. num. 3. verſic. quarto debet.* & Angel. Aretin. *Inſtit. de ſatisdat. tutor. n. 3. in verſic. in eadem gl. per l. fin. §. pen.* & ibi notat *C. de adminiſtrat. tutor.* & facit *l. 1. C. de tut. qui non ſatisd.*

6 Secundo † ampliatur, quod etiam tutor ante talem ſatisdationem prohibeatur ab adminiſtratione, quia tutela ſine vinculo cautionis non committitur, *l. ſi impuberi, §. quamvis, verſ. tutela vero, ff. de tutor. & curator. datis ab his,*
7 cum † qua ampliatione concordat etiam ſtatutum noſtrum Ultrajectinum,
8 *Rubric. 13. art. 3.* Verum † hæc ampliatio locum non habet quo ad tempore peritura, juxta *l. ult. C. de tut. qui non ſatisd.*

9 Tertio † ampliatur regula, quod etiam tutor vel curator, ante emiſſam ſatisdationem non ſit tutor, nec habeat adminiſtrandi poteſtatem, *l. ſi impuberi, §. quamvis, verſ. quid ergo ſi non caveat, ff. de tutor. vel curat. datis ab his, & l. 3. & ult. C. de tutor. qui non ſatisd.*

10 Quarto † ampliatur, quod contra geſta per talem tutorem in judicio, qui non ſatisdederit rem pupilli ſalvam fore in præjudicium pupilli, non ſit opus reſtitutione, ut quæ ſint ipſo jure nulla, & non noceant pupillo, ut eſt text. *in l. ſi tutor,* & ibi Bartol. & Bald. *C. in quibus cauſ. in integr. reſtit. non eſt neceſſar.* quod dicit perpetuo menti tenendum eſſe Robert. Marant. *de ord. judicior. part. 4 num mihi 33.* & Joach. Mynſing. *cent. 2. obſervat. 32.* & Vant. *in tract. de nullit. proceſſum, in rubric. de nullit. ſententie ex defectu inhabilitatis ſeu mandati, num. 128.*

12 Quinto † ampliatur, ut etiam non ſufficiat juratoria cautio, cum tutor nomine alieno veniat, & ideo ſi fidejuſſorem non reperit, non cenſeatur idoneus, *l. fin. C. arbitrium tutelæ*, id quod etiam confirmatur, per regulam, quam tradit Bald. *in l. 1. circa medium, ff. de uſu & uſufruct. legat.* ubi inquit, quod
13 † in officiis adminiſtrandis, & quando quis electus fuerit in tutorem vel curatorem, ſi non poſſet dare fidejuſſorem, quod non ſufficiat juratoria cautio, *l. 2. C. de tutor. & curat. datis ab his* Jaſon *in l. 1. col. fin. C. de procurat.*

14 Sed † hæc ampliatio locum non habet in tutore principis, quibus ſufficit fidejuſſores tales conſtituere, quales reperiri poſſunt, ut tradit Barthol. Chaſſan. *tit. Des enfans des pluſieurs litz, §. 5. in verbo, caution ſouffiſante, num. 4.* allegans Alberic. de Roſat. *in l. de creationib. C. de Epiſc. audient.*

15 Sexto † ampliatur regula, quod tutor cavere nolens vel differens, pignoribus captis, coerceri poſſit, *§. ſubſidiaria, Inſtit. de ſatisdat. tutor. l. dies cautionum, §. ſi intra, ff. de dam. infect. l. ſi quis à liberis, §. ſi quis ex his, ff. de lib. agnoſ. l. 3. C. de ſuſpect. tutor. & l. 1. §. qui ergo, ff. de ventre inſpic.* Sed & exſtat conſtitutio Imperat. Valeriani & Gallieni, *in l. 2. C. de tutor. qui non ſatis-*
16 *deder.* quod † tutor, ſi ſecundum Præſidis præceptum, & juris formam ſatis non dederit, removeatur à tutela ſine infamia, ſiquidem inopia hoc faciat, ſed ſi fraude,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

fraude, cum infamiæ nota. Eoque † nomine etiam teneantur dare fidejuſſo- 17
res, *l. 1. ff. qui ſatisdare cogantur*, qui quidem fidejuſſores omnino in ſolidum obligantur, nec beneficium diviſionis habent, *l. ult. ff. rem pupilli ſalv. fore, l. ſi plures, ff. de adminiſtr. tut.* ita tamen, ut † ſufficiat eam ſatisdationem, vel fide- 18
juſſionem præſtare alio loco quam dationis tutelæ, ex eo quod neceſſaria ſit, ad quam quis à lege aſtringatur, licet cauſa ſit voluntaria, *l. ſi fidejuſſor, §. non neceſſaria, ibi, non facile, & l. de die, §. tutor, & §. jubetur, ibi, mittendi ſunt in municipiũ, & ibi, poſſe quo poſtulat remitti, ff. qui ſatisd. cog.* Quod † tamen intelligitur, 19
dummodo non peteret dare fidejuſſorem in loco multum diſtanti, quo caſu non audiretur, ut dicit Bart. *in d. §. jubetur*, & probat text. ſingularis *in d. l. fidejuſſor, in §. ſi neceſſaria, ibi, ſi in alia ejuſdem provinciæ.*

Ex quo † infert idem Bart. *in d. § jubetur*, quod ubicumque in loco judicii 20
quis non poteſt præſtare dictam ſatisdationem, ſed reus peteret ſe remitti ad dandam talem ſatisdationem ad talem locum, quem ipſe reus elegerit, ſi reus ibidem velit dare fidejuſſorem, nec conſultum eſſet actori propter conveniendi difficultatem, non audiretur *per l. 2. ff. qui ſatisd. cogant.* Ideo ſecundum eum eligi debet locus actori conveniens, quem ſequitur Alex. *in d. §. tutor*, & eſt de mente Bart *in l. ſciendum, §. 1. ff. eod. tit.*

Septimo † ampliatur regula, ut etiam procedat in legitimis tutoribus, vel cu- 21
ratoribus, qui etiam ſatisdare debeant, *l. legitimos ff. de legit. tutor.* & ibi Bart. & facit *l. ult. §. defenſionem, C. de adminiſtrat. tutor.*

Octavo † ampliatur, quod etiam mater, cui ſingulari quodam jure permiſit 22
Juſtinian. gerere tutelam filiorum ſuorum, omnino ſatisdare teneatur, *per novellam conſtitutionem* 118. *ad fin.*

Nono ampliatur, quod † etiam patronus, & ejus liberi ad hanc ſatisdationem 23
teneantur, *d. l. legitimus* & ibi gl. declarat, *l. ſi impuberi, §. quamvis, ff. de tutor. & curat. datis ab his.*

Sed hæ tres † præcedentes ampliationes non procedunt in patrono tutore 24
ſui liberti, ſaltem ubi eſt perſona patroni honeſta, quæ ſatisdare non cogitur, maximè quando ſubſtantia pupilli eſt modica, ut tradit Tiraquel. *de pœnis, cauſa* 51. *num.* 41. Bald. *in l. tutores, ff de legit. tut.* & Jaſon *in l. jubemus, num.* 13. *C. de judiciis, d. l. legitimo, ff. de legit. tutor.*

Nec etiam † procedunt in patre legitimo adminiſtratore, ut tradit Arius 25
Pinell. Luſitan. *in 2. parte, l. 1. n.* 20 *C. de bon. matern.* & Boer. *ad conſuetud. Bituricenſ tit. des couſtumes, §. 3. per l. cum oportet, §. non autem* & ibi gl. *C. de bonis, quæ liber.* Nec etiam † in agnato locuplete, *l. ult. §. & ſi quidem curater,* 26
C. de curator. furioſ. l. de creationibus, §. penult. C. de Epiſc audient.

Decimo † ampliatur, quod etiam hæc cautio præſtari debeat à tutore, & fi- 27
dejuſſoribus, exigente Magiſtratu, ſtipulante ipſo pupillo ſi fari poteſt, *l. 1 §. exigere, ff. de Magiſtrat conven* ut tradit Carol. Molin. *in princ. l. 1. num.* 19. *de verb. obligat.* Vel ſi pupillus abſens ſit, vel fari non poſſit, ſervus ejus ſtipuletur, vel ſi ſervum non habeat, ſervum ei emat, ſi non ſit unde ematur, aut non ſit aliqua emptio: profecto dicemus ſervum publicum apud Prætorem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

ſtipulari debere, aut quo dare aliquem Prætor debeat, cui caveatur, *l. 2. 3. &*
l. ſervum, ff. rem pupilli ſalvam fore.
28 Undecimo † ampliatur, quod etiam hæc ſatisdatio pertineat non ad tutores
tantum, ſed etiam ad omnes curatores datos, ſive puberibus, impuberib. prodi-
gis vel furioſis, *l. 4. §. pertinet, l. de creationibus, §. ſin autem, C. de Epiſc. au-*
29 *dien.* etiam ſi ad ſpecies † curator datus ſit, *l. & ſi ad ſpecies, ff. rem pupil. ſalvam*
30 *fore.* niſi fuerit curator ventri datus, ex inquiſitione, qui ſatisdare † non debet,
31 *l. bonorum, ff. rem pupilli ſalvam fore.* Quemadmodum † etiam non tenetur
ſatisdare curator furioſi, quando habet ſufficientem & idoneam ſubſtantiam ad
fidem gubernationis, *l. de creationibus, §. ſin autem, C. de Epiſc. audient. l. cum*
furioſus, §. ſed ſi quidem nobilis, cum duob. §§. ſeqq. C. de curat. furioſi, quæ qui-
32 dem † ſtipulatio in curatore committitur ſtatim, atque res ſalva eſſe deſierit, ſed
in tutore non committitur, niſi finita demum tutela & fidejuſſoribus, tunc ex-
inde incipiet cedere dies, *l. non quaſi, §. hanc ſtipulationem, ff. rem pupilli ſal-*
vam fore.
33 Duodecimo † ampliatur, quod non ſolum ipſi tutores teneantur ex admini-
ſtratione rerum pupilli, verum etiam quod Magiſtratus non exigens hanc ſatis-
dationem teneatur pupillo, vel adulto in ſubſidium, *§. ſciendum, Inſtit. de ſatisd.*
34 *tut.* & † ideo dicitur Subſidiaria, *§. nos autem, in fin. & §. impuberes, Inſtit. de*
Attil. tutor l. tutores, in fin. ff. de confirmand. tutor. nempe quod reliquis defi-
cientibus veluti ſuccenturietur.
35 Continet † autem hæc actio ultimum præſidium, quia tum demum exerce-
tur, ubi non eſt indemnitati pupilli ſatisfactum, excuſſis bonis tutoris, itemque
fidejuſſoris ejus, nec non collegarum, qui etiam periculum propter conſortium
adminiſtrationis ſubeunt, ut reſcripſit Gordian. *in l. adverſus, C. de Magiſtrat.*
conven. quæ alias dicitur actio in factum, alias actio utilis, *l. 5. & ibi Gloſſa, verb.*
36 *utilem, C. eod.* Quæ † introducta fuit ex Senatuſc. facto auctore Trajano, *d. §.*
ſciendum, & l. Magiſtratus, C. de Magiſtr. conven. Vel etiam ex prudentũ reſpon-
37 ſis, *d. §. ſciendum.* Ac ne novum † eſſe putemus, quod Magiſtratus præſtet peri-
culum tutoris parum idonei, cum ſimilis lex etiam inveniatur apud Platonem,
quæ apud eum extat, *lib. 12.* ut dicit Franciſc. Balduin. *Inſtit. de ſatisdat.*
tutor. in verbis, ſed etiam in eos.
38 Et hæc ampliatio † etiam procedit primo, ut Magiſtratus teneatur, ſi non ido-
neè paſſi ſint cavere, idque culpa eorum Magiſtratuum factum inveniatur, *l. 1.*
§. ult. & l. quod ad hæredem, ff. de Magiſtr. conven. Corn. *conſil.* 163. *n.* 6. *l.* 4. quia
39 paria † ſunt aliquid non facere, vel minus idoneè facere, *l. quoties, ff. qui ſatisd.*
40 *cogant.* Verum hoc † non procedit, ſi ab initio curarunt idoneè ſatisdari, & ſi
poſtea forte lapſi fuerint facultatib. fidejuſſores: quo quidem caſu non tenebi-
tur Magiſtratus, cui nihil eſt quod imputetur. Neque enim habet Magiſtratus
futuros caſus, & fortunam pupillo præſtare, *l. 1. §. ſi Magiſtratus, ff. de Ma-*
giſtrat. conveniend.
41 Probatio † tamen idoneitatis ſatisdationis non pupillo incumbit, ut doceat
fidejuſſores ſolvendo non fuiſſe tempore, quo acciperentur, ſed Magiſtratib.
ut do-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

ut doceant eos ſolvendo fuiſſe, quæ omnia continetur Ulp. reſponſo, *in d. l. 1. §. probatio, ff. de Magiſtr. conven.*

Secundo † procedit hæc ampliatio, quod eadem actio etiam detur adverſus 42
quemlibet in ſolidum, *l. 3. C. de Magiſtr. conven.* niſi omnes fuerint ſolvendo,
quo caſu dabitur convento beneficium diviſionis, *d. l. 3. C. de Magiſtr. conven.
l. in Magiſtratus, ff. eod.* vel quando Magiſtratus inter ſe conveniſſent, ut unius
† tantum periculo tutores darentur: quo caſu primus excutiendus erit, qui 43
hoc ſuſceperit, *l. 1. §. ſi inter, ff. de Magiſtr. conven.* Si vero dolo fecerunt Magiſtratus, vel lata culpa, quo minus † idoneè curarunt ſatiſdari pupillo, in ſoli- 44
dum tenentur, *d. l. in Magiſtratus, ff. de Magiſtrat. conven.*

Tertio procedit † hæc ampliatio, quod etiam detur hæc actio Subſidiaria 45
contra hæredes Magiſtratus, qui omnino omiſerunt petere cautionem, quia eſt lata culpa Magiſtratus, de qua teneatur hæres, *l. quod ad hæredem*, & ibi gl. *verb. omitteret, l. non ſimiliter, ff. de Magiſtrat. conven. l. 2. C. eod.* Nam ſi
† Magiſtratus tanta fuit negligentia, ut omnem cautionem omitteret, æquum 46
eſt haberi eum loco fidejuſſoris, ut & hæres ejus teneatur, *d. l. quod in hæredem.*
Unde recte conſtat, quod idem Ulpian. ait, *in l. non ſimiliter, ff. eod.* Non † ſi- 47
militer teneri hæredes Magiſtratuum, ut ipſi Magiſtratus tenentur: quia Ma-
giſtratus † in omne periculum ſuccedit, hæres vero tantum ſuccedaneus ſit 48
culpæ dolo proximæ, nec teneatur tutoris negligentiæ nomine. Hinc quoque
ſi filiusfamilias † fuerit Magiſtratus, & caveri pupillo non curaverit, aut non 49
idoneè cautum fuerit, ejus culpa, ait Julian. in patrem filiifamilias Magiſtratus peculiotenus dandam eſſe actionem, ſi voluntate patris Magiſtratum adminiſtraverit, quaſi Rempubl. ſalvam fore promiſerit, qui dederit voluntatem, ut filius Decurio crearetur, *l. 1. §. ſi filiusfamilas, ff. de Magiſtr. conven.* Porro autem ut in hæredes Magiſtratuum † datur hæc actio ſubſidiaria, ita 50
etiam datur hæredib. pupillorum, *l. 1. §. non tantum, ff. de Magiſtrat. conven.*
Proinde † etiam eadem actio datur contra Magiſtratum, quæ competit in tuto- 51
res, *l. ult. §. ult. ff. de Magiſtr. conven.* Idque non † ſolum quo ad ſortem, ſed 52
etiam uſuras, *d. l. ult.* Sed hoc non procedit, quo ad privilegium perſonale vel hypothecæ in bonis Magiſtratus, in quibus pupillus privilegium non habet, ſed cum cæteris creditoribus partem habiturus eſt, *l. 1. §. privilegium, ff. eod.*

Quarto procedit † ampliatio, quod etiam Magiſtratus ſi moniti non dede- 53
rint tutores vel curatores, teneantur ad damnum, quod impuberes vel etiam adoleſcentes medio tempore paſſi fuerunt, quia munere mandato non paruerunt, *l. 1. §. Magiſtratib. ff. de Magiſtr. conven.* Idem quoque † dicendum, ſi data 54
opera tutelam diſtulerint in ſucceſſores ſuos, vel ſi ſatiſdationē data opera traxerint quo ad ſucceſſores, quo quidem caſu nihil eis proderit, *d. l. 1. §. ſciendum.*

Quinto procedit † ampliatio, quod actio quoque ſubſidiaria ſit danda in eum, 55
qui electus ſit ad æſtimandas tutorum ſatiſdationes, *d. l. 1. §. D. Hadrianus.* Vel
etiam contra † Scribam vel alium, qui minoris, quam debuit, res minoris, vel 56
veram ſubſtantiæ taxationem paſſus fuerit, occultarit, dolo vel negligentia, *l. ult. C. eod.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

57 Sexto, ampliatio † procedit, quod etiam teneatur Magiſtratus, qui non dedit, ſed teſtamento à patruo datos tutores confirmavit ſine inquiſitione, cautione non exacta, nec enim voluntas ejus, qui tutorem dare non potuit, negligen-
58 tiam Magiſtratuum excuſat, *l. tutores, ff. de confirm. tut.* Idem etiam † Magiſtratus tenetur, ſi Præſes provinciæ dederit tutores, ſed ejus Præſidib. renunciantes falſa, deceperint, gratia forte aut pecunia, *l. 1. §. ſi Præſes 1. ff. de Magiſt.*
59 *conven.* Et multo magis, quando † Præſes eos ſatis exigere juſſerit, quo caſu eos teneri etiam ſi Præſes dederit, dubitandum non eſt, *d. l. 1. §. neque verſ. plane.*
60 Similiter † quoque dicendum erit, ſi Præſidi provinciæ danti nomina dederunt, vel ex eorum ſuggeſtu dati fuerint, quatenus dolo vel lata culpa verſati ſunt,
61 *d. l. 1. §. ſi Præſes, 2. & §. ſi curatores.* Vel ſi Præſes nominibus ab † alio acceptis ad Magiſtratus municipales remiſerit, ut ſe de eis inſtruerent, & exinde inſtructus dederit quatenus dolo, vel lata culpa id factum fuerit, *d. l. 1. §. ſi Præ-*
62 *ſes.* Sed ſi ad eos † remiſerit, ut ipſi darent, vel poſt dationem ut exigerent ſatiſdationem, periculum ad eos pertinebit, *d. l. 1. § ſed ad eos.*

63 Sed hæc † duodecima ampliatio non procedit primo, quando tutor, à quo non fuerit exacta ſatiſdatio, fuerit idoneus, eo tempore quo tutelæ agi potuerit, id eſt, finita tutela, quod ſufficit, *d. l. 1. §. ſed & ſi ſatis, l. Æmilius Dexter. §. ex diverſo, verſ. pronunciavi, ff. de admin. tut. l. in Magiſtratus, C. de Magiſtr. conven.*

64 Secundo declaratur, non † procedere de conſuetudine, qua receptum eſt, ut ejus rei nomine actio non detur adverſus hujuſmodi Magiſtratus, qui tutores creaverunt, ut tradunt Joan. Ronchegal. Giold. *in l. 9. n. 225 ff. de duob. reis.* allegans Aretin. *conſ. 29. l. tutores, §. fin. & l. tutores, ff. de adminiſtrat. tutor.*

65 Tertio declaratur † non procedere in contutore, qui ob inopiam alterius non habet actionem adverſus Magiſtratum. Unde cum proponeretur duos tutores à Magiſtratibus municipialibus datos, cautione non exacta, quorum alter inops deceſſerit, alter in ſolidum conventus ſatis pupillo fecerit & quæreretur, an Tutor iſte adverſus Magiſtratus municipales habere poſſet aliquam actionem, cum ſciret à contutore ſuo ſatis non eſſe exactum? Ulp. reſpondit *in l. 2. cum l. ſeq. ff. de Magiſtrat. conven.* tutorem ad Magiſtratus redire non poſſe; cum nunquam tutor adverſus Magiſtratus habeat actionem, dicens, Senatuſconſultum pupillo tantum ſubvenire, non autem aliis, præſertim cum ſcit, quod tutori imputetur, ſcil. quod ſatis à contutore non exegerit, vel ſuſpectum non fecerit.

66 Quarto † declaratur non procedere in majoribvs Magiſtratibus, ut Præfecto urbium, Prætore, Præſide provinciæ, vel aliis, qui quibus tutores dandi jus eſt, *§. fin. Inſtit. de ſatiſd. tutor.* tantum enim tributum eſt prudentiæ horum Magiſtratuum, ut creditum ſit non eſſe neceſſariam ſatiſdationem. Nec dubitat princeps eos, qui ob ſingularem induſtriam, explorata eorum fide, & gravitate ad horum officiorum magnitudinem adhiberentur, non aliter judicaturos eſſe pro ſapientia, & luce dignitatis ſuæ, quam ipſe foret judicaturus, ut inquit quodam loco noſter Aurelius *in l. unica, C. de offic. Præf. Præt. l. 1.* & ibi gloſſ.
ver-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

verbo, expertes, C. de tutor. illuſtr. Sed hoc † locum non habet, quo ad illu- 67
ſtres in provinciis, ubi Curiales nominant tutores & curatores, & ultra nomina-
tos & datos tenentur clariſſimarum perſonarum exhibere debitam cautionem,
d. l. 1. §. in provinciis, C. de tutor. illuſtr.

Quinto declaratur † non procedere, quod Magiſtratus non teneantur, niſi in 68
ſubſidium in eo, quæ de bonis tutoris ſervari non poſſit, *l. tutores, ff. de con-
firm. tut. l. Lucius, §. cum teſtamento, verſ. alios, ff. de adminiſtr. tut.* Niſi te-
ſtamentarius & † dativus tutor geſſerit diviſim, quo caſu pro dativo prius per- 69
venitur ad Magiſtratum, quam contutorem, *d. l. Lucius, §. cum in teſtamento,
l. 1. §. uſque adeo,* & ibi gl. *verb. accipiendum, ff. de tutel. & ration. diſtrah.* ubi
hoc optime declaratur.

Sexto declaratur non † procedere, quo ad fidejuſſores Magiſtratuum: hi 70
enim Reipublicæ rem ſalvam fore promiſerunt, non pupilli, *l. 1. in princ. ff. de
Magiſtr. conven.* Proinde quoque † nec nominatores Magiſtratuum ex hac 71
cauſa tenebuntur, ſed ſoli Magiſtratus, *d. l. 1. in princ.* Idem quoque quo ad
† ordinem decurionum, dicendum erit, *d. l. 1. in princ.* & ibi gloſſ. *verb. in or-* 72
dinem. Ordo † autem decurionum civitatiſve collegium ipſum decurionum & 73
curiam ſignificat, *l. ordine, ff. ad municip. l. 1. C. de omni agro deſert. lib. 11.*
Nec vero † aliter habetur ordo, quam duabus partibus adhibitis, *l. 3. ff. de de-* 74
cret. ab ordine faciend. l. 3. ff. quod cujusque univerſ. nomine. Plane ſi Decurio-
nes decreverint actionem per eum movendam, quem Duum viri elegerint, is
videtur ab ordine electus: parvi enim refert, an ipſe ordo elegerit, an is, cui or-
do negotium dederit, *l. item eorum, §. 1. ff. quod cujuſque univerſ. nomine.* Sed ſi
ordo decurionum † receperit in ſe periculum, dici debet teneri eos decuriones, 75
qui preſentes fuerunt, *d. l. 1. §. ſed ſi ordo,* & ibi gl. *ff. de Magiſtrat. coven.*

Sed † hæc ſeptima regula ſatis ſuperque ampliata declaratur, primo non pro- 76
cedere in tutore teſtamentario, *§. 1. Inſtit. de ſatiſd. tutor. l. teſtamento datus.
ff. de teſtam. tutel.* Idque hac ratione, quod ejus fides & diligentia ſpecialiter à
teſtatore ſit approbata, *d. §. 1.* paternumque teſtimonium pro † ſatiſdatione ſuf- 77
ficiat, *l. ult. §. & ſi quidem parens, C. de curat. furioſi, & l. de creationibus, C. de
Epiſcop. audient.* Nam cum ſemel approbatus fuerit pro idoneo & ſufficienti à
teſtatore, non eſt amplius, ut ſuſpectus, cogendus ſatiſdare, ſecundum Socin.
Jun. *conſ. 2. nu. 2. lib. 4.* Aym. Crauet. *part. 1. in 4. limitat. 26. 27. 33. verſ.
nec obſtat, & nu. 31. de antiq. temporum.* & ita Petrus Rebuff. † dicit ſervatum 78
fuiſſe Pariſiis, ubi nullus ſatiſdat, ſed ſe tantum obligat, *in l. ſatiſdationis, ff. de
verb. ſignif.* licet ibidem dicat de conſuetudine ſervari, ut etiam tutor teſtamen-
tarius ſatiſdet, teſte Maſuerio, *in Rubric. de tutore, in princ.* eamque conſuetudi-
nem non eſſe contemnendam, cum tendat ad tuitionem rerum pupillarium.

Quæ quidem † declaratio etiam procedit in executore teſtamentario, *l. firmo,* 79
§. 1. ff. quando dies leg. ced. l. nulli. C. de Epiſc. & cler. niſi poſt teſtamentum cepe-
rit eſſe non ſolvendo, *l. liberto, §. largius, ff. de ann. leg.* per Bart. *in l. Divus, ff.
ſi cui plus quam per leg. Falc.* Similiter quoq; † dicendum erit in curatore teſta- 80
mento dato, in caſibus permiſſis, *l. cum furioſus, §. et ſi quidē, C. de cur. furioſi. l. de*

crea-

81 *creationibus*, *in princ. C. de Epiſcop. audien.* & idem quoque † ſi in codicillis, per gloſſ. *in* §. 1. *Inſtit. de ſatiſdat. tut. verbo, approbata*, *l.* 3 *ff. de teſtam. tu-*
82 *tel.* & *d. l. de creationib.* Vel ſi etiam † in teſtamento invalido à patre tutor ſcriptus fuerit, modo confirmatus ad tutelam gerendam, qui perinde eſt, ac ſi ex teſtamento tutor eſſet, id eſt, ut ſatiſdatio ei remittatur, *l. qui à patre*, *ff. de confirm. tutor.*

83 Verum hæc † declaratio, ſive fallentia prima hujus regulæ locum non habet: primo, quando tutor confirmatus fuiſſet ſine inquiſitione, *l. tutores*, & ibi gloſſ. *verb. debuerunt*, *ff. de confirm. tutor.*

84 Secundo † non procedit, quando duo pluresve dati eſſent in teſtamento, quo caſu unus offerens ſatiſdare, alteri licet à teſtatore electo ad adminiſtrationem, nolenti ſatiſdare præfertur, ut ſolus adminiſtret, § *ſed ſi ex teſtamento*, *Inſtit. de ſatiſdat. tutor. l. teſtamento, ff. de teſtam. tut. l. dativus, ff. rem pupill.*
85 *ſalvam fore.* & hoc ea ratione, quod † utilius ſit pupillo tutelam ipſius per unum potius, quam per plures adminiſtrari, vel per varias tutorum manus aſpergi, *d. l. legitimos*, §. 1. *ff. de legit. tutor. l.* 3. §. *apparet*, *ff. de adminiſtrat. tut.* Nam vulgo dicitur:

Segnius expediunt commiſſa negotia plures.

Quod enim multorum commune eſt, id nemini curæ eſſe ſolet, ut dicit Ariſtot. *lib.* 2. *Polit.* Facilius enim unus tutor & actiones exercebit & excipiet,
86 incommodumque erit per multos tutelam ſpargi. Unde † Livius ait: *Cumplurium imperium inutile eſſe*, *quia tendendo quiſque ad ſua conſilia aperiunt mille incommodorum occaſiones*, ut tradit Chriſtoph. Port. *de ſatiſdat. tutor. num.* 3. Et ideo quoque Prætor vel Magiſtratus eos convocat ad conſentiendum in unum ſolum, vel alterum, qui ad gubernationem ſufficiant, *l. ſi plures*, 3. §. *ſi non erit*, *ff. de admin. tutor.* & *novel.* 118. §. *ſed ſi multi.* Et ſi convenire nolint, vel congregati diſſentiant, tunc Prætor ſtatuit cauſa cognita quis gerere debeat, *d. l. ſi plures*, § *ſi non erit*, §. *ſi autem*, *Inſt. de ſatiſdat. tutor.* Ang. *in* §. *ſed ſi ex teſtamento*, in gl. *partes ſuas*, *n.* 1. ubi ampliat ad electionem conſultoris in formando punctum, ſuper quo deberent habere conſilium ſapientis, *Inſtit. de ſatiſd. tutor. l. in venditione*, §. *fin.* & ibi gl. *verbo*, *vendat*, *ff. de bonis auct. jud. poſſed.* niſi Prætori tutores non conſentiant, nec fidem habeant electo,
87 ſed † omnes gerere malunt: nec velint eſſe ſuccedanei alieni periculi, quo caſu dicendum eſt Prætorem permittere eis omnibus gerere, *d. l. ſi plures*, §. *fin.*

88 Sed hæc † ſecunda declaratio primo non procedit, quando volens ſatiſdare, perſona eſſet ſuſpecta, vel turpis, cui tutela committi, nec cum ſatiſdatione debeat, ut ſi multa jam flagitia in tutela admiſiſſet, *l. tutores*, §. *ſi autem ipſe* & ibi gl. *verbo*, *verſatus*, *ff. de ſuſpect. tutor.* & *l. teſtamento datos*, *ff. de teſtam. tut.* Nec ſatis non dantes temere repelluntur, quia plerumque bene probati & idonei atque honeſti tutores, etiam ſi ſatis non dent, non tamen debent rejici, nec juben-
89 di ſatiſdare. Duplex † igitur cauſæ cognitio eſt, una ex perſona ejus, qui obtulerit ſatiſdationem, quis, & qualis eſt, alia contutorum, quales ſunt, num forte ejus exiſtimationis, vel ejus honeſtatis ſunt, ut non debeant hanc contumeliam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

ſatiſdationis ſubire, *d.l.teſtam. datos,§.non omnino,& §.duplex.ff.de teſtam.tut.*&
ſi plures † ſatiſdare parati ſint, tunc idoneus magis præferendus erit, ut & tutorũ 90
perſona inter ſe & fidejuſſorum cõparentur, *l. quod ſi plures, ff. de teſtam. tutel.*

Secundo † non procedit prædicta ſecunda declaratio in pluribus patronis, 91
niſi ex magna cauſa, ne quis ſpem ſucceſſionis diminuat. Nam ſi patrono tutela non fuerit commiſſa, poterit per compatronum damno affici, qui ſolus rem pupilli male adminiſtrat, *l. legitimos, §. in legitimis, verſ. an ergo.* & ibi Bald. *ff. de legit. tutor.* quia magis, inquit, debetur hæreditas patrono, quam legitimis hæredibus, ut eſt gl. *in l. teſtamento datos, verb. cavetur, ff. de teſtament. tutel.*

Tertio † non procedit, quando non tutor, ſed extraneus licet pupillo con- 92
ſanguineus offerret ſatiſdare, qui non eſſet audiendus ad aliorum non ſatiſdantium excluſonem, *l. ſi nemo, 19. ff. de teſtam. tutel.*

Sed ut † unde digreſſi ſumus, rurſus in viam redeamus, ſciendum eſt ea, quæ 93
ſupra dicta ſunt de teſtamentario tutore in prima fallentia hujus regulæ, videlicet teſtamentarium tutorem ſatiſdatione non onerari. Tertio non procedere, quando poſt teſtamentum emerſiſſet ante celata, & ignorata morum improbitas, quo caſu ſi tutor datus fefellerit opinionem teſtatoris, non erit tantum tribuendum parentis errori, ut pupilli utilitas negligatur, *l. in confirmando, l. utilitatem, ff. de confirm. tut.* Vel † ſi poſt teſtamentum tutor factus fuerit non ſol- 94
vendo, *l. liberto, §. largius, ff. de ann. legat.* Vel ſi datus † fuerit tutor à matre 95
teſtamento, licet ſecus ſit in relictis à patre, *l. 3. in fin. ff. de confirm. tut. l. 1. C. eod. tit.* Nam ipſi tutores à matre dati tenentur ſatiſdare, & confirmantur etjam ex inquiſitione, quod ſecus eſt in datis à patre, qui ſine inquiſitione ſimpliciter tantum confirmantur. Et ratio diverſitatis eſt, quia patris conſilium firmum
† reputatur, matris autem infirmum eſt judicium, ut eſt gl. *in verb. approbata,* 96
§. 1. Inſtit. de ſatiſdat. tutor. ad quod facit *l. 2. §. verba, ff. ad Senatuſconſ. Trebell.* & text. *in §. 1. Inſtit. quib. alien. licet. & in §. 3. Inſtit. de injur.*

Secundo † non procedit prædicta ſeptima declaratio in tutore dato ex in- 97
quiſitione, qui non ſatiſdat, *§. item ex inquiſitione, Inſtit. de ſatiſdat. tutor. l. bonorum, ff. de curat. furioſ. l. 2. C. de tutor. qui non ſatiſded.* Bart. *in §. ſi. num. 9. in authent. ut hi qui obligatas*: quia † fides eorum à judice eſt approbata. Sed 98
contrarium obſervatur ex moribus Galliæ, cum hæc inquiſitio ſummatim expediatur, ut tradit Imbert *in Enchiridio juris Galliæ. in verb. tutela.* allegans Joan. Fabrum, *in l. 2. C. de tutor. qui non ſatiſded.* quæ quidem praxis approbatur per Gloſ. *in l. 1. C. de tutor. & cur. qui non ſatiſd.* & per text. *§. nos autem. Inſtit. de Attilian. tut.* de qua praxi teſtatur Pract. Papienſ. *in forma libelli,* quo agitur ad reddendam rationem tutelæ, *verſ. venio ad quartum, in fin.* Chaſſan. *tit. des enfans, §. in verbis, ſi par le pere, n. 7.* quæ forma inquiſitionis traditur *in l. naturali, §. fin. ff de confirmando tutore.* Sed hæc intelligi debent, quæ de tutore dato ex inquiſitione diximus, quando tutor datus fuerit ex inquiſitione à majoribus, ſcilicet Magiſtratibus, veluti Prætore, Præfecto urbis, & Præſide provinciæ, quibus plenum jus fuerit dandi tutores, qui ſatiſdare non tenentur, ut ſupra diximus, ſed ſi dati † fuerint a minoribus Magiſtratibus licet 99

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

cum inquiſitione, veluti à defenſoribus civitatum, ſatiſdationem ſubire debent, §. *fin Inſtit. de ſatiſdat. tut. l.* 1. §. *ſi curatores, ff. de Magiſtrat. conven. l. pen. C. de tit. qui ſatis non dederunt.* Et ſi tutor, qui † non tenebatur ſatiſda-
100 re, ſatiſdederit per errorem, talis ſatiſdatio non tenet, ſecundum Ang. Aretin. *in* §. 1. *n.* 3. *in fin. verſ. quæro quid ſi tutor, Inſtit. de ſatiſdat. tut.*

101 Ultimo non † procedit prædicta regula in tutore defendente pupillum, qui non ſatiſdat de judicato ſolvendo, *l. ult* §. *defenſionem, C. de adminiſtr. tut.* Nam nec ultro ſe ingerit, ſed eo adigitur neceſſitate officii, ſi modo juſta videatur cauſa pupilli, *l quoties*, §. *idcirco, ff. de adminiſtr. tutor.* & dum ſedulo incumbit ſuo officio, pro domino habeatur, *l. qui fundum*, § *ſi tutor, ff. pro empt.*
102 Neque enim † cuiquam damnoſum eſſe debet ſuum officium, *l. cum quædam mulier, C. de adminiſtr. tutor. l. ſi quis ex ſignatoribus*, §. 1. *ff quemad. teſtam. aper.* eaque de cauſa non in eum, ſed in pupillum datur judicati actio, *l.* 4. *ff. de re judic. l.* 2. *ff. de adminiſt. tutor.* de qua ſupra ſatis diximus.

De confectione libri rationum.

SUMMARIA.

1 *Omnis tutor librum rationum conſcribere debet, & qualem, vel quid continere debeat, ne contra eum juretur in litem, declaratur num.* 2.
3 *Libro rationum quando ſtetur circa expenſas.*
4 *Modicæ impenſæ juramento probantur.*
5 *Quæ dicantur parvæ ſive minutæ expenſæ.*
6 *Modicæ impenſæ juramento non probantur, quando non fuerint ſpecificatæ, rationabiles, nec veriſimiles. num.* 7.
8 *Tutor in libro rationum debet nominare, & ſcribere reditus & fructus, quos ex bonis, quorum adminiſtratio commiſſa fuerit, perceperit.*
9 *Tutori dicenti & juranti ſe rationes amiſiſſe, non creditur, niſi probet caſum.*
10 *Tutor tenetur librum rationum, cum ipſius tutelæ & curæ adminiſtratione reddere, etiam non requiſitus.*
11 *Communis opinio.*
12 *Tutor, reddita ratione, quod de datis & receptis remanſerit penes eum, reſtituere tenetur.*
13 *Tutor ſi ſufficientem rationem non reddiderit, ad iterum reddendum cogi poterit.*
14 *A conſanguineis non exigitur ſcrupuloſa ratio. Declaratur num.* 15. 16.
17 *Quando conſtat de opere facto, fit æſtimatio, licet rationarius non poſſit impenſam minutatim declarare.*
18 *Præſumitur opus factum ab eo, & ejus impenſa qui tenebatur facere.*
19 *Analogiſtes ſolum à levi culpa, & ſcrupuloſa inquiſitione relevatur.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

REGULA VIII.

OCtava regula eſt, quod omnis † tutor librum rationum conſcribere de- 1
beat, in quo omnia data & accepta, reditus, exitus, & expenſas, & quæcun-
que adminiſtravit, clare, & ſigillatim deſcribere teneatur; ita ut omnia in eo
ſingulariter, de die in diem, tam reſpectu ejus, quod recipitur, quam ejus quod
expenditur, inſerantur, ut tantum ex tali fundo, tantum à tali colono, tantum a
tali debitore, tantum tali die, menſe, & anno receptum à tali, & tantum tali die,
anno & menſe expenſum in tali re, *juxta l. apparitores, C. de exact. tribut. l.*
1. §. *officio. ff. de tutel. & ration. diſtrahend. l. ſi quis, ff. de condit. & demonſtr.*
l. ſi ſtatuliber. §. fin. de ſtatuliber. Bald. *conſil.* 353. *lib.* 1. Ludov. Roman.
conſ. 118. Franciſc. Aretin. *conſ.* 31. *ſub num.* 6. *verſ. nam per librum.* Hieron.
Grat. *conſ.* 23. *num.* 18. *& conſil.* 105. optime Dec. *conſ.* 110. *num.* 8. 9. *idem*
conſ. 178. *num.* 1. *& conſ.* 192. *num.* 2. Idque hoc ideo ſtatutum eſt, ut ex eo
veritas vel falſitas probari poſſet, vel ut contra eum probari poſſit contrarium,
juxta l. neminem, C. de ſuſcept. præpoſit. & arcar. lib. 10. Et hæc in genere
poni non debent, adeo ut ſi omnia non ponantur ita clare, vel ponantur omnia,
vel quædam tantum in genere: tamen, reſpectu eorum quæ non ſunt poſita,
vel ſunt poſita in genere, abſque tempore, cauſa, die, menſe, & anno, & perſo-
narum, & locorum nominatione, ſeu aliter obſcure ſunt poſita, jurari poterit in
litem contra illum, qui talem librum confecerit. Ita ut ex ipſo juramento, res,
& rerum quantitas, pretium, æſtimatio fructus & reditus probentur recepti,
contra tutorem vel curatorem, ſeu adminiſtratorem quemlibet, qui ad confe-
ctionem libri rationum tenentur: & demum, & generaliter contra talem in li-
tem jurari poterit, perinde ac ſi nullum librum confeciſſet, prævia tamen
ſemper judicis taxatione, ut tradit Bart. *conſ.* 150. *in fin.* Caſtr. *conſ.* 124. *lib.* 1.
Ruin. *conſ.* 29. *lib.* 5. Pariſ. *conſ.* 75. *lib.* 1. *& conſil.* 25. *lib.* 2. Aym. Crauet.
de antiq. temp. part. 1. *verſ. quarto limitatur, num.* 44. *& ſeq.* Quod † autem 2
dictum eſt de die, intelligi debet quando ſine expreſſione diei non poteſt intel-
ligi illud, quid ſit, quod datum referatur vel acceptum, ſed eſſet omnimodo in-
certitudo, ut navicularii continue ſpecies transferentes, vel inferentes Niſi
enim diem illationis edoceant, non poterit illatio, nec quid illatum fuerit, veri-
ficari, *l. comperimus, de navicul. lib.* 11. quæ diei expreſſionem requirit. Se-
cus tamen eſſet, ſi omiſſione diei non emergeret incertitudo, nec ambiguitas:
quia tunc ſufficeret deſignare annum, menſem, vel aliud tempus accepti, vel
dati, puta tempus vindemiarum, vel meſſium, & ſufficeret quod ratio æque
poſſit diſpungi, ut tradit Bart. *conſil.* 150. & Anchor. *conſil.* 316. Socin. *conſil.*
46. *lib.* 1. & Jaſon *conſil.* 414. *lib.* 3. Cui quoque libro † tutoris ſtabitur de ex- 3
penſis factis pro minore, quando ſunt veriſimiles, ac etiam major pars illarum
verificatur, ſecundum Philip Corn. *conſ.* 18. *num.* 9 *lib.* 4. maxime acceden-
te juramento ſcribentis, *argum. l. ſi quis pro redemptione, C. de donat. & l. per*
hanc, C. de erogat. milit. annon. lib. 12. ſequitur Bald. *in l.* 1. *ante fin. C. de*
edendo. Alexand. *conſil.* 54. *lib.* 2. & Dec. *in l.* 1. *C. de edendo.* Et hæc † quidem 4

adeo vera ſunt, ſive producantur ab eo, qui librum confecerit, ſive ab ejus hæredibus, modo ſint parvæ, & non magni momenti expenſæ, ut tradit Andr. Alciat. *reg.* 3. *præſump.* 4. *n.* 6. & tenet Specul. *in tit. de inſtrum. edit.* §. *nunc vero aliqua, verſ.* 20. Bart. *in l. Divus, in fin. ff. ſi cui plus quam per leg. Falcid.*
5 Dicuntur † autem parvæ ſive minutæ expenſæ, de quib. commode non poſſunt parari inſtrumenta & probationes, puta, quod hæc eſſent majores ſumptus, unde propter modicitatem præjudicii, & difficultatem & majorem ſumptum pro-
6 bationis, ſtatur juramento. Quod † tamen non procedit, quando impenſæ minutæ in ſcriptura rationum non fuiſſent ſpecificatæ, ſcil. cui, quam ob cauſam, & quantum ſingulariter datum eſſet, ut voluit Joan. Andr. *in addit.* Speculat. *de inſtrum. edit.* §. *nunc vero aliqua, verſ.* 21. *quid ſi executor.* & Bart. *in l. qui ſub. conditione, in fin. ff. de cond. & demonſt.* Periculoſum ſiquidem eſſet, & falſitatis occaſio, dicere ſimpliciter ſine ſpecificatione ſtari juramento, ut dicit Joan. Andr. *d. loco*, referens de quodam, qui volebat ſibi credi expendiſſe duo millia in minutis diſtributionibus, aliter non declarando. Nec † etiam procedit, quando
7 hæ impenſæ minutæ & ſpecificatæ non eſſent rationabiles & veriſimiles, ut quia non debuerant fieri, quæ etiam probatæ non debent approbari, ut tradit Jaſon *in l. fin.* §. *in computatione*, C. *de jure deliberandi.* ſaltem ſi ſimul unitæ aſcendant ad magnam vel notabilem quantitatem, ſecundum Bald. *conſ.* 3. *lib.* 2.
8 Præterea † tutor ſcribere debet in tali libro rationum, quos expoſuerit reditus, & fructus pro minore in ejus bonis, ſecundum Bart. *conſil.* 150. *ad fin.*, & Petrum de Anchorano, *conſil.* 317. idque ſpecialiter & non generaliter facere debet, dicendo à quibus fructus perceperit, quod, quo loco, & loci loco, ut tradit Dec. *d. conſil.* 110. *n.* 8. Ratio autem cur iſta ſpecificatio ſit neceſſaria, illa eſt, ſcilicet, ne ad rationem pupilli aliquid indebite poneret, ſecundum Bald. *in l. Stichus*, §. *tutor, ff. de condict. indeb.* hujuſmodi autem librum taliter confectum diligenter cuſtodire debet tutor, & ideo dicenti, ſe confeciſſe, poſtea
9 † perdidiſſe, non crederetur, etiam cum juramento, ſecundum Hieron. Grat. *conſil.* 23. *n.* 20. ſed præſumptionem eſſe contra ipſum malitioſe occultaſſe, ut notatur *in. l. ſi quis ex argentariis*, § *penult. ff. de edend. l. cum ita legatur*, §. *ſpecies. ff. de legat.* 2. Anch. *conſ.* 316 & Corn. *conſ.* 196. *in fin. lib.* 3. Niſi probaretur quando amiſerit, & quomodo, ſecundum Socin. ſenior. *conſ.* 159 *num.* 50.
10 Quin imo, quod † fortius eſt, tutor iſtum librum rationum, cum ipſius tutelæ
11 & curæ adminiſtratione, reddere tenetur etiam † non requiſitus, ſecundum Dd. com. *in clem. quia contingit*, *de religioſ. dom.* Philip. Dec. *conſ.* 178. *in*
12 *princ.* Pariſ. *conſ.* 21. *n.* 55. *lib.* 2. Sicuti † etiam reddere tenetur, ſi quid reddita ratione de datis & receptis remanſerit penes eum, ſecundum Philip. Corn.
13 *conſ.* 62. *n.* 4. *lib.* 4. Rationem † autem ſi tutor non ſufficienter reddiderit, ad iterum reddendum cogi poterit, *l. quoties ff. qui ſatiſd. cogant. l. qui per ſalutem, ff. de jurejur.* De qua re latius dicemus ad regulam; *Actus ſui rationem reddere tenetur tutor, finita tutela, actione tutelæ.*

Hæc autem quæ dicta ſunt de libro rationum, quo ad recepta & impenſa, quod clare & ſigillatim poni debent, & quod de illis ratio reddi debeat, non pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

procedunt † primo, in conſanguineis, maxime inter nobiles & egregias perſo- 14
nas. Unde ſi frater vel ſoror adminiſtraverit bona communia, quamvis teneantur reddere rationem claram, & diſtinctam: non tamen ita ſtricte, nec ita ſcrupuloſe eſt exigenda ab eis ratio. Unde ſufficiet ſi exprimant quantum veriſimiliter in anno expendiſſent pro familia, pro cultura agrorum, aut cuſtodia territorii, nec adigendi ſunt ad minutam ſpecificationem, ut pulchre decidit Panor. *conſ.* 12. *in* 6. *dubio, verſic. tertius caſus, lib.* 1. Socin. *conſil.* 73. *lib.* 1. *&* *conſil.* 40. *num.* 2. *lib.* 4.

Dummodo † illud generale capitulum ſit veriſimile & non ſit aliqua ſini- 15
ſtra præſumptio in contrarium, ſive ex qualitate rei & impenſæ, ſive ex qualitate perſonæ, aut aliunde, vel niſi ad onus ſtrictæ redditionis rationum ſuſcepta fuerit adminiſtratio. Socinus tamen *in conſil.* 46. *lib.* 1. intelligit † procedere, 16
quando conſanguineus, puta frater adminiſtraſſet tantum jure fraternitatis, ſecus ſi ut tutor vel curator: quo quidem caſu vult eum diligentem, & exactam reddere rationem, quod verum puto hactenus, ut exactius & ſtrictius teneatur, quoniam expreſſa & ſolemnis obligatio, forma, & vis publici officii magis obligant, & plus operantur, quam privatim ſuſcepta negotiorum geſtio. Quod intelligo, niſi illi, quorum bona adminiſtraverit, eſſent minores, quorum tutelam, vel curam ſuſcipere, vel providere tenebatur, tunc enim puto non debere eum in aliquo relevari, nec melioris conditionis eſſe, pro eo quod neglecta contra jus qualitate tutelari, & autoritate judicis adminiſtrationi ſe immiſcuit privatim ratione conſanguinitatis tantum.

Secundo † non procedit regula, quando apparet à tutore certum opus, & 17
impenſam factam eſſe, quam rationarius commode non potuerit minutatim declarare. Quo quidem caſu ſufficiet, ſi dicat tantum impenſum in tali re, modo vel per veriſimilitudinem inſpectionem, vel peritorum æſtimationem id probet, ſecundum Bald. *in l. qui ſub conditione, ff. de condit. & demonſtr.*

Probato † autem quod factum fuerit, ſemper præſumitur ejus impenſa, & 18
pecunia factum, ut tradit Bald. *in l. reſtituenda, C. de petit. hæred. l. fin. §. ſi in computatione, C. de jure delib. l. cum proponas, C. pro ſocio, & l. fin. C. de pignor.* Et quamvis de quantitate impenſæ ad liquidum, & per minuta non appareat, & fortaſſis, nec rationarius minutatim per ſingula ea exprimere poſſit, non tamen rejicietur articulus hujuſmodi impenſæ, ex quo dubium non eſt, niſi de ſola quantitate. Unde ſatis erit probare, quod in ea re bonus paterfamilias tantum expendiſſet, vel fiet æſtimatio per duos in tali opere peritos, ſecundum Bart. *in l. id quod pauperibus, in fin. C. de Epiſcop. & cleric.* & ad hoc optime facit quod vult Bart. *in l. quod ex Pamphila, ff. de legat.* 2. Et licet valor rei, vel quantitas intereſſe non ſit probata; tamen judex ex officio debebit æſtimare, *l. ſemper, §. officio, in fin. ff. quod vi, aut clam,* & ita tenetur per omnes ſcribentes *in l. unic. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt.*

Tertio non procedit † regula in eo, cui teſtamento, vel alias eſſet prælegata 19
liberatio rationum reddendarum: quia ab eo non exigitur hæc ſcrupuloſa ſpeci-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

ſpecificatio, nec poterit condemnari ratione negligentiæ, ſive levis culpæ, ut eſt pulcher text. *in l. ſi ſervus vetitus*, *ff. de legat.* 1. & ibi Bart. & pulchre Salic. *in l. cum neceſsitatem*, *C. de fideicom.* ubi Philip. Corn. expreſſim vult, latam culpam non eſſe remiſſam, ut tradit Dias *regula* 768. & optime Alex. *conſil.* 62. *num.* 9. *lib.* 4.

De diligentia & negligentia tutorum & curatorum, & ad quid teneantur.

SUMMARIA.

1 *Tutor tenetur pro minore facere, quod diligens paterfamilias faceret, alioquin tenetur de ſuo.*

2 *Tutor negligens dicitur eſſe in dolo, ſaltem culpa, & contra eum in litem juratur.*

3 *Tutor tenetur de omni damno, ac intereſſe minoris.*

4 *Tutor recepta ſcribere omittens dicitur eſſe in dolo.*

5 *Tutor repertus in mendacio circa actus ſuæ adminiſtrationis præſumitur eſſe in dolo, & contra eum juratur in litem, & tanquam ſuſpectus removetur ab adminiſtratione.*

6 *Tutor melius curare debet res pupilli, quam ſuas.*

7 *Tutori incumbit probatio, dicenti res pupilli non potuiſſe cuſtodiri.*

8 *Tutor videns res ſuas & pupilli in periculo eſſe, debet præferre res pupilli. Limitatur num.* 9. 10.

11 *Protutor eandem diligentiam in rebus pupilli præſtare debet, quam tutor.*

12 *Tutor vel curator, poteſt, & debet nomine pupilli agere contra debitores pupillares.*

13 *Tutor pupillis, vel adultis agentibus, poteſt accommodare ſuum conſenſum.*

14 *Minor non poteſt eſſe in judicio criminali, ſine tutoris, vel curatoris autoritate, & quæ ſit ratio.*

15 *Nominum debitorum exactio ad periculum tutorum pertinet.*

16 *Si mortuo pupillo, res ejus cœperint perire, liberatur tutor à periculo pereundarum rerum.*

17 *Tutor exigere debet à ſeipſo, quod patri pupilli debet, vel in quo pro eo fidejuſſerit,*

18 *Compenſatio regulariter non fit ipſo jure, quando unus eſt creditor creditoris ſui, ſed requiritur quod à parte opponatur compenſatio. Limitatur num.* 19.

20 *Tutor permittens expirare actionem temporalem, quam pupillus contra ipſum habet, efficitur perpetua actio tutelæ.*

21 *Debitum tutoris ex alia cauſa quam tutelæ, devolvitur in tutelæ judicium.*

22 *Debitum in diem, cujus dies venit poſt finitam tutelam, non imputatur tutori, ut tutori qui non ſolvit.*

23 *Tutor & curator tenetur ad tempus credita exigere, & debita ſolvere, alias ſi fuerint effecti debitores non ſolvendo, vel debita præſcripta, tenebitur de ſuo reſarcire.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

24 *Prælatus ſi patiatur rem Eccleſiæ præſcribi, ipſe ejuſque hæredes tenentur damnum reſarcire.*

25 *Tutor, vel curator, tenetur minoribus ad damna, & intereſſe, ob ejus negligentiam paſſa.*

26 *Debitor patri, qui tutelam adminiſtraverit filii, tutelæ judicio tenebitur, etiam ob id quod patris debuit tantum naturaliter.*

27 *Tutor debitor patri pupilli, pecuniam non ſolvens, cogendus eſt agnoſcere uſuras, quas à ſe exigere debuiſſet.*

28 *Libertus tutor à ſeipſo non exigens, quod debuit, removetur ut ſuſpectus, & venit puniendus.*

29 *Unus ex pluribus tutoribus agere poteſt.*

30 *Tutor agens non debet cavere de rato. Ampliatur num.* 31. *Limitatur num.* 32.

33 *Tutores, vel curatores tenentur de judicato ſolvendo, & judicio ſiſti.*

34 *Tutor nomine proprio agere non debet.*

35 *Exceptio tutoris illegitimi poteſt opponi in quacunque parte judicii.*

36 *Durante adminiſtratione, non tenetur quis reddere rationem collegæ, ſed eum ad adminiſtrationem admittere.*

37 *Relegatione non finitur tutela, ideo tutor conveniri non poteſt.*

38 *Tutor tenetur, ſi contutorem ſuſpectum facere neglexerit.*

39 *Tutori imputatur negligentia, ſi hæredem contutoris non convenerit, & damni vicarius ſubſtituitur.*

40 *Tutor non faciens ſuſpectum contutorem male gerentem, in uſuras ejus nomine tenetur.*

41 *Tutor datus patrimonio ſupervenienti, non tenetur de anteriori ſed prior tenetur ad augmentum obvenienti, num.* 42.

43 *Ubi adminiſtratio eſt diviſa à teſtatore, vel à judice, non tenetur unus pro alterius geſtione, maxime in caſibus expreſſis.*

44 *Contutor à contutore poteſt & debet ex cauſa ſatisdationem petere, alias ipſo jure tenetur: Limitatur num.* 45. 46. 47. 48.

49 *Suſpecti accuſatio per procuratorem fieri non poteſt, quia eſt cauſa quaſi criminalis, & ardua.*

50 Non *ſufficit quod quis defendere poſſit per procuratorem, niſi idoneum & commode.*

51 Publica *negotia per alium ſubire non debent, niſi valde idoneum, pleneque inſtructum.*

52 *Communis opinio.*

53 *Paria ſunt non invenire procuratorem, aut invenire, ſed non idoneum.*

54 *In cauſis arduis nemo tenetur procuratorem mittere. Ampliatur num* 55. 56.

57 In *cauſa ardua locus debet eſſe tutus tam domino, quam procuratori.*

58 *In arduis non præſumitur procurator idoneus, nec facilis inventu.*

59 Libertus, *qui non poteſt patronum de ſuſpecto accuſare, non prohibetur judicis officium implorare.*

60 *Tutoris*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

60 *Tutoris & curatoris præcipuum officium eſt defendere pupillum, vel adultum, & judicium ejus nomine ſuſcipere. Ampliatur num.* 62.

61 *Curator furioſi debet cuſtodire patrimonium furioſi, perſonam, & ejus ſalutem.*

63 *Confeſſio minoris rei facta in judicio criminali ſine curatore, ei non nocet, & læſus reſtituitur. Ampliatur num.* 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. *Limitatur num.* 72. 75. 76. 77. 78.

64 *Intellectus legis,* Si ex cauſa, §. nunc videndum, ff. de minoribus.

65 *Minor in judicio criminali negans ſine curatore, licet crimen creſcat propter ſuam negationem, & beneficium confitentis perdat, tamen reſtituitur,*

66 *Confeſſio facta à minore vigintiquinque annis ſine curatore, non nocet, etiamſi intervenerit juramentum.*

67 *Minor ſi delictum in tormentis confiteatur ſine curatore, talis confeſſio ei non nocet.*

71 *Ad validandum confeſſionem minoris, non ſufficit datio curatoris, ſed ejuſdem curatoris informatio, & cauſæ cognitio.*

72 *Autoritas curatoris in judicio criminali, adverſus minorem moto, non requiritur de generali conſuetudine.*

73 *Communis praxis.*

74 *Lex* clarum, C. de autorit. præſt. *non ſervatur in parlamentis.*

75 *Minor ſine curatore poteſt extrajudicialiter confiteri.*

76 *Minor punitur ex confeſſione facta in judicio, in delictis atrociſſimis, ut in crimine læſæ Majeſtatis.*

77 *Confeſſio minoris abſque autoritate curatoris facta contra alium, ut teſtis valet.*

79 *Tutor differens, vel recuſans defenſionem ſuſcipere pro minore, tenetur eis omne damnum propter moram, vel malitiam illatum, refundere. Limitatur num.* 80.

81 *Tutores recuſantes vel differentes ſuſcipere defenſionem pupilli, removeri poterunt, ut ſuſpecti.*

82 *Unus ex pluribus tutoribus, vel curatoribus cauſam minorum defendere poteſt. Ampliatur num.* 83. 84.

85 *Quod omnes tangit, ab omnibus debet comprobari.*

86 *Quando adminiſtratio eſt diviſa à teſtatore, vel à judice, non debet unus pro rebus ad adminiſtrationem ſpectantibus conveniri. Ampliatur num.* 87.

88 *Tutor pro pupillo in judicium vocatus ſi ſolemniter caverit de judicio ſiſti, & intra moras pupillus ad pubertatem pervenerit, non eſt cogendus accipere judicium.*

89 *Tutor poteſt defendere pupillum per ſe, vel ei defendenti autorari. Limitatur num.* 90. 91. 92.

93 *Tutor pupillum defendere non tenetur, quo ad lites ſupervacaneas, injuſtas, vel calumnioſas.*

94 *Tutor an poſſit conſtituere procuratorem ante litem conteſtatam, abſque autoritate judicis.*

95 *Non cogitur tutor autoritatem præſtare pupillo in contractibus, ſi non expediat pupillo.*

96 *Tutor in judiciis cogitur pupillo autoritatem præſtare, alioqui removetur tanquam ſuſpectus.*

97 *Tutor*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

97 *Tutor poteſt, & debet creditoribus minorum ſolvere, alioqui tenetur pupillo ad intereſſe. Ampliatur num.* 98, 99. 100. *Limitatur num.* 109. 110.

101 *Imputatur tutori, ſi res emphyteutica propter canonem non ſolutum redierit ad dominum.*

102 *Tutor ſalaria Advocatis præſtita, pupillo imputare prohibetur, ſi ſupervacaneam litem inſtituerit vel ſuſtinuerit, cum à vero creditore conveniretur.*

103 *Tutor alimenta minori præſtita, non poteſt reputare, & in rationem impenſarum inferre.*

104 *Tutor unius regionis poteſt ſolvere creditori alterius regionis.*

105 *Tutor ſibi ſolvere poteſt, ſi pecunia fuerit, unde ſolvere poſſit. Ampliatur num.* 106. 107.

108 *Communis opinio.*

109 *Tutor non poteſt ſibi ſolvere de pecunia deſtinata ad emptionem prædiorum, quæ inter immobilia computatur.*

110 *Solutio, & reſtitutio hæreditatis tutori fieri non poteſt, ipſo tutore auctoritatem præſtante.*

111 *Solutio facta tutori, liberat ipſo jure debitores. Ampliatur num.* 112. *Limitatur num.* 124. 125. 129. 130. 132.

113 *Honorarius tutor licet non gerat, tamen adminiſtrationis periculo obligatur.*

114 *Pluribus ſimul datis tutoribus, ſive teſtamentariis, legitimis, ex inquiſitione datis, ſive honorariis, uni ex his recte ſolvitur. Limitatur num.* 115. 116.

116 *Si à prætore diviſa fuerit adminiſtratio inter tutores, & alius urbicarum, alius provincialium rerum tutor datus fuerit, non recte ſolvitur urbico tutori, quod ex nominibus provincialibus debetur. Limitatur num.* 117.

118 *Tutori capitis poſtulato, perſeveranti in tutelæ adminiſtratione, recte ſolvitur.*

119 *Tutori relegato in perpetuum, vel ad tempus, antequam ei curator ſubſtitutus fuerit, recte ſolvi poterit.*

120 *Tutori abſuturo cauſa Reipublicæ, vel abſenti, recte ſolvitur, ſi modo alius in ejus locum non fuerit ſubſtitutus.*

121 *Delegatio tutoris, liberat debitorem pupilli, ita demum ſi fuerit facta bona fide.*

122 *Tutores pupillorum ſolventes quod debent eorum curatoribus liberantur.*

123 *Confeſſio tutoris de recepto, ſive ejuſdem apocha, an obſit pupillo.*

124 *Solvens ſcienter remoto, vel ſuſpecto tutori poſtulato, non liberatur.*

125 *Pupillus captus ſi ſolutionem acceperit tutore auctore, reſtituitur, ſi pecunia ejus non ſit ſalua, ampliatur num.* 126. *limitatur num.* 127. 128.

129 *Debitores ſolvendo ei, qui pro tutore negotia gerit, liberantur, ſi pecunia in rem pupilli pervenerit.*

130 *Tutor non poteſt debitori minoris prorogare terminum ſolutionis.*

131 *Magis communis opinio*

132 *Tutor non poteſt debitori minoris facere pactum de non petendo, niſi eſſet debitum uſurarium, vel ſimile.*

133 *Tutor non poteſt donare. Ampliatur n.* 134. 135. 136. *limitatur n.* 139. 140. 141.

127 *Tutor non poteſt confiteri ſe recepiſſe mutuum nomine pupilli, vel quid ſimile. Ampliatur num.* 138.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

140 *Circa perſonam pupilli debet tutor expendere quod moribus, honeſtati, & conditioni pupilli congruat. Ampliatur num.* 143.

144 *Tutor mercedes præceptoribus pupilli debet conſtituere pro facultate patrimonii, & dignitate natalium pupilli.*

145 *Judex expenſas à tutore in ſalariis præceptorum pupilli factas admittet, ſi pupilli qualitas fuit, ut alicui diſciplinæ operam daret.*

146 *Tutor conſtituet præceptoribus ſororis pupilli mercedem, etiam citra Magiſtratuum decretum.*

147 *Tutor poteſt præſtare alimenta ſervis, & libertis rei pupilli neceſſariis.*

148 *Tutor nonnunquam etiam præſtat alimenta extraneis, ſi hoc pupillo expediat.*

149 *Tutor poteſt mittere ſolemnia munera parentibus, & cognatis, ſi pupillo expediat.*

150 *Solemnia munera quæ dicantur.*

151 *Clytus à Martiale notatur, qui ſæpius uno in anno natalem ſuum celebrabat, ut munera à cognatis amiciſque captaret.*

152 *Tutor matri, & ſorori pupilli, ad victum neceſſaria præſtare poteſt, cum ſeipſas ſuſtinere non poſſunt, etiam citra Magiſtratuum decretum.*

153 *Tutor ſi prætermiſerit alimenta præſtare matri, & ſorori pupilli, poterit cum tutore agere tutelæ judicio. Limitatur num.* 154.

155 *Tutor poteſt contutori teſtamentario ſtatuere ſalarium, quando aliter ſe exhibere non poteſt.*

156 *Tutor contutori ex inquiſitione dato alimenta ſtatuere poteſt propter rei notitiam.*

157 *Tutor ſumptus litis pupillo reputabit.*

158 *Tutor non tenetur ſubminiſtare pupillo ſumptus litis contra ſeipſum.*

159 *Tutor viatica reputabit pupillo, ſi ex officio neceſſe habuit aliquò excurrere, vel proficiſci.*

160 *Tutor non poteſt dare dotem ſorori pupilli, ex alio patre natæ, etiam ſi ea aliter nubere non poſſit.*

161 *Non poteſt tutor propter exiſtimationem pupilli plus ex bonis ejus erogare, quam ex ſuis bonis honeſtiſſime eſſet erogaturus.*

162 *Tutor, nec matri, vel ſorori pupilli, mittere poteſt munus nuptiale. Ampliatur num.* 163. *Limitatur num.* 164.

165 *Tutor non reputabit ſumptus in alimentis ac diſciplinis pupilli factos, niſi arbitrio judicis.*

166 *Tutor non reputat ſumptus factos in alimentis pupilli, ultra modũ à Prætore ſtatutum.*

167 *Idem quando Prætor ſtatuit ultra modum non ſuggerente tutore, & num.* 170.

168 *Idem ſi pater ultra vires ſtatuat, quo caſu imputatur tutori, cur non adito prætore, deſideraverit minui alimenta.*

169 *Idem ſi ſine prætore aluit tutor pupillos, ſed nimis ſumptuoſe.*

170 *Tutor à ſuſcepta adminiſtratione poſt ſex menſes tenetur neceſſario pecuniam pupillarem collocare fœnori, alias tenetur in uſuras ejus pecuniæ. Ampliatur num.* 171. 172. 173. *Limitatur num.* 187. 189. 190. 191.

172 *Tutor negans ſe habere pecuniam pupillarem, ad alendos pupillos, convictus de mendacio, perdit graviſſimas uſuras.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

173 *Tutor non idoneus ad damnum reſarciendum ob fœnus pupillaris pecuniæ per contumaciam non exercitum, extra ordinem coërcetur.*

174 *Tutor tenetur ad uſuras etiam ejus, quod à contutore debetur, vel pro contutore debet.*

175 *Tutor debet agnoſcere tales uſuras, quas à ſe exigere debuit, licet ſint graviores pupillaribus.*

176 *Tutor tenetur agnoſcere tales uſuras, quas ipſi ſtipulati ſunt, licet teſtator eis ſub levioribus uſuris permiſerit.*

177 *Tutor tenetur ad uſuras uſurarum ſortis pupillo auctæ, quas conſequutus eſſet ab hæredibus defuncti contutoris.*

178 *Finita tutela ante ſolutionem, currunt uſuræ, quæ prius currebant.*

179 *Ille per quem non ſtat quo minus reliqua ſolvat, ad uſuras non tenetur.*

180 *Hæres tutoris ad uſuras non tenetur.*

181 *Minoris eſt electio utrum petat rem emptam ex pecunia ſua, licet non nomine ſuo, an pecuniam ipſam cum uſuris centeſimis.*

182 *Fundus emptus pupillo, & traditus pecunia alterius pupilli, obligatus ipſi pupillo, cujus pecunia fundus eſt emptus.*

183 *Tutor ſi plures res acquiſierit, non poteſt pupillis bonas acquiſitiones, ſive rerum, ſive nominum acceptare malis repudiatis, ſed tenetur omnia bona fide acquiſita in totum acceptare, vel tutori in totum relinquere ſecus vero ſi tutor doloſe acquiſierit.*

184 *Tutori utilius eſt aliquid acquirere nomine minoris, quam nomine ſuo proprio.*

185 *Tutor non tenetur circa ſubſecutam nominis deteriorationem, niſi lata ejus culpa contigerit.*

186 *Socius communi nomine quidquam faciens, neque damnum, neque lucrum ſentire debet ſolus, ſed tantum pro parte ſocietatis participare, alias ſecus.*

187 *Tutor excuſatur ſi pecuniam pupillarem collocare fœnori non potuerit. Limitatur n.* 188.

189 *Tutor habet laxamentum duorum menſium ad exigendum, & collocandum pecuniam pupillarem fœnori.*

191 *Ruſtico tutori indulgendum pupillares nummos non fœneranti.*

192 *Tutor tenetur pecuniam pupilli convertere in emptionem prædiorum.*

193 *Tutor negligens in comparandis prædiis pro pupillo, tenetur ad intereſſe, de fructibus quos percipere potuiſſet.*

194 *Negligentia tutoris quomodo probetur.*

195 *Tutor pecuniam pupillarem non convertens in comparandis prædiis tenetur pupillo ad intereſſe.*

196 *Tutor non collocans pecuniam pupilli in comparandis prædiis dicitur eſſe in dolo, & contra eum in litem juratur.*

197 *Tutor non minorem in rebus minoris, quam in propriis diligentiam adhibere debet.*

198 *Tutor tenetur, ſi prædia minus idonea comparaverit per ſordes, aut gratiam.*

199 *Tutor emens ab eo quem ſciebat ſuſpectum, tenetur.*

200 *In emendis rebus tutor non tenetur, niſi de dolo, & lata culpa.*

201 *Tutor tenetur redimere bona pupilli aliis obligata, ſi pupillo expediat.*

202 *Tutori culpa, vel negligentia non aſſcribitur, qui non converterit pecuniam pupillarem in em-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

in emptionem prædiorum, niſi oſtendatur quod prædia erant venalia, quæ emi potuiſſent.

203 Adverſus tutorem ad intereſſe agi non poteſt, nec pro pupillo in litem jurari, quando non probatur per teſtes vel inſtrumenta tot pecuniæ ad manus tutoris perveniſſe, exactis debitis, ex quibus prædia emi potuerunt.

204 Tutor, cui in teſtamento relicta fuerit liberatio de neglectis & omiſſis non tenebitur.

205 Adulto, vel minori agenti ad entereſſe lucri ceſſantis, non debetur intereſſe, vel pro eo agi poteſt, aut jurari in litem. Limitatur num. 209.

207 Tutor pecuniam pupillarem in uſus ſuos convertens propria autoritate, maximis uſuris ſubjicitur, ſine ullo laxamento duorum menſium. Ampliatur num. 208. Limitatur num. 216.

209 Judex poteſt tutorem, qui pecuniam pupillarem in uſus ſuos converterit, condemnare ultra centeſimas uſuras, etiamſi duplum excedant, quando conſtat pupillum tantum damni paſſum fuiſſe.

210 Quando conſtat de aperto dolo tutoris, licet non de certo & ſpecifico damno pupilli, non debet judex minus adjudicare pupillo, quam centeſimas, niſi juſta cauſa aliud ſuadeat.

211 Non eſt major & gravior in jure uſura, quam centeſima.

212 Tutor convertens pecuniam pupillarem in ſuos uſus, ultra centeſimas uſuras, extra ordinem à Præſide mulctatur.

213 Tutor, quando dicatur pecuniam pupillarem in uſus ſuos convertiſſe, ut uſuris maximis ſubjiciatur.

214 Tutor in uſus ſuos pecuniam pupillarem convertens, & inde aliquid in rem pupillarem impendens, quantum impenderit, vertiſſe deſinit. Limitatur num. 215.

217 Tutor poteſt accipere pecuniam pupilli mutuo à contutore, vel à ſeipſo palam, & bona fide, non clam.

218 Tutor judicis officio cogitur alimenta præſtare pupillo. Ampliatur num. 219. 220.

221 Judicis arbitrio relinquitur quantitas & qualitas alimentorum præſtandorum pupillo.

222 Alimenta augentur, aucta perſona.

223 Alimenta pro quantitate patrimonii pupilli ſunt præſtanda.

224 Alimenta ex reditibus, non ex proprietate præſtari debent.

225 Prætor modum alimentorum tam moderate arbitrari debet, ne univerſum reditum patrimonii in alimenta decernat, ſed ut aliquid ex reditu ſuperſit.

226 Alimenta augentur aucto patrimonio, & e contra.

227 In alimentis decernendis pupillo, conſideratur conſuetudo regionis.

228 Tutor ſervare debet modum à Prætore ſtatutum. Limitatur num. 229.

230 Iudicis arbitrio relinquitur, penes quem educari pupillus debeat.

231 Iudex poteſt arbitrari puellam eſſe reponendam in monaſterio.

232 Prætor poteſt præciſè cogere proximiores, recuſantes ſuſcipere educationem pupilli.

233 Hæres, vel legatarius, educationem pupilli teſtamento ſibi injunctam recuſans, privatur commodo ei competene.

234 In educatione pupilli judex regulariter ſequi debet voluntatem patris erga filium.

235 Iu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

235 *Judex voluntatem teſtatoris ſervare debet, nec ab ea recedere, niſi ex cauſa.*
236 *Pupillus non debet ali apud matrem vilem, turpem, vel alias ſuſpectam de vita, moribus & religione. n. 250.*
237 *Noverca juvenis non tenetur ſtare cum privignis, etiamſi teſtator mandaverit.*
138 *Filius non tenetur ſtare cum patre, ſi habeat uxorem juvenem aut pulchram, & habeat filios primi & ſecundi matrimonii juvenes.*
239 *Judex debet arbitrari, ut pupillus educetur apud matrem honeſtam.*
240 *Mater debitrix filiorum à tutela non repellitur.*
241 *Mater in dubio præfertur fratri adulo, ipſius pupilli.*
242 *Lex* Poſſeſſionem, C. communia utriuſque judicii, *declaratur.*
243 *Educari apud fratrem pupillus debet ratione ſui majoris commodi.*
244 *Pupillus educari non debet apud matrem, quæ tranſiverit ad ſecunda vota, vel ſuſpicio eſt tranſituram. Limit. num. 245.*
246 *Educari penes fratrem debet puella ex conjecturata voluntate teſtatoris. Ampliat. num. 248.*
247 *Quod tibi non nocet, & alteri prodeſt, de facili concedendum eſt.*
249 *Pupillus apud ſubſtitutum ſuum educari non debet.*
251 *Pupillus apud aviam maternam educandus eſt, poſt matrem. Ampliat. num. 252.*
253 *Per aſcendentes perpetuatur nomen deſcendentium.*
254 *Pupillus regulariter educari debet apud tutorem.*
255 *Iudex non debet facile pupillos trahere ab illis, qui eum multis annis fideliter educarunt.*
256 *Ex præterito præſumitur in futurum. Ampliatur num. 258.*
257 *Iudex non debet pupillæ committeri ei qui male ſe geſſerit erga pupillam.*
259 *Pupillus educari non debet apud eum, qui proximus ei futurus eſt hæres, & quæ ſit ratio.*
260 *Mulier Mileſia, accepta à ſubſtituto pecunia, partum ſuum medicamentis abegit, & necavit.*
261 *Tutor ſceleratus cruci affixus à Sergio Galba Imperatore, quod pupillum, cui ſubſtitutus erat, veneno ſuſtuliſſet.*
262 *Tutor reficere cogitur ædificium deformatum, alias tenetur pupillo ad omne damnum, & intereſſe.*
263 *Tutor non poteſt vendere domum, in qua pater defecit, minor crevit.*
264 *Adminiſtrator reipublicæ debet diligenter inſpicere horrea, & ſartorum tectorum curam habere, alioqui ſi neglexerit, damnum ejus reſarcire tenebitur.*
265 *Uſufructuarius tenetur ſarta tecta ſervare, quando impenſa eſt modica.*
266 *Ad Iudicis officium ſpectat, facere ædificia refici.* (*ſumptu.*
267 *Dominus ædium detrectat dirutam domum reficere, curator reipublicæ reficit illius*
268 *Reipublicæ intereſt, ut ædes reficiantur.*
269 *Mutans ad refectionem ædium, præfertur aliis anterioribus creditoribus.*
270 *Donatio facta ad refectionem domus non indiget inſinuatione, quando ea eſt neceſſaria, ſecus ſi ſit utilis.*
271 *Socius faciens neceſſarios ſumptus in refectionẽ domus communis, conſequitur centeſimas*

 uſuras,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

uſuras, uſque ad quatuor menſes immediate ſequentes, poſt vero ſemiſſes duntaxat.

272 *Socio ad refectionem ædium requiſito, elapſis quatuor menſibus reficienti non reſtituente partem pecuniæ, dominium in totum transfertur in reficientem.*

273 *Tutor tenetur inquirere, an expediat pupillo hæreditatem adire.*

274 *Tutor damnoſam hæreditatem adiens dicitur ſuſpectus.*

275 *Tutor ex officio ſuo in adminiſtratione ſua tenetur diligenter conſiderare, & diſcernere, quid ipſi pupillo ſit utilius, & magis expediat.*

276 *Tutor ſi ſumptus non expedientes pro pupillo fecerit, ipſi, non pupillo imputantur.*

277 *Tutor tenetur nomine pupilli fideicommiſſarie ſubſtituti cogere hæredem, ut agat & reſtituat. Ampliatur num.* 278,

279 *Ea, quæ ſunt agenda cum perſona, pertinent ad tutorem ejus regionis, unde eſt perſona, & ea quæ ſunt agenda in rebus, pertinent ad tutorem ejus regionis, ubi ſunt res.*

280 *Tutor non implens conditionem utilem, pupillo tenetur ad intereſſe. Limitatur num.* 283. 284.

281 *Minorum bona, ſi ob non ſolutum Canonem, incidant in commiſſum, tutores, ſeu curatores, tenentur ad intereſſe.*

282 *Tutor contrahendo, damnificans pupillum, in pupilli electione eſt, contra tutorum agere ad intereſſe, vel in integrum reſtitui.*

285 *Negotia minoris tutor & curator celeriter expedire debet.*

286 *Pupilli vel adulti vita à quibus ſervari debeat.*

REGULA XI.

1 Nona Regula eſt, quod † tutor teneatur præſtare eandem diligentiam in rebus pupilli, quam bonus paterfamilias in ſuis rebus non ſolet, ſed debet facere, alioqui tenetur de ſuo erga minores, *l.* 1. *in princ. ff. de tutel. & rat. diſtrah. l. à tutoribus*, & ibi gloſſ. *verb. debet*, *l. generaliter*, *ff. de adminiſtrat. tutor.* Bart. *in l.* 1. *C. de condit. in public. horreis, l. jubemus*, 1. *C. de erog. milit. annon. lib.* 12. Rom. *conſil.* 425. Dec. *conſil.* 110. Caſtrenſ. *conſil.* 301. *nu.*
2 5. *lib.* 1. Et ideo † ſi tutor fuerit negligens, & præmiſſa non fecerit, dicitur eſſe in dolo, ſaltem culpa, & contra eum in litem jurari poterit, ut conſuluit Socin. *conſil.* 2. *in fin. lib.* 1. & facit *l. alio jure*, *C. de in litem jurand. l. tutor*, *ſecundum dignitatem*, §. 1. *ff. de adminiſtr. tut. l. quicquid*, *C. arbit. tutel.* ubi dici-
3 tur, quod † tutor ac curator teneatur de omni damno ac intereſſe minoris. Quod
4 etiam obtinet † in eo, qui quædam recepta omiſerit ſcribere, qui dicitur eſſe in dolo, ſecundum Jaſon. *conſil.* 3. *verſ. quarto moveor*, *lib.* 2. Bartol. *in d. l. tutor, qui repertorium, ff. de adminiſtr. tut.* Socin. *conſil.* 46. *lib.* 2. & *conſil.* 190.
5 *lib.* 2. Sicuti † etiam tenetur is, qui repertus fuerit in mendacio circa actus ſuæ adminiſtrationis, cum leges odio habeant mendaces: & ideo tutor vel curator deprehenſus in mendacio, puta, quia dixerit ſe non habuiſſe talia bona, vel negaverit eſſe bona ſuorum minorum, & de prædictis convictus fuerit de mendacio, ex hoc ſolo probatur, quod ſemper fuerit in dolo, & contra talem mendacem convictum etiam in litem jurari poterit. Imo etiam talis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

talis tanquam doloſus & ſuſpectus removebitur ab adminiſtratione, ſe-
cundum Socin. *conſil.* 213. *in verb. convincitur, lib.* 2. *argum. leg. fin.* ubi Dd.
de rei vendic. & *l. rem non novam,* §. *fin.* C. *de jud.* & facit *lex excellentia,* C. *de*
erogat. milit. annon. lib. 12. Amplius † etiam tutor vel curator, debet melius 6
curare res pupilli, quam ſuas, *l. tutor, qui indignitate,* §. 1. *ff. de adminiſt. tut.*
Et ſi † dixerit res pupilli non potuiſſe cuſtodiri, quod ei incumbat probatio, *d.* 7
l. tutor ſecundum dignitatem, §. 1. *ff. de adm. tut.* vel quod amplius eſt, ſi † videat 8
tutor res ſuas, & res pupilli in periculo eſſe, quod debeat præferre res pupilli ſuis
rebus, ut tradit Chaſſan. *tit. des enfans, des pluſieurs licts,* §. 4. *in verb. mainte-*
nir en bon & *ſouffiſant eſtat, num.* 1. & 2. Sed hoc † non habet locum, quando 9
non ageretur ſolum de periculo rerum, ſed etiam animæ, ſecundum Bald. *in l.*
videamus, ff. de in lit. jur. Vel † quando res tutoris eſſet precioſior, vel par, quo 10
caſu locus eſſet gratificationi, ut tradit Franciſc. Curt. jun. *conſ.* 29. *n.* 19. Et
hæc regula † non ſolum procedit in tutore vel curatore, ſed etiam in eo, qui pro 11
tutore negotia gerit, qui eandem fidem & diligentiam præſtare debet, quam
tutor præſtare tenetur, *l. qui pro tutore, ff. de eo. qui pro tut.*

Ex quibus infertur primo, quod † tutores & curatores poſſint & debeant de- 12
bitores pupillorum vel adultorum, reſpectu officii in jus vocare, *l.* 1. §. *non de-*
negari, & *l. tutor, ad utilitatem, ff. de adminiſtr. tut.* vel etiam pupillis, vel † a- 13
dultis agentibus ſuum accommodare conſenſum, *d.* §. *non denegari.* Imo tuto-
res † vel curatores, minoribus 25. annis agentibus, & pulſatis in criminalibus 14
cauſis, omnino adeſſe debent. In quibus caſibus adultos & pupillos accuſari
concedunt, alias non valebit judicium, cum cautius & melius ſit cum ſuaſione
perfectiſſima, & reſponſa facere minores, litemque inferre, ne ex ſua imperitia,
vel juvenili calore aliquid, vel dicant, vel taceant: quod ſi fuiſſet probatum,
vel non expreſſum, prodeſſe eis poterat, & à deteriore calculo eos eripere, *l.*
clarum, C. *de autoritat. præſtand.*

Secundo infertur, quod etiam † officii ratione ad tutorem periculum perti- 15
neat nominum, *l. tutores, l. debitoribus,* C. *de adminiſtr. tut. l.* 2. C. *arbitr.*
tut. l. ſi tutor petitus, ff. de adminiſtr. tut. Rom. *conſ.* 425. & Fulgoſ. *conſ.* 25.
in fin. cum qua illatione etiam concordat ſtatutum Ultrajectinum, *rubric.* 31.
artic. 5. niſi poſt † mortem pupilli, poſt finem tutelæ deſinant eſſe omnia 16
idonea, quo caſu tutor periculo eximitur, *l. cum poſt mortem, ff. de adminiſtr.*
tutor. Amplius etiam ille, qui † tenetur pro aliquo ab aliis exigere, tenetur 17
etiam à ſeipſo exigere, quod patri pupilli debeat, vel in quo pro eo fidejuſſerit,
l. tutor, ff. de fidejuſſor. l. ſi pupilli, §. *fin. ff. de neg. geſt. l. ſi negotia, ff. mand.*
l. quoties, §. *item ſi temporali, verſ.* & *generaliter,* & § *ſi ſub uſuris, ff. de ad-*
miniſtr. tut. l. ita autem, §. *debitor, ff. eod.* Ratio eſt, quia † licet regulari- 18
ter, quando unus eſt creditor creditoris ſui, non fiat ipſo jure compenſatio,
ſed requiratur quod à parte opponatur compenſatio, *l. verum,* §. *male peto,*
& ibi not. *l. Labeo, ff. de compenſat.* & plene notatur *in l. ſi conſtat,* C. *eod*
tamen † quando unus eſt debitor ipſiuſmet, & ſic unus eſt debitor & creditor; 19
tunc ipſo jure fit compenſatio, ſeu extinguitur actio; quia eſt impoſſibile de-
bitum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

bitum & creditum eſſe in eodem ſubjecto, *l. hæres à debitore, s. quod ſi ſtipulator,* & ibi
gloſſ. *verb. perinde, & l. Uranius, in princ. ff. de fidej. l. Stichum, s. aditio, ff. de ſolut.*
20 & hæc † adeo procedunt, ut ſi tutor exegerit nomina, facit, ut actio alioqui temporalis
perpetua fiat tutelæ judicio, *d. l. quoties, s. item ſi temporali.*

21 Amplius etiam debitum † tutoris, ex alia cauſa quam tutelæ, devolvitur in tutelæ
judicium, *d. l. quoties, s. nequaquam, (alias, ſi paterfamilias) l. ita autem, s. ſi debitor,
ff. de adm. tut. l. divortio, ff. de neg. geſt. l. ſi tutor, ff. de tutel. & rat. diſtr. & de depoſ.*
22 *& commod.* facit *l. tutor datus, ff. de fidej.* niſi debitum † eſſet in diem, cujus dies vene-
rit poſt finitam tutelam; quo caſu non eſt quod imputetur tutori, ut tutori, qui non
ſolvit, *d. l. quoties, s. ſi filiusfamilias, verſ. quod ſi dies, ff. de adm. tut.* Similiter etiam
23 tutor pecuniam, & † credita à debitoribus in tempore exigere, & in utilitatem minoris
convertere tenetur, alias ſi fuerint præſcripta, vel debitores falliti remaneant, & non
fuerint ſolvendo, tutor tenebitur de neglectis, & ſic de ſuo proprio ſolvere, ut tradit
Alex. *conſ.* 108. *n.* 6. *lib.* 1. & Cagn. *in l. contractus, n.* 82. *verſ. ſecundus caſus eſt, ff.
de reg. jur.* id quod etiam corroboratur per ea, quæ tradit Bern. Diaz. *reg.* 219. *in verb.*
24 *Eccleſia,* 14. & Corſet. *in ſing. verb. præſcriptio,* 4. qui dicunt, quod † ſi Prælatus paſ-
ſus fuerit rem Eccleſiæ præſcribi, quod ipſe, & ejus hæredes teneantur damnum reſar-
25 cire. Negligentia † ſiquidem tutoris dicitur lata culpa, & peccatum mortale, ſive fuerit
in non exigendo nomina debitorum, tam reſpectu extraneorum, quam ejus fratrum,
vel etiam ſui ipſius; pro qua negligentia tutor etiam tenetur erga minores, qui contra
eos quoque in litem jurare poterunt, eorum damna ac intereſſe proprio juramento pro-
bando, ut tradit Soc. *conſ.* 2. *lib.* 1. & Dd. *in c. quoque, de offic. Archid.*

26 Præterea tutor † etiam à ſeipſo exigere debet, licet patri pupilli tantum naturaliter de-
beat, *l. ita tamen, s. debitor,* & ibi gl. *verb. debuit, ff. de adm. tut.* Adeo etiam, ut ſi non
27 † exegerit, quod cogi poſſit uſuras agnoſcere, quas à ſe exigere debuiſſet, *d. l. quoties, s.*
28 *ſed ſi ſub uſuris, verſ. ſi vero non ſolvit, ff. de adm. tut.* Sicuti † etiam libertus tutor à ſeip-
ſo non exigens, ut ſuſpectus removetur, & remittitur ad Præfectum urbis puniendus
arbitrio judicis, *l. niſi, C. de admin. tut.*

29 Denique † etiam unus tutor agere poteſt, etiam ſi duobus ſimul tutela gerenda per-
miſſa ſit, vel à parente, vel à contutoribus, vel à Magiſtratibus; quia duo ſimul agere non
30 poſſunt, *l. decreto, s. ſi duobus, ff. de adm. tut.* Adeo ut † etiam agens, ſive repoſcens de-
bita pupillaria, ſeu deſpoſita, ad ſatiſdationem non compellatur, nec de rato caveat ra-
tum pupillum habiturum, *l. decreto, s. ſi duobus, l. vulgo, ff de adm. tut. l. tutores, C.*
31 *eod.* quia † rem in judicium deducit. Id quod etiam locum habet in curatore, ut Julian.
32 ſcribit *in d. l. vulgo,* niſi dubitetur, an † ſit tutor, vel an geſtus ei commiſſus fuerit, ne
adverſarius decipiatur, vel niſi actor à tutore fuerit conſtitutus, *l. actor, ff. rem pupill.
rat. hab.* qui cavere debet, ſecundum gl. *in l s. ſufficit, verb. tutores cavere, ff. de adm. tut.*

Tenentur † tamen tutores vel curatores præſtare cautionem de judicato ſolvendo,
33 quo etiam reſpectu permittitur eis res minorum pro cautela litis ſubſignare, etiam ſine
decreto, *l. ult. s. defenſionem, C. de adm. tut. l.* 1. *s. ſufficit, ff. eod.* Sicut etiam tenentur
cavere de judicio ſiſti, *l. fin. ff. ſi quis caution.*

Verum hæc † prima & ſecunda illatio in multis caſibus non procedunt: & primo
34 quidem, quando quis non egerit tutorio nomine, quo caſu alias ſine actione experire-
tur, *l.* 1. *s. non denegari, ff. de adm. tut. l. ſi quis, s. ſed & ſi quidem, ff. judic. ſol.*

Secundo † non procedit, quando tutor inutiliter ſive nulliter datus fuiſſet, quæ ex-
35 ceptio opponi poterit in quacunque parte litis, *l. non utiliter, C. de eo qui pro tut.*

Ter-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Tertio † non procedit adverſus contutorem, ut ſcilicet rationem reddat, tu- 36
tela durante, *l. actus*, *l. ſine hærede*, *§. tutores*, *ff. de adm. tut. l. 2. C. eod. l. ſi*
non, *C. de ſuſp. tut.* etiam † ſi contutor conventus fuerit relegatus: quia manet 37
tutor, licet ejus loco detur actor vel curator, *d. l. ſine hærede*, *§. tutores*, & ibi
gl. *verb. non poſſe*, poteſt tamen, & † debet contutorem ſuſpectum facere, alias 38
ipſo jure teneretur, *l. etiam*, *l. tutores, qui poſt. §. tutor qui. l. Æmilius*, *ff. de*
adm. tut. l. 1. C. ſi tut. vel cur non geſſ. Quod & † in tutoris hærede dicendum 39
eſt, quem convenire poterit, & ſi nolit, damni vicarius ſubſtituitur, *d. l. tutores,*
qui, §. tutor, & l. 2. §. tutores, C. de tut. & cur. qui ſat. non ded. Adeo † etiam, 40
ut non faciens ſuſpectum contutorem teneatur in uſuras ejus nomine, *d. l. et-*
jam, & ibi gl. *verb. imputatur.* Ad quod ut † etiam teneatur tutor ad augmen- 41
tum datus, contra priorem tutorem, *l. quoties*, 10. *§. conſtat*, *ff. de adm. tutor.*
ſicuti quoque è contra † in priore dicendum erit, contra datum ad augmen- 42
tum, *d. §. conſtat, in fin. & l. cum ad augmentum*, *C. in quib. cauſ. tut. hab.* Et
hæc, quæ † de contutore ſuſpecto diximus, procedunt, etiam ſi tutela fuiſſet di- 43
viſa per judicem, vel teſtatorem, maxime in caſibus expreſſis, *l. 2. C. de divid.*
tutel. Amplius etiam † contutor à contutore poteſt, & debet petere ſatiſdatio- 44
nem ex cauſis, alias enim ipſo jure teneretur, *d. l. etiam*, & ibi gl. *verb. ſatis*
petere. niſi † contutor ſubito lapſus fuiſſet facultatibus, quo caſu nihil poſſet 45
imputari Collegæ, *d. l. etiam*, & ibi gl. *verb. ſubito* Vel quando † tutor datus 46
fuiſſet per inquiſitionem, vel teſtamento, qui non tenetur ſatiſdare pupillo;
ſed quod poſſit eis offerre, utrum ſatis accipere, an ſatiſdare velint, *l. dativus*,
ff. rem pup. ſal. for. Vel quando contutor † adhuc fuiſſet idoneus tempore fini- 47
tæ tutelæ, *d. l. Æmilius*, *ff. de admin. tutor. l. 1. C. de divid. tutel.* Vel etiam
† quando tutor fuiſſet in exilium miſſus, qui veniam facile obtinet: quia facere 48
non potuit contutorem ſuum ſuſpectum, *l. plane*, *ff. de excuſat. tutor.* etiamſi
habuiſſet † procuratorem in loco, qui eum defendere potuiſſet, quia eſt cauſa 49
quaſi criminalis ſive ardua, quæ per procuratorem expediri non poteſt, *d. l.*
plane, & ibi gl. *verb. facilius.* Nec enim † ſufficit, quod quis defendere poſſit 50
per procuratorem, niſi talis defenſio fiat per procuratorem idoneum, & com-
mode, etiam in caſibus, in quibus quis fuiſſet miſſus in exilium, vel morbo ſon-
tico, aut carcere detentus, tenebatur mittere procuratorem, ut in non arduis;
ita decidit Bart. *in l. idemque, per illum text. ff. pro ſoc.* Angel. & Imol. *in l.*
ſi quis ita inſtituatur, *ff. de hæred. inſtit.* Caſtr. *in l. 2. §. ſi quis in judicio, verſ.*
item intellige hoc. ſi commode. ff ſi quis caution. Non enim tenetur quis expedi-
re privata negotia per alium, etiam ex contractu præcedenti. niſi valde ſit ido-
neus, & æque commode, *l. idemque erit, in princ. ibi, Sed hoc non alias, niſi fue-*
rit valde idoneus ſocius, aut facilis ſit abſuturo, etiam ſocietatis adminiſtratio, ff.
pro ſoc. Unde multo minus tenetur quis publica negotia, & judicia experire &
ſubire per alium, niſi † valde idoneum, pleneque inſtructum, & æque com- 51
mode, ut † omnes Dd. ubique tenent, *l. Nepos Proculo*, *ff. de verb. ſig.* 52
ubi non dicimur aliquid poſſe facere, niſi quatenus commode poſſimus,
c. faciat, 22. *q.* 2. *gl fin. in c. ſi vere. ext. de ſent. excom.* Paria enim ſunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

non † invenire procuratorem, aut invenire, ſed non idoneum: & tunc is, qui
fuerit in exilium miſſus, carceratus, vel etiam bannitus excuſatur, ut decidit
54 Angel. Peruſ. *in diſput. Bonon. quarto quæſito.* Omnes † enim & canonum, &
legum Profeſſores ubique tenent; quod in cauſis arduis nemo teneatur Pro-
curatorem mittere, ut tradit Bald. *in l. 1. §. uſus autem, ff. de procurat. & in l. 2.*
§ ſi quis in judicio, ff. ſi quis caut. & in l. ab eo, verſic. quæro utrum abſens, C.
55 *quom. & quan. jud.* text. *in l. ult. C. de procur.* etiam † ſi lis eſſet cœpta, ut tra-
56 dit Jaſ. *in d. §. ſi quis in judicio.* etiam † ne ad unum quidem articulum, ut ibi
Jaſon ad finem, per text. *in cap. querelam, extr. de procur.* Soc. *in tractat. de ci-*
57 *tat. artic. 18. quæſt. 5. n. 6.* ubi infert, quod † in cauſa ardua locus debeat eſſe
tutus utrique, videlicet tam domino, quam procuratori; præſertim cum pro-
curatores ad lites non poſſint nec debeant in cauſa procedere, niſi plene, prout
qualitas cauſæ poſcat, inſtructi: qua inſtructione deficiente, mandatum hujuſ-
modi ſui natura ceſſat, nec debent, aut poſſunt Procuratores cogi anceps ſubire
58 periculum, *l. videamus, ff. de in lit. jur.* Tum etiam † in dubio non præſumitur
Procurator idoneus, & inſtructus in gravi cauſa; nec etiam prædicta procedunt
59 in liberto, habente patronum contutorem, quem † accuſare non poteſt, ſed
quod debeat ſibi aliter providere, videlicet implorando officium judicis, alias
enim teneretur, *l. 1. C. ſi tut. vel cur. non geſſ.*

60 Tertio infertur, quod † tutoris & curatoris præcipuum officium ſit defendere
pupillum, vel adultum, & judicium ejus nomine ſuſcipere, *l. generaliter, & l.*
61 *tutoris præcipuum, ff. de adminiſtr. tut. l. fin. §. omnem, C. eod.* Nec ſolum † de-
bet tueri ejus patrimonium, ſed & corpus, ac ſalutem furioſi, *l. conſilio, ff. de*
62 *curat. fur.* Maxime enim † defendere debet in cauſa criminali, alias judicium
eſſet nullum, *l. clarum, C. de autor. præſt.*

63 Etiam † confeſſio minoris rei facta in judicio criminali, ſine curatore, ei non
nocet, ſed dicens ſe læſum, adverſus eam facile reſtituitur; pro quo faci nota-
bile verbum Joan. Andr. *in c. 2. de in integr. reſtit. lib. 6.* quod dictum tanquam
notabile, & quotidianum ſequitur Angel. de Peruſ. *in l. certum, §. in pupillum,*
64 *n. 2. ff. de confeſſ.* dicens, ita † debere intelligi text. *in l. ſi ex cauſa, §. nunc vi-*
dendum, ff. de minor. quod ſequitur Dec. *in l. ſemper, §. jus publicum, n. 4. ff.*
de reg. jur. Hip. de Marſ. *in l. 1. n. 9. & ſeq. ff. de quæſt. & in ſing. 445.* Maur.
in tract. de reſtit. in integr. c. 150. Gram. *conſil. crim. 16.* Jul. Clar. optime *lit.*
C. n. 76. lib. 5. idem lit P. n. 58. & Gomeſ. *in c. ſi annum, §. ſi vero, de judic.*
65 *lib. 6.* Quod procedit † etiam, ſi minor negaverit. Nam licet propter ſuam ne-
gationem crimen creſcat, & perdat beneficium confitentis, tamen reſtituitur,
ut eſt text. & ibi Bart. *in l. ſi ex cauſa, §. nunc videndum, ff. de minor.* etiamſi
66 † ea confeſſio eſſet jurata, ut tradit Bald. *in l. 1. C. de confeſſ. verſ. ſed pone*, ne
inducatur per indirectum renunciatio jurium, & defenſionis, ſecundum An-
gel. *in lib. malefic. in verb. comparent dicti inquiſiti, & confitentur totum*, quem
67 ſequitur Hier. Grat. *conſ. 52. n. 10. lib. 2.* Vel etiam † ſi ea confeſſio facta
fuiſſet in tormentis, ut tradit Matth. de Afflict. *deciſ. 208. n. 4.* allegans Al-
ber. de Roſ. *in l. clarum, C. de autor. præſt.* dicens, ſe ſæpe impugnaſſe confeſ-

ſiones

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

ſiones minorum, etiam in tormentis factas, & id obtinuiſſe per *d. l. clarum*, licet etiam ea confeſſio facta fuiſſet cum curatore; modo aliter non conſtaret; verum eo tamen caſu læſus reſtitui debet, nec per talem confeſſionem puniri, ſecund. Angel. *in l. certi, §. pupillo, ff. de confeſſ.* Alex *conſ.* 120. *lib.* 5. Marſil. *conſ.* 130. Thom. Gram. *d. conſ. ſuo crim.* 16. & Jaſ. *in l. nam & poſtea, §. ſi minor, ff. de jurejur.* Quod procedit, etiam † ſi minor non probaverit eam 68
confeſſionem eſſe erroneam; ut probatur *in c. 2. cum gl. 2. de reſtit. in integr. lib.* 6. *& in l. certum, §. penult. verſ. minorem, ff. de confeſſ.* quia agitur de graviſſimo & irreparabili præjudicio, ſecundum Alex. & ibidem Mol. *conſ.* 80. *n.* 2. *lib.* 7. licet alias ſufficeret ſemiplene probare de errore, quando confeſſio eſſet veriſimilis, ut Molin. dicit, *d. loco, & conſil.* 55. *lib.* 5. *in fin. & conſ.* 172. *ad fin. lib.* 6. Quod etiam † locum habet non ſolum in confeſſione vera, ſed etiam 69
ficta, vigore ſtatuti, dictantis, quod contumax habeatur pro confeſſo: nam eo quoque caſu minor contumax, non dato curatore, non poterit puniri virtute illius fictæ confeſſionis, ſecundum Cæpol. *conſ.* 30. *&* 31. & Bald. *in l. clarum, C. de autor. præſt.* quem ſequitur Marſ. *in l. de minore, ff. de quæſt.* Nec etiam ſolum † procedunt prædicta de confeſſione minoris, in minore accuſante, ſed et- 70
jam accuſato. Nam & eo etiam caſu requiritur autoritas curatoris; ſecundum Bald. *conſ.* 60. *incip. factum ſic proponitur. lib.* 5. & ſequitur Hip. de Marſ. *in l.* 1. *n.* 18. *ff. de quæſt.*

Adeo ut etiam † non ſufficiciat datio curatoris ad validandam confeſſionem, 71
ſed ejuſdem curatoris aliqua informatio, & cauſæ cognitio requiritur, ſecundum Petr. de Anch. *conſ.* 82. & plene per Hippol. de Marſ. *in pract. crim. §. nunc videndum, n.* 32. Et ideo ſemper ante præſtationem autoritatis faciendus eſt aliquis actus, in quo appareat fuiſſe informatum curatorem de facto, juribus & defenſionibus pupilli, & minoris, & de meritis proceſſus; & quod adhibita fuerit cauſæ cognitio; quo facto, ſecure poterit præſtari autoritas.

Sed hæc, quæ † de confeſſione minoris rei diximus, non procedunt, primo 72
de generali conſuetudine, qua autoritas curatoris non eſt neceſſaria, ſi minor ex cauſa criminali conveniatur, ut eleganter tradit Joan. Imbert. *in Enchir. juris Galliæ, in verb. autoritas curatoris.* Et ita communiter † practicari dicit 73
Bald *in l.* 1. *n.* 59, *C. de confeſſ.* quem refert Paris de Put. *de Synd. fol.* 457. *n.* 7. Angel. *de malef. in verbo, comparuerunt, & confitentur totum, n.* 8. dicens, ridiculum eſſe ſervare contrarium, quem ſequitur Petr. Rebuff. *in proœm. conſtitut. n.* 72. dicens, *l. clarum, C. de autor. præſt.* non ſervari in † Parlamentis. Ideo- 74
que proceſſum non eſſe nullum ob defectum aut conſenſum curatoris, tam in civilibus, quam criminalibus, allegans Guid. Pap. *in deciſ. Delph. q.* 35. *& q.* 50. *&* 410. licet vix conſentiat in civilibus, ſed in criminalibus ſic.

Secundo † non procedit, quando minor extrajudicialiter confeſſus fuiſſet, 75
quo caſu valet talis confeſſio, quoad torturam, licet facta fuerit abſque curatore, ſecundum Bald. *in l. clarum. C. de autor. præſt.* Hipp. de Marſil. *in l. de minore, in princ. verſ. an hoc habeat locum, ff de quæſt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

76 Tertio non procedit † in delictis atrociſſimis, ut in crimine læſæ Majeſtatis, ſecundum Bart. *in l. auxilium, verſ. nota ex hac lege, ff. de minor.* Hip. de Marſ. *in d. l. de minore, n.* 35. *de quæſt.* Et ita fuiſſe deciſum in ſac. reg. conſ. Neapolitano refert Affl. *in d. deciſ.* 208.

77 Quarto non procedit, quando † minor confiteretur contra alium ut teſtis; eo ſiquidem caſu, etiamſi non intervenerit autoritas curatoris, valet, & tenet ejus confeſſio; ut pulchre tenet Bald. *in d. l. clarum, C. de aut. præſt.* Bertr. *conſ.* 94. *n.* 1. *lib.* 3.

78 Quinto non procedit, quando † ei legitime datus fuiſſet procurator, ut tradit Bald. *in l. cum & minores,* per illum text. *C. ſi adverſ. rem jud.* ubi dicit, quod idem operatur procurator legitime conſtitutus, ſeu ordinatus minori, quod operatur tutor & curator: & propter hoc dicit, quod ſicut tutor & curator poſſunt autoritatem præſtare minori in judicio, ita procurator minoris legitime ordinatus.

79 Verum ut ad id, unde digreſſi ſumus, revertamur, ad tertiam præcedentem illationem, ſciendum eſt, illam tantum procedere, ſi tutores differant, vel recuſent ſuſcipere defenſionem pro minore, quod eis teneantur eo nomine omne damnum, ex earum malitia, vel mora illatum, refundere, *l. qui ſolidum, §. et-*
80 *jam, ff. de legat.* 2. *l. fin. in pr. C. de adm. tut.* niſi tutor, vel † curator ante litem, vel lite conteſtata, fuiſſet demens, vel furioſus: quo caſu datur ei curator à judice, coram quo lis vertatur, auditis tamen propinquis, & actore, ſi voluerit, *d. l. fin. §. ſed etſi quis.*

81 Amplius etiam † prædicta tertia illatio procedit, quod recuſantes vel differentes ſuſcipere defenſionem, removeantur ut ſuſpecti, amiſſa eorum exiſtimatione, *d. l. fin.* & ibi gl. *verb. amoveantur.*

82 Denique † etiam procedit, quod unus ex pluribus tutoribus vel curatoribus poſſit cauſam minorum defendere, *l.* 1. *C. ſi ex plurib. tut. vel cur. l. fin. C. de*
83 *autor. præſt.* ſive † ſint teſtamentarii plures, & olim, & hodie; ſive inquiſitione dati, & olim, & hodie; ſive legitimi; ſed olim contra; ſive ſimpliciter dati; ſed olim contra, *d. l. fin.* & ibi gloſſ. *verb. ſufficere, C. de autor. præſt.*

84 Maxime ſi alii † tutores vel curatores defendere nolint, vel non potuerunt, *d. l.* 1. & ibi gl. *verb. noluerunt, C. ſi ex plur. tut. vel cur.* niſi tale factum eſſet, quod ipſam tutelam diſſolveret, ut puta, ſi pupillus in arrogationem ſe dare deſideraret: quo caſu non ſufficeret unius autoritas. Abſurdum enim eſſet, ſolvi tutelam non conſentiente, ſed forſitan ignorante eo, qui tutor fuerat ordinatus; cum quod omnes ſimiliter tangit, ab omnibus debeat comprobari, *d.*
85 *l. fin. §. ſed hæc omnia, C. de autor. præſt.* Vel quando † non ab ipſis, ſed à te-
86 ſtatore, vel † judice eſſet diviſa adminiſtratio, quo caſu non poterit convenire, vel conveniri pro rebus ad alterius adminiſtrationem ſpectantibus, *l.* 2. *C. ſi ex plur. tut. & cur, & d. l. fin. C. de autor. præſt. l. tutores qui ff. de admin. tut.*
87 Idque maxime † procedit, quando vocaretur ad judicia alterius provinciæ, *d. l.* 2. & ibi gl. *verb. ad judicia, C. ſi ex plur. tut. vel curat.*

Sed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Sed hæc † tertia illatio non procedit. Primo, quando tutore in judicium 88
vocato, intra moras pupillus ad pubertatem pervenerit, ante acceptum judi-
cium, id eſt, litis conteſtationem, quo caſu non erit cogendus accipere judi-
cium, *l. tutorib. ff. de admin. tut. l. fin. ff. ſi quis caut.* veluti ſi obierit, aut aliter
tutor conveniri poſſe deſierit. Quod procedit etiamſi tutor ſolemniter caverit
de judicio ſiſti, & ſtipulationi non obtemperaverit, eo etiam modo denega-
bitur ex ſtipulatu actio. Nam & ipſius rei quæ petebatur, ſi tutor judicatus
fuiſſet, & eorum quid accidiſſet, non eſt danda in eum actio judicati, ut dicit
Ulp. *in d. l. fin.*

Secundo non procedit, quod † non ſit neceſſe, ut ipſe tutor vel curator ſu- 89
ſcipiant judicium, & per ſe defendant, ſed ſufficit, ſi pupillus ſuſcipiat, ipſis
autoribus, *l. 1. §. ſufficit*, & ibi gl. *verb. ſuſcipiant, ff. de admin. tut.* Quod ta-
men † locum non habet, quo ad eos, qui fari non poſſunt, ſcilicet minores ſe- 90
ptem annis, *d. §. ſufficit.* & ibi gl. *verb. non poſſunt.* Nec etiam † quo ad eos, 91
qui abſunt, *d. l. 1. §. ſufficit, & in §. in abſentibus.* Vel etiam † in cauſa crimi- 92
nali, ibi enim pupillo adeſſe debet, *l. clarum, C. de autor. præſt.*

Tertio non † procedit illatio tertia, quo ad lites ſupervacaneas, injuſtas, vel 93
calumnioſas, in quibus tutor debet agnoſcere bonam fidem, ut ſupra quoque
diximus.

Quarto non procedit, quod tutor † non poſſit conſtituere Procuratorem an- 94
te litem conteſtatam, *l. neque tutores, C. de Procurat.* quod jam multis ſæculis
exolevit, ut dicit Carol. Molin. *ad princ. tit. de verb. oblig. n.* 10. niſi fiat auto-
ritate judicis, ut tradit Hieron. Grat. *conſ.* 37. *n.* 19. *& ſeq.*

Quinto non procedit in contractibus, quando dubium eſſet an expediret pu- 95
pillo, nec ne, *l. ſi tutor*, & ibi gl. *verb. non debet, ff. de autor. & conſ. tut.* Ideo
non removetur ob id, quod nolit pupillo autor fieri; quia iniquum eſſet, ubi
non expediret pupillo autoritatem ſuam præſtare, licet in judiciis tutor coga-
tur pupillo autoritatem † ſuam præſtare, alioqui tanquam ſuſpectus removere- 96
tur, quia in judiciis certum eſt ab initio lædi pupillum, niſi defendatur, propter
miſſionem in poſſeſſionem, quæ alias fieret.

Infertur quarto, quod † etiam tutores ſolvere creditoribus minorum poſſint 97
& debeant, *l. quoties, §. ſicut, ff. de admin. tut.* maxime † interpellati tenentur 98
ſolvere de bonis pupilli minus damnoſis, vendendo bona pupilli, ſi apud pu-
pillum non ſit pecunia, juxta *l. ob æs, C. de præd. min.* Vel dando † in ſolutum 99
creditori, juxta *auth. hoc ſi debitor, C. de ſolut.* Vel adverſus † moram contra- 100
ctam curſu temporis petere reſtitutionem pendente judicio, alioqui pupil-
lo teneretur ad intereſſe, *l. quicquid, C. arbit. tut. & l. contractus, ff. de re-
gul. tut.*

Hinc etiam † tutor non interpellatus; ſi culpa, vel dolo vectigal prædia em- 101
phyteutico impoſitum, vel canonem non ſolverit, & ideo minoris prædium
fuiſſet amiſſum, reſque emphyteutica commiſſum ceciderit, ei imputatur:
& damnum, quod pupillo contigerit, ex ſubſtantia tutorum reſarciendum erit,
l. ſi tutoris, C. de admin. tut.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

102 Amplius † etiam honoraria Advocatis ſolvere tenetur, quæ tamen pupillo
imputare non poterit, ſi conventus ſupervacaneam, injuſtam vel calumnio-
ſam litem ſuſtinuerit, vel inſtituerit, *d. l. quoties*, §. *ſicut*, *verſ. denique*, *ff. de
admin. tut.*

103 Nec etiam † alimenta minori præſtita poterit reputare, & in rationem im-
penſarum inferre, *l. Neſennius*, *ff. de neg. geſt.*

104 Sicuti † etiam tutor unius regionis poterit ſolvere creditori alterius regio-
nis, *l. Titium*, §. *fin. ff. de adm. tut.*

105 Denique † etiam tutor ſibi ſolvere poteſt & debet, ſi modo fuerit pecunia
unde ſolvere poſſit, *d. l. quoties.* § *ſicut*, *ff. de admin. tut. l. creditorem*, *C. qui
dari tut.* ut tradit Angel. Aretin. *in* §. *tutor autem. n.* 2. *verſ.* & *advertes*, *Inſtit.*
106 *de autor. tut.* maximè ſi uſuræ † ſunt graviores, quæ ei debebantur, quibus re-
levaretur pupillus: quia tutor ſe potuit liberare, ſicut aliis quoque ſolvere, &
potuit & debuit, *d. l. quoties*, §. *ſicut autem.*

107 Etiamſi ſit quid immobile, quod † ſibi debeatur, poterit tamen ſibi ſolvere &
tradere, ſine contutore, vel judice, ut dicit Angel. *d. loco*, & Dec. *in l. ſingularia*,
108 *n.* 15. *ff. ſi. cert pet.* dicens, Dd. hoc † communiter ita tenere per text. *in l. ſiſtu-
las*, §. 1. *ff. de contrah. empt.* qui textus ponit ſingularem practicam, qualiter
tutor rem immobilem pupilli poſſit ſibi tradere, de qua practica videndus eſt
Bart. qui illum textum declarat, *in l.* 2. *ff. de ſtipul. ſervor.* & Bald. *in l. ſi pa-
truus*, *C. com. utri. jud.*

109 Verum hæc illatio † quarta non procedit: Primo, quando pecunia fuiſſet de-
ſtinata ad emptionem prædiorum, quo caſu tutor ſibi ipſi de ea ſolvere non po-
terit, quia talis pecunia inter immobilia computatur, per text. ſingul. *in l.* 3. §.
uſuras ff. de cont. & *utili act. tut.* quem ſingularem appellat Lud. Rom. *ſing.* 14.
ut cum allegat Ripa, *in l.* 1. §. *fuit quæſitum*, *n.* 9. *ff. ad Trebell.*

110 Secundo non procedit in ſolutione, vel † reſtitutione hæreditatis, & aliis peri-
culoſis negotiis, ubi magnæ ſunt faciendæ deductiones, propter multas & oc-
cultas occaſiones circumventionis. In quo negotio merito non poterit tutor ſi-
bi autorari, quia hoc eſſet pupillo nimis captioſum & periculoſum, licet ſecus
ſit in aliis, ubi executio fuerit certa, liquida, & periculum ceſſaret, ut tradit
optime Carol, Molin. ad Dec *in l. ſingularia*, *n.* 15. *lit. F ſi cert. pet.*

111 Amplius etiam † ſolutio facta tutori liberat ipſo jure debitores, *l. Lucius*, §.
tutelæ, & *l. fin. ff de admin. tut. l. Stichum*, §. *uſumfructum*, *ff. de ſolut.* & nota-
112 tur *in l. pactum curatoris*, *C. de pact.* Quod procedit, ſive † ſit teſtamentarius, ſi-
ve legitimus, ſive ex inquiſitione datus, ſive honorarius, *l. quod ſi forte*, §. *ſunt*
113 *quidem*, *verſ. ſive autem*, *ff. de ſolut.* tam † enim honorarii, quam qui notitiæ cau-
ſa dantur, licet non gerant, tutores tamen ſunt, & adminiſtrationis periculo
114 obligantur, *l.* 3. *ff. de admin. tut.* & *l.* 1. *C. de peric. tut.* Nec tantum † omnibus
ſimul tutoribus, ſi plures dati ſunt, ſed vel uni ex his recte ſolvitur, *d. l. quod ſi*
115 *forte*, § *ſunt quidam*, *verſ. ſive autem*, niſi teſtator, duobus † tutoribus datis, ve-
tuerit unum ſine alterius conſilio quicquam gerere, *l. Titium*, *in princ. ff. de ad-*
116 *min. tut.* Vel inter eos † eſſet diviſa adminiſtratio à Prætore, & alius urbicarum,
alius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

alius provincialium rerum tutor datus fuerit: quo quidem caſu non recte ſolvitur urbico tutori, quod ex nominibus provincialibus debetur; niſi provincialis † Romæ reddi, quod in provincia fœnerabitur, ſtipulatus fuiſſet, *d. l. quæro, ff. de ſolut.* 117

Præterea quoque tutori † perſeveranti in tutelæ adminiſtratione, recte ſolvi 118
poterit, *l. quamvis, §. ult. ff. de ſolut.* etiamſi † fuiſſet relegatus in perpetuum, vel 119
ad tempus, antequam ei curator ſubſtitueretur, nihilominus ei recte ſolvi poterit, *d. l. quod ſi forte, §. ſunt quidem, verſ. quid ergo ſi ei ſolvit, ff. de ſolut.* Adeo † ut etiam ab futuro cauſa Reipublicæ, vel abſenti recte ſolvatur, ſi modo non 120
alius in locum ejus ſubſtitutus fuerit, *d. l. quod ſi forte, § ſunt quidem, verſ. quin imo etſi abſente.* Nec tantum tutores † ſolutionem recipiunt, ſed etiam aliis 121
ſolvi mandant. Cujus cauſa etiam liberatio contingit, ſi non malo conſilio cum tutore habito, hoc factum eſſe probetur, *l. pupilli, ff. de ſolut.*

Denique etiam † tutores, quod debent ex adminiſtratione tutelæ, curatori- 122
bus recte ſolvunt, *l. 1. C. ſi adverſ. ſolut. l. fruſtra, C. de admin. tut.*

Inſuper † etiam confeſſio tutoris de ſolutione debiti pupillaris, ſive ejuſdem 123
apocha, obeſt pupillo, ut tradit Molin. ad Alex. *conſ. 90. n. 3. l. 3. idem conſ. 97. n. 3. l. 7.* Viv. *lib. 2. opinione 68.* dicit æquam, & in practica ſervari; ſed contrariam opinionem magis communem eſſe, quam ſequitur Soarez *in theſ. com. opin. lit. C. num. 251.* Verum communis opinio procedit, etiamſi ea apocha produceretur finita tutela, quæ obeſt, niſi probabilis eſſet ſuſpicio fraudis, *l. Lucius, §. tutelæ,* & ibi gl. *in verb. apochæ, ff. de admin. tut.* Idque maxime, quando ea confeſſio non eſſet nuda, liberalis, lucrativa, ſed cum actu diſpoſitivo conjuncta, ut tradit Molin. ad Alex. *conſ. 37. num. 2. lib. 3.*

Verum hæc, quæ † diximus de ſolutione facta tutori, non procedunt pri- 124
mo, quando quis ſciens ſolverit remoto, qui tutor eſſe deſierat, quo caſu talis ſolutio non liberat eum, *d. l. quod ſi forte, §. 1. verſ. quod ſi remoto, ff. de ſolut.* Vel ſciens ſolverit ſuſpectis poſtulatis; quia interim eis interdicta quoque eſt adminiſtratio, *d. l. quod ſi forte, §. 1. verſ. idem dico.*

Secundo † non procedunt, quando pupillus, eſſet captus, quo caſu adverſus 125
ſolutionem, quam tutore autore accepit, reſtituitur, *l. 1. C. ſi adverſ. ſolut.* maximè quando † ſolveretur ſors principalis cautionis fœneratitiæ, vel ſimilis cauſæ, *l. ſancimus, §. non autem, verſ. ſed ſi extraneus debitor, C. de admin. tut.* niſi 126
ſolutio † facta eſſet, præcedente judicio & ſententia judiciali, quo caſu pleniſ- 127
ſima liberatio quæritur, ut nemo in poſterum inquietare poſſit. Nec enim debet quod rite & ſecundum leges ab initio actum eſt, ex alio eventu reſuſcitari, *d. l. ſancimus, C. de adm. tut.* & Theophil. *in §. ex contrario, Inſtit. quib. alien. lic.*

Similiter quoque † dicendum erit in ſolvente annuum reditum, vel alicujus 128
rei penſionem, & in uſuris, vel quoad uſuras, *d. l. ſancimus, §. non autem & l. conſtitutionem, C. de adm. tut.* niſi exceſſerint metam biennii, & centum ſolidorum quantitatem, ut tradit gl. ibidem, *in verbis, & centum,* requirit conjunctim.

Tertio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

129 Tertio non procedunt † in protutore, niſi pecunia in rem pupilli verſa fuiſ-
ſet, *l. debitores ff. de ſolut l. apud Celſum, §. ſi quis non tutor, ff. de doli except. & l. 2. ff. de eo qui pro tut.*

130 Quarto non procedunt, quia † tutor non poteſt debitori pupilli vel minoris
prorogare terminum ſolutionis, *l. qui Romæ, §. Callimachus, ff. de verb. oblig. l. inſtar, C. de jur. fiſci, lib.* 10 *& l. penult. C. de erogat. milit. anno. lib.* 11. Alex.
131 *in l. pactum curatoris, n. 6. C. de pact.* dicit magis communem, ut † eum alle-
gat Tiraq. *de retract. lig. ad fin. tit n.* 18. ubi alios contrarium tenentes allegat.

132 Quinto non procedunt, quia licet † habeat jus exigendi & recipiendi ſolutionem tutor, non tamen poteſt debitori minoris facere pactum de non petendo, quia eſt ſpecies alienationis, *l. pactum curatoris*, & ibi Alex. & Jaſon, *C. de pact.* niſi eſſet debitum uſurarium, vel ſimile, cujus exactio poſſet afferre periculum animæ, quo caſu poterit tutor remittere, ut eſt gl. *in l. Præſes, C. de tranſact.*

133 Infertur quinto, quod tutor donare † non poſſit; quia donare eſt perdere,
l. tutor ad utilitatem, l. Lucius, §. tutoribus, ff. de adm. tut. l. non omni, §. cum
134 *itaque, C. eod.* Adeo † ut etiam tutor non poſſit autorari pupillo donanti cauſa
mortis, quin tutelæ judicio teneatur. Nam ſicuti teſtamenti factio pupillis conceſſa non eſt, ita nec mortis quidem cauſæ donationes permittendæ ſunt, *l. 1.*
135 *ff. de tut. & rat. diſtr.* Et ideo † ſi donandi cauſa alienaverit, traditio nihil quic-
136 quam valebit, *l. ult. in fi. ff. de curat. fur.* & etiam † ea non obſtante, poterit
pupillus vendicare dominium à poſſidente, & ſi quid invicem ab eis ex eodem pacto conſecutus fuerit, id mutuo reſtituere debet, *d. l. non omni, C. de adm.*
137 *tut. & l. non ſolum, C. de præd. & al. reb. min.* Qui † etiam confiteri non pote-
rit ſe recepiſſe mutuum nomine pupilli, vel quid ſimile, ut tradit Molin. ad Alex. *conſ. 37. num. 2. lib. 3.* & Cur. *in l. obſervari, n. 7. 9. & 12. C. de jur. ca-*
138 *lum.* maxime ſtante ſtatuto, quod † requirit novam ſolemnitatem, ut contra-
ctus fiat in minoris utilitatem, ut tradit Caſtrenſ. *conſil.* 432. *part.* 1. ubi late interpr æ tatur ejuſdem ſtatuti verba.

139 Declaratur hæc † quinta illatio, ut non procedat, primo, quando tutor quid facit ex magna utilitate pupilli, idque cognitione judicis, *d. l. fin. ff. de curat. furioſ.* & gl. *in d. l. tutor, ff. de admin. tut.*

140 Secundo non procedit, quando † minor major factus, donationem ſine decreto factam, poſtea ratificaverit expreſſe, vel tacite, tacendo per decem annos inter præſentes, & viginti inter abſentes, *l. 2. C. ſi major fact. rat. hab.* De qua donatione infra plura dicemus ad regulam: *Alienatio rei immobilis.*

141 Tertio non procedit, quando † donatio fieret ob bene merita, quæ magna dicitur remuneratio, & verti poſſit in utilitatem minorum: quia ex ea provocatur donatarius ad alia merita, *l. Aquilius Regulus, ff. de donat. l. cum plures, §. cum tutor,* & ibi gl. *ff. de adm. tut. & l. qui filium, ff. ubi pupill educ. deb.* & ita quoque reſpondit Raph. Cum. *conſ.* 101. & Rom. *conſ.* 50. *verſ. rurſus videtur.* & ante eos Alberic. *in l. ambitioſa n. 2. ff. de decret. ab ord. fac.*

142 Ex quibus illud etiam † procedit, quod tutor circa perſonam pupilli poterit
erogare,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

erogare, quod moribus, honeſtati, & conditioni pupilli conveniat, *l. cum plures, §. cum tutor, ff. de admin. tut.*

Et licet hoc faciat ſine † decreto, ſuo arbitrio: tamen non aliter, quam bonus vir arbitrabitur, idque ne ſecreta patrimonii, & ſuſpectum æs alienum pandatur, *l. 2. C. de alim. pupil. præſt. l. ſumptus*, *C. de admin. tut.* quod melius eſt interdum tacere, quam, cum de modo bonorum quæritur, ultro proferre, & apud acta jus dicentis contra utilitatem pupillorum deſignare. 143

Amplius etiam, ſi minor † non habeat magiſtrum, qui gratis eum docere velit, poterit tutor conſtituere mercedes præceptoribus, non quam minimam poterit, ſed pro facultate patrimonii, & pro dignitate natalium: & ratio eſt, quia non tantum rebus, verum etiam moribus dantur tutores & curatores, *d. l. cum plures, §. cum tutor, l. in copulandis*, C. *de nupt.* & §. *certe*, *Inſtit. qui dari tut. poſſ.* Quam mercedem † ſive impenſam in ſalariis præceptorum factam judex admittet, ſi qualitas pupilli fuit, ut alicui diſciplinæ operam daret, *l. 2. C. de alim. pup. præſt.* ut tradit Rom. *conſ.* 425. 144 135

Nec ſolum † mercedem conſtituet tutor præceptoribus pupilli, ſed etiam præceptoribus ſororis pupilli, etiam citra magiſtratuum decretum, *l. qui filium, circa fin. ff. ubi pupil. educ. vel morari debeat, l. tutor ſecundum dignitatem, § fin. ff. de adm. tut. l. 1. §. ſed nonnullos, ff. de tut. & rat. diſtrah.* 146

Poterit quoque † tutor præſtare alimenta ſervis & libertis, *l. 1. §. ſed etſi, ff. de tutel. & rat. diſtrah. l. cum plures, §. cum tutor, ff. de admin. tut.* 147

Nonnunquam † etiam tutor extraneis quoque præſtat alimenta, ſi hoc pupillo expediat, *d. §. cum tutor.* Solemnia † quoque munera parentibus cognatiſque mittere poterit, *d. l. cum plures, §. cum tutor.* Dicuntur autem † ſolemnia, ſecundum Varronem, Feſtum & Servium, anniverſaria, eaque munera, quæ quotannis more recepto, ſibi invicem cognati, natali cujuſque die, miſſitabant, ut tradunt Zaſ. *de orig. jur. verb. & ſolemnis*, & Jacob. Reuard. Brugenſis, *in l. 27. ff. de reg. jur.* unde illud Martialis *lib. 9. Epigram.* 148 149 150

Chara daret ſolemne tibi cognatio munus.

Et alias:

Luce propinquorum, qua plurima mittitur ales,
Dum Stellæ turdos dum tibi, Flacce, paro.

Tertull. *in lib. de Idololatria:* Etiam ſtrenæ captandæ, & ſeptimontium, & bruma, & charæ cognationis honoraria exigenda omnia. Atque hoc nomine à Martiale Clytus † quidam notatur, qui ſæpius uno in anno natalem ſuum, munera à cognatis, amiciſque captans, celebrabat. 151

Amplius etiam † tutor matri & ſorori pupilli, ad victum neceſſaria præſtare poterit, cum ſemetipſas ſuſtinere non poſſunt; etiamſi hoc faciat citra Magiſtratuum decretum, *l. 1. §. ſed etſi, ff. de tutel. & rat. diſtrah. & l. qui filium, ff. ubi pupil. educ. vel mor. deb.* Nam cum bonæ fidei judicium ſit, nemo feret inique, aut pupillum, aut ſubſtitutum ejus quærentes, quod tam conjunctæ perſonæ alitæ ſint; adeo ut etiam † contra tutorem agi poſſit judicio 152 153

tutelæ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

tutelæ, ſi tale officium prætermiſerit, *l.* 1. § *ſed etſi, ff. de tut. & rat. diſtr.* niſi
154 † mater non eſſet perquam egena, & filius in facultatibus poſitus: quia utrum-
que concurrere debet, *d. l.* 1. § *præterea, ff. de tut. & rat. diſtr.*

155 Præterea † etiam tutor poterit contutori teſtamentario ſtatuere ſalarium,
156 quando aliter ſe exhibere non poteſt, *d. l.* 1. §. *ſi pupillus.* Sicuti † etiam pote-
rit contutori ex inquiſitione dato alimenta ſtatuere, propter rei notitiam, *d. l.* 1.
157 §. *ſed etſi ſervus, ff. de tut. & rat. diſtr.* Adeo † ut etiam ſumptus litis tutor pu-
pillo reputet, *d. l.* 1. §. *item ſumptus*, *& l. officio, ff. ubi pupill. educ.* quos ta-
158 men † non tenetur miniſtrare pupillo contra ſeipſum, *l. Imperatores, ff. de tut.*
159 *& rat. diſtr.* Denique † etiam tutor viatica reputabit, ſi ex officio neceſſe habuit
vel debuit aliquo excurrere vel proficiſci, *d. l.* 1. §. *item ſumptus, ff. de tut. &*
rat. diſtr.

Hæc autem quæ diximus de ſumptibus factis, & erogatione à tutore circa
160 perſonam pupilli, non procedunt: primo, quod † tutor non poſſit dare dotem
ſorori pupilli ex alio patre natæ, etiamſi ea aliter nubere non poſſit; quia libe-
ralitas eſt, quæ licet honeſte fiat, tamen ſervanda eſt arbitrio pupilli, *l. cum plu-
res*, §. *cum tutor*, & ibi gl. *verbo pupilli, ff. de adm. tut.*

161 Secundo non procedunt, quia † non poteſt tutor reſpectu æſtimationis pu-
pilli, ex bonis ejus ſuo nomine plus expendere, *d. l. cum plures*, §. *nimium.*
maximè quando ex ſuis propriis, non honeſtiſſime eſſet erogaturus, *d.* §.
nimium.

162 Tertio non procedunt, quod † tutor nec matri poterit mittere munus nuptia-
le, nec etiam ſorori pupilli, *l. tutor ſecundum dignitatem*, §. *in ſolvendis, ff. de*
163 *admin. tut. & l.* 1. §. *præterea, ff. de tutel. & rat. diſtr.* Nec † id quidem pote-
164 rit prætextu conſuetudinis, niſi id † pupillus ſi rem ſuam adminiſtraſſet, erogare
compelleretur, *l. ſine hærede*, §. *Lucius, ff. de adminiſtr. tut.*

165 Quarto non procedunt, quando ſumptus per tutorem † facti non fuiſſent
arbitrio boni viri, *l. Titium*, §. 1. *verſ. quæro an contenti, ff. de adm. tut.* Offi-
cio ſiquidem judicis, qui de tutela cognoſcit, congruit, reputationes tutoris
non improbas admittere, ut puta ſi dicat impendiſſe in alimenta pupilli, vel di-
ſciplinas. Modus autem, ſiquidem Prætor arbitratus eſt, ſervari debet, quem
Prætor ſtatuerit, ſi vero Prætor non fuerit aditus, pro modo facultatum pupilli
debet arbitrio judicis æſtimari. Nec enim permittendum eſt tutori tantum re-
putare, quantum dederit, ſi plus æquo dederit, *l. officio judicis, in princ. ff. ubi
pupill. educ. vel mor. deb.*

166 Quinto non procedunt, quando † tutor in alimenta pupilli, vel diſciplinam,
167 ultra modum à Prætore ſtatutum, impendiſſet, vel † quando Prætor ſtatuiſſet
ultra modum, non ſuggerente tutore, qui ſi ſuggeſſiſſet, aut diminuiſſet jam
decreta, aut non tanta decreviſſet, vel ſi pater ultra vires facultatem ſtatuiſſet,
168 quo caſu imputabitur † tutori, cur non adito Prætore deſideraverit alimenta
169 minui, *d l. officio*, §. *hoc amplius, & §. quod ſi pater.* Idem quoque † dicendum
erit, ſi tutor, ſine Prætore aluerit pupillos, ſed nimis ſumptuoſe, *l.* 2. *C. de alim.
pup. præſt.*

Infer-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Infertur ſexto, quod † tutor à ſuſcepta adminiſtratione poſt ſex menſes ne- 170
ceſſario teneatur pecuniam pupillarem collocare fœnori, *l. tutor*, *l. qui negotiationem*, *§. pupillo*, *ff. de adm. tut. l. tutores*, *C. eod.* Dec. *conſ.* 192. *nu.* 2. *verſ. tertio tenetur.* Idem *conſ.* 178. *n.* 1. *v. tertio tenetur.* Roman. *conſ.* 425. *v. decimo.* Did. Couvar. *reſol. lib.* 3. *c.* 2. *n.* 1. quo ad honeſtum lucrum, ſecundum morem regionis, & Caſtr. *conſ.* 301. *n.* 6. *lib.* 1.

Ampliatur hæc ſexta illatio: primo, ut † maxime procedat in locis, ubi 171
mercatura exercetur; alias enim tutor teneretur de ſuo reddere tantundem, pro uſuris ejus pecuniæ, quas non fœneraverit, ut tradit Bart. *in l. tutor, qui repertorium*, *§. ſi poſt depoſitionem*, *& l. qui negotiationem*, *§. pupillum ff. de adm. tut.* Rom. *ſing.* 179. Pariſ. *conſ.* 96. *n.* 35. 36. *lib.* 1.

Secundo ampliatur, quod † etiam negans ſe habere pecuniam pupillarem 172
ad alendos pupillos, convictus de mendacio, pendet graviſſimas uſuras, *d. l. tutor, qui repertorium*, *§. idem ſolent*, *ff. de adm. tut.*

Tertio ampliatur, quod etiam † ſi tales tutor non inveniatur idoneus, ad 173
damnum reſarciendum, ob fœnus pupillaris pecuniæ per contumaciam non exercitum, extra ordinem coërceatur, *l. ob fœnus*, *ff. de ad. tut.*

Quarto ampliatur, quod etiam tutor † condemnatus, pro contutore uſuras 174
ſolvat, ſi forte eum ſuſpectum facere ſuperſederit, *l. tutor qui repertorium*, *§. ſi tutor*, 2. *ff. de adm. tut. l.* 2. & ibi gl. *C. de uſur. pupil.*

Quinto ampliatur, quod † etiam tutor debeat agnoſcere tales uſuras, quas à 175
ſe exigere debuit, licet ſint graviores pupillaribus, *l. quoties*, *§. ſed etſi*, *ff. de adm. tut.* Imo † etiam tenebitur tutor tales agnoſcere uſuras, quas ipſi ſtipulati 176
ſunt, licet teſtator eis ſub levioribus uſuris permiſerit, *l. Titium & Mævium*, *§. præfectus*, *ff. de admin. tut.*

Sexto ampliatur, quod † etiam teneatur tutor ad uſuras uſurarum ſortis pu- 177
pillo auctæ, quas conſecutus eſſet ab hæredibus defuncti contutoris; quia quo ad eum vice ſortis funguntur, *d. l. qui negotiationem*, *§. ex duobus*, *ff. de adm. tut & d. l. tutor*, *§. ſi quas uſuras*, *eod tit.*

Septimo ampliatur, quod † etiam finita tutela, ante ſolutionem currant ta- 178
les uſuræ, ut prius currebant, *l. Lucius*, *§. quæſitum*, *l. tutor qui*, *§. ſi. ff. de adm. tut.* ubi dicitur etiam poſt officium finitum uſuras deberi in diem, qua tutelam reſtituit, *l.* 1. *in fin. ff. de uſur. & l fin. C. de uſur. pupil* Quod † tamen non pro- 179
cedit, quando tutor obtuliſſet pecuniam, & depoſuiſſet obſignatam tuto in loco, qui uſuras præſtare non debet, cum per eum non ſteterit, *l. tutor pro pupillo*, *§. tutor. ff. de admin. tut.* Et maxime † has uſuras præſtare non debet hæres tu- 180
tores; nam periniquum eſſet eum, cui forte poſt viginti annos, vel amplius in mentem venit tutelam repoſcere, etiam uſuras poſtulare, *l. maximeque*, *ff. de adminiſtrat. tutor.*

Octavo ampliatur, quod † etiamſi tutor ex pecunia pupilli fundum, vel quid 181
aliud emerit ſuo nomine, in electione pupilli ſit petere fundum, vel pecuniam cum uſuris, *l. ſi curator*, *C. arb. tut. l. ſi tutor*, *ff. quand. ex fact. tut. l. ſi ut proponis*, *C. de rei vendic.* Adeo † ut etiam eo caſu, ſi pupillus nolit rem acqui- 182

 ſitam

ſitam extantem, habeat tamen eam pro pretio, & uſuris legitimis hypothe-
183 catam, *l. 3. in princ. ff. de reb. eor.* Niſi † plures res fuerint acquiſitæ per eun-
dem tutorem, quo caſu non poterit pupillus bonas acquiſitiones rerum, ſive
nominum acceptare, malis repudiatis, vel in aliquibus rem acquiſitam cum
fructibus, vel nomen cum uſuris conventis eligere, aliis vero pretium cum
uſuris legitimis petere, ſed tenetur omnia, bona tamen fide acquiſita, in totum
acceptare, cum omni commodo & incommodo, vel in totum tutori relinque-
re, ut eſt text. *in d. l. tutor qui, §. ſi tutor pecuniam, & in l. cum quæreretur, ff.
de adminiſt. tut.* niſi conſtaret tutorem certam acquiſitionem doloſe feciſſe, vel
in fraudem pupilli: quia tunc licebit hanc repudiare, & pretium cum uſuris non
ſolum legitimis, ſed etiam centeſimis petere, ſi tutor damno pupillum afficere
voluerit, manente nihilominus in reliquis acquiſitis, præfata electione. Quod
enim pupillus omnia acquiſita eligere, vel omnia omittere compellatur, ex
æquitate inductum eſt, ne tutor damno afficiatur, qua æquitate indignus eſt, &
privatur, quatenus ex ſuo dolo conveniri poterit, *argum. l. ſi plures, in fin. ff. de*
184 *admin. tut.* Quare tutori † vel curatori utilius eſt nomine minoris acquirere,
quam nomine proprio: quia ſi nomine proprio, nihil potius agit, quoniam ni-
hilominus minoris erit electio, *d. l. ſi curator. C. arbitr. tutel.* Sed ſi nomine
minoris, tunc regulariter minor non habebit electionem, ſed tenebitur acce-
ptare acquiſitionem, & liberabitur tutor vel curator reddendo rem acquiſitam
cum fructibus, etiamſi valor rei decreverit, dummodo acquiſitio tempore ſuo
recte prudenterque facta fuerit pro minore, cui taliter expediebat emi. Tene-
bitur enim minor acceptare, non inſpecto, quod poſtea caſu contigit, *l. vero, §.*
185 *ſciendum, ff. de minor. l. ſed an ultro, §. 1. ff. de neg. geſt.* Quin etiam † circa ſub-
ſecutam nominis deteriorationem non tenebitur tutor, niſi de lata culpa, *l. 2.
C. arbit. tut. l. ſi quis putant, §. ſive autem, ff. com. divid.* qua lege clare hæc
186 diſtinctio probatur, ubi ſi quid † ſocius communi nomine fecerit, non debet
neque damnum, neque lucrum ſentire, ſcilicet ſolus, ſed tantum pro parte
ſocietatis participare. Si vero non communi nomine, ſed ut lucretur ſolus, tunc
damnum ad eum ſolum ſpectabit.

187 Verum hæc ſexta illatio non procedit: primo, quando tutor non potuit
collocare pecuniam pupillarem fœnori, quia non erat cui crederet: quo caſu
pupillo vacabit, *l. cum plures, §. ſi tutor.* & ibi gl. *l. tutor ſecundum dignitatem,
§. non eſt audiendus,* ibi; *quod idonea nomina non inveniret, ff. de adm. tut.* Niſi
188 † probatum fuerit, tutorem eo tempore ſuam pecuniam bene collocaſſe, quo
caſu non erit audiendus tutor, *d. §. non eſt audiendus, in verbis; ſi arguatur eo
tempore ſuam pecuniam bene collocaſſe.* quia eſt præſumptio, quod etiam pro
minorib. potuiſſet invenenire; & ideo dicitur in dolo, ſeu ſaltem in culpa, &
contra eum in litem jurari poſſet, ut tradit Rom. *conſ. 425. l. quicquid, C.
arbit. tut.*

189 Secundo non procedit, quia † tutor habet laxamentum temporis duorum
menſium; ad exigendam & collocandam pecuniam fœnori, *l. tutor, §. uſuræ,
ff. de admin. tut.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Tertio non procedit, quando † pupillus habuiſſet tantum modicam pecuniam, *l. ita autem, ff. de adm. tut.* vel ſaltem eam deberet mutuare ſine decreto, ſecundum Bart. *in l. ſi ex legati, n. 5. ff. de verb. oblig.* 190

Quarto non procedit in ruſtico, qui † ruſticitatis nomine ab uſurarum petitione venit abſolvendus, ut tradit Renat. Chopin. *de privil. ruſtic. l. 1. c. 5.* dicens, Placito Senatus Parienſis, 13. Kal. Majas, Anno 1574. ita fuiſſe deciſum. 191

Infertur ſeptimo, quod † tutor teneatur pecuniam pupilli convertere in emptionem prædiorum, *l. tutor, qui repertorium, §. ſi poſt,* ubi Bart. *l. quoties, ff. de adm. tut. l. tutores, C. eod. l. Divus, ff. ad leg. Falcid.* Rom. *conſ.* 28. *&* *conſil.* 139. 192

Ampliatur primo, quod † tutor pupilli pecuniam non ponens in prædiis, ut aliquos fructus ex his perciperet, teneatur pupillo de fructibus, quos percipere potuiſſet, deductis laboribus & expenſis, dummodo tamen potuerit emere, vel alio modo ex emptione prædiorum lucrari, alias autem non teneretur: quia tutor ſolum conveniri poteſt, quod tanquam negligens pupilli pecuniam otioſam in arca retinuerit, cum prædia & reditus pupillo acquirere potuiſſet. Probabitur autem † ejus negligentia, ſi eo tempore prædia & reditus venales extiterunt, qui tanta ſumma emi potuiſſent, ſecundum Bartol. *in d. l. tutor, qui repertorium, §. qui poſt depoſitionem.* 193 194

Secundo ampliatur, quod † prædicta non faciens, tutor teneatur pupillo ad intereſſe, & uſuras illius pecuniæ, ut tradit Rebuf. *in l. pecuniæ appellatione, ff. de verb. ſign.* ubi allegat arreſtum, *& in l. uſura pecuniæ, in fin. eod.* ubi dicit hoc etiam de Jure Canonico locum habere, allegans Panor. *in cap. conqueſtus, in fin. de uſuris.* & hoc arreſto fuiſſe comprobatum An 1530. Novemb. 22. 195

Tertio ampliatur, quod † etiam talis tutor dicatur eſſe in dolo, & contra eum jurari poſſit in litem, *d. l. tutor, qui repertorium, in princ.* Nec audiendus erit aliquo pacto tutor, ſi allegaverit ei datum non eſſe modum prudentis collocationis, maxime ſi res ſuæ melius geſtæ reperiantur, *l. tutor ſecundum dignitatem, §. non eſt audiendus, ff. de adm. tut.* quia non † minorem in rebus minoris, quam in propriis adhibere debet diligentiam, *l. à tutorib. ff. eod.* 196 197

Quarto ampliatur, quod † etiam tutor teneatur, ſi prædia minus idonea comparaverit per ſordes, aut per gratiam, *l. tutor, qui repertorium, §. competit. ff. de adminiſtr. tut.* Vel † ab eo quem ſciebat ſuſpectum, *l. Chirographis, in fin. ff. eod.* Niſi ceſſante tutoris lata culpa, ſive negligentia, quam † ſolam hac in parte præſtat, *d. §, competit,* & tradit Cagnol. *in l. contractus, nu. 63. ff. de reg. jur.* Et multo magis tenebitur tutor redimere bona pupilli aliis obligata, ſi pupillo hoc expediat, ut optime tradit Philip. Corn. *conſ. 243. nu. 9. lib. 3.* 198 199 200

Declaratur tamen hæc ſeptima † illatio, ut non procedat primo, quando pupillus non poteſt probare prædia fuiſſe venalia, quæ emere potuiſſet tutor, ut tradunt Dec. *conſil. 178. circa fin.* & ante eum Bart. *in d. l. tutor, qui repertorium, §. ſi poſt depoſitionem, in fin. ff. de adminiſt. tut.* ubi dicit, quod culpa & negligentia tutoris, qui non converterit pecuniam in emptionem prædiorum, non probetur, niſi oſtendatur & probetur in ſpecie, quod prædia 201

fuerint venalia, quæ tutor emere potuiſſet, per text. *in §. penult. in auth. ut hi,*
qui obligat. ſe hab. perhib. res min. quem ſequuntur Alex. *conſ. 74. in fin.*
lib. 6. Soc. ſen. *conſ. 149. in pr. lib. 1. & conſ. 92. num. 3. lib. 5.* & noviſſime
Menoch. *in 7. remed. recup poſſ. n. 23. & de arbit. jud. lib. 2. cent. 1. caſ. 49.*
num. 66.

203 Secundo † declaratur non procedere, quando non probatur per teſtes, vel
inſtrumenta, quod tantum pecuniæ ad manus tutoris pervenerit, vel pervenire
potuerit exactis debitis, quod prædia venalia emere potuiſſet, ut tradit Paul.
de Caſt. *conſ. 140. alias conſ. 301. incip. ad bene examinandum, n. 6. verſ. ſuper*
quinto, ibi, deberet, lib. 1. argum. l. 2. §. perveniſſe, ff. de hæred. vel act. ven-
dit. ut eum allegat Dec. *conſ. 178. circa fin.* Quo quidem caſu tutor ad intereſſe
non tenebitur, nec adverſus eum in litem jurari poterit, ubi tamen idem Caſtr.
hoc ſublimitat, quando tantum pecuniæ pervenerit, ſed non permanſerit.

204 Tertio declaratur non † procedere, quando tutor haberet liberationem in
teſtamento ſibi relictam ab inventario, & reddenda ratione, & omni eo, in quo
eum condemnari contingeret. Quo quidem caſu non tenebitur, ex eo quod
prædia non emerit, nec contra eum in litem jurare poterit, ſed ſolum tenebitur
tutor eatenus, quatenus locupletior factus reperiatur, ut tradit Dec. *d. conſ. 178.*
verſ. poſtremo, l. ſi quis ratione, ff. de liberat. leg. Angel. *conſ. 144.* & Corn.
conſ. 313. lib. 1.

205 Quarto declaratur non † procedere, quando adultus, vel minor ageret ad in-
tereſſe lucri ceſſantis; tunc enim non debetur, nec pro eo agi poterit, nec ju-
206 rari in litem, niſi prius † probetur per teſtes, vel aliter, quod tales res mercan-
tiles venales erant præ manib. & lucrum certum: tunc enim hoc probato, &
non aliter jurari poſſet in litem ſuper quantitate contra tutorem, ut tradit Paul.
de Caſtr. *in l. non utique, §. nunc de officio, ff. de eo quod certo loco.* ubi etiam
Jaſ. & Affl. *deciſ. 20.* & Dec. *conſ. 3.*

207 Infertur octavo, quod † ſi tutor pecuniam pupillarem in ſe, vel ſuos uſus con-
verterit, propria autoritate maximis uſuris ſubjiciatur, *l. qui negotiationem, §.*
ex duobus, & ibi gloſſ. *verbo, uſuras, ff. de admin. tut. l. qui ſine, ff. de negot. geſt.*
208 *l. curator, C. arbit. tut. l. 1. C. de uſur. pupill.* Ampliatur, ut † procedat primo,
etiam ſine ullo laxamento duorum menſium, *l tutor, §. uſuræ, ff. de adm. tut.*
& optime declarat Cuiac. *lib. 5. obſ. cap. 12.*

209 Secundo ampliatur, quod † etiam judex debeat eum condemnare ultra cen-
teſimas uſuras: imo etiam ſi duplum excedant, quando conſtat pupillum tan-
tum damni paſſum fuiſſe ex hac fraudatione, & interceptione pecuniæ. Spe-
210 ctat enim hic caſus ad intereſſe caſuale, etiamſi † non conſtat de certo & ſpeci-
fico damno, ſed de aperto dolo tutoris, non debet minus adjudicare pupillo,
quam centeſimas, niſi juſta cauſa aliud ſuadeat, *d. l. qui ſine, ff. de negot. geſt. &*
l. tutor, qui repertorium, l. non exiſtimo, ff. de adm. tut. quæ nominatim loquun-
211 tur de maximis & graviſſimis uſuris: & † ſic de centeſima, cum non ſit major
nec gravior in jure.

212 Tertio ampliatur, quod † etiam tutor ultra centeſimas uſuras debeat mul-

ctari

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

ctari à Præſide extra ordinem, & criminaliter puniri, tanquam bonorum uſurpator & prædo, ut tradit Crauet. *conſ.* 286. *num.* 1. Bart. *in* §. *quoniam, in auth. ut hi qui obligat. n.* 6. Dec. *conſ.* 192. *in fin.* & Rol. à Valle, *conſ.* 49. *num.* 26. *lib.* 1. Bellon. *conſ.* 32. 13. *&* 14. in adminiſtratore Univerſitatis & Reipublicæ. Dec. *conſ.* 373. & noviſſime Pinel. *in l.* 2. *part.* 3. *c.* 1. *n.* 29. *& ſeq.* C. *de reſcind. vend.*

Vertiſſe † autem in uſus ſuos pupillarem pecuniam, ut uſuris maximis ſubjiciatur, tutor videtur, quando ſibi ſumpſit ex adminiſtratione nummos, vel clam, vel quaſi ſua pecunia licenter abuſus fuerit, *l. tutor*, §. *pecuniæ*, cum §. *vertiſſe*, *l. Lucius*, §. *tutorum ff. de adm. tut. l. qui ſine, ff. de negot. geſt.* 213

Declaratur hæc † octava illatio, ut non procedat primo, quando tutor in uſus ſuos pecuniam converterit, & inde aliquid impenderit in rem pupillarem; quantum impenderit, deſinit vertiſſe, & exinde uſuras non præſtabit, *l.* 3. §. *plane, ff. de contrar. & util. act. tut.* nisi aliquid † impenderit ante in rem pupillarem, & poſt in uſus ſuos verterit: quo caſu non videbitur vertiſſe quantitatem, quæ concurrit cum quantitate ſibi debita, ut ejus ſummæ non præſtet uſuras, *d. l.* 3. §. *plane, verſ. etſi ante impendit, ff. de contrar. & util. tut. act.* 214 215

Secundo † declaratur non procedere, quando tutor ſuo nomine pecuniam pupillarem fœneraverit, *l. Lucius*, §. *tutorem*, *l. tutorem*, §. *pecuniæ*, *ff. de adm. tut. l. Cajus, in fin. ff. de uſur.* 216

Tertio non procedit † in eo, qui à contutorib. ſuis mutuo pecuniam pupilli acceperit palam, aperte certaſque uſuras promiſerit, quas & alii debitores ſolverint pupillo pecunia non indigente, ſed ocioſa: quia hic ſibi non conſumpſit, nec clam, nec quaſi ſua pecunia abutitur, & niſi his uſuris à contutore mutuum ei daretur, aliunde accepiſſet, *d. l. non exiſtimo*, *l. quoties*, §. *non tantum*, *ff. de admin. tut.* 217

Infertur nono, quod † tutor cogatur alimenta ſubminiſtrare pupillo, idque officio judicis; etiamſi † de ſtatu pupilli vel adulti, vel ejus bonis controverſia ſit, *l.* 1. *C. de alim. pupil. præſt.* Adeo † ut tutor, negans ſe habere pecuniam pupillarem ad alendos pupillos, convictus de mendacio, pendat graviſſimas uſuras, *l. tutor, qui repertorium*, §. *idem ſolent, ff. de adm. tut.* modus † autem, ſive qualitas, & quantitas alimentorum pupilli, arbitrio judicis relinquitur, *l.* 2. *ff. ubi pupill. educ. vel mor. deb.* In qua cognitione primo conſiderari debet qualitas perſonæ pupilli, *l.* 3. §. *ante oculos, ff. ubi pupil. educ. vel mor. deb.* Augentur † enim alimenta, ut ipſa perſona augetur, *l. cum unus*, §. *ult. ff. de alim. & cib. legat.* Pariſ. *conſ.* 98. *in fin. lib.* 2. Secundo modus † ſive quantitas patrimonii pupillaris, *d. l.* 3. *in prin. verſ. modum autem*, quem modum omnino tutor ſervare debet, qui Prætorem non adiit, ut modum ſtatueret, *d. l.* 3. *& l.* 2. *C. de alim. pup. præſt.* Idque ex † reditib pupilli; non enim alienanda proprietas eſt ob alimenta, ſecund. Bart. *in l. pen. ff. de alim. & cib. leg.* Crauet. *conſ.* 199. *n.* 11. *& conſ.* 219. *in fin.* Dec. *in l. Divus Pius. in fin. de reg. jur.* & Alex. *conſ.* 100. *in fi. lib.* 1. Amplius etiam Prætor † debet arbitrari tam moderate, ut non univerſum reditum patrimonii in alimenta decernat, ſed ut aliquid 218 219 220 221 222 223 224 225

ſemper

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

226 ſemper ex reditu ſuperſit, *d. l. 3. in princ.* Quæ alimenta † etiam augentur, au-
cto patrimonio, & e contra diminuuntur, eo diminuto, *d. l. 3. §. ſed ſi egeni, ff.*
227 *eod.* Tertio † conſideratur conſuetudo regionis, ut reſpondit Anchor. *conſil.*
383. *in fin.* quem ſecutus eſt Crauet. *conſ.* 189. *in fin.* allegans Roman. *conſ.*
228 189. Modus quoque, ſi per † Prætorem diffinitus eſt, ſervari debet, *l. 2. §. mo-*
229 *dus, ff. ubi pupil. educ. vel mor. deb.* niſi † Prætor ſtatuiſſet modum alimentis ul-
tra vires facultatum: quia ſi tutor ſuggeſſiſſet Prætori, non tanta decreviſſet, vel
decreta diminuiſſet, *d. l. 2. §. hoc amplius, ff. eod.* etiamſi pater ſtatuiſſet ultra
vires, *d. l. 2. §. ſed ſi pater.*

230 Sed hic illud quæri poterit, penes † quem educari pupillus debeat? Et vere
hoc in arbitrio judicis eſſe poſitum, ſatis intelligitur *ex l. ſi diſceptetur, ff. ubi*
pup. educ. & l. 1. & 2. C. eod. quod clarius affirmarunt Pariſ. *conſ.* 56. *n. 3. & 4.*
lib. 1. Soc. ſen. *conſ.* 193. *lib.* 2. Jaſ. *conſ.* 53. *lib.* 3. & Alex. *conſ.* 161. *num.* 11.
231 *lib.* 5. Qui † quidem judex poterit arbitrari, ut puella reponatur † in monaſte-
232 rio; vel poteſt cogere proximiores, recuſantes educationem, *l. 1. §. quamvis,*
233 *ff. ubi pupil. educ. vel. mor. deb. l. 1. in fin. C. eod.* adeo ut † etiam hæres vel le-
gatarius recuſans educationem teſtamento injunctam, privetur commodo ei
234 competente, *d. l. 1. §. certe non male.* In † qua educatione judex regulariter
ſequi debet votum patris erga filium: quia lex multum confidit de judicio patris
erga negotia filii, *l. fin. C. de curat. fur. & l. ſi furioſe, ff. eod. tit.* Gualdenſis *de*
235 *arte teſtandi, tit. de tut. cautel.* 5. dicens, voluntatem teſtatoris † ſervandam
eſſe, & ab ea judicem recedere non debere, niſi ex cauſa, idque probat, *ex d. l. 1.*
ff. ubi pupil. educ. & l. 1. C. eod allegans Soc. *conſ.* 193. *lib.* 2. quem ſequitur
236 Crauet. *conſ* 190. *n* 9. veluti quando pupillus † habet matrem vilem ac turpem,
quæ vitæ, religioni, moribus vel bonis, pupilli inſidiari præſumeretur, apud quem
judex non arbitrabitur pupillum eſſe educandum, etiamſi pro illis extaret pa-
tris voluntas, ut tradunt Corn. *conſ.* 175. *n.* 13. *verſ. ſecundo concurrit, lib.* 3.
Bald. *conſ.* 487. *lib. 5. per d. l. 1. in fin. ff. ubi pupil. educ.* Nec etiam † propter
237 violandam pudicitiam, noverca juvenis tenebitur ſtare cum † privignis, etiamſi
238 teſtator mandaſſet, nec filius tenebitur ſtare cum patre, ſi habeat uxorem juve-
nem, aut pulchram, & pater habeat filios primi & ſecundi matrimonii juvenes, ut
tradit Bart. *in l. Cajo. §. Imperator, ff. de alim. & cib. leg.* Boer. *deciſ.* 195. *n.* 6.
& Bellon *conſil.* 31. *n.* 14. facit text. *in l.* 2. & ibi gl. & Dd. *C. ubi pupil. educ.*
deb. l. lex quæ tutoris, verſ. lex enim, C. de adm. tut. Aretin *in §. actionum, n.*
239 73. *Inſt. de act.* Amplius etiam † idem judex debet arbitrari ex multis, ut edu-
cetur pupillus apud matrem honeſtam, *l.* 1. & ibi Dd. *C. eod. Novell.* 22. *§. por-*
ro. quandoquidem de matre lex multum confidit; quis enim amor parentum
240 ſuperare poteſt, *l ult. C. de curat. furioſ.* Et ideo quoque † videmus matrem de-
bitricem filiorum, ab adminiſtratione tutelæ non repelli, *authent. ut ſine prohib.*
deb. & credit. tutel. gerat. licet extranei debitores non admittantur, ut tradit
Signorol. *conſil.* 43. *num.* 2. Jaſ. *conſil.* 53 *lib.* 3. Pariſ. *conſil.* 56. *num.* 24. 25.
241 *lib.* 1. Sicuti † etiam mater præfertur fratri adulto ipſius pupilli; quia vere nul-
242 lus amor vincit paternum. Licet † enim text. *in l. poſſeſſionem, C. comm. utriuſ-*

que

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

que jud. velle videatur, matrem & fratrem eſſe pares in amore, ibi; *quis enim ferat liberos à parentibus, ſorores à fratribus, uxores à matris ſegregari?* ut text. illum perpendit Grammat. *deciſ.* 55. *in fin.* attamen literæ ordo oſtendit, matrem eſſe primam in amore. Quod tamen † non procedit primo quando pupillus magis commode apud fratrem educari poſſet, & hoc videat judex ex æquitate pupillo expedire, ut tradit Soc. ſen. *conſil.* 193. *lib.* 2. quam æquitatem ſummopere judex ſpectare debet, ut reſpondit Pariſ. *conſ.* 56. *n.* 5. *lib.* 1. Nec ut aliter faciat, moveri lachrymis maternis, ſed omnino facere debet, quæ utilia magis ſunt pupillo, ut tradit Bald. *conſil.* 487. *in fin. lib.* 5. & Jaſ. *conſ.* 237. *l.* 2. 243

Secundo non procedit, quando † mater tranſiviſſet ad ſecunda vota, vel ſuſpicio eſſet tranſituram, *l.* 1. *ff. ubi pupill. educ. deb. ibi; ſi non vitricum ejus induxerat*: ut late tradit Curt. jun. *conſ.* 94. *num.* 9. Crauet. *conſ.* 18. *n.* 3, Ratio eſt, quia lex plus de ea non confidit, imo præſumit, quod vitæ liberorum inſidiabitur, *l. lex quæ tutores*, § *fin. C. de admin. tut.* Et ita in judiciis ſervari dicit Guid. Pap. *deciſ.* 539. ubi optime de hac materia, niſi mater † non ſucceſſerit filio, niſi in tertia parte hæreditatis, & duæ partes ſpectarent ad agnatos proximiores, & valde honeſta eſſet: quo caſu ceſſat omnis ſuſpicio, cum non ſit veriſimile, quod mater, quæ ſucceſſura eſt ſolum in tertia parte hæreditatis, inſidiatura ſit vitæ filiæ, ad cujus ſucceſſionem admittuntur agnati proximiores in duabus partibus, ut tradit Curt. jun. *d. conſ.* 94. *n.* 9. *per l. fin. C. ubi pupill. educ. deb.* dum dicit; *utrum nepos tuus ex filia apud patruum ſuum morari debeat, ex ſingulorum affectione, & quod magis ad ſucceſſionem ex ſpe ſucceſſionis proximior ſit, æſtimabitur.* 244 245

Tertio non procedit, quando pro † fratre extaret conjecturata patris voluntas; quia † quod tibi non nocet, & alteri prodeſt, facile concedi debet, *l.* 2. §. *item Varus, ff. de aq. plu. arc.* Sed fratri prodeſt alimenta in domo propria ſorori præſtare, nec hoc nocet matri; apud fratrem ergo ſoror educanda erit; quod † procedit etiam ſi is frater eſſet alteri ſubſtitutus, vel fratri ſorori, nam adhuc ex ratione relata educari apud eum debet. Et licet pupillus non † ſit educandus penes ſubſtitutum, cum ſuſpicio inſidiarum ſubeſſe præſumatur, *l.* 2. *ff. ubi pupill. educ. deb. & l. ult. C. eod.* attamen hæc ſuſpicio non conſideratur in fratre, ſed ſolum in extraneo ſubſtituto. 246 247 248 249

Quarto non procedit, quando † mater eſſet vilis, turpis, vel alias ſuſpecta de vita, moribus, & religione, ut tradit Crauet. *conſ.* 18. *n.* 3. & 11. de qua re ſupra proxime diximus. 250

Præterea quoque † judex debet arbitrari in avia materna, ut non exiſtente patre vel matre, vel alio aſcendente, admittatur ad pupilli educationem, ut tradit Bal. *conſ.* 367. *lib.* 5. referente Thom. Gram. *deciſ.* 55. *n.* 4. ſequitur Corn. in matre, *conſ.* 175. *n.* 13. *lib.* 3. Idque non obſtante † ſucceſſione aliqua ab inteſtato, per ea, quæ tradit Corn. *conſ.* 292. *n.* 14. *lib.* 1. propter immenſum amorem, quem portant aſcendentes † deſcendentib. ſuis, quibus perpetuatur eorum nomen & ſucceſſio, & nullus ſit amor, qui vincat parentem, & aſcendentium, *d. l. fin. C. de decur. l. nec in ea, ff. de adult. l. iſti quidem, ff. quod met. cauſ.* 251 252 253

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

254 Idem quoque † pupillus regulariter educari debet apud tutorem, ut tradit Philip. Corn. *conſ.* 198. *n.* 20. *lib.* 1. allegans Salic. *in l.* 1. *C. ubi pupil. educ. deb.*
255 dicens, judicem † non debere facile pupillos trahere ab his, qui eos multis an-
256 nis fideliter educarunt, cum † ex præterito præſumatur in futurum, per ea quæ habentur *in c. ſcribam, de præſump.* Sicut è contrario judex moveri non de-
257 bet, ut † educetur pupilla apud eum, qui male ſe geſſerit erga pupillam, inducendo eam ad immaturum conjugium, cum juvene, cujus in futurum forte pœnitere poſſit, in cujus perſona nulla eligendi ratio conſiderari poteſt. Nam ſicut in præteritum male ſe geſſit, ita in futurum præſumendum eſt, eum facturum eſſe, *l. non omnes*, §. *à Barbaris*, *ff. de re mil. c. mandata*, *& d. c. ſcribam,*
258 *de præſumpt.* Bart. *in l. ſi cui*, §. *eiſdem. ff. de accuſ.* Quæ regula † ſine dubio procedit in his, quæ de facili non mutantur, ut tradit Bald. *conſ.* 52. *lib.* 5.
259 Nec apud eum quoque pupillus educari debet, qui † proximus ei futurus eſt hæres: debet enim curare, ut ſine ulla maligna ſuſpicione alatur, *l.* 1. *ff. eod.* & tradit Corn. contra ſubſtitutum *d. conſ.* 175. *n.* 13. *verſ. quinto quia, lib.* 3. *idem conſ.* 198. *n.* 20. *lib.* 1. & facit *l.* 2. *C. ubi pupil. educ. deb.* Guid. Pap. *de ſubſtituto, q.* 539. & Chaſſ. *tit. des enfans.* §. 8. *n.* 11. Legimus enim olim à ſubſtitutis ſtructas frequenter fuiſſe pupillis inſidias, ut indicant impia illa vulgi vota, apud Perſium *Satyra* 2.

——— *Pupillumve utinam, quem proximus hæres*
Impello, expungam ———

260 Notaque eſt † illa mulier Mileſia, quæ accepta à ſubſtituto pecunia, partum
261 ſuum medicamentis abegit, necavitque, *l. Cicero, ff. de pœn.* & ſceleratus ille † tutor cruci olim affixus ab Imperatore Sergio Galba, quod pupillum, cui ſubſtitutus erat, veneno ſuſtuliſſet. Quare & hæc pericula pupillaris ætatis omnium inſidiis expoſitæ, moverunt olim veteres, ut noluerint pupillum educari apud eos, ad quos proxime pertineret legitima ejus ſucceſſio, *l.* 1. *ff. ubi pupil. educ.*
262 Infertur decimo, quod † tutor reficere cogatur ædificium deformatum: alias enim tenebitur pupillo ad omne intereſſe, & damnum, *l. lex quæ tutores*, §. *ergo*
263 *& domus, C. de adm. tut.* Nec † etiam domum vendere licet, maxime in qua defecit pater, minor crevit, in qua majorum imagines, aut non videre fixas, aut revulſas ſatis eſt lugubre, *d. l. quæ tutores*, §. *nec vero.* Id quod etiam procedit
264 † in adminiſtratore Reipublicæ, qui debet diligenter inſpicere horrea, & ſi ſartorum tectorum curam neglexerit, & ibi aliqua perirent, ad damnum ejus refere-tur, *l.* 2. *C. de cond. in publ. horr. lib.* 10. & ibi Joan. de Plat. *l. ſi in aliquam*, *ff. de*
265 *offic. Proconſ.* Quod † etiam locum habet in uſufructuario, quando impenſa
266 eſſet modica, *l. hactenus. ff. de uſufruct. & l. eum ad quem, C. eod.* Adeo ut † etiam Præſes provinciæ, vel Proconſul in provinciis, Romæ vero Cenſores, vel Ædiles dominum ædium, cauſa cognita, compellere potuerint ad refectionem, vel ut venderet refecturo, vel etiam ut deponeret, ob periculum quod immineret tranſeuntibus, *l. Præſes provinciæ inſpectis*, *ff. de offic. Præſid.* Cæpoll. *in tract. de ſervit. urb. cap.* 50. *in Rubr. de refectione.* Marſil. *ſing.* 470. & Jac. Novell. *reg.* 140. *de paupere nobili habente domum ruinoſam, argum. l. fin. C. quib.*
ex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

ex cauſ. ſervi pro præm. libert. accip. allegans Felin. *in c. nonnulli, de reſcript.* & Rom. *ſing.* 718. *&* *ſing.* 784. Præterea † etiam domino ædium detrectante 267
dirutam domum reficere, curator Reipublicæ reficiet ſumptu publico, quem ſumptum niſi Dominus reſtituat intra quadrimeſtre cum uſuris ſemiſſibus, eas reſpublica diſtrahit, *l. ad curatoris, ff. de dam. infect.* Joan. de Plat. *in d. l. 2. C. de condit. in publ. horr.* Ideo dicitur † Reipublicæ intereſſe ut ædes reficiantur, 267
l. 2. C. de ædif. privat. l. 2. §. ſi quis à nemine, & l. fin C. ne quid in loc. publ. &
quod mutuans ad refectionem † ædium habeat privilegium, ut aliis anteriori- 268
bus creditoribus præferatur, *l. 1. C. de ceſſ. bon. l. interdum, C. qui pot. in pig.*
& quod † donatio facta ad refectionem domus, non indigeat inſinuatione, quan- 269
do ea neceſſaria eſſet, ut quia domus eſſet corrupta collapſave incendio, vel ruina, ſecus tamen quando talis impenſa eſſet utilis, puta, quia parietes domus erant debiles ad ſuſtinenda onera graviora, veluti lapideos arcus conſtruendos, cum tamen ſufficerent ad ſtatum domus præſentem.

Ea quoque † de cauſa ſocius faciens neceſſarios ſumptus in refectionem do- 270
mus communis, conſequitur centeſimas uſuras, uſque ad quatuor menſes immediate ſequentes, poſt vero ſemiſſes duntaxat, *l. ſi ut proponas, C. de ædif. privat. l. cum duobus, §. idem reſpondi, ff. pro ſoc.* de qua re Molin. optime *de uſuris, n. 57.* Cuiac. *tit. de præſcript. c. 16.* ubi dicit, quod † poſt quatuor men- 272
ſes dominium ædium ei addicatur in ſolidum, idq; probat, *d. l. ſi ut proponas. C. de ædif. privat. & d. l. cum duobus, §. idem reſpondi.* optime Hipp. Riminald. *in tit. de donat. §. 1. num. 443. & duob. ſeq.* ubi hoc limitat in utili refectione tantum.

Infertur undecimo, quod † tutor diligenter inquirere teneatur, an expediat 273
nomine pupilli hæreditatem adire? Nam ſi damnoſam adierit, vel lucroſam repudiaverit, damnum temere aditæ vel contemptæ hæreditatis ſarcire debet, *l. ſi ad pupillum, ff. de autor. tut. l. cum tutor, ff. de tutel. & rat. diſtrah. l. tutelæ, cum l. ſeq. ff. locat. l. eum qui, C. arbit. tut.* Roman. *conſil. 25. n. 44. & ſeq. lib. 2.* & hoc ne culpæ obnoxius judicio tutelæ vel curæ teneatur, *l. quicquid, C. arbit. tut.* Et quod † etiam talis tutor ſuſpectus dicatur, *l. 3. §. tutores, ff. de ſuſpect. tut.* 274
Nec etiam eo caſu pupillus conſequendo damnum à tutore, tenetur creditoribus quaſi adiiſſet, *d. l. eum qui, C. arbit. tut. l. cum tutor, ff. de tutel. & rat. diſtrah.* Et generaliter tenetur tutor ex officio in ſua adminiſtratione diligenter 275
conſiderare, & diſcernere, quid ipſi pupillo ſit utilius, & magis expediat, & illud, omnibus poſthabitis, facere & exequi, *l. tutor, qui repertoriū, ff. de adm. tut. l. lex quæ tutores, C. eod. l. magis puto, §. non paſſim, ff. de reb. eorum.* Rom. *conſ.* 413.
ubi etiam † dicit, quod ſumptus pupillo non expedientes, qui per tutorem facti 276
fuiſſent, ei, non pupillo imputentur, *l. 1. §. præterea, ff. de tut. & rat. diſtrah.*

Infertur duodecimo, quod † tutor teneatur nomine pupilli fideicommiſſarie 277
ſubſtituti cogere hæredem, ut adeat, & reſtituat, ne ſi per mortem gravati decedentis ante aditionem contingat extingui fideicommiſſum, ipſe tanquam deſertor utilitatis † impuberis teneatur, maxime ſi cauſam teſtamenti pro- 278
babiliter non ignoravit, *l. tutores, §. hæres, ff. de adm. tut.* Id quod maxime

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

procedit, quando tutor eſt regionis ejus, ubi habitat perſona inſtituta; quia ea
279 quæ † ſunt agenda cum perſona, pertinent ad tutorem ejus regionis, unde eſt perſona, ea vero quæ agenda ſunt in rebus ad tutorem ejus regionis, ubi res ſita eſt, ut tradit Bart. *in d. §. hæres*, de qua re late Alex. *conſ.* 31. *lib.* 1. *per tot.*

280 Infertur decimotertio, quod † conditionis vel modi complementum contractui lucrativo minoris, teneatur facere tutor, & bona alienata in termino redimendi conceſſo recuperare ſi poteſt, alioquin tenetur ad intereſſe minoris, *l. pupillorum, C. de adm. tut.* Qui etiam pecunias pro onerib. publicis ſeu canone emphyteutico, vel cenſu debitas, ſolvere debet: alioqui ſi ob non ſolutio-
281 nem † minorum bona cadant in commiſſum, ſeu amittantur, vel ſubhaſtentur, quod tenebitur de omni intereſſe, & contra eum in litem jurari poterit: & quod damna ac intereſſe eorum minorum proprio juramento in litem probari poterunt; quia dicitur fuiſſe in dolo vel culpa, *l. ſi tutores, C. de adm. tut.* Id quod etiam † obtinet, ſi ſcienter indebitum ſolverit, *l. cum poſt, §.* 1. ubi Bart. *ff. de adm. tut.* & generaliter ſi aliquid fecerit contra utilitatem pupilli, vel data occaſione non acquirendo, vel omittendo.

282 Infertur decimoquarto, quod † quando tutor contrahendo damnum infert aliquo modo pupillo, in pupilli electione ſit, contra tutorem agere ad intereſſe, vel in integrum reſtitui, *l. etiam*, ubi omnes Dd. *C. ſi tut. vel curat.* & tradit Abb.
283 *in c. cum veniſſent. de in integr, reſt.* niſi plene † conſultum eſſet pupillo contra tutorem, quo quidem caſu dicit Ruin. *conſ.* 119. *n.* 18. 19. *&* 20. *lib.* 5. contra
284 Aretinum reſtitutionem † non dari; quam dicit eſſe communem opinionem.

285 Infertur decimoquinto, † quod tutor negotia minoris celeriter expedire debeat, & ſi ipſe ſolus non poſſit, ea diligentibus perſonis, non autem deſidioſis, & negligentibus committere debeat, *l. ſi procuratorem, §. ſi tutores, ff. mandati. & l. nam & Servius, §. fin. ff. de neg. geſt.*

286 Poſtremo infertur, quod † tutor ſummopere animadvertere debeat, ut vita minoris à criminibus, & res ejus, ab injuria impiorum ſerventur, *c.* 1. 12. *q.* 1. *gl. in clem. quia contingit, & c. duo iſta,* 23. *q.* 4. quales hodie multi inveniuntur, qui cum proximis ſuis amice quidem loquuntur, ſed malum meditantur in cordib. ſuis, id eſt, qui verbis apud ſocios amicitiam ſimulant, & venenum peſtilens in pectore geſtant, de quibus loquitur Pſal. 28. qui, quod nec vi, nec fraude poſſint, tandem juris ſpecie, nituntur obtinere.

CAP. XXXIII.

Minorum bona qua ſolemnitate alienentur, vel alio quovis modo diſtrahantur, & in quibus caſibus decreto Prætoris opus ſit, vel non, plene declaratur.

SUMMARIA.

1 *Rerum minorum immobilium alienatio, ſine cauſæ cognitione, & judiciali decreto facta, non valet.*

2 Com-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

2 *Communis opinio.*
3 *Cauſæ cognitio, quæ requiritur in alienatione bonorum immobilium minoris, eſt de ſubſtantia alienationis.*
4 *In alienatione rei immobilis minoris ſola tutoris autoritas non ſufficit.*
5 *In alienatione rei immobilis minoris duo copulative requiruntur; Forma, id eſt ſolemnitas, & juſta cauſa, nec unum ſine altero ſufficit.*
6 *Bona immobilia minoris alienari non poſſunt ſine cauſa neceſſaria æris alieni.*
7 *Prætor non poteſt permittere tutori vendere prædia minoris, ſi æs alienum non immineat, licet tutor alleget venditionem utilem fore pupillo & ſi permiſerit, venditio nulla erit.*
8 *Rolandus à Vall. vir de legali ſcientia bene meritus.*
9 *Judicis arbitrio relinquitur, quando æs alienum urgere dicatur, ut bona minorum alienari poſſint.*
10 *Tutori, vel curatori, aſſerenti de ære alieno, non creditur, ſed veritatem ulterius Judex perſcrutari debet ab illis, qui notitiam habeant de ſtatu minoris. num. 16.*
11 *Minorum prædia non ſunt alienanda cum extant pecuniæ. Limitatur num. 12.*
13 *Iudicis arbitrio relinquitur, quæ res minorum præter prædia commodius alienari poſſunt.*
14 *Vt ſtabilia minoris cum minori diſpendio alienari poſſint neceſſaria eſt judicis interlocutoria, bona alia non extare.*
15 *Alienatio fieri debet de rebus minus damnoſis, & de reditu magis, quam de prædiis minoris.*
16 *Iudex debet ſe inſtruere de bonis minorum, convocando amicos, & neceſſarios pupilli.*
17 *Synopſis quid?*
18 *Alienatio facta ſine prævia ſolemnitate eſt nulla.*
19 *Cauſæ cognitio adhibenda eſt an creditor inſtet, vel non, ut bona minoris alienari poſſint.*
20 *Vrgere quid ſit.*
21 *Juſta cauſa alienandi bona immobilia minoris apparere debet per inſtrumentum & acta.*
22 *Iudex inquirere debet, an potius vendere bona immobilia minoris expediat, quam obligare.*
23 *Decretum alternative interponi non poteſt, niſi ad excuſandum tutorem. & num. 24.*
25 *Tutor vendere non poteſt ſi Prætor obligare permiſerit, aut e contra.*
26 *Prætor debet obſervare, ne plus accipiatur ſub obligatione prædiorum fœnoris, quam opus ſit ad ſolvendum æs alienum.*
27 *Prætor curare debet, ut pecunia mutuo accepta à tutoribus ſolvatur creditoribus.*
28 *Permiſſa contra regulas juris communis, pro aliqua neceſſitate, eatenus permiſſa intelliguntur, quatenus illa neceſſitas urgeat.*
29 *Vt minoris prædium alienari poſſit, tutoris, vel curatoris autoritas intervenire debet.*
30 *Vt valeat alienatio rei ſtabilis pupilli, debet conſtare de tutela, & inventario tutoris.*
31 *Non ſufficit quem tutorem eſſe, ut alienatio fieri poſſit; ſed talem qui legitime adminiſtret, & in adminiſtratione ſit.*
32 *Protutor, qui vero non eſt legitimus tutor ſi alienet, vel obliget bona pupilli, etiam omnibus aliis ſolemnitatibus requiſitis intervenientibus in alienatione bonorum immobilium mino-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

minoris, nihilominus talis contractus vel alienatio non valet.

33 *Communis opinio.*
34 *Minoris bona cum ex cauſa alienantur, probari debet cauſa.*
35 *Iudici aſſerenti cauſam alienationis bonorum minoris eſſe juſtam, non creditur.*
36 *In alienatione rei minoris requiritur decreti interpoſitio, quæ eſt de forma, nec ſufficit conſtitui procuratorem.*
37 *Statutum requirens alias ſolemnitates à jure non requiſitas, illæ quoque intervenire debent ultra requiſitas à jure communi.*
38 *Intellectus Statuti Ultrajectini, Rubrica 28. articulo 6.*
39 *In derogationem aliorum ſtatutorum non ſumitur argumentum à contrario ſenſu.*
40 *Solemnitas Statuti ultra jus commune copulative requiritur, & ſtatutum repletur à jure communi.*
41 *Statutum præſumitur potius velle conſervare alia ſtatuta, quæ ab eodem fonte proceſſerunt, quam jus commune.*
42 *Per dictionem,* tantum, *non corrigitur aliud ſtatutum.*
43 *Statutum loquens de minore alienante habet etiam locum in alienatione facta per tutorem vel curatorem.*
44 *Qui per alium facit, interpretative dicitur facere.*
45 *Omiſſio ſolemnitatis ſtatutariæ vitiat actum, nec poteſt adimpleri in æquipollenti, ſed debet ad unguem ſervari.*
46 *Statutum loquens de alienationibus rerum minorum favorabile judicatur.*
47 *Extenſio fit data rationis identitate in favorabilibus, & exorbitantibus.*
48 *Statutum loquens de perſona vera extenditur ad fictam, veram repræſentantem.*
49 *Conſuetudo contra ſtatutum an ſit attendenda?*
50 *Statutum concernens favorem minorum ipſos ligat, quocumque loco contrahant.*
51 *Et quid ſi non contrahant cum ſubdito ſtatuentium, ſed cum alio.*
52 *Statutum locum habet quocumque celebretur contractus, ſi rem ipſam reſpiciat.*
53 *Ratione rei ſitæ in aliquo loco multa conceduntur, quæ alias non concederentur.*
54 *Decretum neceſſarium in alienanda re minoris immobili, alioqui ejus omiſſio vitiat venditionem.*
55 *In alienatione bonorum immobilium minoris, quis Iudex decretum interponere debeat.*
56 *Iudex interponendo decretum in actibus, ad ſuam juriſdictionem ſpectantibus, omnino ſedere debet.*
57 *Conſuetudo & ſtylus fori loci, habet vim ſpecialis privilegii Principis.*
58 *Iudex delegatus ad unam cauſam, in ſua camera decretum interponere poteſt.*
59 *Arbiter ad ſuum arbitrium poteſt eligere locum honeſtum ad decretum interponendum.*
60 *In alienatione rei immobilis minoris poſt decretum requiritur ſubhaſtatio. & num. 64.*
61 *Communis opinio.*
62 *Pro decreto Iudicis præſumitur.*
63 *Communis opinio.*
65 *Tutor vel curator ſine ſolemnitatibus requiſitis, bona minorum alienans, dicitur eſſe in dolo, contra eum juratur in litem, ac etiam extra ordinem punitur. n. 66. 67.*

68 *Præ-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

68 *Prælatus alienans bona immobilia Eccleſiæ dicitur perjurus.*
69 *Pater tutor filii non poteſt prædia filii ſine decreto alienare. Ampliatur num.* 70.
71 *Pater legitimus adminiſtrator bonorum filii, poteſt bona filii ſine decreto alienare. Limitatur num.* 72.
73 *Minor non poteſt ſine decreto alienare prædia etiam inter affines, & ſanguine conjunctos.*
73 *Minor ſe majorem jurans, licet beneficium reſtitutionis tollat, non tamen nullitatis allegationem.*
75 *Communis opinio.*
75 *Minor etiam obtenta venia, non poteſt ſine decreto alienare immobilia.*
77 *Venia ætatis licet tollat reſtitutionem in integrum, tamen non tollit nullitatem actus, ubi de alienatione, vel hypotheca rerum immobilium agitur, vel quæ immobili æquiparetur, num.* 126. *Ampliatur num.* 78.
79 *An tutor ſine decreto bona minoris immobilia poſſit alienare, vel transferre in eum, à quo minor ea habuerit vel provenerint.*
80 *Emens rem minoris, ſine requiſitis ſolemnitatibus, dicitur in dolo præſumpto, mala fide, & pretium perdit. Limitatur num.* 82. 83. 84.
81 *Præſumptio juris, & de jure, probationem in oppoſitum non admittit.*
85 *Bonæ fidei poſſeſſor, licet non teneatur ad damni æſtimationem, tamen tenetur in quantum factus eſt locupletior.*
86 *Hæres ex delicto defuncti tenetur, quatenus eſt factus locupletior.*
87 *Eccleſia tenetur, quatenus eſt facta locupletior.*
88 *Eccleſia eſt cultrix, & auctrix Juſtitiæ quæ nihil patiatur contra juſtitiam fieri.*
89 *Alienans rem minoris ſine requiſitis ſolemnitatibus poteſt rem cum fructibus revocare.*
90 *Vir alienans rem dotalem contra juris prohibitionem, poterit avocari etiam conſtante matrimonio. Ampliatur num.* 92. 93. 94.
91 *Communis opinio.*
95 *Quando contractus non tenet ipſo jure, non debet peti in integrum reſtitutio. Limitatur num.* 96.
97 *Res alienata non ſervata ſolemnitate, perit emptori, non obſtante contra actus nullitate.*
98 *Communis opinio.*
99 *Tutor an teneatur de evictione ſuo nomine, ſi rem pupilli immobilem vendiderit, & pro evictione obligaverit omnia pupilli bona.*
100 *Officium tutoris eſt publicum autoritate, & utilitate privatum.*
101 *Vendens ex officio non tenetur de evictione. Ampliatur num.* 102. 106. 108. *Limitatur num.* 107.
103 *Qui cum alio contrahit, ſcire debet conditionem ejus, cum quo contrahat.*
104 *Emptor emens rem alienam ſcienter à non domino, non agit de evictione contra venditorem, ſed ſolum ad pretii reſtitutionem.*
105 *Scire, & ſcire debere, æquiparantur.*
109 *Tutor vendere non poteſt rem pupilli ſine neceſſitate, & Judicis decreto, alioqui tenetur ad reſtitutionem pretii.*
110 *Curator rem furioſi non alienat ſine decreto. Ampliatur n.* 111. *Limitatur n.* 112.

113 *Mi-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

113 Minor non poteſt ſine decreto Prætoris alienare bona, quæ alias ejus pater habebat venalia.

114 Minor non poteſt ſine decreto alienare fundum emphyteuticum.

115 Minor non poteſt ſine decreto alienare argentifodinas, ſalinas, & his ſimilia.

116 Minor non poteſt ſine decreto alienare fundum à ſe bona fide poſſeſſum.

117 Idem ſi poſſideat ex cauſa damni infecti juſſu Prætoris.

118 Minor fundum ſterilem ſine decreto alienare non poteſt.

119 Minor non alienat bona communia ſine decreto.

120 Communia prædia quæ dicantur.

121 Servitus imponi non poteſt fundo pupilli, vel adoloſcentis, nec remitti.

122 Minorum prædia alienari non poſſunt ſine decreto, etiam ob debitum fiſcale.

123 Tutor non poteſt vendere reditum minori debitum ſine decreto.

124 Tutor non poteſt nomine minoris ſine decreto reditum annuum ſuper ſe, vel bonis ſuis, de novo conſtituere, vel alteri vendere. Ampliatur num. 126.

125 Communis Pragmaticorum opinio.

127 Quomodo probetur pecuniam eſſe verſam in utilitatem minoris.

128 Locupletior quando quis dicatur factus. num. 133. 134.

129 Ut quis dicatur locupletior factus, inſpicitur tempus, quo judicium accipitur, id eſt tempus litis conteſtationis.

130 Bonæ fidei poſſeſſor quando dicatur locupletior, inſpicitur tempus rei judicatæ.

131 Cui incumbat probatio locupletem aliquem factum eſſe, ſi contractus teneat, & minor petat reſtitutionem, & quid ſi contractus fuerit nullus. num. 137.

132 Vnuſquiſque debet probare fundamentum ſuæ intentionis.

134 Locupletior præſumitur factus, qui receperit pretium, nec appareat conſumptum.

135 Communis opinio.

136 Nemo præſumitur ſuum velle jactare.

138 In contractu mutui utiliter verſum probari debet per agentem.

139 Alienatio mobilium minoris, quæ ſervando ſervari poſſunt ſine decreto non valet. Ampliatur num. 140.

141 Quando dicatur res ſervando ſervari poſſe.

142 Minor jure Digeſt. ſine decreto Iudicis alienare poteſt res mobiles, quæ ſervando ſervari poſſunt.

143 Lex, quæ tutoris, C. de admin. tut. in Gallia ubique exolevit.

144 Veſtes detritæ, & animalia ſupervacua, ſine decreto alienari poſſunt.

145 Adultus curatore carens poteſt alienare bona omnia ſine decreto.

146 Adultus curatore carens habetur pro minore, quantum ad hoc ut geſta per eum valeant.

147 In pecunia minoris alienanda non eſt neceſſarium decretum judicis.

148 Ex pecunia pupilli recte ſolvitur creditoribus minorum ſine decreto.

149 Tutor poteſt alienare res, quæ pondere, numero vel menſura conſtant, ſine decreto.

150 Minor ſine decreto, & autoritate tutoris, non poteſt cedere actiones, vel jura ſua. Ampliatur num. 152. 155.

151 Communis opinio.

152 Minor non poteſt ſine decreto cedere jus, vel actionem competentem ad rem immobilem.

153 Com-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

153 *Communis opinio.*
154 *Qui actionem habet ad rem, ipſam rem habere videtur.*
156 *Minor ſine decreto & autoritate tutoris poteſt cedere actionem ex neceſſitate contractus cum defuncto initi.*
157 *Minor poteſt ſine decreto & autoritate tutoris, cedere actionem ex cauſa tranſactionis.*
158 *Ceſſio minoris debiti alternativi valet ſine decreto.*
259 *Actio ex natura rei, in qua ipſa continetur, vel ad quam competit mobilis vel immobilis judicatur:*
160 *Actio quæ datur ad aliquid mobile, computatur inter mobilia.*
161 *Actio perſonalis ex ſtatuto competens cenſetur mobilis.*
162 *Meum proprie non dicitur quod eſt mihi debitum.*
163 *Adultus poteſt ex neceſſitate fideicommſſi cedere actionem ſine decreto, ſed pupillus ſine tutore non poteſt.*
164 *Actio competens ad rem, quæ ſervando ſervari non poteſt cedi poteſt ſine decreto.*
165 *Idem judicamus pro ipſa actione, prout de ipſo, ad quod dicitur dari actio.*
166 *Quæ res dicantur ſervando ſervari non poſſe.*
167 *Fructus alienari poterunt ſine decreto. Ampliatur. num.* 172. 173.
168 *Communis opinio.*
169 *Si quis agat ad fundum, & ad fructus perceptos ex fundo, ſi anni decem pluresve fuerint tranſacti, non debet petere adverſarium condemnari ad ipſos fructus. ſed ad æſtimationem, quia non eſt veriſimile quod extent.*
170 *Minor adverſus fructuum venditionem non reſtituitur.*
171 *Minor apud ſuos perinde ac major liberam habet fructuum adminiſtrationem.*
174 *Tutor poteſt actiones competentes ad res, quæ ſervando ſervari non poſſunt, cedere.*
175 *Tutor poteſt cedere actiones competentes ad fructus pecuniæ.*
176 *Tutor poteſt alienare molendina cum ſint in continuo periculo.*
177 *Pecunia numerata eſt res, quæ ſervando ſervari non poteſt.*
178 *Communis opinio.*
179 *Pecunia depoſita ad emptionem prædiorum an poſſit alienari ſine decreto?*
180 *An pecunia depoſita apud Campſorem, vel ad banchum pro emptione prædiorum, alienari ſine decreto poſſit?*
181 *Pecunia depoſita pro tuitione, & conſervatione patrimonii, ut loco non moveretur, alienari ſine decreto non poteſt.*
182 *Minorum bona pignori dari non poſſunt. Limitatur num.* 184. 185.
183 *Minor non poteſt dare pignori fundum à ſe emptum, ut inde reſiduum pretii venditori ſolvat.*
186 *Tutor non poteſt creditori pro ſecuritate conſtituere hypothecam formalem.*
187 *Tutor poteſt res à patre pupilli prius hypothecatas, ſolvendo primo creditori, à primo liberare, & ſecundo creditori hypothecare ſub levioribus uſuris.*
188 *Venditio cum pacto de revendendo an valeat, remiſſive.*
189 *Minorum bona communia ſine decreto dividi non poſſunt. Ampliatur num.* 192. 193. 194. 195. *Limitatur nu.* 205. 209. 211. 212. 213. 214. 216.

190 *Diviſio ſpecies alienationis eſt.*
191 *Diviſio emptio & venditio appellatur.*
196 *Quando concurrit prohibitio legis, & teſtatoris, prohibitio teſtatoris auget prohibitionem legis.*
197 *Cauſa exprimi debet, quando receditur à communi regula ex cauſa.*
198 *Communis opinio.*
199 *Juramentum minoris, confirmat diviſionem factam contra præceptum teſtatoris, & diſpoſitionem legis.*
200 *Iudex poteſt recedere à præcepto teſtatoris, ex nova cauſa teſtatori antea incognita ſi pupillo utilis ſit.*
201 *Minor provocans ad diviſionem, ſi poſtea tranſigat in præſentia amicorum, poteſt reſtitui ſi aliud gravamen non habeat. Limitatur num.* 202.
203 *Minor an poſſit provocare ad diviſionem fructuum, & redituum annuorum.*
204 *Communis opinio, fructus & reditus annuos dividi poſſe.*
205 *Minoris bona ex cauſa dividi poſſunt, ut ſi ſocius vel frater eſt rixoſus. Ampliatur num.* 207. 208.
206 *Communis opinio.*
209 *Dividi poſſunt minoris bona communia, quando res communis eſt minori damnoſa.*
210 *Communis opinio.*
211 *Minoris bona ex cauſa dividi poſſunt, quando provocaretur ad diviſionem à majore.*
212 *Minor ſine decreto judicis dividere poteſt hæreditatem, in qua tantū ſunt bona mobilia.*
213 *Diviſio nulliter facta per minorem, cenſetur de novo facta, quando poſt majorem ætatem longo tempore tacuerit, poſſidendo bona juxta formam ipſius diviſionis.*
214 *Tutor alium provocare poteſt ad diviſionem, quando eſſet aperta via per unum ex ſociis pupilli, quo provocaverit ad diviſionem.*
215 *Inſtituto filio datur contra tabulas beneficium præterito.*
216 *Diviſio fieri poteſt cauſa Commodioris culturæ.*
217 *Tutor non poteſt compromittere de rebus minorum. Ampliatur num.* 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. *Limitatur num.* 228. 231. 232. 234. 235.
218 *Communis opinio.*
219 *Qui non poteſt alienare, non poteſt compromittere.*
228 *Tutor compromittere poteſt ex neceſſitate legis, vel ſtatuti. Ampliatur num.* 230.
229 *Communis opinio.*
232 *Tutor, quando provocatur ad diviſionem, poteſt compromittere, ſi de provocatione liquido conſtet. Ampliatur num.* 233.
236 *Prælatus habens liberam adminiſtrationem, non poteſt compromittere cum poteſtate procedendi de jure, & facto, & ſententiandi de jure tantum.*
237 *Prælatus non poteſt jura Eccleſiaſtica in aliquo remittere. Ampliatur num.* 238.
239 *Tutor ſine Prætoris decreto de bonis pupilli tranſigere non poteſt. Ampliatur n.* 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. *Limitatur num.* 247. 289. 290. 291.
247 *Tutor poteſt tranſigere rem retinendo, & actori aliquid dando ut minorem ab eventu litis liberet. Ampliatur num.* 249. 151.
248 *Communis opinio.*

249 Pater

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

249 *Pater legitimus adminiſtrator filii in adventitiis poteſt tranſigere, etiam ſine ſolemnitate decreti.*
250 *Communis opinio.*
252 *Tutor tranſigere non poteſt, quando jus minoris eſt clarum.*
253 *Tutor tranſigere non poteſt, quando retinendo bona minoris obligantur, & capiuntur in emphyteuſim.*
254 *Fratres inter ſe, ſine ullo judicio, hæreditatem dividentes dicuntur pietatis officio functi.*
255 *Lites maxime ſunt fugiendæ.*
256 *Nihil ita ſimile dæmonum moribus, quam litigare.*
257 *Litigioſi ſive litibus addicti mali appellantur.*
258 *Non debet quis facilis eſſe ad litigandum, ſed debet ante benè deliberare.*
259 *Lis cauſa multorum malorum.*
260 *Lites inter cives ſunt damnoſæ Reipublicæ.*
261 *Propter lites multi deducti ſunt ad egeſtatem, & propriam patriam reliquerunt*
262 *Miraculi ſpecies eſt, quod litigans nomine ſuo ditaretur.*
263 *Reipublicæ convenit habere ſubjectos locupletes.*
264 *Reipublicæ intereſt lites cito expediri.*
265 *Admonitio Iſocratis ad Regem Nicoclem circa leges ferendas ad ſopiendas lites.*
266 *Proſecutio litis ſumptuoſa, laborioſa, & moleſta.*
267 *Occaſio litis amputanda eſt, quoad fieri poteſt.*
268 *Servius Sulpitius maluit ſemper litium controverſias tollere, quam actiones inſtituere.*
269 *Olim Athenienſes non niſi inviti & coacti litigabant.*
270 *Gens Sicula natura controverſa.*
271 *Ægyptiorum genus controverſum, & aſſuetudine litigandi lætiſſimum.*
272 *Metus litis eſt juſtus metus.*
273 *Timor futuræ litis non vanus idem operatur quod ipſa lis.*
274 *Cato Cenſorius forum Romanum muricibus ſternendum eſſe cenſuit, ne populus ad litigandum temere accederet.*
275 *Forum aliquando inſanum & improbum appellari.*
276 *Leges optimæ utiliſſimæque ſunt quæ pauciſſimas lites gignant.*
277 *Ob lites evitandas ſæpe non concedenda conceduntur.*
278 *Imperator hæres eſſe prohibetur in teſtamentis timore litis.*
279 *Tranſactio legitima quod à lite diſcedatur, non reſcinditur prætextu enormis læſionis.*
280 *Indebitum ſolutum per tranſactionem non repetitur.*
221 *Tranſactio non reſcinditur prætextu inſtrumentorum, de novo repertorum, quantacumque fuerit læſio.*
282 *Litibus finem imponere eſt favorabile.*
283 *Iura, in quantum poſſunt, conantur arctare prorogationem litium.*
284 *Boni Iudicis eſt componere lites, pacemque inter omnes quærere, nec litibus favere.*
285 *Iudex curare debet, ne lites ex litibus oriantur.*
286 *Iudex conare debet, ne lites fiant immortales.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

287 *Iudex in cauſis dubiis poteſt quandoque partes cogere ad concordiam.*
288 *Iurgia forenſia à Iuriſconſultis alenda non ſunt.*
289 *Tutor an tranſigere poſſit, quando cauſa eſt dubia, & intricata, remittendo litem, & rem controverſam dimittendo poſſeſſori ſine decreto.*
292 *Religioſi reprehenſione digni ſunt, qui contractui ab eis ſolemniter celebrato, & longo tempore obſervato, contravenire non verentur.*
293 *Propter antiquitatem temporis omnia requiſita interveniſſe præſumuntur.*
294 *Ex curſu triginta annorum tollitur omne vitium, & omnis defectus, qui allegari poſſit in contractu Eccleſiæ.*
295 *In tranſactione* l. 2. C. de reſcind. vendit. *locum non habet.*
296 *Magis communis opinio.*
297 *Tranſactio introducta eſt, ut ſit litium finis.*
298 *Tranſactio facta, licet inſtrumenta appareant, quibus tranſigentem deceptum fuiſſe conſtet, etiamſi gravis deceptio fuerit, lis propter hoc ſuſcitari non debet.*
299 *Magnum commodum conſequitur, qui à lite recedit.*
300 *Tranſactio & res judicata æquiparantur.*
301 *Reſtitutio in integrum ut concedatur, læſio non parva probari debet.*
302 *Monaſterium reſtituitur, quando apparet enorma diſpendium incurriſſe.*
303 *Reſtitutio in integrum poſt quinquennium Eccleeſiæ non datur.*
304 *Reſtitutio in integrum non datur, niſi ignorantia probabilis ſit.*
305 *Tutor poteſt tranſigere, quando pupillo expedit, ſuper injuria patri pupilli illata.*
306 *Communis opinio.*
307 *Quæ dicatur cauſa dubia, & intricata. num.* 308.
309 *Per negationem res clara redditur dubia. Limitatur num.* 310. 311. 312. 313. 314.
315 *Tutor donare non poteſt ſine ſolemnitatibus. Ampliatur num.* 317. 318. 319. 421. *Limitatur num.* 331. 333. 338. 340.
316 *Donare eſt perdere.*
220 *Minor vigintiquinque annis poteſt ingredi monaſterium, cujus bona acquiruntur monaſterio, etiam ſine curatore.*
321 *Minor in ultima voluntate integram habet perſonam.*
322 *Autoritas tutoris in teſtamento non requiritur.*
323 *Minor poteſt pro executione ultimæ voluntatis in teſtamento permittere alienationem bonorum immobilium.*
324 *In alienatione juris minor ætas non attenditur.*
325 *Mulier minor dotem ſine decreto conſtituere non poteſt de rebus immobilibus.*
326 *Donatio regulariter nec cum decreto à minore celebrari poteſt.*
327 *In donatione non poteſt dari curator ad autorandum.*
328 *Curator juſta cauſa dandus eſt.*
329 *Minor juri ſuo renuncians ope reſtitutionis in integrum juvatur. num.* 330.
331 *Tutor principis donare poteſt.*
332 *Communis opinio.*
333 *Tutor poteſt donare cauſa remunerationis.*

334 *Com-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

334 *Communis opinio.*
335 *Tutor poteſt magiſtro pupilli donare.*
336 *Minor ſine decreto poteſt cauſa remunerationis donare.*
337 *Jaſonis opinio reprobatur.*
338 *Donatio propter nuptias ſub diſpoſitione* legis ultimæ, C. ſi major factus alien. ſine decreto, ratum habuerit, *non comprehenditur.*
339 *Communis opinio.*
340 *Tutor poteſt diminuere patrimonium minoris. pro ſalute ipſius.*
341 *Tutor non poteſt remittere debitum pupilli liquidum. Ampliatur num.* 344. 347. *Limitatur num.* 356. 358. 375. 376.
342 *Remittere, donare eſt. num.* 345.
343 *Donare qui non poteſt, nec gratis remittere.*
346 *Tutor, Curator, Adminiſtrator publicus, Gubernator, Coadiutor, Commiſſarius, Prælatus, & Commendator debitum liquidum remittere non poſſunt.*
348 *Debitum pupilli liquidum remittens tutor de ſuo ſolvere tenetur.*
349 *Tutor non poteſt remittere jus redimendi ſive retractus conventionalis.*
350 *Tutor ſinens ocioſe labi tempus ſine redemptione rei venditæ, præjudicat iis, quorum adminiſtrationem geſſit. Ampliatur in Prælato civitatis. num.* 351.
352 *Minor infans hæres venditoris non poteſt reſtitui adverſus hujuſmodi tacitam remiſſionem.*
353 *Tutor non poteſt etiam non liquidum remittere, modo tamen facile liquidari poſſit.*
354 *Tutor remittere non poteſt exceptionem peremptoriam. Limitatur num.* 355.
357 *Debitum illiquidum an remitti poſſit, controverſa quæſtio eſt.*
359 *Vbi ſubeſt neceſſitas, ibi nulla eſt liberalitas.*
360 *Tutor in arbitratorem compromittere poteſt, ſi lege municipii id mandetur.*
361 *Debitum liquidum an remittere poſſint tutores, propter paupertatem debitoris.*
362 *Tutor poteſt remittere debitum pupilli liquidum, quando ageretur de utilitate animæ, vel corporis pupilli.*
363 *Pacem poteſt facere tutor de morte patris pupilli, quando pupillo expedit.*
364 *Pacem poteſt facere tutor de injuria, minori, aut ejus patri illata. Declaratur num.* 365. *Limitatur num.* 370. 371. 372. 373.
367 *Tutoribus omnia jure adminiſtrationis competunt, quæ minori expediunt.*
368 *Remiſſio actionis injuriarum hæredibus non competit.*
369 *Reconciliatio & remiſſio injuriarum non patrimonii everſionem, ſed virtutis opinionem inducit.*
374 *An tutor dilationem debitori concedere poſſit.*
375 *Tutor poteſt impedire debitum, & actionem oriri.*
376 *Tutor poteſt præjudicare pupillo, jure commiſſi nondum acceptati.*
377 *Minor non poteſt renunciare ſine decreto.*
378 *Minori juri ſuo renuncians, ope reſtitutionis in integrum juvatur.*
379 *Filius non cenſetur renunciare legitimæ, etiam ſi ſimpliciter agnoſcat legatum factum, ne plus petere poſſit.*
380 *Minor quatuordecim annis ſine curatore poteſt renunciare beneficio Eccleſiaſtico.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

381 *Minor non poteſt repudiare delata bona ſine Prætoris decreto. Declaratur num.* 382.

383 *Repudiatio dicitur alienatio.*

384 *Pupillus poteſt repudiare hæreditatem, cum autoritate tutoris.*

385 *Tutor ſolus ſine pupillo non poteſt hæreditatem adire, ſed pupillus cum autoritate tutoris poteſt.*

386 *Tutor non poteſt æſtimare litem nomine pupilli.*

387 *Mora non contrahitur per interpellationem factam adulto, ſuper re immobili, ſine autoritate judicis.*

388 *Adultus in mora non conſtituitur per interpellationem, quæ fit de re, quæ ſervanda ſervatur, ſine Iudicis decreto.*

389 *Minor non poteſt in ſolutum dare bona ſua ſine decreto Prætoris.*

290 *In ſolutum datio emptioni & venditioni æquiparatur.*

391 *Solemnitas, quæ requiritur in contractu, eadem in diſtractu requiritur.*

392 *Tutor ſolus non poteſt deferre juramentum adverſario pupilli, niſi deficientibus omnibus probationibus.*

393 *Pupillus cum autoritate tutoris poteſt indiſtincte deferre juramentum, ſed ſi lædatur, in integrum reſtituitur.*

394 *Qui non poteſt alienare, non poteſt immediate facere actum, per quem alienatio ſequatur.*

395 *Qui non poteſt alienare, non poteſt pati quod præſcriptio ſequatur in præjudicium alterius.*

396 *Tutor non poteſt locare ad longum tempus. Ampliatur n.* 399 403. *Limitatur n.* 417.

397 *Communis opinio.*

398 *Conductor longi temporis turbatus in naturali ſua poſſeſſione habet interdictum*, uti poſſidetis, *nec expelli poteſt.*

399 *Tutor non poteſt etiam locare pro uno, vel duobus annis, cum pacto, quod finitis illis, tenebitur eidem, vel ejus ſucceſſioribus locare pro eodem pretio.*

400 *Communis opinio.*

401 *Longum tempus in locatione dicitur tempus decem annorum, & quod excurrit. num.* 412.

402 *Communis opinio.*

403 *Locatio rei minoris non valet etiam ad novem annos.*

404 *Locatio ad longum tempus æquiparatur emphyteuſi.*

405 *Communis opinio.*

406 *Jus perpetuarium quid.*

407 *Perpetuarii conductores.*

408 *Locatio ad novem annos æquipollet venditioni, eiſdemque regulis conſtat.*

409 *Quid de locatione ad longum tempus, cujus unicum eſt pretium.*

410 *Quid de locatione ad vitam locantis, vel conducentis. num.* 411.

413 *Locatio ad longum tempus non valet ad novem annos, cum pacto de renovanda locatione. Ampliatur. num.* 414.

415 *Poteſtas locandi ad longum tempus, non venit in generali mandato.*

416 *Locatio etiam ad modicum tempus non valet, quando fieret in potentiorem, à quo non poſſet niſi difficulter recuperari.*

417 *Locatio quando fit ſine expreſſione certi temporis, intelligitur de uno anno tantum.*

418 *Dos*

418 *Dos data per mulierem minorem viro in bonis immobilibus ſine decreto, non cedit lucro mariti, ſtante ſtatuto de lucro dotis.*
419 *Emphyteuſis perpetua dicitur alienatio.*
320 *Immobilia minorum nullo titulo alienantur.*
423 *Alienatio rei minoris licet cum decreto facta ſit, vili tamen pretio reſcinditur per in integrum reſtitutionem.*
424 *Minor reſtituitur adverſus alienationem, ab alio factam, in re, quæ majorum ejus fuerit licet juſto pretio facta.*
425 *Noſtra intereſt rem majorum comparare, & pupilli intereſt redimere fundum, qui majorum fuerit, pluris quam valeat.*
426 *Lex agraria cur repudiata.*
427 *Minorum prædia ſine decreto alienari poſſunt ex teſtatoris diſpoſitione. Ampliatur num.* 428. 430. 431. 432. 433.
429 *Voluntas teſtatoris ex actu nullo declaratur.*
434 *Contrahens ex neceſſitate præcedentis obligationis, proprie non contrahit. Ampliatur num.* 435.
436 *Minoris bona tacite obligantur pro dote, ſine alia ſolemnitate.*
437 *Communis opinio.*
438 *Minoris bona invecta ſunt domino tacite obligata, licet non intervenerit decretum.*
439 *Minoris bona intrantis religionem transferuntur in Monaſterium, ſine aliqua ſolemnitate.*
440 *Minor ſine decreto vendit, quod teſtator vendi juſſit.*
441 *Mulier ſine ſolemnitate ſtatuti poteſt ſecundo viro in dotem dare, quæ dederat primo.*
442 *Pactum de futura ſucceſſione valet, cum ſit ex neceſſitate præcedentis contractus.*
443 *Minor ſine ſolemnitate ſtatuti poteſt hæreditatem patris retinere, nec objici poterit, quod hæreditas non fuerit legitimata.*
444 *Filius vivente patre, dicitur habere naturalem poſſeſſionem.*
445 *Statutum dictans ſolvi gabellam de hæreditate, non habet locum in filio.*
446 *Filius non tenetur ſolvere decimam de hæreditate paterna.*
447 *Prohibita alienatione non cenſetur prohibita ex cauſa neceſſaria præcedentis contractus ejus, cui minor ſucceſſit. Ampliatur num.* 448. 449.
450 *Alienatio rei immobilis valet, quando ea minori non ſit damnoſa ſed utilis. Ampliatur num.* 452. 453. 455.
451 *Communis opinio.*
454 *Alienatio an valeat rei Eccleſiæ ſi utilis ſit ipſi Eccleſiæ? Declaratur num.* 456. 457. 458. 459. 460. 461.
452 *Alienatio facta per adultum in ultima voluntate, valet.*
463 *Adultus Curatorem habens poteſt libere cauſa mortis donare inſcio curatore, & licet contradicat. num.* 464.
465 *Donatio cauſa mortis non requirit aditionem hæreditatis, quæ in legatis exigitur. Limitatur num.* 466.
467 *Pro donatione cauſa mortis non competit hypothecaria, ut pro legatis.*
468 *Reſtitutio minori non datur adverſus teſtamentum.*
469 *Minor poteſt actum facere nomine & periculo alterius, ut procurator, vel aliter. Limitatur num.* 473. 474. 475.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

470 *Pupillus non reſtituitur contra id, quod alterius mandato geſſit.*
471 *Pupillus poteſt adire hæreditatem, periculo alterius, cui venit reſtituenda.*
472 *Minor & mulier poſſunt contrahere alieno nomine. ſine ſolemnitate ſtatutorum.*
464 *Minor non poteſt eſſe tutor legitimus.*
475 *Minor ad eligendum Prælatum, vel quid ſimile faciendum ſuo nomine, eſt inhabilis.*
476 *Minor promittens, vel alienans rem alienam domino conſentiente, cui poſtea ſuccedat, non poteſt hujuſmodi promiſſionem infringere* Limitatur num. 477.
478 *Contractus factus à minore communi opinione reputato ſui juris, valet.* Limitatur num. 479.
480 *Tutor licet poſſit venire contra alienationem nulliter factam in vita minoris, mortuo minore, & ei ſuccedens, non poteſt venire contra eam*
481 *Curator diſtrahens prædium minoris nulliter, ſi obligaverit bona propria prædiumque evincatur emptori, competit emptori actio hypothecaria in bonis curatoris.*
482 *Venire an poſſit quis contra factum proprium, quod de jure non valet?*
483 *In alienatione facta per patrem bonorum filii decretum judicis non requiritur.* Limitatur num. 486.
484 *Quid ſi minor cum patre contrahat, vel ei donet.*
485 *Magis communis opinio.*
486 *Pater tutor filii non poteſt alienare bona minoris ſine decreto.* Ampliatur num. 489. Limitatur num. 490.
487 *Pater legitimus adminiſtrator bonorum filiorum non poteſt opulentam hæreditatem, quam ex ſucceſſione matris acceperunt, inter filios minores dividere ſine decreto.*
488 *Pater an ſine decreto judicis poſſit tranſigere ſuper bonis, in quibus habeat uſumfructum, in præjudicium filii?*
491 *Alienatio rei minoris valet, quo ad obligationem acceſſoriam, modo nullitas non ſit, niſi ex defectu ſolemnitatis.* Ampliatur num. 493. Limitatur num. 494.
492 *Tutor & Curator valide obligare poteſt bona propria pro evictione bonorum minoris, ſine ſolemnitate alienatorum.*
495 *Pupillus an poſſit alienare poſſeſſionem rerum immobilium alienarum cum tutore, ſine decreto Judicis.*
496 *Quando ſolemnitas & forma intervenerit iu contractu præambulo ſufficit in conſequentiam ejuſdem actus.* Limitatur num. 505. 506.
497 *Mulier, ſi rem prius vendiderit cum autoritate viri, conſenſus trahitur ad conſequentia*
498 *Pater conſentiens filio agenti, vel defendenti in judicio, talis conſenſus non eſt neceſſe præſtari in executione ſententiæ.*
499 *Pater conſentiens filio contrahenti in inſtrumento guarentigionato, quod habeat paratam executionem, hujuſmodi inſtrumentum pro filio, aut contra ipſum executioni mitti poterit, ſine conſenſu patris.*
500 *Pater conſentiens matrimonio filiæ ejus conſenſus amplius neceſſarius non eſt, cum uxor ducitur ad domum mariti.*
501 *Pupillus cum decreto Iudicis rem aliquam pignori dans, poterit eam creditor poſtea alienare ſine decreto.*

592 Pater

502 *Pater conſentiens officio tutoris filii, ejus conſenſus neceſſarius non eſt pro exercitio illius.*

503 *Si in promiſſione vendendi feudum intervenerit conſenſus Principis, non eſt neceſſe poſtea, ut interveniat in venditione.*

504 *Res pupilli, ſi vendita fuerit cum ſolemnitate requiſita, licet prima venditio effectum non habuerit, poteſt tamen tutor illam rem venditam abſque alia ſolemnitate retinere.*

507 *Minor & prodigus obligantur ex delicto, vel quaſi, licet lex prohibeat illos ſe obligare. Limitatur num.* 508. 509. 510.

511 *Minor ſine decreto feudum, vel emphyteuſim alienans, eo non privatur.*

512 *Quid de negatione facta per minorem.*

513 *Minores non reſtituuntur adverſus verum dolum.*

514 *Quid ſi negatio fiat per Curatorem, vel ejus autoritate.* 515.

516 *Ratihabitio, quæ verbis expreſſis fit, vel facto, quando actum convalidet.*

517 *Major factus ratificans alienationem factam à ſocio communium bonorum non amplius reſtituitur.*

518 *Cauſa ubi eſt individua, ſocius fruitur privilegio ſocii.*

519 *Major factus nunquam dicitur ratificaſſe, quæ geſta ſunt per dolum adverſarii, dum minor eſt. Declaratur num.* 520. 521. 522.

520 *Structum quid ſit.*

521 *Dolus præſumptus quis.*

522 *Minor, qui factus major dolum in contractu ab adverſario adhibitum ſcivit, ſi non contradixit, dolum remiſiſſe dicitur.*

523 *Dolus de præterito poteſt remitti.*

524 *Contractum nullum ipſo jure minor major factus, ratificare poteſt expreſſis verbis, & facto. Ampliatur num.* 525. 526. 530. 531. *Limitatur num.* 550. 556.

527 *Reſcripti natura eſt, non præjudicare alicui.*

528 *Reſcripta dicuntur eſſe modici præjudicii.*

529 *Verba reſcripti debent reduci ad jus commune, licet natura verborum non patiatur.*

532 *Quis dicatur expreſſe ratificare.*

533 *Animus ita factis, ut verbis declaratur.*

535 *Plus eſt facto quam verbis mentem declarare.*

536 *Ex non facto voluntas, & animus declaratur.*

537 *Solvens, vel recipiens ſolutionem ob cauſam celebrati contractus, an illum contractum ratificare dicatur?*

538 *An ratificet contractum minor, ſi ob eam cauſam annuos fructus percipiat.*

539 *Dilationem ad ſolvendum petens contractum ratum habere dicitur.*

540 *Ratam habere venditionem dicitur, qui rei pretium ſibi ſolvi poſtulat.*

541 *Idem in eo, qui agit ut rem ex celebrato contractu conſequatur.*

542 *Idem in eo qui fructus colligit.*

543 *Idem in eo, qui agit ad penſionem ex locatione ad longum tempus.*

544 *Mandans ſolvi de pretio emptionis, & ſe ex contractu emptionis juvans, & illo utens, cenſetur ipſam emptionem approbare.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

545 *Quando quis accipit bona ſibi per laudum adjudicata, cenſetur ipſum laudum ratificare.*
546 *Recipiens penſionem pro contractu locationis cenſetur ipſam locationem approbare.*
547 *Recipiens inſtrumentum contractus, & tacens, ratificat. num.* 549.
548 *Exigens rationes adminiſtrationis cenſetur ratificare geſta per illum, qui adminiſtravit.*
549 *Alienatio minoris quando rata haberi poſſit, & quid requiratur, ſecundum Pet. Rebuff. & Carol. Ruin.*
551 *Intellectus* l. fin. C. ſi major factus alienat. *& num.* 553. 554.
552 *Adultus præſumitur contractum à curatore factum, eo abſente, ignorare.*
555 *Paria ſunt non facere, vel facere tempore incongruo.*
557 *Decretum quid ſit,* in tit. C. ſi major factus alienat ſine decreto.
558 *Decretum præcedit cauſæ cognitio, ut antecedens neceſſarium.*
559 *Decreto alienare quando quid dicatur.*
560 *Major factus tacens per quinquennium, videtur confirmare contractum nullum.*
561 *Tacita vel præſumpta ratificatio trahitur retro ad tempus contractus.*
562 *Ratificatio contractus nulliter celebrati, lapſu quinquennii à die perfectæ ætatis induei-tur. Limitatur num.* 563.
564 *Alienatio bonorum minoris per adverſarii dolum facta, nec tempore, nec facto convalidatur poſt perfectam minoris ætatem.*
565 *Dolus ſemper cenſetur exceptus in omni diſpoſitione.*
566 *Donatio doloſa à minore facta non ratificatur ex ſuperveniente ætate.*
567 *Conſtitutio* legis ultimæ, C. ſi major factus alienaverit ſine decreto, *locum non habet, quando alienatio eſt ſimulata.*
468 *Simulatus contractus non eſt contractus.*
569 *Non eſt locus beneficio* leg. ultimæ, C. ſi major factus, *quando tutor ſolus, vel curator rem minoris, non ut minoris, ſed ut propriam alienaverit.*
570 *Alienatio bonorum minoris, ſi duplici vitio laborat, nullitatis ſcilicet, & læſionis, non convalidatur ex ratificatione, juxta titulum* C. ſi major factus alienat, ſine decreto ratam habuerit.
571 *Minor ſi effectus major ignoravit, vel dubitavit, ſub qua forma olim à ſe fuerit celebratus contractus, non dicitur eum ratum habuiſſe ex lapſu temporis.*
572 *Dubitans ignoranti æquiparatur.*
573 *Fundus, qui jure pignoris eſt apud minorem, alienare ſine decreto poteſt.*
574 *Reſcriptum Principis tantum valet, quantum decretum Iudicis ſolemniter emanatum.*
575 *Alienatio omiſſa autoritate tutoris vel curatoris, & ſolemnitate decreti à jure requiſita firmatur & validatur, ſi interveniat juramentum præſtitum per puberem. Limitatur num.* 587. 597. 598. 599.
576 *Communis opinio.*
577 *Authent* Sacramenta puberum, *non obſervatur in regno Franciæ.*
578 *Minor licet juraverit, data tamen enormi læſione, contravenire poteſt, petens ad cautelam abſolutionem à juramento. Ampliatur num.* 584.
579 *Authent.* Sacramenta puberum, *locum non habet, ſi dolo reipſa contractus arguatur.*
580 *Deceptiones enormes à juramento ſunt exceptæ,*
581 *Simplicitas præſumitur in minore & muliere, & ſi juret juramentum, captioſum eſt, & per*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

& per Epiſcopum relaxari debet. Ampliatur num. 582. 583.
585 Renunciare quis non dicitur juri, quod habere ignorat.
586 Juramentum minori non obeſt, niſi fuerit prius certioratus de beneficio ſuo.
588 Statutum ſimpliciter annullans contractum comprehendit etiam juratum.
589 Juramentum vere, vel præſumptive dolo præſtitum, non præjudicat minori.
590 Communis opinio.
591 Iuramentum ſuper contractu ſimulato interpoſitum eſt nullum, & tali caſu non eſt petenda abſolutio à juramento.
592 Authent. Sacramenta puberum, non habet locum, quando narrata Judici non ſunt vera.
593 Iuramentum aſſertorium, quo juravit omnia & ſingula contractus eſſe vera, non valet, tanquam appoſitum in fraudem.
594 Iuramentum minoris, aſſerentis ſe majorem, excludit à beneficio ætatis, non etiam nullitatis.
595 Juramentum minoris corporaliter præſtitum, excludit omne auxilium.
596 Iuramentum quando dicatur corporaliter præſtitum.
600 Renunciatio jurata non ligat eum, qui prius non renunciare juraverit.
601 Iuramentum primum, quando præjudicet ſecundo.
602 Contractus factus cum juramento ex intervallo præſtito, non valet.
603 Iuramentum non firmat contractum, in quo deſint ſolemnitates probatoriæ, requiſitæ ad actum quia dicuntur inductæ ad publicam utilitatem.
604 Prohibitio legis accedens prohibitioni hominis, fortius operatur.
605 Inſtrumentum Imperatoris contra teſtamentum non valet.
606 Minor alienans contra prohibitionem teſtatoris, qui in caſu alienationis voluit bona ad alium devenire, non reſtituitur.
607 Dolus verus arguitur in eo qui ſcienter facit rem prohibitam.
608 Dolus præſumitur in tutore, alienante rem pupilli ſine cauſa.
609 Dolus præſumitur in eo, qui aliquid facit ſpreta denunciatione, aut prohibitione ſibi facta.
610 Minor anno decimoquarto ætatis poteſt reſignare beneficia, & pro eis agere, ſed læſus facile reſtituitur.
611 Minor in beneficialibus, reputatur major.
612 Minor viginti quinque annis, major tamen quatuordecim annis, in beneficialibus poteſt in judicio agere, ſe defendere per ſe, vel per alium, ſine ſolemnitate & beneficio renunciare.
613 A pari procedunt, actiones movere, & alienare ſeu renunciare.
614 Minor legitimam perſonam habet ſtandi in judicio, in cauſa matrimonii.
615 Tutor errore lapſus, vendens prædium ſine decreto, & pecuniam inde redactam creditoribus ſolvens, ſi fundum vendicare velit repelletur exceptione doli, niſi offerat reſtituere cum medii temporis uſuris, & ſumptus meliorati prædii. & num. 616.
617 Minor non poteſt vendicare prædium, ſine decreto venditum, quando æſtimationem conſecutus fuerit actione tutelæ.
618 Statutum poteſt aliquem facere majorem ante vigeſimum quintum annum, & dare poteſtatem ſe obligandi, contrahendi, & immobilia alienandi. Limitatur n. 619. 620. 621.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

622 *Donatio facta à minore ei, à quo quis prius eandem rem ex donatione acceperat, an valeat.*

623 *Major viginti quinque annis ſuum corpus vendere poteſt, & quæ ſit ratio. num.* 624. *Limitatur num.* 625.

SUperiore capite diximus, quæ tutores vel curatores, ut recte tutelam adminiſtrent, facere teneantur, conſequens nunc eſt, nt videamus, quomodo minorum bona alienari, vel diſtrahi debeant, quæ ſolemnitates circa hanc alienationem requirantur, & quib. caſibus ſine decreto Prætoris bona immobilia alienari non poſſint, & quib. poſſint. Quod caput, ut rectius intelligatur, una
1 regula abſolvemus, & hæc eſt quod ſequitur: Alienatio † rei immobilis minoris, quæ ſine juſta cauſa, & prævia legitima cauſæ cognitione, & interpoſito decreto facta eſt, inutilis eſt, & nulla, *l.* 1. *& l. magis puto, §. non paſsim. ff. de reb. eor. qui ſub tut.* quem textum in hanc ſententiam annotavit Bald. *in l.* 1. *n.* 12. *in fin. C. de fide inſtr. & jur. haſtæ fiſc. lib.* 10. facit *l. quæ tutores, C. de admin. tut.* Zaſ. *conſ.* 21. *n.* 2. *lib.* 1. Euer. *in loc. legal. loco, à minore, ad Eccle-*
2 *ſiam, verſ.* 12. quæ communis eſt, ſecundum Roderic. † Soar. doctiſſimum Hiſpanum, *allegat.* 2. *n.* 7. & tradit Dec. pro ære alieno tantum, eam alienationem fieri poſſe, *in l. mandata, num.* 6. *ff. de offic. ejus, qui mand. eſt jurisd. per d. l. magis puto, §. ſi quis alienum, & l. ob æs alienum tantum, C de præd. mino-*
3 *rum.* Et hæc † quidem cauſæ cognitio, quæ requiritur in alienatione bonorum immobilium minoris, juxta *d. l. magis puto, §. non paſsim,* eſt de ſubſtantia alienationis, & neceſſario requiritur, ut tradit Imol. *conſ.* 98. *incip. In cauſa quæ*
4 *vertitur.* In qua † etiam tali caſu non ſufficit ſola autoritas tutoris, *l. non eſt, l.*
5 *etſi is, C. de præd. minor.* Nec † etiam unum ſine altero ſufficit, *d. l. magis puto, §. non paſsim, & d. l. ob æs, C. de præd. minor.* ſed quod duo copulative requirantur, ſcilicet forma, id eſt ſolemnitas, & juſta cauſa, ſecundum Dec. & ibi
6 Mol. *conſ.* 282. *n.* 6. Debet igitur Judex † imprimis excutere, an ſit cauſa neceſſitatis, puta æs alienum, juxta, *d. l. magis puto, §. non paſsim, & d. l. quæ tu-*
7 *tores, & d. l. ob æs.* Et ſi æs alienum † non interveniat, tutores tamen allegent expedire hæc prædia vendere, vel alia comparare, vel certe iſtis carere, videndum erit, an Prætor debeat eis permittere, & magis eſt, ne poſſit. Prætori enim non liberum arbitrium eſt datum diſtrahendi res pupillares, ſed ita demum, ſi æs alienum immineat. Proinde ſi permiſerit ære alieno non allegato, conſequenter dicemus nullam eſſe venditionem, nullumque decretum: non enim paſſim diſtrahi jubere Prætori tributum eſt, ſed ita demum, ut proxime diximus, ſi urgeat æs alienum. *d. l. magis puto, §. ſi æs alienum.* Afflict. *deciſ.* 249. *n.* 2. Pariſ. *conſ.* 89. *n.* 2. *& conſ.* 99. *n* 2. *lib.* 2. Rol. à Vall. vir (mea ſententia)
8 de † legali ſcientia bene meritus, & ab omnib. ſuſpiciendus, *in Delphico ejus*
9 *conſ.* 33. *n.* 2. *lib.* 1. In qua etiam alienatione † multum verſari debet judicis arbitrium, ut diligenter videat, an tantum urgeat æs alienum, ut hæc prædiorum
10 alienatio in tempus differri non poſſit. Et ideo circa † hanc alienationem credendum non erit deſuper tutori, vel curatori, aſſerenti de ære alieno, cum ſæpiſſime

piſſime lucri ſui gratia nonnunquam aſſeverare Prætori ſoleant neceſſe eſſe di-
ſtrahi poſſeſſionem, vel obligari, ſed veritas ulterius per Judicem perſcrutanda
erit ab illis, qui notitiam habeant de ſtatu, & fortunis minoris, quod apparere
debet per inſtrumentum publicum præcedens, ut tradit Dec. *conſ.* 403. *n.* 12.
& Corn. *conſ.* 71. *n.* 4. *lib.* 3.

Secundo debet † Judex excutere, an aliunde poſſit pecunia expediri ad ex- 11
tenuandum æs alienum, vel ex pecunia, quam pupillus habet forte numera-
tam, vel in nominibus, vel fructibus conditis, vel in redituum vel obventionum
ſpe, *d.* §. *non paſſim, verſ. quærere.* & Dec. *d. conſ.* 403. *n.* 12. Niſi † ex pecu- 12
nia majus lucrum ſperare probabiliter poſſit tutor, quo caſu Judex æſtimare
poterit, creditoribus non eſſe ſatis faciendum ex iſtis pecuniis, ut tradit doctiſſ.
Jac. Menoch. *de arbit. Iud. lib.* 3. *cent.* 2. *caſ.* 171. *n* 12.

Tertio debet † inquirere Judex, num aliæ res ſint, præter prædia, quæ diſtra- 13
hi commodius poſſint, & ex quorum pretio æri alieno ſatisfieri poſſit, *d. l. ma-
gis puto,* §. *non paſſim,* ut ſunt bona mobilia, & præſertim illa, quæ facile indies
conſumi parva cum utilitate poſſunt, *d. l. magis puto,* §. *non paſſim, verſ. Item
requirat.* Afflict. *d. deciſ.* 249. *n.* 2. & Pariſ. *d. conſ.* 98. *n.* 9. *lib.* 1. Imo † et- 14
jam ut vendantur res ſtabiles minoris, & alienentur, ſecundum Angel. *in auth.
de Eccl. rer. immob. alien.* quem ſequitur Corn. *conſ.* 92. *lib.* 4. neceſſarium
erit, ut intercedat interlocutoria judicis, per quam declaretur, non extare bona
immobilia ipſorum minorum, & quod illa, quæ alienantur, ſint minus damnoſa,
d. §. *non paſſim.* Adeo ut etiam reditus, quem † habeat pupillus ante prædia 15
vendi debeat, *dict.* §. *non paſſim,* ubi † prædia minoris ære alieno laborantis 16
prohibentur alienare, ſi minor habeat reditus, & obventiones, quæ tanqnam vi-
liora prius diſtrahi jubentur. Ad quem quoque finem judex convocat pupilli
neceſſarios, vel alios probos qui eum inſtruant de fortunis minoris, ut ſupra
proxime diximus, & his deficientibus, vel ſuſpectis, jubet edi rationes, item-
que ſynopſim, id eſt, brevem deſcriptionem bonorum † pupillorum, *d. l. magis* 17
puto, §. *imprimis,* Cuiac. *obſer.* 8. *c.* 1. & ante eum Afflict. *deciſ.* 249. Adeo
† ut alienatio facta ſine prævia ſolemnitate, ſit nulla, ſecundum Andr. Barbat. 18
conſ. 6. *in fin. lib.* 4. & Paul. Pariſ. *conſ.* 98. *n.* 11. *lib.* 4. *&* *conſ.* 85. *n.* 16. *lib.* 3.

Quarto inquirere Judex debet, an † urgeat æs alienum, vel inſtet creditor 19
pupillum, vel ejus tutorem ad ſolvendum, ne ſcilicet poſſit differri in aliud
tempus prædiorum alienatio, *l. tutor urgentibus, ff. de minor. & d. l. magis pu-
to,* §. *non paſſim, verſ. ſi modo.* Conſtare † equidem debet, creditores aſſidue 20
inſtare, id quod ſatis oſtendunt verba illa, *d.* §. *non paſſim, ibi; ſi modo urgeat
creditor.* Eſt enim urgere cogere, premere, atque impellere, teſte Cicerone,
in Hortenſio, & pro Rabirio Poſthumo, & pro Plancio. Nec etiam † ſufficit, quod 21
hoc in inſtrumento aſſeratur, ſed quod debeat in actis, & reipſa conſtare, ſe-
cundum Pariſ. *conſ.* 98. *n.* 9 *&* 11. *lib.* 1. & Rol. à Vall. *conſ.* 33. *n.* 3. *lib.* 1. &
ante eum tenuti Dec. *conſ.* 60. *n.* 2. *per l. ſi forte,* ubi Bartol. *ff. de caſtr. pecul.*
gloſſ. & Dd. *in l. ſi donatione, C. de collat.*

Quinto debet inquirere Judex, an † potius vendere, vel obligare expediat 22

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

23 nec ne, *d. l. magis puto*, §. *item Prætor*. Quo facto ipſe Prætor † debet ſtatuere
& eligere, nec alternative permittere, alioqui non diceretur bene functus ſuis
partibus, *l ſi pupillorum*, §. *ſi Prætor*, *ff. de reb. eor.* Alex. cum Mol. *conſ.* 189.
24 *n.* 4. *lib.* 7. Si † tamen alternative conceſſum fuerit, valebit ad excuſandum tu-
torem, ne male adminiſtraſſe videatur, ſubſecuta alienatione vel obligatione;
25 ſed tutor tamen non poterit vendere, ſi Prætor † obligare permiſerit, aut con-
tra, ſecundum Ruin. *conſ.* 159. *n.* 3. *lib.* 5.

26 Sexto, vigilanter † obſervare ac æſtimare debet Prætor, ne plus accipiatur,
ſub obligatione prædiorum, fœnoris, quam quod opus ſit ad ſolvendum æs alie-
num, ne propter modicum æs alienum, magna poſſeſſio diſtrahatur: ſed ſi ſit
alia poſſeſſio minor, vel minus utilis pupillo, ex cujus prætio æs alienum ſolvi
poſſit, magis jubere debet eam diſtrahi, quam majorem & utiliorem, *d. l. magis
puto*, §. *item Prætor*, *ff. de reb. eor.* Afflict. *deciſ.* 49. Dec. *conſil.* 403. *num.* 18.
l. etſi ſive, §. 1. *de minor.* Bald. *conſ.* 75. *lib.* 1.

27 Septimo Prætor curare debet, ut pecunia † mutuo accepta, ſolvatur credi-
toribus; quia alioqui non dicitur urgere neceſſitas, ut eſt optimus textus, *in d.
l magis puto*, §. *ne tamen.* Dec. *d. conſ.* 403. *n.* 12. *in fin.* & 18. allegans Bart.
28 *in l.* 1. §. *nunciatio*, *ff. de nov. op. nunc.* ubi inquit, quod † quando aliquid per-
mittitur contra regulam juris communis pro aliqua neceſſitate, eatenus per-
mittatur, quatenus illa neceſſitas inſtet, & urgeat, & non ultra, *l.* 1. *in fin. ff. de
feriis l. Senatus ff. de offic. Præſid.* & facit text. *in c. qui pro neceſſitate*, 1.
quæſt. 1. & *c. qui pro remedio*, 1. *quæſt.* 7.

29 Octavo requiritur, ut † interveniat tutoris autoritas, *l. neque*, & *l. eum*, *C. de
autorit. tut.* & *Inſtit. de autor. tut. per tot.* gloſſ. *in l.* 1. *in princ. in verbo*, *alie-
num*, *ff. de reb. eor.* de qua re latiſſime diximus *cap.* 30. *regula*, *Geſtum à pu-
pillo.*

30 Nono debet † conſtare de tutela, juxta notata per Bartol. *in l. legitimos*, *ff.
de legit. tut.* & de inventario tutoris, de quo *in l. tutor*, *qui repertorium*, *ff. de
31 admin. tut.* Nec etiam ſufficit eum † eſſe tutorem, ſed talem, qui legitime ad-
miniſtrat, & in adminiſtratione eſt, ut tradit Dec. *conſ.* 476. *n.* 2. *verſ.* & *quia.*
32 Curt. jun. *conſ.* 29. *n.* 6. & 7. qui hoc ampliat, etiam † aliis omnibus ſolemni-
bus intervenientibus, ut non valeat contractus, vel alienatio, dicens, eam com-
munem, ſecundum ſcribentes, *in l. etſi plurib. ff. de autor. tut.*

33 Decimo, quod ante decretum † debeant cauſæ diſcuti & probari, nec cau-
34 ſas allegare † ſufficiat, quibus omnino facienda eſt alienatio, *l. minorum*, *C. de
præd. minor.* Pariſ. *conſ.* 98. *n.* 8. *lib.* 1. quamquam Rol. à Vall. *conſil.* 33. *n.* 10.
35 *lib.* 1. ſentiat, poſt decretum fieri poſſe. Amplius etiam † deſuper creden-
dum non eſt judici, aſſerenti cauſam alienationis eſſe juſtam, ſed quod de-
beat conſtare per ſcripturam ſeparatam, ſecundum Paul. de Caſtrenſ.
conſ. 39. quem ſequitur Jaſ. *in l. ſciendum*, *ff. de verb. ſig.* & Alexand. *conſil.* 17.
lib. 4.

36 Undecimo requiritur decreti † interpoſitio, ſecundum Lud. Gomez. *reg.
de annali*, *quæſt.* 65. *per l. minorum*, *C. de præd.* & *aliis reb. min.* quia eſt de
for-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

forma, quæ peti debet ab ipſo tutore, nec ſufficit ad hoc Procurator, *d.l. in minorum*, ubi gloſſ. Bald. & Jaſ. *in l.* 1. *§. idem acquirimus, ff. de acq. poſſ.* & Angel. *in l poſt mortem, §. neque adoptare, ff. de adopt.* gloſſ. & Bart. *in l. neque, C. de procurat.* licet Dec. *in l. mandata, n.* 1. *&* 2. *de offic. ejus, cui mand. eſt juriſdict.* contrarium tenere velle videatur.

Duodecimo requiritur, quod † ſi ſtatutum requirat alias ſolemnitates à jure 37
non requiſitas, quod illæ quoque intervenire debeant, ultra requiſitas à jure communi, ut eſt † in ſtatuto noſtro Ultrajectino *rubr.* 28. *artic.* 6. dictante 38
pupillum non poſſe vendere prædia ante viginti annos, niſi cum conſenſu propinquorum, ut tradit Caſtr. *conſ.* 106. *lib.* 2. ut cum allegat Tiraq. *poſt leges connubiales, gl.* 6. *n.* 49. & quod per tale ſtatutum aliis ſtatutis derogatum non videatur, & ideo non † ſumi argumentum à contrario ſenſu in derogationem 39
juris communis: quia cum veniat ſtatutum addendo ad jus commune, inductum ad unum finem, non debeat contrarium operari, *arg. l. legata inutiliter, ff. de adm. legat. l. cum tale, §. falſam, ff. de cond. & demonſt.* Quare etiam † ſolemnitas ultra jus commune cumulative requiritur, & ſtatutum ſuppletur à 40
jure communi, *arg. l.* 4. *§. ſiquis condemnatus, ff. de re jud.* Paul. de Caſtr. *conſ.* 273. *alias* 271. Qui licet loquatur de ſtatuto reſpectu juris communis: idem tamen dicendum erit reſpectu aliorum ſtatutorum. Nam ſi ſtatutum debeat ſuppleri à jure communi, à fortiori per alia ſtatuta, ut dicit Pet. de Anchor. *conſ.* 93. *in verb. non obſtat, & in conſil.* 423. & Roman. *conſ.* 399. dicens, quod † ſtatutum præſumatur potius velle conſervare alia ſtatuta, quæ ab eodem 41
fonte, & ab eiſdem ſtatuentibus proceſſerunt, quam jus commune, *arg. l. ſi hominem, ff. mand. & in l. formam, C. de offic. Præf. Præt.* Ad quod bene facit, quod in fortiorib. terminis voluit Bart, *in l.* 3. *§. cum Titio, ff. de alim. legat.* quod ſi ſtatutum pro maleficio imponat pœnam mille, & pro eodem maleficio aliud ſtatutum imponat pœnam quinquaginta tantum, quod per iſtam dictionem taxativam † *tantum*, non videatur corrigi aliud ſtatutum de majori pœna. 42
Hinc † etiam ſtatutum prohibens minorem alienare non ſervata ſolemnitate 43
ſtatuti, etiam locum habet in alienatione facta per tutorem vel curatorem, forma ſtatuti non ſervata. Nam licet edictum de minoribus, & ejus verba loquantur de geſtis per minores, *l.* 1. *§.* 1. *ff. de minor.* tamen comprehendunt etiam actum geſtum per tutorem & curatorem adminiſtratorio nomine minoris, *l. etiam, & l. fin. C. ſi tut. vel curat.* Et interpretative † qui per alium facit, ipſe fa- 44
cere dicatur, & interveniente curatore ſeu tutore perſona ſagace, minor facile decipi non poteſt, quæ ſententia tanquam verior amplectenda eſt, rationib. adductis per Pariſ. *conſ.* 98. *n.* 34. *uſque ad* 40. *lib.* 1. qui ſatis ſuperque argumenta contraria, *n.* 25. *uſque ad* 34. per eum adducta, diſſolvit, ſicuti etiam facit, *conſil. proxime ſeq. n.* 31. *uſque ad* 54. ad quem lectorem relegamus, dicens præterea idem Pariſ. *conſ.* 98 *n.* 74. *uſq; ad conſ.* 81. *& conſ. ſeq. n.* 25 *&* 26. omiſſionem † ſolemnitatis ſtatutariæ vitiare actum, nec poſſe impleri per æquipollens, ſed 45
debere ad unguem ſervari, per not. in *l ſi quidem, C. de præd. min.* Alex. *conſ.* 138. *lib.* 2, Mar. Soc. *conſ.* 24. *l.* 1. cum nec levis cenſeri debeat, ſed gravis, ut plene ha-

betur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

46 betur *in l. non dubium, C. de legib.* dicaturque tale † ſtatutum favorabile, ſecun-
47 dum Bart *in l. qui exceptionem, ff. de condict. indeb.* quo caſu † etiam in exorbitantibus fieri debet extenſio de caſu vero ad fictum, quando in utroque eadem eſt ratio, & ſumus in favorabilibus, ſecundum Bart. & alios, *in l. ſi conſtan-*
48 *te, in princ. ff. ſol. matr.* & ideo † ſtatutum noſtrum loquens in minore, cum ſit favorabile, extendi debet, quando minor ficte contrahit per curatorem, & hoc
49 † ſtatutum in tantum procedit, etiamſi aliquando inter aliquos non fuiſſet obſervatum, ut dicit Pariſ. *d. conſ.* 98. *n.* 81. 82. dicens amplius *conſ.* 99. *n.* 54.
50 *uſque ad fin.* hoc † ſtatutum procedere, etiamſi contractus fuiſſet celebratus extra territorium, res tamen ſita eſſet in territorio, & minor ſubditus, quia ſtatutum concernit favorem minorum, quo caſu ligat minorem ubicumque contrahentem, allegans ad hoc Bart. *in l. cunctos, C. de ſum. Trinit. in 6. q. princ.*
51 & Pet. de Anch. *in cap. 1. de conſtit. in 12. quæſt. princ.* Maxime † quando talis minor contraheret extra territorium cum alio ſubdito ipſius territorii, ſecus
52 vero ſi contraheret, cum non ſubdito extra territorium; niſi ſtatutum † loqueretur, nedum in perſonam, ſed rem, ſeu inhabilitaret actum ratione perſonæ, quo quidem caſu fit, ut ratione rei ſitæ ſtatutum prædictum locum habeat, ubicumque contractus fuerit celebratus, dummodo reſpiciat rem ſitam in territorio ſtatuentium, ut videtur ſentire Bart. *in d. l. cunctos populos, in 7. quæſt. princ. verſ. ſed poſſet dubitari de tali quæſtione.* & quæ habentur *in c. 1. de pri-*
53 *vileg. lib. 6. & c. fin. & c. dilecti, extr. de for. compet.* ubi † ratione rei ſitæ multa conceduntur, quæ alias non concederentur.

54 Decimotertio requiritur, † quod his omnibus peractis, intervenire debeat decretum judicis, in quo judex dicat venditionem eſſe faciendam, & quod ideo interponat ſuum decretum, *l. 1. & l. ſi pupillorum, §. ſi Prætor, ff. de reb. eor.* alias eis omiſſis tanquam pro ſubſtantia & forma requiſitis, non valebit venditio, *l. cum hi, §. cauſa, & §. ſi Prætor, ff. de tranſact.* Specul. *in tit. de Procur. §. 1. verſ. ſed quid ſi ſolum per libellum.* Afſl. *deciſ.* 249. & optime Zaſ. *conſ.* 21. *n.* 2.
55 *verſ. ſed demus, lib.* 1. Quod quidem † decretum judex ubi prædium ſitum eſt interponere debet, ut tradit Pet. Rebuff. *in Comp. alien. rer. Eccleſiaſt. fol. mihi* 97. *n.* 22. *& ad concordata tit. de coll. § ſi quis vero, fol.* 329. *per l. ſi prædium, ubi Dd. C. de præd. min* Pragm. Sanctio *de Annatis, fol. mihi* 157. *in verb. locorum, l. magis, § illud, ff de reb. eor.* Crauet. *conſ.* 271. *in princ. verſ.* 2. *poſito, & optime conſ.* 30. *n.* 1. *verſ. quarto videmus.* Dicit tamen Rebuffus, *d. n.* 22. cautius & tutius eſſe, ut utriuſq; conſenſus interveniat, *arg. l. Iuriſperitos §. 1. ff. de exc. tut.* id quod ante eum quoq; tenuit Lamb. *de jure patron.* 8. *artic.* 2. *part. princ.* 1 *part lib.* 1.

56 Decimoquarto requiritur, quod † judex tempore interpoſitionis decreti omnino ſedere debeat, *l naturali, § ſi quæratur, ibi, & pro tribunali decretum interpoſitum ſit, ff. de confirm tut.* Corn. *conſ.* 98 *n.* 4. *lib.* 1. & facit *l.* 3. *§. penult ff de bon.*
57 *poſſeſſ. ibi; cauſa cognita pro tribunali;* niſi ex vi † conſuetudinis, & ex ſtilo fori aliter provideretur; quia conſuetudo & ſtilus fori loci habet vim ſpecialis privilegii Principis, ut tradit Abbas *in c. ſuper quibuſdam, §. præterea, ff. de verb. ſig.*
58 Vel ſi eſſet judex delegatus; qui † cum non habeat locum certum, poterit in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

in Camera jus dicere, vel decretum interponere, ut tradit Bald. *in l. cum ſententiam, C. de ſent. n. 2.* quod tamen intelligendum eſt de delegato ad unam cauſam, & non ad univerſitatem cauſarum, ut tradunt Dd. *in l. ſi locus, ff. de judic.* Idem quoque dicendum erit in arbitro, qui poterit ſibi † ad ſuum arbitrium eligere locum honeſtum, ſecundum Bald. *in l. pen. n. 6. de juſt & jur.* 59

Decimoquinto † requiritur, antequam bona minorum alienentur, ut prius fiat ſubhaſtatio, & in locis publicis præfigantur ſchedulæ notificando, quod dabuntur plus offerenti, ut tradit Bald. *in l. ordo, verſ. ſed tu, C. de exec. rei jud. & in auth. hoc jus porrectum, C. de ſacroſ. Eccl.* Bart. *in l. ait Prætor, §. ſed hodie, & ibi etiam* Bald. *ff. de min l. 1. C. de fide inſtr. & jur. haſt. fiſc. lib. 10.* Bart *in l. alio, ff. de alim. & cib. leg* Matth. de Affl. *in deciſ. Neap. quæſt. 249.* Pariſ. *conſ. 98. & ſeq. lib. 1.* & noviſſime Eman. Soer. *lib. com. opin. lit. D. n. 20.* dicens communem, & † ulterius Men. *de arb. jud. lib. 2. cent. 2. caſ. 129. n. 2. & 3.* dicit, quod debeat fieri licitatio per viginti dies, allegans Bartol. *in l. licitatio, in princ. ff. de Publ.* atq; ita intelligendam eſſe auth. *hoc jus porrectum, C. de ſacroſ. Eccl.* quæ viginti dies in bonis Eccleſiæ diſtrahendis præſtituerit, & ſimiliter dicendum eſſe in diſtractione bonorum fiſci & civitatis, ut tradit gl. *in l. 1. C. de vendit. bonis civit. in l. 1. C. de fide inſtrum. & jur. haſt fiſcal. lib. 10.* id quod & Baldo quoque placuit *in l. 1. n. 5. C. de præſcr. 30. ann.* Et quod pro † decreto judicis interpoſito præſumendum etiam ſit, teſte Alciato, *in tract. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 10.* communem † dicens, & ante eum tradit Dec *in c. quoniam, n. 42.* & ibidem Molin. *de prob.* & Pet. Duen. *reg. 189.* quam regulam latiſſime exornavimus cum ampliationibus & limitationibus, in tractatu noſtro præſumptionum. Verum hæc, quæ † diximus de ſubhaſtatione, maxime procedunt, quando conſuetudo loci hoc exigeret, quo caſu omitti non debet, licet alias de jure talis ſubhaſtatio non requiratur, teſte Molin. ad Decium *conſ. 403. n. 12. lit. A.* 60 61 62 63 64

Ampliatur autem prædicta reg. Primo, quod † tutor bona minorum abſque præmiſſis, & aliis juris ſolemnitatibus alienans dicatur eſſe in dolo, ex quo contra legum interdicta contraxerit, *l. quemadmodum, in fi. C. de agric. & cenſ. lib. 10. l non dubiū, C. de leg. l. jubemus nulli, C. de ſacroſ. Eccl.* Dec. *conſ. 178.* Ruin *conſ. 29. verſ. ſuper quarto, in fin. lib. 5.* & quod † contra eum jurari in litem poſſit, eorumque juramento probari, eorum res, rerum quantitas, fructus, æſtimatio, ac intereſſe, in quibus tutor alienans debeat condemnari erga minores, ut tradunt Dec. & Ruin. *in locis ſupr. alleg.* Et quod talis † etiam tutor extra ordinem puniri poſſit, *l. in eos*, ubi text. Bart. & Dd. *ff. de tutel.* Crauet. *conſ. 286.* Id quod † etiam obtinet in Prælato alienante, qui dicitur perjurus, & alias pœnas incurrit: quas tradunt Rebuff. *in ſuo tract. alien n. 102. uſq; 114.* & noviſſime Nic. Euer. *conſ. 74.* 65 66 67 68

Secundo ampliatur ut † procedat, etiamſi pater vel parens tutor ſit alicui ex liberis, debet tamen eo caſu judex pronior eſſe ad conſentiendum patri, *l. ſi pupillorum, ff. de reb. eor. l. 3. C. de præd. & aliis reb. min.* Maxime, & multo † magis, ſi tanquam ſuum eſſet, non tanquam pupillare vendiderit, *d. l. 3. l. Iulianus, §. curator. ff. de curator. furioſ.* quia non furioſi negotium gerens, tradit. Niſi † pater hoc faceret ut legitimus 69 70 71

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

adminiſtrator bonorum filii, qui poteſt bona filii ſine decreto alienare, ut tradunt Tiraq. *in l. ſi unquam, in præfat. n.* 28. 32. 33. *C. de revoc. don.* & acutiſſi-
72 mus Diddac. Couvar. *lib.* 1. *var. reſol. cap.* 8. *n.* 6. Sed ſi non ſubeſſet † juſta cauſa alienandi, utpote æs alienum urgens, non poterit pater illa bona alienare, eo quod patris autoritas non ſuppleat juſtam cauſam, ſed judicis loco ſit, atque ita decretum tantum ſuppleat, ut tradunt Crauet. *conſil.* 74 *num.* 1. & noviſſime Alciat. *in tractat. præſumption. regul.* 1. *præſumpt.* 2. *num.* 6. 7.

73 Tertio ampliatur † ut procedat, etiamſi alienatio fieret inter affines, & fratres, adhuc enim ſine decreto fieri non poterit alienatio, *l.* 4. & ibi Dd. notant *C. de præd. minor.*

74 Quarto ampliatur, ut † procedat, etiamſi minor juraverit ſe majorem annis. Quia licet beneficium reſtitutionis tollat, tamen contractum non ideo minus nullum dicet, ſi conſenſus propinquorum ſtatuti loci requiſitus, non intervene-
75 rit, ut tradit Soar. *lib. com. opin. lit.* M. *n.* 167. dicens, † communem.

76 Quinto ampliatur ut † procedat, etiamſi minor veniam ætatis impetraverit,
77 *l.* 2. & 3. *C. de his, qui veniam ætat.* & *l.* 1. *C. qui* & *adverſ. quos.* Quia † licet venia tollat reſtitutionem in integrum, tamen non tollit nullitatem actus, ubi de alienatione, vel hypotheca rerum immobilium agitur, vel quæ immobi-
78 li æquiparetur, *d. l.* 2. & 3. Etiamſi † conſtaret pecuniam verſam in rem minoris, quia hoc non validat alienationem prædii, vel ſimilis juris, *l. non ſolum, l. utere, l. ſi prædium, C. de præd. min. ſin. dec. non alien.*

79 Sexto ampliatur, ut † procedat etiamſi tutor velit alienare, vel transferre rem in eum, à quo minor eam habuit, vel à quo provenit, ut tradit Jaſ. *in l. cum filio, n.* 170. quem ſequitur Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo, donatione largitus*, *n.* 158. licet hac in re dubitaſſe videatur. Sicuti etiam idem Tiraq. dubitans *lib. de jure mariti, gl.* 5. *n.* 54. in ſimili conſuetudine citat conſilium Paul. de Caſtr. ſed tandem *n.* 56. *in fin.* magis probat hanc ſententiam, ad quam facit *l.* 2. *C. ſi adverſ. donat.* & *l. ſi ad reſolvenda, C. de præd. minor. l.* 1. *§. ult. ff. de reb. eor.* & hanc opinionem tanquam veriorem tenet Pinel. *in* 3. *part. leg.* 1. *n.* 58. *C. de bon. mater. in verſ. ſed contrarium puto.*

80 Septimo ampliatur, quod † etiam acquirens à minore, vel tutore, dicatur eſſe in dolo præſumpto, ſine mala fide, ut probat text. *in c. qui contra jura*, ubi Dyn. *de reg. jur. in* 6. gloſſa notab. ubi Bart. *in l.* 1. *C. de fid. inſtr.* & *jure haſt. fiſc. lib.* 10. & pulchre Bald. *conſil.* 347. optime Crauet. *de antiq. temp.* §. *materia iſta, n.* 5. in Prælato ſine juris ſolemnitate contrahente, & quod ideo etiam perdat, vel amittat pretium, ubi ſolemnitates juris prædictæ non fuerint adhibitæ, & juſta cauſa non erat alienandi, *l. jubemus*, §. *ſane*, & ibi notat Bald. & Dd. *C. de ſacroſ. Eccl.* Dec. *in l. non omnis*, §. *ſi pupillus, ff. ſi cert. pet. idem conſil.* 60.
81 *n* 2. Alex. *conſ.* 4. *lib.* 3. Rebuff. *de alien. re. Eccl. n.* 115. Eaque † etiam præſumptio ſit juris, & de jure, quæ in oppoſitum probationem non admittat, ut tradunt Soc. jun. *conſ.* 69. *n.* 45. *lib.* 1. Pariſ. *in c. ſi diligenti*, *n.* 26. *de præſcr.*

82 Verum † hæc ampliatio non procedit, primo, quando acquirens erat in bona fide, vel quia talis erat perſona, cui permittebatur jus ignorare, puta miles, *l. fin. C. de jure delib.*

Secun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Secundo non procedit, quando † poteſt ſe excuſare à dolo, quo caſu non poterit contra eum in litem jurari, ut tradit Bald. *in authent. qui res, verſ. ſed contra*, & ibi alii Dd. *C. de ſacroſ. Eccl.* gloſſ. & Dd. *in c. ad audientiam*, *extr. de reb. Eccl. non alien.* 83

Tertio † non procedit, quatenus pupillus factus eſſet locupletior, ut tradunt Hip. Rim. *in §. fin. n. 61. Inſt. quib. alien. lic.* Dec. *conſ. 60. n. 2.* Rod Suares Hiſp. *tit. de las deudas, n. 12.* & facit *l. 1. ff. de autorit. tut. l. fin. C. de uſucap. pro empt.* & *§. ſin autem, Inſt. quib. alien. lic.* Quod etiam procedit † in bonæ fidei poſſeſſore, qui licet non teneatur ad æſtimationem damni, tenetur tamen in eo, quo fuerit factus locupletior, *l. item veniunt, §. eos autem, l. ſed etſi lege, §. conſuluit, ff. de petit. hæred.* Et idem quoque † dicendum erit in hærede, qui licet ex delicto defuncti non obligetur, tamen tenetur in eo, quod ad eum pervenerit, *l. in hæredem, ff. de dolo, l. 1. §. fin. ff. de vi & vi arm. l. pulſos, C. unde vi*, & *in reg. ſicut pœna, ff. de reg. jur.* Simili † quoque modo dicendum erit in eccleſia, quatenus reperiatur facta locupletior, de penſionibus perceptis, cum eccleſia † ſit cultrix & autrix juſtitiæ, quæ nihil patiatur contra juſtitiam fieri, *c. 1. §. 1. ff. de alienat. feud.* atque ideo ipſa etiam merito teneri debet, quatenus facta fuerit locupletior, juxta notata per gl. & Bart. *in authent. qui res, in verb. enim, C. de ſacroſ. Eccl.* & Bald. *in l. jubemus, §. ſane, in prin. C. eod.* & *in l. ſi prædium, in prin. C. de præd. min.* Abbat. *in c. ſi quis presbyterorum, de reb. Eccl. non alien.* 84 85 86 87 88

Octavo ampliatur, quod † etiam alienans poſſit rem revocare cum fructibus, ſecundum, gl. expreſſam, Bald. Salic. & alios, *in l. cum à matre. C. de rei vendic. argum. l. quemadmodum, C. de agric.* & *cenſit. lib. 11. l. 3. C. de præd. min. l. ſi contra, C. ſi quis ignorans.* Quia habet actionem in rem, & in perſonam, *l. magis, §. manet, ff. de reb. eorum.* Quæ † ampliatio procedit etiam quo ad virum alienantem rem dotalem contra juris prohibitionem, quæ poterit revocari etiam conſtante matrimonio, ut tradit gl. *in l. un. §.* & *cum lex, C. de rei uxor. act. in verb. alien.* quæ recepta opinio † eſt, ut tradit Bald. Novel. *de dote, in 7. parte, privil. 1. lim. 12.* Bart. *in l. cum vir, n. 13. ff. de uſucap.* & ratio præcipua Dd. eſt, quia quando factum proprium eſt à jure prohibitum propter publicam utilitatem, quod quis admittatur, contra illud veniens, *l. quemadmodum, C. de agric.* & *cenſit. lib. 10.* & notatur *in c. noſti, de elect.* ſed hæc alienatio dotis eſt interdicta propter publicam utilitatem, *l. 1. ff. ſolut. matr.* ergo contra † illam venire poteſt, dato quod maritus juraſſet non contravenire: quia talis alienatio non eſt prohibita in ſui favorem, ſed tertii, id eſt, mulieris & Reipublicæ, *d. l. 1. ff. ſolut. matr.* & ideo merito tale juramentum non ligat, quod redundat in præjudicium tertii, *c. cum contingat, in fin. à contr. ſenſu, de jurejur.* & tradit Bart. *in l. Titia, §. Imperator, verb. quæro, ff. de legat. 2.* & Bald. *in l. 1. C. de inoffic. donat.* de qua re vide late Pinel. *in d. 3. parte, legis 1. n. 73. 74. C. de bon. mater.* ubi ampliat † hoc etiam procedere in Prælato, vel alio alienante contra legem, *idem in 2. part. l. 2. c. 4. n. 30. uſque ad fin. ejuſdem cap.* & in † eccleſia. Nic. Euet. Præſes, *conſ. 74. per tot.* 89 90 91 92 93 94

Amplius procedit hæc † ampliatio, quod etiamſi tutores vel curatores poſ- 95

 ſeſſionem

ſeſſionem licet pignori nexam vendiderint ſine decreto, non opus ſit reſtitutio-
96 ne in integrum, *l. non eſt vobis, C. de præd. & al. reb. min.* Niſi † emptor fuiſſet bo-
næ fidei, quo caſu lucrabitur fructus: ut latiſſime declarat idem Pin. *in d. 2. parte,*
legis 2. c. 4 n. 30 uſque ad fin. cap. C. de reſcind. vend. ad quem lectorẽ remittimus.
97 Nono ampliatur, quod † etiam res alienata, non ſervata ſolemnitate, pereat
emptori, non obſtante contractus nullitate, ut eſt gl. ſingularis *in l. non omni, §.*
1. in gl. 1. ff. ſi cert. pet. Jaſ. *in l. 1. n. 16. C. de jur. emphyt.* Quod notandum eſt
ad limitationem leg *pignus, C. de pignor. act.* & Car. Molin. ad Dec. *in l. non omnis,*
98 *§. ſi pupillus, n. 4. ff. ſi cert. pet.* dicit † communem, licet Decius contrarium dicat,
d. n. 4. diſtinguendo quod aut fuiſſet res æque peritura, apud minorem, vel non.
99 Ex quibus & illud procedit, an † tutor vel curator, qui vendiderit ſui pupilli
rem immobilem, & pro evictione obligaverit omnia ejuſdem pupilli bona, poſt
deceſſum pupilli, ſi ejus hæres illam rem revendicaverit, & proceſſu per emp-
torem eidem tutori denunciato, evictionem capere renuerit, de evictione talis
tutor nomine ſuo proprio teneatur. In qua quæſtione primo dicendum vide-
tur, quod tutor ſive legitimus, & juridicus, ſive illegitimus & falſus ſit, non te-
neatur de evictione, maxime finita tutela, *l. poſt mortem, ff. quand. ex facto tut.*
l. 1. & ibi Bald. & Salic. *C. eod. tit. & l. cum quædam mulier, C. de admin. tut.*
100 dummodo vendiderit in caſu conceſſo & permiſſo, cum ejus † officium ſit ne-
ceſſarium, publicum autoritate, & utilitate privatum, *l. ſi non ſubſcripſiſti.* & ibi
Salic. *C. de adm. tut.* & gl. *in c. ſicut, 46. diſtinct.* & idem quoq; dicendum eſt,
quando eſt publicum autoritate & utilitate, ſecundum gloſſ. Alber. & Dd. *in*
101 *l. fin. ff. ſi quis caut.* Quod † etiam maxime procedit, quando vendiderit
rem tanquam tutor; quo quidem caſu non tenetur de evictione nomine ſuo pro-
prio, ſed tantum docere debet, & oſtendere ſe fuiſſe tutorem legitimum, & juri-
dicum, ut dicunt Bart. & Dd. *in l. 1. C. cred. evict. pign. non deb.* ubi Bart. dicit
ſe millies allegaſſe tutorem in ſui ſpecie non teneri pro venditione facta nomi-
ne pupilli, & illud menti tenendum eſſe commendat Jac. de Sanct. Georg. *in l.*
fin. n. 13. C. de furt. & Corn. *conſ. 72. lib. 4.* quem ſequitur Jac. Nouell. *reg. 230.*
in verbo, venditor fall. 1. per text. in l. illicitæ, ff. de reb. eor. ſecundum Bart.
102 *in l. cum vir, ff. de uſucap.* cum † nomine officii ſolum vendiderit: quod maxime
procedit, quando emptor ſciverit tutorem vendere bona, tutorio nomine, & ſic
nomine alieno. Debebat enim perſcrutari, an eſſet tutor legitimus, & an pote-
rat alienare dicto nomine, & ſi non poterat, debebat facere ſibi obligare ſe, & ejus
bona, alias dicitur in dolo, & non poteſt contra tutorem, idemque venditorem
agere ad intereſſe, ut pulchre notat Lanfranc. *in c. quoniam contra, de prob. tit. de*
103 *expenſis, n. 4. verſ. notate ſingulariter,* ubi inter alia dicit, quod † emptor debeat
ante emptionem conſiderare omnia, quæ eum impediunt agere, & ſic videre an
venditor ſit talis, qualem ſe faciat, ut tradit Marc. Mant. *deciſ. 99. n. 5. per text.*
in l. fin. C. com. de legat. & Aretin. *in l. ſi in aliquam rem, n. 5. ff. de acq. poſſ.* ubi
104 † emptor qui ſcienter emit rem alienam à non domino; non poteſt agere de evi-
ctione contra venditorem, ſed ſolum ad pretii reſtitutionem, ut late tradit Cou-
105 var. *var. reſol. lib. 3. c. 17. n. 1. & ſeq.* Scire † enim, & ſcire debere, æquiparan-
tur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

tur, nec excuſatur prætextu ignorantiæ qui ſcire potuit, quod ignorat, *l. regula, ff. de jur. & fact. ignor.* Etiamſi † venditor pretium non convertiſſet in utilita- 106
tem domini, ſed in uſum proprium, poſtquam emptor ab eo emerit, uti tutore, vel adminiſtratore, & ſic ei, uti alienæ perſonæ, adhibendo ei fidem, ſolverit pretium, de cujus exitu ſcire, haud ſpectat emptori, poſtquam rei emptæ acceperit poſſeſſionem, & quoad eum liberas habeat ædes venditor, ut tradit Aretin. *in §. retinendæ, n. 6. Inſtit. de interd.* Dec. *conſ.* 330. *n.* 3. Verum prædicta † non proce- 107
dunt, primo, ſi tutor ſe & bona ſua obligaſſet, quo quidem caſu tenetur de evictione propter pactum & conventionem, cum alias emptor non emiſſet dicta bona minoris, *l. etſi is quem, C. de præd. minor.* & ibi Bald. & Dd. pulchre Socin. *conſil.* 2. *l.* 2. Salic. *in l. & qui, C. quod cum eo,* ubi loquuntur † etiam de procura- 108
tore, & alio adminiſtratore, nedum neceſſario, ſed etiam voluntario.

Secundo non procedunt † in venditione non neceſſaria, videlicet quando 109
tutor vendidit rem pupilli immobilem ſine neceſſitate, & ſine judicis decreto, ſine quibus talis venditio non valet, *l. non omni, & l. lex quæ tutores, C. de admin. tut.* quo quidem caſu tutor tenetur ad reſtitutionem pretii, niſi doceat in utilitatem & commodum pupilli pretium converſum fuiſſe, ut dicit textus in terminis *in l. prædiorum,* & ibi gloſ. & Dd. *C. de præd. minor. & l.* 3. *ff. quand. ex fact. tut.* & gloſ. & Dd. *in d. l fin. ff. ſi quis caut.* Talis enim tutor cenſetur eſſe in dolo, qui ad evictionem capiendam vocatus, non allegaverit tutelam finitam, nec venditionem per eum factam, ob neceſſitatem pupilli fuiſſe factam, nec per conſequens pretium in facultates pupilli converſum, & expoſitum.

Decimo ampliatur regula, ut † etiam procedat in bonis furioſi, prodigi, & ſi- 110
milium, *l. qui neque, §. ſed etſi curator, l. ſi prædia, verſ. idem ſervari, ff. de reb. eor. l.* 2. *C. de curat. furioſ.* Maxime † quando talis curator non ſatisdediſſet, 111
niſi curator † convertiſſet pretium in utilitatem eorum, quo caſu agens repel- 112
letur exceptione, *l. conſilio, §. curator, ff. de curat. fur.*

Undecimo ampliatur, ut procedat, enimſi † pater pupilli illa prædia venalia 113
habuiſſet, modo teſtamento non caverit, uti diſtraherentur: non enim utique qui ipſe voluit vendere, idem etiam poſtea diſtrahenda putavit, *l.* 1. *§ ſi defunctus, ff. de reb. eor.* nec enim voluit pater poſt mortem ſuam alienari à filio, quæ alienare ipſe noluit.

Duodecimo ampliatur, quod † etiam vectigale, vel patrimoniale, ſive em- 114
phyteuticum prædium, vel fructus emphyteuticus, vel vectigalis, ſine decreto diſtrahi non liceat, quamvis jus prædii potius ſit, *l. ſed ſi pecunia, §. ſi jus emphyteuticum, ff. de reb. eor. l. etiam vectigale, C. de præd. minor.*

Decimotertio ampliatur, ut † procedat etiam in lapidicinis, cretifodinis, 115
argentifodinis, ſalinis, & ſimilibus, *l. ſed etſi, §. fin. & l. magis puto, in princ. ff. de reb. eorum.*

Decimo quarto ampliatur, ut † procedat etiam in fundo bona fide poſſeſſo, 116
d. l. magis, §. ſi pupillus 1. nam, donec evincatur, pupilli fundus dicitur. Et † idem quoque dicendum erit, ſi poſſideat ex cauſa damni infecti juſſu Præto- 117
ris, *d. l. magis, §. idemque.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

118 Decimo quinto † ampliatur, ut procedat, etiamſi fundus eſſet ſterilis, vel ſaxoſus, vel peſtilens: nam movere hoc non debet, cum utique pro fructuum modo pretium inventurus ſit, *l. ſi fundus. ff. de reb. eor.* atque ita nullum erit pupillo commodum, ut alienetur, ut tradunt Dec. *in l. 2. n. 6. C. de offic. ejus, cui mand. eſt juriſd.* Cuiac. optime in eccleſia, *Nouell. 7.* & noviſſime Nicol. Euer. *in loc. à minore ad Eccleſiam,* limitat in eccleſia, *in fine.*

119 Decimo ſexto ampliatur, ut † procedat quod etiam communia prædia obligari, vel alienari ſine decreto non poſſint, *l. qui neque, §. an obligari, ff. de reb. eor. l. inter omnes, C. de præd. minor.* ut tradit Jaſ. *in l. qui Romæ, §. cohærede,*
120 *num. 28. de verb. oblig.* Communia † autem prædia accipere debemus, ſi pro indiviſo communia ſint. Cæterum ſi pro diviſo communia ſint, ceſſante oratione, decreto locus erit, *l. magis, §. communia, ff. de reb. eor.*

121 Decimo ſeptimo ampliatur, quod † etiam ſervitus non poſſit imponi fundo pupilli, vel adoleſcentis, vel remitti, *l. 3. §. ſimili modo, ff. de reb. eor.* Pinell. *in 3. part. legis 1. n. 69. & ſeq. C. de bon. mater.* & Tiraq. in materia uſus fructus, *tit. de retract. lign. §. 1. gloſſ. 7. num. 55. & duab. ſeq.* Sed contrarium tenet in uſufructu, *num. 58. 59. 60. & 61.*

122 Decimo octavo † ampliatur ut procedat, etiamſi alienatio fieret ob debitum fiſcale, *l. ult. C. de præd. min.* Cuiac. limitat in eccleſia, *Nouella 7.*

123 Decimo nono ampliatur, ut † procedat, quod etiam non liceat vendere reditum minori debitum, *l. lex quæ tutores, C. de admin. tut. l. non ſolum, C. de præd. min.* Quia tales annui reditus inter immobilia computantur, *l. jubemus nulli, in princ. C. de ſacroſ. eccleſ. & §. hoc nos, in verb. civiles annonas, in authent. de non alienando,* Bald. *in l. etiam, C. de except. rei jud. l. hac edictali, §. his illud, C. de ſecund. nupt. l. unica, in fin. C. uti poſſid. c. 1. §. ſciendum, de feud. cognit. in uſib. feud.* Alex. *in l. ſi conſtante, ff. ſol. matr.* Tiraq. *de retract. lig. §. 1. gl. 6.*

124 Vigeſimo ampliatur, quod † nec reditum annuum ſuper ſe, vel bonis ſuis con-
125 ſtituere, vel alteri vendere poteſt, id quod † communiter tenent Pragmatici, & pro indubitato habent, ut tradit Præſes Euerardi, in eccleſia, *conſ. 74.* quod
126 † procedit, etiamſi minor vendidiſſet ſub leniori uſura; vel etiamſi minor veniam ætatis impetraſſet, vel aliàs induſtrius eſſet, juxta not. *in l. 1. C. qui & adverſ. quos.* Quia licet venia ætatis tollat reſtitutionem in integrum, & induſtrioſitas illam difficultet (quia facit præſumi non eſſe læſum per ætatem) tamen non tollunt nullitatem actus, ubi de alienatione, vel hypotheca rei immobilis agitur, vel quod immobili æquiparatur, *l. 2. & 3. C. de his qui ven. æt. impet.* Vel etiamſi conſtaret pecuniam verſam eſſe in rem minoris; quia hoc non valet ad alienationem prædii, vel ſimilis juris, *l. non ſolum, l. utere, l. ſi prædium, C. de præd. minor.* Zaſ. *in l. certi, §. quoniam, n. 12. & ſeq. ff. ſi cert. pet.*

127 Sed hic quæſtionis † eſt, quomodo probabitur pecuniam eſſe verſam in utilitatem, ſeu pupillum locupletiorem factum? Et dicendum eſt, tunc demum in rem pupilli verſam eſſe pecuniam, quando eſt utiliter impenſa ad commodum minoris, ita ut minor non ſolum habuerit æs alienum, ſed etiam fruitionem & commodum æris alieni, & ſic locupletior factus fuerit non ſolum in ſorte, ſed etiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

etiam in interuſurio, ſeu commodo ſortis, ut quando inde graviores uſuras diſ-
ſolverit, vel commiſſum emphyteuſis evitaverit, vel fundum avitum tempore
forte redemptionis expirante redemerit, vel res perutiles aut neceſſarias com-
paraverit, vel utiliter per ſe negotiatus fuerit, aut in ſocietatem negotiantium
contulerit. Locupletiorem autem † factum dicimus eum, tam qui penes ſe rem 128
habet, quam qui in corpus patrimonii quoque modo convertit aut cujus in rem
verſum eſt, licet malo eventu perierit, *l. ſi ipſa res, ff. quod met. cauſ. l. in pupil-
lo, ff. de ſolut.* Vel qui debito liberatus eſt, *l. ſi pupilli, ff. de ſolut. arg. l. 2. ff. de
calumniat. l. ſi cum mulier, ff. de donat. int. vir. & ux.* Vel ſi ex pecunia aliam
rem comparatam habuerit, *l. in pupillo, ff. de except.* unde pro declaratione hu-
jus rei, quando quis dicatur locupletior, recurrendum eſt ad notata, per gloſſ.
in l. fin. C de uſucap. pro empt. ubi Baldus dicit eum factum locupletiorem, quan-
do conſtiterit de utilitate, quæ in actu permanſerit, vel proviſum fuerit neceſ-
ſitati, ſequitur Dec. *in l. ex pœnalibus, n. 5. de reg. jur.* allegans *l. ſed an ultro, §.
fin. ff. de neg. geſt.* Et hoc † eo tempore inſpiciendum eſt, quo judicium accipi- 129
tur, id eſt, tempus litis conteſtationis, ut tradunt Bart. Bald. & Caſtr. *in l. pu-
pillo, per illum text. ff. de ſolut. l. ſi minor, ff. de minor, l. quid autem, in princ. ff.
de donat. int. vir. & ux. l. litis conteſtatæ, ff. de neg. geſt.* excepto bonæ fidei
poſſeſſore, in cujus † cauſa rei judicatæ tempus ſpectatur, *l. ſi à patre, vel do-* 130
mino, §. quo tempore, ff. de petit. hæred.

Sed & hic in quæſtionem vertitur, cui † incumbat probatio, quod quis præ- 131
ſumatur factus locupletior, ſi contractus teneat, & minor petat reſtitutionem?
In qua quæſtione dicendum erit minorem amiſſionem probare debere, & ip-
ſum non fuiſſe locupletatum, petitumque non fuiſſe verſum in ſuam utilitatem,
l. 1. C. ſi adverſ. creditor. Jaſon *in l. nam & poſtea, §. ſed minor, ff. de jurejur.*
Et ratio eſt, quia † unuſquiſque probare debet id, quod eſt fundamentum ſuæ 132
intentionis, juxta notata per Bartol. *in l. illa, ff. de verb. oblig. & in l. 1. C. de
edend.* Unde ſi minor agens petat reſtitui adverſus contractum, vigore læſionis,
probare debet, quod non fuerit locupletatus, nec verſum in ſuum commo-
dum: nam † ex quo conſtiterit pecunias ad ejus manus perveniſſe, ex hoc præ-
ſumitur factus locupletior, non probato per eum, quod eas in malam partem 133
conſumpſerit, ut voluit gloſſ. quam commendat Angel. *in l. utrum, ff. de petit.
hæred.* Anchor. *conſil. 5.* volens, quem præſumi † factum locupletiorem eo 134
ipſo, quod receperit pretium, nec apparuerit conſumptum, *per l. in pupillorum,
ff. de ſolut.* & hæc † communis dicitur opinio, ſecundum Hip. Riminald. *d. loco,* 135
n. 59. in fin. quia non † præſumitur quis ſuum conſumpſiſſe, & jactaſſe, *l. cum* 136
de indebito, ff. de probat. Imo præſumitur locupletatus, *l. ſi defunctus, C. arbit.
tut.* ſubditque Ruin. *conſ. 29. lib. 2.* non facile ab opinione gloſſæ, expreſſe
approbatæ per Angelum, recedendum eſſe, maxime quia pro ea ſit juris præ-
ſumptio, atque ideo relevare actorem ab onere probandi, & transferre in illum,
qui dicat contrarium; non probando ergo pupillus conſumptionem, dicitur
factus locupletior, adeo ut minor debeat probare ſe non eſſe factum locuple-
tiorem. Si vero † contractus fuerit nullus, debebit creditor probare minorem 137
locu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

locupletatum ex pretio, ut illud repetat, etiam excipiendo, ut tenet Salic. *in l. prædiorum, C. de præd. minor.* & gloſſ. *in l.* 1. *C. ſi adverſ. credit.* Socin. *conſ.* 115. Nec ſufficiet, illum probare ſimpliciter rem, vel pecuniam ad eum perveniſſe, ſed in ejus utilitatem fuiſſe converſam, oſtendere debet, *d. l. prædiorum.* Et hanc diſtinctionem communem eſſe dicunt Jac. Port. *lib.* 3. *com. opin. concl.* 12. Car. Molin. *de uſur. n.* 284. *& ſeq.* licet idem Molin. *num.* 273. *uſque ad* 287. maxime *num.* 285. *& ſeq.* contra hanc diſtinctionem multa adducat in contrarium, uti etiam facit Pinel. *in* 2. *part. l.* 2. *c.* 4. *n.* 64. *uſque ad fin. C.*
138 *de reſcin. vend.* dicit † tamen idem Portius communem hanc diſtinctionem non procedere in contractu mutui, in quo verſum debeat ſemper probari per agentem, allegans Bald. *in d. l. prædiorum.*

139 Vigeſimo primo † ampliatur regula, quod etiam non valeat alienatio mobilium, quæ ſervando ſervari poſſunt, *l. lex quæ tutores, l. fin.* & ibi Dd. *C. de admin. tut.* Jaſ. *in l.* 1. *n.* 30. *uſque ad* 37. *ff. ad Trebel. idem in l. ſingularia, n* 14. *ff. ſi cert. pet. & in l. mandata, n.* 3. *ff. de offic. ejus.* Alex. *in l. reſtituta, §. pupillus, num.* 3. *&* 4. *ff. ad Trebel.* Roland. à Valle, *in tract. de luc. dot. quæſt.* 45. ma-
140 xime † ſtante ſimili ſtatuto, ut tradit Alex. *conſ.* 27. *n.* 6. *lib.* 3. Imo vero etiam quando res mobilis pretioſa eſſet, vel quæ ſervari poteſt, ut probatur *in d. l. lex quæ tutores,* poſt principium, *ibi, ut hæc omnia,* de quibus plenius Corn. *conſ.* 92. *& conſil.* 185. *lib.* 4. Rub. *conſ.* 239. Soc. jun. *conſ.* 148. *n.* 32. *lib.* 1. & deciſ. Neap. 249. Idque hac ratione, quod hujuſmodi mobilia immobilibus comparentur, maxime cum agitur de prohibitione alienationis, ut eſt gloſſ. *in c. tua, extra de his, quæ fiunt à prælat.* & eſt gloſſ. *in c.* 1. *in verb. abſtinentes*, quæ eſt gloſſa ultima *de cler. ægrot. lib.* 6. Panor. *in c. contingit. verbo, concluderem ſic. extr. de tranſact.*

141 Dicitur autem res ſervando ſervari † poſſe, quando ex ea fructus percipitur, nihilominus ſervatur, ſeu dominium retinetur, ut tradit Alex. *in l.* 1. *§. fuit quæſitum, num.* 31. *&* 36. *in fin. ff. ad Trebel.* ut ſunt annuli, gemmæ, torques, & id genus.

142 Declaratur hæc ampliatio, ut † non procedat primo de jure Digeſt. quo jure poterit minor ſine decreto judicis alienare, ex ſententia gloſſæ & Bartoli, *l. inter pupillos, ff. de autorit. tut.* & tradit Franciſc. Aret. *conſil.* 22.

143 Secundo non † procedit in regno Galliæ, in quo *l. quæ tutores, C. de adminiſtr.* (quæ eſt Conſtantini Magni, de qua compilatores Cod. deſumpſerunt *l. final. tut. C. quand. decr. op. non eſt*, quam etiam Juſtinianus imitatus eſt *in d. l. fin. in fin. ff. de adminiſt. tut.*) nunquam fuit recepta, & jamdudum ubique exolevit, & manſit prohibitio tantum in rebus immobilibus, vel quæ illis exequantur, ſecundum jus antiquum Pandectarum.

144 Tertio non procedit † in veſtibus detritis & animalibus ſupervacuis, quæ oneri & ſumptui ſint, *l.* 4. *C. quand. decret opus non eſt, & d. l. quæ tutores, C. de adminiſtr. tut.*

145 Quarto non † procedit in adulto curatore carente, qui poterit alienare mobilia omnia ſine decreto, *l. ſi curatorem habens, C. de in integr. reſtit.* Nam adultus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

tus curatore † carens habetur pro majore, quantum ad hoc, ut geſta per eum 146
valeant, ut notat Alex. *in d l. ſi curatorem, in 2. notab.* & fuit de mente *gl. penult.* ibi, dum dicit, quod videatur quaſi paterfamilias, & ideo quod facit valere.

Quinto non procedit, multo magis † ex communi Dd. reſolutione in pecu- 147
nia minoris, ubi neceſſarium non eſt decretum, ut tradit Bart. *conſ. 70. num. 2.* & probat Dd. *in l. filiusfamilius, n. 5. ff. ſi cert. pet.* idque etiam uſus obſervat, ut ſæpe ſolus tutor vel curator ex pecunia minoris emat, vel eam fœnori tradat, & plane ad uſus neceſſarios minorum eam expendat, *ut in l. 3. C. de uſur. pupil. & l. 4. C. de admin. tut.* ſalva deciſione juris novi, *de qua in auth. ante l. 1. C. eod. tit.* Sic ex † pecunia abſque decreto ſolvitur creditoribus minorum, *l. ait* 148
Prætor, §. 1. ff. de minor. ſolutio autem juris neceſſitatem habet, *ut in princ. Inſtit. de verb. obligat.*

Sexto non procedit † in rebus, quæ pondere, numero, vel menſura conſtant, 149
ut tradunt Faber. *in tit. Inſtit. quib. alien. lic.* Angel. *in l. 1. num. 6. ff. ſolut. matrim.* Bald. Novel *in tract. dotis 7. part. privileg. 1.* ad quod facit *l. res datæ in dotem, ff. de jur. dot. l. fin. in fin. C. de adminiſt. tut,*

Vigeſimo ſecundo ampliatur regula, quod † minor ſine decreto & autorita- 150
te tutoris non poſſit cedere actiones, vel jura ſua, ſecundum Specul. *in tit. de ceſſ. act. §. 1. verſ. ſed nunquid minor,* eamque veram & † communem eſſe con- 151
cluſionem, dicit Ripa *in l. 1. § fuit quæſitum, num. 34. ff. ad Treb. idque l. 1. & per tot. ff. de reb. eor. & l. lex quæ tutores, C. de adminiſt. tut.* Maxime † jus 152
vel actionem competentem ad rem immobilem, ſecundum gloſſ. *in l. 1. C. ſi adverſ. tranſact. & gloſſ. in authent. de non alien. reb. Eccleſ. §. 1. in verbo, numeranda.* & Jaſ. *in l. fin. num. 122. de jure emphyt.* Roder. Soar. *de ceſſ. hæredit. pater. alleg. 20. num. 7.* qui dicit † eſſe communem concluſionem. Alex. *de* 153
pacto retrovendendi, conſ. 27. num. 6. lib. 3. & conſil. 125. num. 1. verſ. modo hic, dicentem communem, *& num. 4. de actione ad ſupplementum legitimæ, lib. 1.* Bart. *in l. neque tutores, num. 18. de procurat. & in l. reſtituta, §. pupillus, ff. ad SC. Trebell.* Ludov. Roman. *conſil. 386.* Soar. *lib. com. opin. lit. M. n. 185. & ſeq.* qui dicit † communem: quia actionem habet ad rem, eam ipſam rem 154
habere videatur, tanquam ſcilicet venditor, qui actionem habet ad rem revocandam, videatur & eam rem habere: id quod optime declarat Tiraq. *de retract. convent. §. 2. gloſſ. 1. num. 48. 49. 50.* Et maxime † hoc quoque proce- 155
dit, quando actio illa competeret ad rem quæ ſervando ſervari poſſit, ut tradit Alex. *conſ. 125. n. 4. verſ. ſed ubi. lib. 1.*

Declaratur hæc ampliatio, ut † non procedat primo, quando talis ceſſio fie- 156
ret ex neceſſitate contractus initi cum defuncto, *l. magis puto, § 2. ff. de reb. eor.*

Secundo non procedit, quando † fieret ex cauſa tranſactionis, quo caſu vale- 157
bit abſque decreto, ſecundum gloſſ *in l. præſes, C. de tranſact.*

Tertio non procedit, quando † illa actio competeret ad rem immobilem, vel 158
mobilem, ſcilicet centum alternative, ad electionem debitoris, cui ceſſit: quo caſu ceſſio actionis ad centum, tanquam ad rem mobilem facta, tenebit, ut tradit Alex. *d. conſ. 125. n. 14. lib. 1.* & Franciſc. Turzan. *concluſ. 22.* allegans

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

159 Bart. *in l. ſi ſic legatum, §. ſi quis ita. verſ. ultimo, ff. de legat.* 1. Qui † dicit actionem ex natura rei, in qua ipſa actio contineatur, vel ad quam competat, judicari mobilem aut immobilem, juxta gloſſ. *in l.* 1. *C. ſi adverſ. tranſact. & §.* 1. *in authent. de non alien. reb. & in l. ad rem ſolvendam, c. de præd. minor.*
160 Id quod † multo magis locum habet, quando actio daretur ad rem mobilem, ſcilicet ad quantitatem: quia computatur inter mobilia, & non inter immobilia; *d. l.* 1. *C. ſi adverſ. tranſact.* ut tradunt Oldrad. *conſil.* 219. Specul. *in tit. de inſtrum. edit. §. nunc vero aliqua, in addit. quæ incip. Scire debes, & in tit. de fructib. & intereſſe, §.* 1. *verſ. quid ſi debeo,* & Angel. *in l.* 1 *§. fuit quæſitum, ff. ad Trebell.*
161 Quarto non procedit, quo † ad actionem perſonalem, quæ competat pro rebus immobilibus ex ſtatuto, quia cenſetur mobilis, ut tradit Tiraq. *de retract. lign. §.* 1. *gloſſ.* 7. *num.* 31. Dec. cum Molin. *conſ.* 300. *n.* 5. & 6. allegans Bart. *in l. Gallus, §. videndum, ff. de lib. & poſthu. & in l. nemo, ff. de in integr. reſtit.*
162 *per l. ſciendum, §. ſi fundus; ff. qui ſatiſd. cog.* quia non † proprie dicitur meum quod eſt mihi debitum, ut tradit gloſſ. *Inſtit. de act. in verbo, debetur.*
163 Quinto non procedit, quando † fieret talis ceſſio ex neceſſitate fideicommiſſi, quo caſu adultus poteſt, pupillus vero non poteſt ſine tutore, *l. reſtituta, §. fin. ff. ad Trebell.*
164 Sexto non procedit, quando † illa actio competeret ad rem, quæ ſervando ſervari non poteſt, per not. *in l.* 1. *C. ſi adverſ. tranſact.* ut tradit Alex. *d. conſ.* 125.
165 *n.* 4. *verſ. ecce ſi pupillus, lib.* 1. Simili quoque † modo dicendum erit de actione ad fructus, vel pecuniam, quia idem judicamus pro ipſa actione, prout judicamus de ipſo, ad quod dicitur dari actio, ut notant Dd. *in l.* 1. *C. ſi adverſ. tranſact.* Cyn. & Bart. *in l. poteſt pupillus, ff. de autor. tut. & in l. moventium, ff. de verb. ſig.*
166 Dicuntur autem † res ſervando ſervari non poſſe, quæ non poſſunt durare ultra triennium, ſecundum gloſſ. *in l.* 1. *C. ſi adverſ. uſuc. & in l. divortio, §. interdum, ff. ſol. matr.* quales dicuntur res mobiles, juxta gloſſ. notabil. *in d. l.* 1. *C. ſi adverſ. uſuc.* & gloſſ. penult. *in l. fin. C. in quib. cauſ. in integr. reſtit. non eſt neceſſ.* veſtes, & id genus quæ uſu conſumuntur, ut tradit Hippol. Riminald. *Inſtit. quib. alien. lic. vel non tit.* 8. *num.* 114. & *ſeq.* & facit *l. quæ tutores, in fin. C. de adminiſtr. tut.* Denique pecunia deſtinata ad expendendum, vinum, oleum, poma, & frumentum, in quibus bonis poteſt ſe intromittere, & illa alienare, in dotem, & extra, ſine decreto, ut tradit Boer. *deciſ.* 209. *num.* 4. & Roder. Soar. *in tit. de las arras, num.* 61. & *ſeq. verſ. ſed utrum minor.* Alex. *conſil.* 92. *num.* 3. *lib.* 6. *allegans gloſſ. in l.* 1. *§. fuit quæſitum, ff. ad Trebell.* Pari
167 † modo etiam fructus numerantur quia ultra triennium durare non præſumuntur, qui etiam alienari poterunt ſine decreto, ut † commune ait Corn. *conſil.*
168 104. *num.* 25. *lib.* 2. ut eum allegat Soar. *in theſ. recept. ſentent. lit. F. n.* 346. Alexand. *conſil.* 149 *num.* 4. *lib.* 1. & *conſ.* 92. *num.* 3. 4, & 5. *lib.* 6. & facit
169 gloſſ. *in d. l.* 1. *C. ſi adverſ. uſuc.* cum qua ſentiunt omnes Dd. ibi. Unde † ſi quis ageret ad fundum, & fructus perceptos ex eo fundo, annis decem pluribusve tranſactis, non debebit petere ſuum adverſarium condemnari ad ipſos fructus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

fructus, verum petere tenebitur condemnari ad æſtimationem: quia non eſt. veriſimile, quod extent, ſecundum gloſſ. *in d.l.* 1. quæ ad hoc allegatur per omnes Dd. teſte Paul. Caſtrenſ. ibi *num.* 4. Amplius etiam † minori adverſus venditionem fructuum, earumve rerum, quæ fortuitis caſibus ſubjectæ ſunt, non ſuccurritur, niſi evidens gratia tutoris vel curatoris ſuadeat, *l. etſi ſine,* §. *& diſtrictæ, ff. de minor.* & ibi gloſſ. ut tradit Joan. Imbert. *lib.* 1. *Inſtit. forenſ. cap.* 34. *lit. I.* Inter alia quoque † dicens, minori apud ſuos, perinde atque majori, fructuum liberam permitti adminiſtrationem, quod etiam jure communi procedere confirmat rationibus multis Alexand. Imol. *conſil.* 49 *lib.* 1. Et tales † etiam fructus vendi poterunt ſine decreto, ſive conſumpti ſint, ſive extent, ut tradit Alexand. *d. conſil.* 92. *num.* 3. 4. *lib.* 6. quia dicuntur de rebus, quæ ſervando ſervari non poſſunt, & quæ uſu conſumuntur, *l. ſi cui, & quaſi per totum tit. ff. de uſufr. ear. rer. quæ uſ. conſum. &* §. *conſtituitur, Inſtit. de uſufruct.* adeo, ut † tutor etiam poſſit eos vendere ante confectum inventarium & ſatiſdationem præſtitam, quia dicuntur eſſe res, in quibus dilatio eſt periculum allatura, ut tradit Alexand. *d. conſil.* 92. *num.* 5. *& in l. Procuratorem, num.* 4. *C. de procurat.* Roman. *conſ.* 415. & facit text. *in l. pro hærede,* §. 1. *ff. de acq. hæred.* Pari † quoque modo actiones competentes ad hujuſmodi res cedi poſſunt, ut declarat Alexand. *in l. reſtituta,* § *pupillus, num.* 3. *ff. ad Trebell.* Idem quoque † dicendum erit de actione ad fructus pecuniæ, Alexand. *d. conſ.* 92. *num.* 2. *lib.* 6. Hinc etiam † molendina poſſunt alienari, cum ſint in continuo periculo, & æquiparentur rebus, quæ ſervando ſervari non poſſunt, ut tradit Angel. *in l. non ſolum, ff. de petit. hæred.* & ſequitur Rub. *conſ.* 138. *in fin.* Quibus etiam accedit † pecunia numerata; dicuntur enim eſſe de rebus, quæ ſervando ſervari non poſſunt, quia deſtinatæ ſunt ad uſum & diſtractionem, ut eſt gloſſ. quam ibi ad hoc ponderant Bart. Angel. Alex. Jaſon & alii *in l.* 1. §. *fuit quæſitum. ff. Trebell.* Bald. *in l. ſi curatorem, C. de in integr. reſtit. minor.* Bart. *in l. interdum, ff. de condict. indeb.* & facit §. *conſtituitur,* ubi Balduin. *Inſtit. de uſufruct. c. fin. de pign ibi; pecuniam, & alia, quæ uſu conſumuntur.* Quam ſententiam tenent etiam Corn. *conſ.* 49. *lib.* 3. Alex. *conſ.* 92. *n.* 3. *lib.* 6. Dec. cum Molin. *conſ.* 409. *n.* 15. Molin. *in terminis, de uſur. quæſt.* 13. *num.* 167. Pariſ. *conſ.* 25. *n.* 73. *lib.* 2. Diaz. *reg.* 537. Jaſ. *in l.* 1. §. *fuit quæſitum, n.* 29, & ibi Rip. *n.* 17, 18. dicens † communem, *ff. ad Treb.* Villalob. *lib. com. opin. poſt num.* 60. & noviſſime Tiraquel. *de retract. lig.* §. 1. *gloſſ.* 7. *n.* 103. 104. *& duob. ſeq.* dicens communem, licet non ignorem aliquos eſſe contrariæ opinionis, ut Soar. *lib. com. opin lit P. n.* 83. allegans Pinell. *in* 2. *part. l.* 1. *n.* 42. *C. de bon. matern.* Verum communis † opinio, ſecundum quoſdam, non procedit primo, quando ea pecunia eſſet depoſita ad emptionem prædiorū, quo caſu dicunt eam alienari ſine decreto non poſſe, ſecundum Jaſ. *in d. l.* 1. § *fuit quæſitum, n.* 37. & ibidem Rip. *n.* 9. *&* 16. per text. *in l.* 3. §. *quid ergo, ff. de contr. judic. tut.* quem extollunt Rom. & quamplures alii, aſſerentes tunc immobilibus accedere, in quo tamē Dd. mire variant, ut copioſe refert Tiraq. *de retract. lign.* §. 1. *gloſſ.* 7. *n.* 105. 106. & latiſſime

170 171 172 173 174 175 176 177 178 178

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Boer. *deciſ.* 119. aſſerens tamen contrarium receptius, quam partem dicit receptiorem Jaſon *in l. cætera*, §. *ſed ſi paraverit, num.* 21. *& ſeq. ff. de legat* 1. quos ſequitur Pinell. *in* 2. *part. l.* 1. *num.* 44. *verſ. & hanc poſſet* & communem eſſe dicit Soar. *in theſ. recept. ſent. lit. P. n.* 83. 84. 85. 86. allegans Boer. *deciſ.*
180 109. dicens † idem eſſe, quando pecunia depoſita eſſet apud campſorem, vel ad banchum pro emptione prædiorum; nam non ideo deſinit res mobiles cenſeri, nec inter immobilia numerabitur, ut commune ajunt prædicti Dd. licet Bald. *in c. cum cauſam, ad fin. de re jud.* contrarium teneat, quem ſequuntur Tiraq. *in* §. 1. *gloſſ.* 7. *num.* 117. & Rol. à Valle late *quæſt.* 91. *n.* 4 *& quatuor*
181 *ſeq. de lucr. dot.* Secundo non † procedit communis opinio, quando pecunia eſſet depoſita pro tuitione & conſervatione patrimonii, ut loco non moveretur, ut tradit Jaſon *in d. l.* 1. §. *fuit quæſitum, n.* 38. *ff. ad Trebell.* ſatis enim fructuum facit, ſi ad conſervationem patrimonii parata fuerit, *l. ſi chorus*, §. *verbis, ff. de legat.* 2. *l fin. de aliment. pupil. præſt.* ut dicit Ripa *in d.* §. *fuit quæſitum, num.* 18.

182 Vigeſimotertio ampliatur, quod † nec pignoris ſuppoſitio valeat ſine decreto, quia eſt ſpecies alienationis, *l. magis puto*, §. *ſi pupillus*, *& l. pupillorum*, §. *ſi pupillus*, *& l. penult.* §. *quamquam, ff. de reb. eor. & l. ſi ad reſolvendam, C. de præd. minor.* quoniam ſi huic obligationi locus abſolute eſſet, vere adinventa foret alienandi ratio, ſiquidem ære alieno cauſato, neceſſario eſſet ad ipſam venditionem deveniendum, *d. l. magis puto*, §. *pupillus.* & tradit Alex. *in l. ſive*
183 *apud acta, n.* 2. *C. de tranſact.* Dec. *conſ.* 479. *n.* 4. Imo, quod † fortius eſt, non poteſt minor prædium à ſe emptum pignori dare, ut inde reſiduum pretii venditori ſolvat, *l.* 1. §. *ult. & l.* 2. *ff. de reb. eor.* etiam ſi incontinenti adjectum eſſet pactum, ut tradunt Alciat. *reſp.* 121. *n.* 2. & Tiraq. *de retract. convent. ad fin. num.* 13. Pinell. *in* 3. *part. leg.* 1. *num.* 52. 53. ubi etiam multos contrarium tenentes allegat, ſed reprehendit, & maxime Curt. jun. *conſil.* 146. *& ſeq. C. de bon. matern.* Nec differentiam conſtituo, ſive contrahat minor, vel ejus nomine tutor, vel curator, ut recte reſpondent Gozard. *conſ.* 15. *&* 16. & Alciat. *d. reſp.* 121. contra prædictum Curt. jun.

184 Declaratur hæc ampliatio, ut † non procedat, primo, quando Princeps eam approbaſſet, ut tradit Pinell. *in d. l.* 1. *part.* 3. *num.* 52. *in verbis, & inde inferendo, per l.* 2. *ff. de reb. eor.*

185 Secundo non † procedit in pignore neceſſario, ut Prætorio, *l.* 3. §. *pignori, ff. de reb. eor.* ut tradit Balduin. *de ping. & hyp. cap.* 12.

186 Vigeſimoquarto ampliatur, quod † etiam in contractibus permiſſis non poſſit conſtitui hypotheca formalis pro ſecuritate creditoris, ſed quod ſolum poſſit illis conſtituere legitimum jus retentionis, & ſic quoddam pignus per viam exceptionis, *l. ſi pupillorum*, §. *ſi obligaverit*, *l. ſi fundus*, §. *quamquam. ff. de reb. eor. l. utere*, *l. ſi prædium*, *C. de præd. minor. l. Conſul.* §. 1. *ff de curat.*
187 *furioſ. l. patri*, §. *prædium, de minor.* Sicut † etiam poterit res prius hypothecatas à patre ſolvendo à primo liberare, & ſecundo hypothecare, ſub levioribus uſuris, vel ſimilibus uſuris, & jus hopothecæ prioris creditoris ad ſequentem trans-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

transferre, *d. l. ſi pupillorum, in fin. ff. de reb. eor. l.* 1. *C. de his, qui in prior. cred. loc. ſuc. l. Ariſto. ff. quæ res pign. oblig. poſſ. l. ſi prior, §. à Titio, ff. qui pot. in pign. hab.* Qui textus licet non loquantur, quando minor eſſet debitor, tamen eadem eſt ratio in minore, qui etiam non læditur, ſed jure communi utitur, & ſic non eſt opus decreto, *l. fin. C. de in integr. reſtit.*

An autem † valeat venditio cum pacto de revendendo etiam in continenti, 188
in utramque partem luculenter diſputat Pinell. *in* 3. *part. l.* 1. *n.* 51. *&* 5. *ſeq. C. de bon. matern.* ad quem avidum lectorem relegamus.

Vigeſimo quinto ampliatur, quod † nec poteſt etiam procedere ad diviſio- 189
nem bonorum communium cum altero, vel fratre, vel ſocio, *l.* 1. *§.* 1. *& l. ſi pupillorum, in princ. ff. de reb. eor. l. penult. C. de præd. min.* Bart. *in l. ſi res pignori, num.* 7. *ff. famil. erisc. & l jubemus, in prin. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Crauet. (quod regulariter non poteſt procedere) *conſil.* 268. *in fin.* Hip. Rimin. *de re Eccleſiæ, in rubr. quib. alien. lic. num.* 139. *uſque ad* 155. & noviſſime Joach. Mynſ. *conſil.* 45. *num.* 3. Idque † hac ratione, quod diviſio alienationis ſpecies 190
ſit, *l.* 1. *C. ſi adverſ. tranſact.* Pariſ. *conſil.* 34. *num.* 37. *lib.* 2. & Crauet. *d. conſil.* 268. *numer.* 4. Imo † diviſio emptio & venditio appellatur, *l. cum pa-* 191
ter, §. hæreditatem, ff. de legat. 2. *& l.* 1. *C. com. utriuſq. jud.* Et hæc † maxi- 192
me procedunt, quando acceſſiſſet prohibitio teſtatoris, qui prohibuit ad tempus, quæ valet, ut tradit Bald. *per l.* 4. *in princ. ff. de condit. inſtit.* Bart. *in l. Quintus, ff. de ann. legat.* & Socin. *conſ.* 48. *n.* 3. 6. *lib.* 1. *idem conſil.* 79. *n.* 1. *&* 2. *eodem.* & Ruin. *conſ.* 212. *n.* 1. 2. *&* 3. *lib.* 1. dicens, *n.* 3. 4. *&* 5. *d. lib.* 1. hoc etiam procedere, etiamſi † talis prohibitio eſſet nuda; adeo ut † etiam ac- 193
cedente prohibitione teſtatoris, non poſſit facere actum, per quem diviſio ſe- 194
quatur. juxta gloſſ. *in l. ſi ita quis, §. ea lege, ff. de verb. oblig.* & facit text. *in l. codicillis, §. penult. ff. de legat.* 2. & hoc modo arguit Bald. *in l. hac edictali, in princ. C. de ſecund. nupt.* poſt alios, quos ibi refert, & facit text. *in l. quoties, in princ. C. de fideic.* & ibi Bald. Amplius † etiam, ſtante tali prohibitione, ea divi- 195
ſio non poteſt fieri ex cauſa alias permiſſa: quia concurrit † prohibitio legis & 196
teſtatoris: quo caſu prohibitio teſtatoris auget prohibitionem legis, adeo, ut licet prohibitio legis in aliquibus caſibus remiſſa fuiſſet, accedente diſpoſitione teſtatoris, illa prohibitio præciſa reddatur, ita ut in caſibus, alias permiſſis, fieri non poſſit, ut concludit Imol. *in l. filiusfamilias, §. divi, verſic. extra gl. ff. de legat.* 1. & notatur per gl. final. *in c. verum, de condit. appoſ.* quæ allegat text. *in §. ſanctiſſimas, in auth. de alien. emphyt.* Verum † tamen non procedit hæc 197
ampliatio, quando apparet de cauſa neceſſaria, vel evidenter utili; quia quando receditur à communi regula ex cauſa, opus eſt, ut cauſa exprimatur & probetur, ut notat Oldrad. *conſil.* 326. *incip. quod articuli, verſ. item non ſufficit,* quæ † communis eſt doctrina, quam tradit Innocent. *in cap. præterea, de dilat.* 198
Bart. *in l.* 2. *ff. ſi quis in jus vocat.* Nec etiam locum habet, quando † minor ju- 199
raverit obſervare, quod juramentum confirmat diviſionem factam contra præceptum teſtatoris, & contra diſpoſitionem legis. Licet enim abſque juramento non poſſit minor renunciare præcepto, ſibi facto in favorem ſuum, propter imbecillitatem ætatis, ſecundum Bart. *in l. filiusfamilias, §. divi, ff. de legat.* 1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

tamen interveniente juramento, convalidatur talis renunciatio: quia de jure civili juramentum repræſentat illum majorem, *auth. ſacramenta puberum, C. ſi adverſ. vendit.* & de jure canonico juramentum confirmat renunciationē, quæ impetitur de jure civili propter imbecillitatem, *c. cum contingat, de jurejur. c. licet mulieres, de jurejur. in* 6. Quod maxime procedit, quando juramentum fuerit interpoſitum cum verbis prægnantibus, quia promiſit non contravenire ratione minoris ætatis, vel quacunque alia ratione, vel cauſa. Similiter quoque
200 † judex poteſt recedere à tali præcepto teſtatoris, ſi videat minori expedire ex nova cauſa, de qua teſtator notitiam non habuerit, *arg. cap. cum ceſſante, de appell. l. adigere. §. quamvis, ff. de jur. patr.* Oldrad. *conſ.* 241. Bart. *in l. nemo po-*
201 *teſt, col.* 3. *verſ. quærit Dynus, de legat.* 1. Hinc† etiam minor provocans ad diviſionem, ſi poſtea tranſigat in præſentia amicorum, poteſt reſtitui, ſi aliud gravamen non habet, juxta *l. tranſactionem, C. de tranſact.* ut tradit Rebuff. *tit. de*
202 *reſtit. artic.* 1 *gloſſ.* 3. *n.* 22. niſi † ad diviſionē provocaverit, quod facere non poteſt, *l. ſi pupillorum, ff. de reb. eor. & l. penult. C. de præd. min.* Corn. *conſ.* 108. *l.* 3.
203 An autem minor † poſſit provocare ad diviſionem fructuum, & redituum annorum, controverti invenio? Et ſunt qui dicant minorem non poſſe dividere, nec fructus, nec reditus annuos ſine cauſa, inter quos reperiuntur, Bald. *in l. ult. C. com. divid.* Soc. *reg.* 329. *fall.* 1. Mar. Soc *conſ.* 79. *num.* 6. *lib.* 1. Verum Bart. *in l. jubemus, C. de ſacroſ. Eccl.* & Bald. ſibi contrarius *in l.* 1. *ff. de reb. eor.* in-
204 diſtincte tenent dividere poſſe, & id quoque communiter † teneri refert Capra, *lib. commun. opin. lit. M. num.* 7.
205 Declaratur hæc † vigeſimaquinta ampliatio, ut non procedat primo, quando minori ea facere expediret, quia habet ſocium rixoſum, vel contumelioſum ob timorem ſcandali, vel ob aliam cauſam, ut tradunt Bald. *in l.* 1. *C. ſi adverſ.*
206 *tranſ. l. jubemus* 2. & ibidem Bart. *C. de ſacroſ. Eccl.* & ita † communiter teneri refert Capra, *lib. com. opin. lit.* M. *n.* 7. Alex. *conſil.* 7. & ibi Molin. *lib.* 5. Ruin. *conſ.* 212. *lib.* 1. Dec. *conſil.* 349. *num.* 4. *& extr. de pact. n.* 421. *de re Eccleſiæ.*
207 Imo † etiam tali caſu poterit ipſe minor provocare, ſecundum gloſſ. *in l. inter pupillos, ff. de aut. tut.* quam Bart. Dyn. & Alberic. ſequuntur, & ſingularem dicit Bald. *in l.* 1. *§. ſi communis, ff. de reb. eor.* & notat Alex. *in addit. Bartoli, in*
208 *d l. jubemus*, etiam non obſtante † prohibitione, ut dicit Marian. Socin. *conſ.* 79. *num.* 3. *lib.* 1. allegans Salic. *in l. jubemus nulli, in princ. C. de ſacroſ. Eccleſ.* & Joan. de Plat. *in l.* 2. *in* 5. *notab. C. quand. & quib. quarta pars.*
209 Secundo † declaratur non procedere; quando res communis eſſet minori damnoſa, ut quia ſocius bona dilapidaret, ut tradunt Cyn. Bart. & Bald. *in d. l.*
210 *jubemus, C. de ſacroſ. Eccleſ.* & † communem eſſe dicit Capra *in d. lit. M. num.* 7. *l penult. ubi* Dd. *C. de præd. minor.* Socin. *reg.* 228. *fall.* 2.
211 Tertio † declaratur non procedere, quando provocaretur ad diviſionem à majore, *d. l. penult.* ubi gl. & Dd. *C. de præd. minor.* Socin. ſen. *conſ.* 67. *in fin. lib.* 1. *l.* 1. *§. ſi communis, ff. de reb. eor. qui ſub tut.* & Hip. Rimin. *ad rubr. quib. alien lic. n.* 139. *uſque* 157.
212 Quarto declaratur † non procedere in hæreditate, in qua eſſent tantum bono mobilia, quæ minor ſine decreto judicis dividere, aut alienare poteſt, ex ſenten-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

ſententia gloſſæ & Bart. *in l. inter pupillos, ff. de autor. tut.* quam ſequitur de jure Digeſt. Franciſc. Aretin. *conſ.* 22. licet ſecus dicat de jure Cod. ut tradit Tiraq. *de retract. lign.* §. 1. *gloſſ.* 7. *num.* 87.

Quinto declaratur † non procedere, quando minor poſt majorem ætatem longo 213
tempore tacuiſſet, poſſidendo bona juxta formam diviſionis; quia tunc diviſio nulliter facta cenſetur per majorem de novo facta, ut tradit Bald. *conſil.* 45. *& conſ.* 282. *lib.* 2. & faciunt quæ ſcribunt Dd. *in l. & quia, ff. de juriſdict. om. jud.* de confirmatione actus invalidi, quod videatur nova datio, quæ incipit valere, ut ex tunc, ex tempore confirmationis.

Sexto † declaratur non procedere, quando eſſet aperta via per unum ex ſociis pupil- 214
li, qui provocarunt ad diviſionem, quo caſu tutor alium provocare poterit, juxta gloſſ. *in d. l. inter pupillos.* Socin. *conſ.* 165. *n.* 27. *lib.* 2. Sicut † in ſimili videmus in filio in- 215
ſtituto, qui licet contratabulare non poſſit teſtamentum, commiſſo tamen per alium præteritum edicto, ad illud admittitur, *l.* 3. §. *ſi quis ex liberis, l. ſi poſt mortem*, §. *fin. ff. de bon. poſſ. cont. tab.*

Septimo † declaratur non procedere, quando fieret tantum diviſio facti, non juris, 216
ſcilicet cauſa commodioris culturæ, *l. cum jus*, §. 1. *ff. de legat.* 2. & hoc probatur per gloſſ. & ibi Paul. de Caſtr. in terminis *in l. jubemus, C. de ſacroſ. Eccleſ.*

Vigeſimoſexto † ampliatur regula, quod etiam non † liceat compromittere, ut com- 217
mune dicunt Dec. *conſ.* 39. *num.* 4. *& conſ.* 44. *idem conſ.* 282. *in Eccleſia, & conſil.* 218
300. *num.* 2. *idem conſ.* 475. Blancus *de compromiſſ. part.* 4. *num.* 28. Pariſ. *conſ.* 85. *lib.* 3. Alciat. *in l. cum te, num.* 4. *C. de tranſact.* quia, qui † non poteſt alienare, non po- 219
teſt compromittere. Pinel. *in l.* 1. *part.* 3. *num.* 44. *in fin. C. de bon. mater.* Jaſon *in l. ult. num.* 119. *C. de jure emphyteut.* Dec. cum Molin. *conſ.* 479. *num.* 4. Franciſc. Turzan. *de reb. Eccleſ. concluſ.* 77. *&* 161. Ruin. *conſ.* 11. *num.* 24. *lib.* 4. & Afflict. *deciſ.* 285. *num.* 15.

Adeo † ut etiam non poſſit compromittere cauſam, ſive quæſtionem incidentem; 220
quia iſta quæſtio incidens aſſumit naturam cauſæ principalis, *clem. diſpendioſam, de judic.* & ibi Anchor. *in 6. notab.* per illum textum, ubi dicit, quod cauſa incidens in ordine procedendi aſſumat naturam cauſæ principalis, Dec. *in l. penult. num.* 33. *& ſeq. C. de pact. c. Paſtoralis, in princ. num.* 4. *de appellat.* Idque † maxime procedit, 221
quando jura pupilli ſunt clara, quo etiam caſu tenetur ad damna & intereſſe tutor, ſi compromiſſum fecerit pro minore: quia non poteſt præjudicare pupillo, cum juraverit rem pupilli ſalvam fore, ut tradunt Dec. *conſil.* 298. *num.* 5. Rol. à Val. *quæſt.* 76. *num.* 3. *&* 4. *lib.* 1. ubi dicunt etiam in caſu † claro non poſſe compromittere, ſi non 222
fecerit prius ſolemnia. Amplius † prædicta procedunt, etiamſi non agatur de rebus im- 223
mobilibus pupilli, ut concludit Bart. *conſ.* 47. *& in l. præſes, C. de tranſact.* Et maxime † quando compromitteret de jure & facto, quod per tutorem nullo modo fieri po- 224
teſt, ut in terminis dicit Angel. *in l. Imperatores, ff. de pact.* & Ant. Blanc. in Eccleſiæ Prælato, *in tract. de compromiſſ. q.* 1. *n.* 27. ex eo quod videretur data poteſtas gratis auferendi de re Eccleſiæ, allegans Barb. *in c. gravis, de depoſ.* Idem † quoq; maxime, quando 225
minor poſſideret res, ſuper quibus compromitteretur, vel quæ in compromiſſum cadere poſſunt, ſecundum not. per gl. & Bart. *in l. nulli, ff. de tranſ.* & apertius probatur, *in c. cum tempore de arb.* ubi pro regula traditur: Quod ille, qui non poteſt alienare, vel de re libere diſponere, non poſſit etiam de illa compromittere, & probatur *in c. pervenit, cum gloſſ. de arb.* Et multo † fortius prædicta procedunt, quando fieret ſuper teſtamento non 226
inſpe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

inſpectis cognitiſque verbis teſtamenti, quod omnino neceſſarium eſt, *l. de his*, & ibi An-
227 gel. *ff. de tranſact. & l.* 1. *§.* 1. *ff. quemad. teſt. ap.* adeo etiam, ut † minor ſemper reſti-
tuatur, licet valide & ſolemniter compromiſerit, etiam læſione aliter non probata, *l. minor* 25. *annis, l. filiofamilias*, *§.* 1. *ff. de minor.* Jaffr. Lanfranc. *cent.* 4. *deciſ.* 82. & Ruin. *conſil.* 129. *num.* 18. *lib.* 5.

228 Verum † declaratur hæc ampliatio, ut non procedat primo in compromiſſo neceſſario vigore legis, vel ſtatuti, ut tradunt Angel. Caſtr. Alexand. & Jaſ. *in l. ſi plures, ff. de pact.* & hoc idem firmarunt optimis quidem rationibus Bald. Caſtr. Salic. Alex. & Iaſon.
229 *in l. final. Cod. de in integrum reſtitut.* ubi iſtam opinionem † veram aſſeverant, & ſequitur Blanc. *in tract. de compromiſſ. quæſt.* 3. *n.* 39. *& quæſt.* 4. *n.* 28. Dec. *in l. pactum curatoris, n.* 4. *C. de pact. & conſil.* 255. *n.* 1. & pro hac parte communi conſuluit pariter doctiſſime Alex. *conſ.* 254. *lib.* 6. *de ſtatuto.* Iaffred. *d. cent.* 4. 382. quod procedit,
230 etiamſi † alias ratione rei vel perſonæ eſſet prohibita alienatio, & compromiſſum, ut tradit Pinel. *in* 3. *part. legis* 1. *num.* 45. *C. de bon. mater.* contra Dec. in rebus ſtatuto alienari prohibitis, *conſ.* 44. *num.* 6. allegans Marant. *de ord. jud.* 6. *part. in tract. de compromiſſ. n.* 1. *duob. ſeq.*

231 Secundo † declaratur non procedere, quando ea eſſet dubia & intricata, quo caſu poteſt etiam ſolus tutor cauſam compromittere, ut tradunt Alex. *conſ.* 254. *num.* 14. *lib.* 6. Dec. quando cauſa eſt obſcura, *conſ.* 297. *n.* 5. Abb. *conſil.* 39. *lib.* 1.

232 Tertio † declaratur non procedere, quando provocatur ad diviſionem, quo caſu poteſt compromittere, quando de provocatione liquido conſtat, adeo ut etiam non ſte-
233 tur dicto † tutoris aſſerentis provocatum fuiſſe, pupillum, ut tradit Dec. *conſ.* 39. *n.* 4.

334 Quarto † declaratur non procedere de jure Digeſt. quo jure ſufficiebat ſolius tutoris autoritas, *l.* 1. *& per tot. ff. de reb. eor.*

235 Quinto † non procedit, quando ageretur de rebus, quæ ſervando ſervari non poſſunt, etiam ſi intereſſe verſetur circa res, inter quas eſt etiam pecunia, *§. conſtituitur, Inſtit. de uſufructu*, & per Dd. *in l.* 1. *§. fuit quæſitum, ff. ad Treb.* niſi daret arbitratori poteſtatem auferendi uni, vel alteri in parva, magna & maxima quantitate, quod
236 fieri non poteſt, ut voluit Lapus *alleg.* 102. ubi † concludit, quod non poteſt Prælatus habens etiam liberam adminiſtrationem; ut notatur *in l. Præſes, C. de tranſact.* com-
237 promittere, cum poteſtate procedendi de jure & de facto, & ſententiandi de † jure tantum; quia non poteſt Prælatus remittere jura Eccleſiæ, & per proceſſum de facto fiendum poſſet arbiter lædere Eccleſiam, non admittendo probationem legitimam, & re-
238 pellendo idoneam, ut tradit Abb. *in c. conſtitutus, de tranſact.* Et hoc † procedit, etiamſi habuiſſet licentiam compromittendi, & compromiſſum faciendi, tamen ſub conceſſione generali non continetur quod poſſit compromittere, *l. contra juris*, *§. fin. & l. filiusfamilias, in princ. de donat.*

239 Vigeſimo ſeptimo † ampliatur, quod nec etiam poteſt tranſigere tutor, ſine cauſa, & juſto decreto de bonis pupilli, ut tradunt Iaſ. *in l. ult. n.* 122. *quæſt.* 10. *C. de jur. emphyt.* Tiraq. *de retract. lig. gloſſ.* 14. *num.* 60. & facit *l. ſi Præſes, C. de tranſact. l.* 1. *ubi omnes, C. ſi adverſ. tranſact.* & clarius probat *l.* 4. *C. de præd. minor.* Pariſ. *conſil.* 12. *n.* 39. *lib.* 2. *& conſ.* 85. *n.* 34. *lib.* 3. Mynſ. *conſ.* 45. *n.* 4. *&* 8. & noviſſime Soar. *in theſ. recept. lit. A. n.* 147. & ratio eſt, quia per tranſactionem ſequitur alienatio. Quod
240 † maxime procedit, quando ea fieret cauſa diminuendi, *l. Lucius Titius, §. fin. ff. de*
241 *adminiſtrat. tut.* Idem, maxime † tutor non adminiſtrans, *l. ſi ex pluribus, ff. de au-*
242 *tor. tut. l.* 3. *§. ſed etſi quidem tutor, ff. judic. ſol.* Nec etiam tutor † datur certæ
243 rei, vel cauſæ, ab alio quam judice; quia † tutoris officium individuum eſt, etiam
ſtante

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

ſtante ſtatuto, quod tutor ad certum actum dari poſſit, quia intelligitur à judice. Et ‡ idem maxime, quando talis tranſactio non valuiſſet, quia præjudicialis & 244
valde damnoſa fuiſſet pupillo, quo quidem caſu tranſactio facta à tutore non valet. *l. pactum curatoris, C. de pact, l. qui filium, §. itaque, ff. de manumiſſ. teſt. & l. qui fundum, §. ſi tutor. ff pro empt. & l. tutor, in princ. ff. de furt.* Bartol, *in tranſactione, conſil. 47. in fin.* & Roman. *conſil. 28. in fin.* etiamſi intervenerit ‡ decretum iudi- 245
cis, maxime quando conſtat de veritate in contrarium, ut tradit Caſtr. *conſil.* 48. *alias* 50. *verſ. et ſi dicatur, & conſi.* 81. *lib. 2. in novis,* & Imola *in conſil.* 110. *verſ. non obſtat,* Bartol. *in l. 2. C. de error. advoc.* Amplius † etiam procedit, ſi intervenerit 246
præſentia propinquorum, cum ea ſolum operetur ut requirantur clariores probationes ad impugnandũ contractum, ut not. Bald. *in l. tranſactionẽ, C. de tranſact.*

Declaratur tamen † hæc ampliatio, ut non procedat primo, quando tutor 247
tranſigeret rem retinendo, & aliquid dando actori, ut minorem ab eventu litis liberaret, quod ſæpe faciunt prudentes viri, ob dubium litis eventum, & alia litium mala, *l. 4. §. non tamen, ff. de alienat. iudic. ibi, non eſt vituperanda cogitatio ejus, qui lites execratur,* Molin. *ad conſuet.* §. 55 *gl.* 3. *n.* 16. & ‡ communem eſſe dicit 248
Soar. *lit. A. n. 76.* Alex in Eccleſia, *conſ. 95. alias* 41. *num. 3. lib. 6.* Panorm. *in c. contingit, de tranſact.* quia reddit conditionem Eccleſiæ meliorem, ut eſt gloſſ. notab. *in l. nulli, ff. de tranſact.* quam dicit Bart. ibi perpetuo menti tenendam. Et maxime ‡ procedit in patre legitimo adminiſtratore filii in adventitiis, ut tutor in rebus 249
pupilli, *l. præſes, C. de tranſact.* etiã ſine ‡ ſolemniate decreti, ut commune dicit Pinel. 250
in 3. part. l. 1. *num.* 45. *C. de bon. matern.* multoque magis ‡ recuperando poſſeſ- 251
ſionem aliquo dato, niſi jus minoris † eſſet clarum, quo caſu non admitteretur 252
tranſactio, ut tradit Panorm. *in d. c. contingit,* vel ‡ niſi retinendo bona minoris ob- 253
ligarentur, & caperentur in emphyteuſin, Pariſ. *conſ. 85. n. 16, lib. 3.*

Hinc etiam ‡ fratres, qui inter ſe ſine ullo iudicio hæreditatem dividunt, di- 254
cuntur pietatis officio functi, teſte Papin. *in l. ult. ff. famil. ercis.* Nec ‡ immerito, 255
cum lites ſint maxime fugiendæ, ut eleganter tradit Gravatius ad Veſtrium *lib.* 3. *c.* 1. *num.* 13. ex ſacra Scriptura, dicens, litis controverſias maximum nobis damnum adferre, magnaſque expenſas, labores, atque moleſtias litigantes ſequi, etiamſi victores evaſerint, ita ut ſatius ſit ſemel vinci, quam ſæpius vincere, & diutius litigare. Vnde Cicero *lib. 2. offic.* admonet à litibus, quantum licet, abhorrere nos debere, eſſeque non modo liberale nonnunquam de ſuo jure decedere, ſed interdum etiam fructuoſum, ut tradunt Imbert. *lib. 1. Inſtit. forenſ. cap.* 33. *lit. I. in fin.* Felinus optime *in c. nihil. num.* 1. *de præſcript.* in materia recuſationis, non appellationis à ſententia ſolutionis decimarum. Nihil † enim ita ſimile 256
dæmonum moribus eſt, quam litigare, de qua re multa cumulat Bernardin. de Baſtis *in 1. parte Roſarii. ſermone 9.* Quod magis eſt, litigioſi, ſive litibus † ad- 257
dicti, mali appellantur. Ex quo boni viri lites execrantur. ut dicit Iaſon *in l. filio pater, in primo notab. ff. delegat.* 1. & tradit Corn. *conſil.* 283. *lib.* 4. Nec etiam † quis debet eſſe facilis ad litigandum, ſed quod debeat ante bene deliberare, 258
ut tradit Rebuff. *in proœm. conſtit. gloſſ.* 5. *num.* 154. & optime Duaren. *in l. Iuriſgentium, §. quin imo, verſ. nec citra rationem, ff. de pact.* cum † lis ſit cauſa mul- 259
torum malorum, ut tradit Luc. de Pen. *in l. litibus. C. de agric. et cenſit. lib.* 11.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

260 Rebuff. *in d. procemio, d gloſſ.5, num.* 154. & ſocietatem humanam maxime † tur-
bant, & Reipublicæ detrimenta præbent, *l. ſi quis, §. in civilibus, ff. de appellat.* Nam
261 † propter lites multi deducti ſunt ad egeſtatem, & propriam patriam reliquerunt,
262 *ut in authent. de defenſ. civit. in princ.* ſpecies † enim miraculi eſt, quod litigans no-
mine ſuo ditaretur, ut tradit Rebuff. *tit. de expenſ. & dam. tom. 3. artic. 5 gloß. unic.*
263 *n.* 24. Reipublicæ ‡ quoque convenit ſubiectos habere locupletes qui per lites
extenuantur, *ut in authen. ut jud ſine quoq. ſuffrag. §. cogitatio*, & gloſſ. *in §. ſed etiam,*
264 *Inſtit. de his qui ſunt ſui jur.* & propterea Reipublicæ ‡ quoque intereſt, lites cito
expediri, ut dicit text. *in* 1. *conſtit. C. ad fin.* & ibi Bartol. & Bald. *in l. fratris, C.*
de tranſact. Alexan. *conſ.* 50. *num.* 8. *lib.* 2. Dec. *conſil.* 385. *in fin.* quia is his velut
civilium bellorvm fomentis, ſumma Reipublicæ verſatur utilitas, ut tradit gloſſ.
5. *ad edict. jud. præſid.* quod ſane omnibus rerum publicarum gubernatoribus
265 imprimis ſummopere cordi & curæ eſſe debet. Vnde ‡ Iſocrates admonet re-
gem ſuum Nicoclem, eas ut leges ferat, quæ vel nullius litis habeant ſeminari-
266 um, vel exortas controverſias ſtatim dirimant. Eſt enim ‡ litis proſecutio, ut
& ſupra diximus, ſumptuoſa, laborioſa, & moleſta, ut tradit Rebuff. *in procem.*
concordat. verbo, ſumptib. fol. 30. & late Tiraq. *de retract. lig. §. 8. gloſſ. 7. num.* 20.
267 Ideo ‡ etiam occaſio litis amputanda eſt, quoad fieri poteſt, ut tradit Adrian.
268 Pulveus, *ad edict. de alienat. judicii, c. 1. fol.* 10. Quo nomine ‡ Cicero laudat Ser-
vium Sulpitium, non tam ab admirabilem, & pene divinam juris ſcientiam, quã
quod ſemper maluerit litium controverſias tollere, quam actiones inſtituere. Et
269 ‡ Iſocrates *in ſuo Areopagitico*, laudat priſcos Athenienſes quod forum fugerint,
nec eo deſcenderint unquam, niſi coacti & magno pudore; erubeſcant videri
litigioſi. Et apud Thucydidem Legati Athenienſium ſollicite rejiciunt notam
litigioſorum, quaſi admodum probroſam & infamem. Et Cauſidicus ille De-
moſthenes inquit, oportet non nihil cedere, ac remittere, ne videantur cupidi
270 litium eſſe. Unde Cicero † damnat gentem Siculam, quod eſſet natura con-
271 troverſa. Et Marcellinus vituperat † Ægyptiorum genus (ut ait) controver-
ſum, & aſſuetudine perplexius litigandi lætiſſimum. Et Martialis indicat miſe-
rum eſſe & dementem quendam Gargilianum, qui diutius litigaret, cum poſſet
cedere, & vinci. Apud eundem:

Lis nulla, toga rara, mens quieta.

272 Litis quoque † metus dicitur juſtus metus, ut tradit Ripa *in l.* 1. *§. ſublata,*
273 *n.* 19. *ff. ad Treb.* Unde † etiam timor futura litis non vanus idem operatur,
quod ipſa lis, ut tradit Cagnol. *in l. ſi quis major, num.* 56. *C. de tranſact.* Nec
274 ſolum † Romani lites fugiendas eſſe ſuaſerunt, ſed Cato Cenſorius, ne temere
populus ad litigandum accederet, neve litibus aſſueſceret, forum Romanum
juxta Comitium muricibus, ſive acutis lapidibus ſternendum eſſe putavit, ut
tradunt Pulveus *de privil. fori, fol.* 54. Duaren. *in princ. tit. de verb. oblig.* Alex.
genial. dier. lib. 2. *cap.* 12. licet poſtea Marcellus, Octavia Auguſti ſorore geni-
tus, quo ſalubrius diſceptantes operam forenſi labori darent, velis inumbraverit,
ut tradit Alex. *d. cap.* 12. ut ſalubrius litigantes conſiſterent, ut tradit Tiraq. *de*
nobilit. cap. 29. *num.* 7. licet Julius Cæſar, & Auguſtus, ob hominum judicio-
rumque multitudinem, duo alia adjecerint, ut tradit Alex. *d. cap.* 12. Imo
† forum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

† forum aliquando inſanum, aliquando improbum dixerunt, ut tradunt Man- 275
tua *dialogo* 62. & Tiraq. explicat *d. n.* 7. Atque † ideo eas leges optimas utiliſ- 276
ſimaſque eſſe, quæ, teſte Iſocrate, quam pauciſſimas lites gignerent, ut tradunt
Duaren. *in prin. de verb. oblig.* & Pulveus *de alienat. jud. fol.* 10. *in princ.* Hinc
† etiam eſt quod propter evitandas lites ſæpe non concedenda concedantur, 277
ut tradit Felin. *in c. in noſtra, de reſcript.* Quinimo timore † litis, & in ejus exe- 278
crationem inductum eſt, quod Imperator hæres eſſe in teſtamento prohibeatur,
ut dicit textus *in l. penult. ff. de hæred. inſtit.* Adeo † ut etiam ob eam cauſam in- 279
ductum ſit, quod ttanſactio, per quam à lite receditur, non reſcindatur prætextu
enormis læſionis, ut tradit Alex. *conſ.* 42. *lib.* 1. quia magnum commodum con-
ſequitur, qui à lite recedit, *l. Lucius*, §. *fin. ad Treb.* Et † ideo indebitum ſolu- 280
tum per tranſactionem non repetitur, *l. in ſumma, ff. de cond. indeb. l. 2. C. de tranſ-
act.* Nec † prætextu inſtrumentorum de novo repertorum, quantacumque 281
fuerit læſio, tranſactio reſcinditur, *l. ſub prætextu, C. de tranſact.* Tiraq. *de retract.
lig.* §. 8. *gl.* 7. *n.* 21. Imo litibus † finem imponere, eſt favorabile, quia perti- 282
net ad conſervationem congregationis humanæ, ut tradit Gomeſ. *reg. de non tol-
lendo, quæſt.* 7. & facit optime gloſſ. 5. *ad edictum præſidialium.* cum & leges
† noſtræ quantum poſſint, conantur tollere lites, & earum prorogationem, ut 283
tradit Duaren. *in. prin. tit. de pact.* Ideo boni † judicis eſt omni cura componere 284
lites, pacemque inter omnes quærere, nec litibus favere, ut ſibi paret, ut tradit
Gravat. *ad Veſtrium, lib.* 3. *c.* 1. *n.* 11. *idem lib.* 4. *c.* 5. *n.* 28. *in fin.* & multo † magis 285
curare, ne lites ex litibus oriantur, & quaſi ſerantur, *l.* 4. §. *ait Prætor, ff. de re jud.
l. terminata, in fi. C. de fruct. & lit. expenſ.* quemadmodum idem curare † debet, 286
ne lites fiant immortales, ut tradit Rebuff. *de ſent. execu. art.* 1. *gl.* 2. Luc. de Pen.
in d. l. de litib. ubi declarat, & noviſ. Nic. Euerar. *conſ.* 7. *in fin.* Atque † ideo etiam 287
in cauſis multum dubiis poteſt quandoque partes cogere ad concordiam, ut tra-
dit Gravatius *d. cap.* 1. *n.* 12. *lib.* 3. Et hæc quidem eo diligentius congeſſi, quo
magis velim modum aliquem eſſe noſtris forenſib. jurgiis, quibus & Reſpubli-
cæ concutiuntur, & familiæ peſſum eunt, & mores corrumpuntur. Abſit autem
† ut Juriſconſulti alant diſſidia, quæ debent extinguere, aut ſanctiſſimam 288
æqui & boni artem profeſſi, doceant ſordidam quandam artem litigandi. Sed
ut † rurſus in viam redeamus, unde paululum digreſſi ſumus, ſecundo declaratur 289
non procedere vigeſimam ſeptimam ampliationem regulæ, quando cauſa eſſet
dubia & intricata, quo caſu poterit tranſigendo, remittere litem, rem contro-
verſam dimittendo poſſeſſori, *arg. d. l. Præſes*, & hanc reſolutionem probat Alex.
conſ. 16. *n. ad fin. lib.* 2. Pinell. *in* 3. *part. l.* 1. *n.* 45. *verſ. in tranſactione.* Alex. *de alie-
nat. feudi, ſine conſenſu domini, conſ.* 141. *n.* 2. 3. *lib.* 6. Dec. *conſ.* 474. *n.* 8. 9. *idem
conſ.* 564. *n.* 16. 17. Molin. *ad conſ.* § 55. *gl.* 3, *n.* 15. *& eod.* §. *gl.* 1. *n.* 125. *de ſolut.
laudem.* Quando pupilli jus eſt obſcurum, Dec. *conſ.* 97. *n.* 4. *verſ. ſed his, & ſimi-
lib. & n.* 5. idem de dubio, *l. pactum curatoris, n.* 3. *C. de pact.* Tiraq. §. 1. *gl.* 14.
n. 62. 63. 64. 65. 66. 73. 75. declarat diſtinguendo, *& deciſ. Umbriæ* 35. *n.* 8.

Contrarium tamen tenuerunt Tiraq. *d. n.* 45. *verſ. ſed dum.* Dec. cum Molin.
conſ. 474. *n.* 1. & Tiraq. *d.* §. 1. *gl.* 14. *num.* 66. *verſ. tamen ex illis, uſque ad* 75.
dicentes, opus eſſe decreto.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

290 Tertio declaratur † non procedere, quando non relaxaretur res immobilis,
quam poſſideret, ſed tantum ageretur de remiſſione actionis perſonalis: Secus
vero quando res immobilis deberet relaxari, ut concludit Bart. in l. nulli, & ibi
Iaſ. ff: de tranſ: Abb. conſ: 56. lib. 1. & conſ. 62. lib. 1. et in c. veniens, et in c. contingit. de
291 tranſact. Panorm. in c. cum tempore, de arbitr. Et † hoc in tantum procedit, etiamſi
adhuc lis non eſſet mota, cum ſufficiat quod ſupereſſet timor, & ſuſpicio futu-
ræ litis, l 2. C. de tranſact. ut tradit Dec. conſil. 479. n. 12. 13. 14. & declarat idem
cum Molin. optime conſ. 351. n. 3. et. 4. Quod maxime locum habet in religio-
292 ſis, ut tradit Pet. de Anchor. conſi. 135. & facit c. fin. de pact. in 6. & ‡ contra reli-
gioſos arguit Mar. Soc. conſ. 15. ubi dicit, quod reprehenſione digni ſunt non-
nulli religioſi, qui contractui ab eis ſolemniter celebrato, & longo tempore ob-
ſervato contravenire non verentur. Et contrahentes admonet, ut ab eorum con-
tractibus, tanquam à re peſtifera abſtineant, ut eum allegat Dec. conſ 564. num. 15
Idem maxime procedit, quando illa ttanſactio longo tempore obſervata fuiſſet,
ut dicit Pet. de Ancho. in d. conſ. 135. & facit text. in c. contingit, de tranſact. ibi,
293 ſi fuerit aliquot annis ſeruatum. Propter antiquitatem † enim temporis omnia re-
quiſita interveniſſe præſumuntur, c. pervenit, ubi gloſſ. extr. de empt. et. vend. Grat.
conſ. 142. lib 2. & in terminis in alienatione bonorum Eccleſiæ tradit Petr. de
294 Anchor. in d. conſ. 135. ubi inquit, quod ex ‡ curſu 30. annorum tollatur omne
vitium, & omnis defectus, qui allegari poſſit in contractu Eccleſiæ, & idem
295 Alex. in conſ. 79. lib. 1. et conſ. 45. in fin. lib. 3. Adeo † ut etiam hoc caſu non poſſit
impugnari tranſactio, reſpectu læſionis, quia ſecundum communem opinionem
diſpoſitio l. 2. C. de reſcin. vend. non habet locum juxta gloſſ. in c. cum cauſa, in
verb. reſtitueret. de empt. et vendit. facit l. Lucius, §. fin. ff. ad Trebell. & ibi gloſſ.
Specul. in tit. de empt. et vend. §. nunc videndum, in verſ. quid de tranſactione. Ale-
xan. in l. ſi quis, cum aliter, de verb. obligat, dicens, illam eſſe de jure veriorem. Et
296 iſtam etiam eſſe magis communem, atteſtatur Alex, conſil. 42. lib. 1. quia ‡ fuit
297 tranſactio introducta, ut † ſit litium finis, l. fratris, C. de tranſact. Unde Abba. in
298 c. 1. de tranſact. infert, quod † licet poſt tranſactionem appareant inſtrumenta,
ex quibus conſtet tranſigentem deceptum fuiſſe, etiamſi ſit grauis deceptio, non
299 † propter hoc debeat lis ſuſcitari: quia magnum commodum conſequitur, qui à
lite recedit, d. l. Lucius, §. fin. facit tex. in l. ſub prætextu, C. de tranſact. quia ille,
qui tranſigit, incertum remittit, videlicet dubium litis eventum, l. quod debetur,
300 ff. de pecul. & quia tranſactio, & † res judicata æquiparantur, l. 2. ff. de jurejur.
301 Idem ergo videtur in tranſactione, adeo † ut etiam hoc caſu non detur reſtitutio,
niſi conſtet de læſione enormi, non parva, idque manifeſte & clare; quia ex ta m
enormi læſione dolus arguitur, ut tradit Corn. conſ. 166. in verſ. et inſuper dato,
lib. 1. Dec. conſ. 216. & facit c. penult. de reb. Eccleſ. non alien. ubi textus dicit,
302 quod monaſterium † reſtituatur, quando apparet enorme diſpendium incurriſſe.
303 Multo † etiam minus reſtitutio conceditur, poſt tempus petendi reſtitutionem in
integrum, ſcilicet quadriennium, l. fin. C. de temp. in integr. reſtit. et c. 1. et 2. de in
304 integ. reſtit. in 6. clem. 1. eod. tit. etiam data † ignorantia à principio, ſed impro-
babili, ut tradit Rom. conſ. 126. in fin. Aret. conſil. 15. in fine.

305 Quarto declaratur hæc ampliatio † non procedere. quando pupillo magis
expe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

expediret tranſigere, quam injuriam etiam patri illatam proſequi, ut tradit Caſtr.
in l. pactum curatoris, ubi, Dec. *num. 6. C. de pact.* ubi Bald. Salic. Alexand. & pleri-
que alii id † communiter tradidere, idemqe voluit Bald. *in l. C. de in integ. reſtit.* 306
Cauſa autem dubia & † intricata dicitur, quando contra inſtrumentum aliquid 307
prægnans objicitur, ut notat Ant. de Butrio *in c. cum contingat, de reſcript. et inc.*
cum dilecti, de donat. Idem quoque † dicendum, quando ſemiplena probatio eſſet 308
in contrarium, ut probatur *in l. admonendi, in verbis, in dubiis cauſis, cum ibi notat,*
de jurejur. Huc † facit etiam, quod per negationem res alioqui clara reddatur du- 309
bia, *l. poſt rem judicatam, ibi, vel negetur judicatum, ff. de tranſact. l. 4. in princ. C.*
quib. ad libert. proclam. non lic. gloſſ. in l. 1 §. 1 ff. nihil novari, & in l. 1. C. de Procurat.
Verum † hoc non procedit in negatione juris, nec ſimiliter ‡ in negatione facti 310
apparentis. Ideo, ſi quis oſtendat inſtrumentum procuratorium, licet adverſarius 311
illud neget, non tamen redditur ex ſola negatione res dubia. Ideo non tenetur
cavere, *l. 1. C. de procurat.* Nec etiam ‡ quando eſt improbabilis, nam talis negatio 312
non reddit rem dubiam, vel ‡ quando res eſt liquidata, ut dicit Bald. *in. l. 1. ff. de* 313
tranſact. & notatur *in l. poſt rem, eodem tit.* Idem quoque dicendum, ſi fuerit ‡ ne- 314
gatio calumnioſa, vel etiam non calumnioſa, modo probatio ſit in promptu, ut
dicit Angel. *in l. poſt rem, ff. de tranſact.* ut refert Barbat. *conſ. 53. lib. 4.*

Vigeſimo octavo ‡ ampliatur regula, quod etiam tutor ſine ſolemnitatibus 315
prædictis donare non poſſit, *l. prædia, C. de præd. minor.* Alex. *conſ. 125. lib. 1.* Af-
flict. *deciſ. 87. n. 3. deciſ. Pedemont. 57. n. 31.* quia † donare perdere eſt, *l. filius-* 316
familias, ff. de donat. Roman. *conſ. 290. n. 6.* Etiamſi tutor ‡ haberet plenam ad- 317
miniſtrationem cum libera, & ſi donat, tenetur de ſuo pecuniam reſtituere, ut
tradit Jaſ. *in l. contra juris, § ſi filius. n. 3. ff. de pact. l. creditor, §. Lucius, ff. mandati,*
Petr. Duen. *reg. 31. verb. adminiſtratores,* & Jac. Novell. *reg. 91. in verb. mandatum.*
Imo † etiam, nec tutor donare ſine decreto poterit ob cauſam nuptiarum, *d. l. præ-* 318
dia, & l. ult. §. ult. C. ſi major fact. Bartol. *in l. ſi conſtante, in princ n. 76. ff. ſolut matr.*
Curt. jun. *conſ. 168. n. 20.* Nec ‡ etiam ob piam cauſam, puta monaſterio alie- 319
nare poterit minor ſine decreto & curatore, *arg. l. 2. §. voto, ff. de pollicit.* quod
dictum bene notandum, dicit Panormit. *in c. in præſentia, in ult. notab. extr. de pro-*
bat. Niſi minor ‡ viginti quinque annis offerret monaſterio ſe, & omnia ſua bo- 320
na, quod poterit facere abſque curatore & decreto, *per text. in d. c. in præſentia.* &
ibi Innoc. Joan. Andr. & Abbas poſt alios. Et ratio ſecundum Abbatem eſt, quod
talis acquiſitio monaſterio fiat per viam ultimæ voluntatis, cum ingreſſus pro
mortuo habeatur, & minor in ultima † voluntate integram habeat perſonam, *l.* 321
qua ætate, ff. de teſtam. Ad quod ‡ etiam facit, quod autoritas tutoris in teſtamento 322
non requiratur, *l. Aurelio, §. Cajus, ff. de liberat. legat.* & quod ideo minor poſſit
pro ‡ executione ultimæ voluntatis in teſtamento permittere alienationem im- 323
mobilium, ſecundum Bald. *in l. illud, in fin. ff. quand. decret. op. non eſt, & in l. 1. in*
2. notab. ff. de reb. eor. Alii autem dicunt, hoc potius ex contractu acquiri mo-
naſterio, attenta forma profeſſionis, *arg. l. verba contraxerunt, ff. de verb. ſignif.*
Quia licet habeatur pro mortuo poſt ingreſſum, ut Abbas dicit, ex hoc tamen
non judicari qualitatem diſpoſitionis præcedentis, cum illa diſpoſitio jam præ-
ceſſerit, & ſecundum qualitatem ejus judicetur: nam minor habilis reputatur in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

ultima voluntate ex eo, quod non lædatur, cum revocare teſtamentum poſſit, *d.* §. *quæſitum, l.* 1. *ff. ad Trebel.* Unde pro meliore ratione adducunt Bald. *in d. c.*
324 *in præſentia*, dicentem alienationem iſtam dici † alienationem juris, in qua minor ætas non attendatur, ſecundum textum, *Inſtit. de acquiſ. per arrog. in princ.* Imo amplius poſt multos concludit Rol. à Vall. *de luc. dot. quæſt.* 45. & poſt
325 eum Covar. *cap.* 28. nec dotem à muliere ‡ minore, conſtitui poſſe, ſine judicis decreto, per text. gloſſ. & Dd. *in l. quæ tutores, C. de adminiſtrat. tutor.* & no-
326 tatur *in l.* 1. *C. ſi adverſ. dot.* Præterea etiam ‡ minor cum decreto non poteſt donare; quia in decreto debet ſubeſſe juſta cauſa, *l. magis puto*, §. *non paſſim, ff. de rebus eor.* Quæ juſta cauſa regulariter ſubeſſe non poteſt in donatione, ut dicit
327 Iac. de Butr. *in l.* 1. *C. ſi adverſ. donat.* Intantum, ut nec etiam ‡ poſſit dari curator ad autorandum in donatione, *l. ab agnato, ff. de curat.*
328 *fur. l. fin. ff. eod.* cum curator ‡ dandus ſit juſta cauſa, ſed non eſt juſta cauſa dandi curatorem ad donandum, cum donare ſit perdere, *d. l. contra juris, ff. de pact.* ſecundum Alexand. *conſil.* 125. *num.* 2. *verſ. quarto & ulti-*
329 *mo, lib.* 1. Bald. *in l.* 1. *C. ſi adverſ. don.* Et dato, quod ‡ non habuerit curatorem, nec fuerit facta donatio rei immobilis cum effectu, nihil tamen valuit donatio, ex quo potuit reſtitui in integrum contra illam, cum fuit læſa donando, *per tot. tit. C. ſi adverſ. donat.* Quia donationes, quas faciunt minores de hæreditate paterna, vel de juribus ſibi pertinentibus, non ſunt efficaces: quia cum eo ipſo, quod renunciaverint juri ſuo, lædantur, juvantur ope reſtitutionis in integrum, ut eſt caſus in terminis, *in l.* 1. *C. de in integr. reſtit.*
330 Intantum, ut ‡ ubicumque minor renuntiat juri ſibi competenti ad hæreditatem paternam, reſtituatur contra talem renuntiationem, & ad obtinendam reſtitutionem in integrum, non habeat minor neceſſe probare de læſione, quia ſatis ſit læſus, eo quod renuntiat, ſecundum gl. ſingularem, *in l.* 1. *C. de in integr. reſtit. min.* quam ibi Baldus approbat, & ſequuntur Moderniores; reputantes hoc ſingulare.
331 Declaratur hæc ampliatio, ut ‡ non procedat primo in tutore Regis, Principis, aut virorum Illuſtrium, ut per Lanfranc. de Oriano *in ſingulari* 22. Jaſonem *in l. pactum curatoris, num.* 2. *verſ. hinc eſt*, & ibi Alciat. *n.* 1. *C. de pact.* Roland. à Valle *conſil.* 18. *num.* 56. 59. 63. *lib.* 2. Tiraq. *de nobilit. cap.* 37. *n.* 43. Idque hac ratione, ut dignitas ejus regalis conſervetur, cujus proprium eſt donare, ſecundum Ioan. Andr. *in c. grandi, de ſuppl. neglig. Prælat. lib.* 6. *per l. filius, ff. de donat. verſic. nonnunquam ex cauſa nobilitatis id permittere videtur, ibi; filium Senatoris, vel alterius dignitatis*, & facit textus *in l. cum plures*, §. *fin. ff. de adminiſt. tut. ibi, pro facultate patrimonii, pro dignitate natalium, conſtituet alimenta ſervis, liberiſque nonnunquam, & exteris, ſi hoc pupillo expediat præſtabit, ſolemnia munera parentibus cognatiſque mittet.*
332 Quo loco Iuriſconſultus tutori ‡ donare permittit ob nobilitatem pupilli, quæ opinio ab omnibus fere approbatur, licet non ignorem aliquos eſſe contrariæ opinionis, ex eo quod fraus fieri poſſit, cui dicunt obviandum eſſe, id quod probare conantur *d. l. cum plures*, §. *fin.*
333 Secundo † declaratur non procedere in donatione facta pro ſervitiis, videl. quando tutor facit cauſa remunerationis in eos, qui ſunt bene meriti de minore, *l. qui*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

l. qui filium, ff. ubi pup. educ. deb. & l. filius, in princ. ff. de procurat. & voluit gloſſ. *in c. fin. de offic. vicar. lib.* 6. Bart. *in l. ambitioſa, ff. de decret.* Aretin. *conſ.* 24. ubi ‡ appellat iſtam opinionem communem Rebuff. *de alienat. rer. Eccleſ.* & 334
Iac. Cuiac. *Novell.* 6. quia non dicitur ſimplex donatio, ſed ‡ recompenſatoria, 335
ut tradit Rol. à Vall. *conſ.* 18. *n.* 61. *& ſeq.* ubi dicit etiam magiſtro pupilli poſſe donari. Imo ‡ etiam eo caſu poſſe minorem ipſum abſque judicis decreto face- 336
re hujuſmodi donationem, ſecundum Roman. *in l. ſi ante nuptias, ff. ſolut. matr.* Mar. Soc. *conſ.* 66. Bertrand. *conſ.* 205. *lib.* 2. & Alciat. *in l. creditores, ff. de verb. ſignif.* licet ‡ contrarium, & male, mea quidem ſententia, firmet Iaſon *in l. ſi non* 337
ſortem, §. libertus, ff. de condict. indeb. in l. ex hoc jure, ff. de inſt. et jur. et in l. cum filio, ff. de legat. I.

Tertio ‡ declaratur non procedere hodie in donatione propter nuptias, in qua 338
diſpoſitio *l. ult. C. ſi major fact. alien ſine dec. rat. hab.* ceſſat, quandoquidem ſine decreto conſtitui poſſit donatio illa propter nuptias, cum ex neceſſitate conſtituenda ſit, *per authent. dos data, C. de donat. ant. nupt. et l. prædia, C. de præd. min.* & hæc eſt communis ‡ ſententia, ut affirmat Afflict. *deciſ.* 242. *n.* 1. *ubi plures citat,* & ſequi- 339
tur Ruin. *conſ.* 11. *n.* 2. *lib.* 5.

Quarto declaratur ‡ non procedere, quando expediret minori donare, ſecun- 340
dum Panormit. *in c. cæterum, ad fin. de donat.* Quia tutores & curatores poſſunt diminuere patrimonium minoris, pro illius ſalute, ſecundum Alex. *in l. præſes, n.* 5. *C. de tranſact.*

Vigeſimo nono † ampliatur regula, quod tutores vel curatores debitum pupil- 341
li liquidum remittere non poſſunt, ſecundum Lud. Roman. *conſil* 28. *in princip.* quia remittere eſt ‡ donare, ut tradit Alex. *conſil.* 22. *num.* 7. *lib.* 1. Dec. *conſil.* 689. 342
num. 4. *& in l. ſi quis obligatione, ff. de reg. jur.* facit *l. contra juris, §. ſi filius, ff. de pact. & l.* 1. *ff. de tranſact.* Adeo, ut is, qui ‡ non poteſt donare, non poſſit etiam gratis 343
facere remiſſionem debiti non liquidi, ut voluit Bald. *in l.* 1. *C. de pact.* & facit *l. præſes, C. de tranſact.* Abb. *in c. veniens,* 1. *de teſtib.* Caſtr. *conſ.* 343. *lib.* 1. *& conſ.* 32. *lib.* 2. Et hoc † adeo procedit, etiamſi talis remiſſio fiat ſimpliciter, vel non ex- 344
preſſo donationis verbo, ſed per æquipollens tantum: puta, quia dicit inſtrumentum, & hanc refutationem fecit, quia ſic voluit, & quod ſic ſibi placuit, quæ verba gratuitam cauſam ſonant. Videtur enim quod ſit tacita donatio, *l. Campanus, ff. de oper. libert.* quæ quidem verba generalia nullam determinationem habentia generaliter ſunt intelligenda, *l. creditor, §. Lucius, ff. mand.* Bald. *in l.* 1. *§.* 1. *ff. quib. mod. pig. vel. hyp. ſol.* Quin ‡ etiam ſi remiſſio fiat ſimpliciter, ſubintelligitur cauſa dona- 345
tionis, *d. l. Campanus.* Quæ quidem donatio nulli adminiſtratori competit, *l. contra. § fin. ff. de pact.* cum ea adminiſtratio, ut ſuccurratur imbecillitati ætatis, inducta ſit, non ut is ſpolietur, *l. qui fundum, §. tutor, ff. pro emptor.* quod ‡ non in tu- 346
tore tantum procedit, *l. pactum curatoris, C. de pact.* & tradit Roman. *conſ.* 28. verum etiam in curatore Reipublicæ, *l. Imperatores, ff. de pact.* & in adminiſtratore publico, *l. Præſes,* ubi Iaſon *n.* 15. *C. de tranſact.* & in gubernatore, ut notat Corn. *conſ.* 253. *in princ. lib.* 3. & in coadjutore & viſitatore, qui dicuntur habere liberam adminiſtrationem, ut notatur per gloſſ. *in cap.* 1. *in verb. omnem,* 7. *quæſt.* 1. & in Commiſſariis, ut notat Cuman. *conſil.* 75. & Prælato, ut notat gloſſ. & Bald. *in d. l. Præſes.*

Nam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Nam Prælatus non poteſt conditionem Eccleſiæ deteriorem facere, *c.* 1. *de reſt.*
in integr. & tradit Abb. *conſ.* 45. *lib.* 1. Id quod & in Commendatario quoque
obtinet, ſi propter utilitatem, vel neceſſitatem Eccleſiæ mandatum ſit, *c. nemo*
deinceps, de elect. in 6.

347 Amplius ‡ etiam tutor ne minimum quidem remittere poteſt, *l. creditor*, §. *Lu-*
348 *cius, ff. mand. & cap.* 2. *de donat.* & ſi remiſerit, de ſuo ‡ ſolvere tenetur, *l. om-*
349 *nes, C. de annon. & tribut. lib.* 10. Et ‡ hæc adeo procedunt, ut etiam non poſſint
remittere jus redimendi, ſive retractus conventionalis, ut ſi tutor in caſu licito
& permiſſo vendiderit rem minoris, aut alterius, cujus adminiſtrationem geſſe-
rit cum pacto de revendendo, non poteſt hujuſmodi pactum emptori remittere
libere, & ſine ſolemnitate, ut tradit Alex. *conſil.* 27. *verſ. plus videtur*, & ibi
Molin. *num.* 6. *lib.* 3. & Cagnol. *in l.* 2. *num.* 59. *C. de pact. int. empt. & vendit.*
Idque hac ratione, quod idem judicandum ſit de actione competente ad rem
immobilem, quod & de ipſa re, eademque ſolemnitas requiratur in alienatione
ejus actionis, ac ipſius rei, ut notant gloſſ. Bart. & alii, *in l.* 1. *C. ſi adverſ. tranſ-*
350 *act.* Quod ‡ tamen non procedit in remiſſione tacita, quando otioſe ſinit labi
tempus ſine redemptione rei venditæ, *c. de quarta, & c. veniens, de præſcrip.* &
tradit Felin. *in c. cum acceſſiſſent, verſ. tertio limita, extr. de conſtit.* Idemque di-
351 cendum ‡ de Præſide civitatis, qui etiam licet non poſſit expreſſe civitati præ-
judicare, *l. Præſes, C. de tranſact.* poteſt tamen tacite ex lapſu temporis, *l. adver-*
352 *ſus, cum gloſ. C. de uſur.* adeo ut etiam minor ‡ infans hæres venditoris non poſ-
ſit reſtitui adverſus hujuſmodi tacitam remiſſionem, ut longe lateque ac ſubtili-
353 ter hanc quæſtionem diſputat Curt. ſen. *conſ.* 59. Amplius ‡ etiam prædicta
ampliatio procedit, etiamſi debitum non eſſet liquidum, modo facile liquidari
354 poſſet, ut tradit Dec. *in d. l. pactum curatoris.* adeo, ut ‡ etiam tutor remittere
non poſſit exceptionem peremptoriam, quia mera donatio ſit, *l. ſi quis delegave-*
355 *rit, ff. de novat.* niſi tacite fecerit per † negligentiam, ut ſi de ea non fuerit obje-
ctum, *l. præſcriptionem, C. de novat.* cum judex ad ulteriora progrediendo eum
excluderet, ut tradit Bald. *in l. pactum curatoris, C. de pact.*

356 Declaratur hæc ampliatio, ut † non procedat primo, quando mutua eſſet re-
miſſio, quam minor feciſſet ſuo adminiſtratori, qui ei etiam remiſerit ea, quæ
pro adminiſtratione pro eo impenderit, *l. de fideicommiſſo, C. de tranſact.* & facit
l. ſi ea, C. de uſur.

357 Secundo non procedit, quando † debitum eſſet intricatum, illiquidum, vel
difficilis probationis, ut eſt gloſſa ordinaria & ſingularis *in d. l. contra juris civilis,*
in §. *ſi filius, in fin. ff. de pact.* & probatur *in l. mediterraneæ*, & ibi Bart. *C. de an-*
non. & tribut. lib. 10. ut tradit Nic. Everard. *conſ.* 108. in Prælato Eccleſiæ. Idque
hac ratione, quia ex quo debitum non poteſt liquidari, deficientibus probationi-
bus, dicta remiſſio non videtur præjudicium adferre, *l. qui accuſare, C. de edendo.*
Dec. *in l. pactum curatoris, C. de pact.* ubi etiam Jaſon confirmat, quando de præ-
ſenti non poterat probari, nec in futurum ſuberat veriſimilis ſpes, & tradit Ab-
bas *conſ.* 39. dicens, eſſe communem, quem ſequitur Dec. *conſ.* 297. ejus enim
remiſſio ad dationem non trahitur, ſed facti potius naturam habet, ut tradit
Alex. *in l. ſi mulier, ff. de condict. ob cauſ.* Sunt tamen alii, qui contrarium fre-
quen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

quentius teneant; quod etiam nec illi quidum remitti poſſit, quia in futurum
poſſent probationes emergere, juxta *l. ſub prætextu, C. de tranſact.* ut tenent Bald.
& Sal. *in l. 1. C. de pact.* quatenus permittant talem remiſſionem pro parte fieri,
non in totum; moti hac ratione, quia reus forte ſtimulante conſcientia ſolvet, vel
introductus cum juramento, in judicio confitebitur id, quod probari non poteſt,
juxta c. 1. de confeſſ. in 6. quæ opinio magis communis videtur eſſe, licet Abbas
& Dec. *in conſiliis ſupra relatis* contrarium affirment. Quam opinionem ego etiam
confirmo; quia reus etiam actore nihil probante tenetur jurare, vel juramentum
referre, alias habetur pro confeſſo, & eſt in manifeſta turpitudine, *l. manifeſte, ff.
de jurejur.* Jaſ. *in repet. l. admonendi, n. 71. & ſeq. in fin.* atteſtatur eſſe communem,
& in practica obſervari.

Tertio ‡ non procedit, quando hæc remiſſio neceſſario fieret, *l. ſi plures,* 358
ff. de pact. ubi enim ‡ ſubeſt neceſſitas, ibi nulla eſt liberalitas, *l. rem legatam, ff.* 359
de adimen. legat. Unde in ‡ arbitratorem compromittere, quo jure, qua 360
injuria tutor poterit, ſi lege municipii ita mandetur: compromiſſum enim id
neceſſarium exiſtimatur, quatenus ſcilicet lex arctat, ut tradit Angel. *con-
ſil.* 92. & Dec. *conſil.* 22. idem *in l. pactum curatoris, C. de pact.*

Quarto ‡ non procedit, quando per debitoris inopiam inanis eſſet, quæ 361
remitteretur, actio, *l. nam ſi, ff. de dolo, l. 1.* & ibi Angel. *C. de annon.
& tribut. lib.* 10. Nec multum refert, quod diteſcere hic potuit, *l. cura, §.
1. ff. de muner. & honor.* cum talis ſpes vix eſt, ut reperire poſſit emptorem,
& ideo in jure, ex ea præſumptione, nulla in futurum probatio inducitur,
ut tradit Alex. *in l. ex diverſo, §. fin. ff. ſolut. matr. in fin.* Sed advertendum
eſt, licet exactio propter paupertatem videatur impediri, *l. illicitas §. fin. de
offic. præſid.* remiſſio tamen debiti non videtur fieri poſſe; quia illa exactio,
quæ propter paupertatem impeditur, videtur tantum temporalis, cum præ-
ſumatur quis acquirere in futurum, *l. ſi. C. arb. tut. l. cura, §. deficientium, ff.
de mun. & hon.* quæ ratio ceſſat in remiſſione; & ita reperio Dec. declaran-
tem, *d. l. pactum curatoris, in 3. limitat.*

Quinto ‡ non procedit, quando ageretur de utilitate animæ, vel corporis ip- 362
ſius pupilli, quo caſu tutor poteſt remittere debitum liquidem ipſius pu-
pilli, ut tradit Barbat. *conſ. 7. num. 2. lib. 4.* Quo loco etiam dicit, quod ‡ 363
tutor poteſt facere pacem cum occiſoribus patris ipſius pupilli, ſi hoc expe-
diat pupillo: quia forte illi occiſores occiderent pupillum, & ita intelligi
debet dictum Dec. *in l. ut jurisjurandi gratia, in princip. ff. de jurejur.* ubi ab-
ſolute dicit; quod cum autoritate tutoris pupillus poſſit facere pacem. I-
dem notat Bald. *in l. 1. verſ. extra quæritur, de reſtit. in integr.* licet regula-
riter tutor non poſſit facere pacem de morte pupilli, vel adulti, cum tutor
tueri debeat dignitatem pupilli, & injuria ſine rubore non remittatur, ut
tradit Angel. *conſ. 257. per text. in l. miles, §. ſocer, ff. de adult.* Poteſt et-
iam ‡ tutor remittere offenſam illatam minori, vel ejus patri, ſecundum Bald. *in* 364
addit. ad Specul. tit. de homicid. ad fin. dummodo hoc fiat ‡ adulto interveniente, 365
judicis decreto non aliter adhibito, ſecundum Panor. *conſil. 108. per tot. lib.* 2. ve-
luti ſi ‡ adverſarius ejus erat multum potens, ut tradit Panormit. *d. conſil. 108. n. 3.* 366

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

367 Idque hac ratione, quod † tutoribus omnia jure adminiſtrationis competant, quæ pupillo expediunt, *l. à tutoribus, C. de adminiſtr. tut.* & tradit Roman. *conſ.* 441, *num.* 3. quia talis actio non eſt in bonis, *l.* 2. §. *emancipatus, ff. de collat. bon.*
368 & non † tranſit in hæredem, *l. ſi cum,* §. *qui injuriarum, ff. ſi quis caut.* Quod maxime procedit, accedente juramento, ut tradit Abb. *conſ.* 108. *in princ. lib.* 2.
369 Quibus ‡ addendum eſt, quod reconciliatio injuriariumque remiſſio, non patrimonii everſionem, ſed virtutis opinionem inducat, *l. creditor,* §. 1. *ff. mand.* & §. *fin. Inſtit. de injur.*

370 Hæc tamen ‡ quæ dicta ſunt de remiſſione injuriarum, non procedunt quan-
371 do pecuniariter pupilli intereſſet, propter jam illatum ‡ damnum, *l. ex hac. ff. ſi*
372 *quadr. paup. fec.* vel quia alias ‡ pupillus incideret in pœnam, *l.* 1. *C. de his, quib. ut indig.* Vel quando minori, aut ejus familiæ eſſet dedecus inimicitias remittere; quia pro defenſione honoris minoris, poſſunt omnia bona obligari, ſecundum
373 Bartol. *in l. ſancimus, num.* 6. *C de adminiſtrat. tut.* Idem ‡ quoque dicendum, ſi ſecundum mores civitatis dedecus, vel infamia inde oriretur, *l. miles,* §. *ſocer,* & ibi Bald. *ff. ad leg. Iul. de adult.*

374 Tutor quoque, an dilationem ‡ debitori concedere poſſit, dubitatum invenio? Et prima facie dicendum videretur non poſſe: minorem enim quantitatem pupillus reciperet, quia etiam tempore minus ſolvimus, §. *plus autem, Inſtit. de act.* & quia ſi ipſi in mora exigendi ſint, de ſuo latæ culpæ nomine tenentur, *l.* 2. *arbit. tut.* Sed tamen verius videtur poſſe eos prorogare; cum & tranſigere valeant, & generalem adminiſtrationem cum libera poteſtate habeant, *l. fin.* §. *penul. de Publicanis,* Bald. *in rubr. extra. de tranſact.* Dd. *in l. qui Romæ,* §. *Callimachus, de verb. oblig.* Nec enim hujuſmodi moratoria conceſſio gravis cenſetur ipſi pupillo, & veriſimile eſt humanitatis potius intuitu, & probabili ex cauſa à tutore permiſſam, *l.* 2. *C. de precib. Imp. offer.*

375 Sexto non ‡ procedit ampliatio, quod tutor poſſit impedire debitum, & actionem oriri, ut tradit Corn. *conſ.* 143. *n.* 4. *lib.* 4. *per text. in l. ſi unus,* §. 1. *ff. de injur.*

376 Ultimo declaratur ‡ non procedere in tutore, qui poteſt remittere commiſſum nondum acceptatum, recipiendo canonem, atque ita præjudicare pupillo in jure commiſſi, ut tradit Molin. *ad conſuet.* §. 14. *num.* 24. per gloſſ. Imol. Panormit. & omnes, *in cap. potuit, extr. locat.*

377 Trigeſimo ampliatur, quod ‡ nec minor poterit renunciare; quia illa renunciatio diceretur alienatio, in qua requiruntur debitæ ſolemnitates, ut probatur *in l. magis puto,* §. *fundum,* & ibi declarant Dd. maxime Dynus & Bald. *ff. de reb. eor.* facit *l. tutor, & ibi Bart. ff. de bon. poſſ.* Bald. *in l. contra juris,* §. 1. *ff. de pact.* maxime
378 hæreditati † paternæ; quia cenſetur quid immobile, ſaltẽ habito reſpectu ad partẽ, quam in rebus immobilibus conſequi potuiſſet, ideoq; reſtituitur, nec eſt opus aliter probare læſionem, quia ſatis eſt læſus eo, quod renũciat, & ſic non habet neceſſe probare hæreditatem patris eſſe locupletem, ut eſt gloſſ. ſingularis *in l.* 1. *C. de in integr. reſtit. min.* quam ibi Bald. approbat, & ſequuntur Moderniores, repu-
379 tantes hoc ſingulare. Nec etiam ‡ agnoſcendo legatum renunciare legitimæ; quia ad hoc, ut filius ſibi per renunciationem vel agnitionem præjudicet in legitima,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

ma, requiritur ut ſpecifica fiat mentio de legitima, ut probatur *in l. ſi quando.* §.
fin. C. de inoffic. teſt. & notat Bart. & Ang. *in l. de his, ff. de tranſact.*

Declaratur † hæc ampliatio, ut non procedat quando minor habet quatuorde- 380
cim annos, quo caſu poterit ſine curatore renunciare beneficio Eccleſiaſtico;
quia parificantur actiones movere & alienare, ſive renunciare. Ideo prohibitus
alienare non poteſt actiones movere in judicio, quia eo modo per indirectum
alienatio ſequi poſſet, *l. ait Prætor,* ubi Bartol. *ff. de jure delib.* facit *c. ſi annum, de
judic. lib. 6.* Crauet. *conſ. 153. in fin.*

Trigeſimo primo ampliatur, quod ‡ minor non poterit repudiare fundum 381
ſibi legatum, *d. l. magis puto, §. fundum,* Cagnol. *in l. fœminæ, num. 4. de reg. jur.*
Rol. à Valle. *conſ. 15. num. 30. lib. 1.* Zaſ. *in l. legatum, num. 5. & 6. ff. de legat.
1.* Alex. *conſ. 254. num. 5. lib. 6.* Et hoc procedit ‡ in legato, ſecus in cæteris; 382
quoniam ante acceptationem repudiari ſine ſolemnitate poteſt, ut probat *l. ſi
ego,* ubi gl. & Dd. *C. de neg. geſt. & in c. ſi tibi abſenti, in verb. ut tuum, de præbend.
in 6.* Ratio † autem hujus ampliationis eſt, quod repudiatio dicatur alienatio: 383
nam quando minor repudiat, ſi res hæreditariæ non ſunt integræ, non poterit
minor reſtitui, *l. quod ſi minor, §. Scævola, ff. de minor.* ut diximus *ſupra
cap. 30.*

Declaratur hæc ampliatio, ut ‡ non procedat in pupillo, qui poterit repudiare 384
hæreditatem cum autoritate tutoris, *l. tut. ff. de bon. poſſ.* juncta *l. 1. §. tutor, ff. de ſuc-
ceſſ. edict. & in l. ſi pupillorum, C. de repud. hæred.*

Trigeſimo ſecundo ampliatur, quod ‡ etiam ſolus tutor ſine pupillo non poſ- 385
ſit hæreditatem adire, ſed pupillus cum autoritate tutoris poteſt, *l. penul. C. de jur.
delib. & l. pupillus, de acq. hæred.*

Trigeſimo tertio ampliatur, quod † nec tutor litem æſtimare poſſit nomine 386
pupilli, *l. 3. §. item quæri, l. litis, ff. pro empt.*

Trigeſimo quarto ampliatur, quod ‡ etiam mora non contrahatur per interpel- 387
lationem factam adulto ſuper re immobili, ſine autoritate judicis, juxta *l. ma-
gnam, C. de contrah. & commit. ſtip.* Nam cum ex mora hoc caſu ſequatur, vel ſequi
dicatur alienatio rei immobilis, ex eo, quia creditor intendit, ut ſibi adjudicetur
in ſolutum res, quam ingreſſus eſt autoritate propria, non potuit hoc caſu mora
contrahi, ſaltem per interpellationem factam ſine autoritate judicis, per ea
quæ voluit Bart. & Alexan. *in l. ſi ex legati cauſa, & verb. oblig.* & Joan. Andr.
in c. conſtitutus, de reſt. in integr. ubi concludunt, quod † adultus non habens cu- 388
ratorem non conſtituatur in mora per interpellationem factam, de re, quæ ſer-
vando ſervari poteſt, ſine judicis autoritate; quia talis res ſine ejus decreto non
poteſt alienari, *l. lex quæ tutores, C. de admin. tut.*

Trigeſimo quinto ampliatur, quod ‡ etiam minor non poteſt dare in ſolutum,
ſine decreto, *l. ſi minor, C. de præd. minor.* quia ‡ in ſolutum datio emptioni & ven- 389
ditioni æquiparatur, ut probat *l. ſi prædium, C. de evict. & l. vetuſtiſſima, C. de jur.* 390
dom. impet. qua de re latiſſime Tiraq. *de retract. lig. gl. 14. n. 45.* cui accedit Boer. *q.
49. in fin. et conſ. 118 num. 9. lib. 3.*

Trigeſimo ſexto ampliatur, quod † eadem ſolemnitas, quæ requiritur in con- 391
tractu, eadem in diſtractu requiratur, *l. ſi ad reſolvendam, C. de præd. min,* ubi lex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

prohibens minorem contrahere ſuper re immobili , ſine autoritate & decreto
judicis, locum habet & in diſtractu: quem textum ad hoc expendit , & dicit no-
tabilem Bald. *in l. præſes, verſ. idem apparet*, *C. de tranſact.* & *in l. 1. poſt princ. C. ſi*
adverſ. tranſact. Hipp. de Marſil. *in rubr. de probat. n.* 345. *cum quatuor ſeq.* ubi
plures citat autores ad hoc propoſitum.

Trigeſimo ſeptimo ampliatur, quod ‡ tutor ſolus non poterit deferre jura-
392 mentum adverſario pupilli, niſi deficientibus omnibus probationibus pupillo,
l. tutor, ff. de jurejur, Pupillus ‡ tamen cum autoritate tutoris indiſtincte deferre
393 poteſt jusjurandum, qui tamen ſi lædatur, in integrum reſtituitur, ut probatur *in*
l. jusjurandum, quod ex conventione, §. *pupillus*, & ibi gl. & Dd. *ff. de jurejur.* & *in*
l. 1. § 1. ff. quar. rer. act.

394 Trigeſimo octavo ampliatur, quod † qui non poteſt alienare, immediate
non poſſit etiam facere actum, per quem alienatio ſequatur, ut notatur per
gl. in *l. item quia, ff. de pact.* Bart. *in l. codicillis*, §. *matre*, *ff. de legat. 2.* & *in l.*
ſi ita quis, §. *ſi ea lege*, *ff. de verb. oblig.* & ideo ille, qui non poteſt alienare, non
poteſt compromiſſum facere; quia poteſt ſequi alienatio, *c. cum tempore*, *de ar-*
395 *bit.* & qui † non poteſt alienare, non poteſt pati, ut præſcriptio in præjudi-
cium alterius ſequatur, quia præſcriptio eſt alienatio, *l. alienationis verbum*, *ff.*
de verb. ſign. & ita concludit Alvar. *in c. 1.* §. *hoc quoque de ſucceſſ. feud.* Dec.
conſil. 479. *num.* 4. & ibi Molin. de obligatione & compromiſſo, idem de com-
promiſſo *conſil.* 300. *num.* 2. Blanc. *de compromiſſ. quæſt.* 4. *num.* 28. Idque hac
ratione, quia melius eſt à principio occurrere, quam poſtea, ſecuta alienatione
providere, *l. fin. C. in quib. cauſ. in integr. reſtit.* & Tiraq. *poſt leges connubiales*,
gloſſ. 6. *num.* 189. ubi dicit, quod debeat curare, ne ex actu, quem facit, ſequa-
tur alienatio, ex diſpoſitione legali, vel ſtatutaria, Alex. de promiſſione, *conſ.* 17.
n. 7. *lib.* 4. & noviſs. Hip. Rim. *in princ. tit. quib. alien. lic.*

396 Trigeſimo nono ampliatur, quod † nec locare poteſt ad longum tempus, ut
397 † communem dicit Soares *in theſ. recept. ſent. lit. C. num.* 192. ex Angelo, poſt Fa-
brum *in* §. *adeo, in fin. num. 1. Inſtit. de locat.* & Alex. *conſil.* 17. *lib.* 4. Boer. *deciſ.* 224.
Idque propter utilis dominii, & naturalis poſſeſſionis tranſlationem, ut dicit A-
lex. *conſil.* 117. *n.* 1. *lib.* 5. idem cum Molin. *conſ.* 1. *num.* 6. & 15. *lib.* 4. Aretin. *conſ.* 55.
Felin. *conſ.* 25. Iaſ. *in l. naturaliter*, *n.* 15. *ff. de acq. poſſ.* Dec. de re Eccleſiæ, *conſ.* 142.
n. 3. Idem cum Molin. *conſ.* 204. *n.* 12. Idem *conſ* 282. *n.* 1. & 2. de re Eccleſiæ. Idem
conſ 292. *n.* 1. & ibid. Molin. Tiraq. *de retract. lig.* §. 1. *gl.* 14. *n.* 79. 80. 81. & *de jure*
conſtit. limit. 14. *n.* 12. & noviſſ. Nic. Ever. *in loco, à feudo ad emphyteuſin, circa fin.* quo
398 loco dicit, quod † turbatus in poſſeſſione longi temporis conductor, habeat in-
terdictum *uti poſſidetis*, nec poſſit expelli ab emptore, cum conductor longi tem-
poris naturaliter poſſideat, allegans ad hoc Baldum *in c. querelam, de jurejur.* gloſſ.
ſingularem *in l. ſi ut certo*, §. *ſi duob. vehiculum*, *ff. commod.* Idem quoque obtinet, ſi
399 locaret † tantum pro uno, vel duobus annis, cum pacto, quod finitis illis, teneatur
eidem vel ejus ſucceſſoribus locare pro eodem pretio: id enim facere non poteſt,
cum hæc ſit quædam ſpecies alienationis, & ideo iſtud pactum rejicitur, ut tradit
Angel. per text. *in* §. *neque, in authen. de non alienand.* ſequitur Alex. *conſ.* 165. *lib.*
400 2, & † communem eſſe dicit Pinel. *in 3. part. leg. 1. num.* 63. *verſ. dicitur etiam, C. de*
bon.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

bon. mat. qui ibidem alios allegat, contrarium tenentes, quos reprehendit.
Longum autem † tempus dicitur communiter tempus decem annorum, vel 401
ab inde ſupra, *l. ſi cum fideicommiſſario, §. Ariſto. ff. qui & à quib. l. penult. & fin. C.*
de præſcript. long. temp. gloſ. *in l. fin. ff. ſi ager vectig. vel emphyt.* & notat gloſſ. *in l. ſi*
filius, C. de petit. hæred. Alex. *conſil.* 17. *n.* 1. 2. & 3. dicit † communem, & ibidem 402
Molin. *lib.* 4. Dec. de re Eccleſiæ, *conſ.* 204. dicit communem, & *conſ.* 292. *num.* 1.
Iaſ. *conſ.* 24. & 94. *lib.* 1. Pariſ. *conſ.* 98. *lib.* 4. & Menoch. relictis ſeptem opinio-
nibus, dicit communem, quod relinquatur arbitrio judicis in re Eccleſiæ, *lib.* 2.
caſ. 5. Nec etiam † talis locatio valet ad novem annos, & ſic tempus utile, ut de- 403
cidit Bart. *in l. quæcumque, C. de bon. quæ lib.* & *in auth. qui rem, C. de ſacroſ. Eccl.*
Ang. *in §. emphyteuſin, in auth. de non alien.* & Io. de Imol. *in l. quod dicitur, in fin.*
de verb. ſignif. & de re Eccleſiæ eſt text. apertus *in clem.* 1. *de reb. Eccl. non alien.* ubi
dicitur, quod nec recipiendi jus aliquod acquiratur, ut optime tradit Molin. *ad*
conſuet. §. 41. *num.* 47. & *ſeq.* Quinimo locatio † ad longum tempus æquipara- 404
tur emphyteuſi, ut communem † dicit Iaſ. *in l. naturaliter, num.* 15. *de acq. poſſ.* 405
Angel. *in l. ſcire autem, in auth. de non alien.* Imol. *in c. nulli, verſ. nota etiam*, &
iterum *in c. ad audientiam, verſ. idem adverte. de reb. Eccleſ. non alien.* Ruin. *conſ.* 156.
num. 6. *lib.* 1. & ſatis probatur ex textu eas æquiparante, *in auth. qui rem. ibi, con-*
ductam, vel in emphyteuſin acceptam, C. de ſacroſ. Eccleſ. & eſt text. *in l.* 1. *C. de offic.*
com. ſac. Pal. ibi, totius perpetuarii, hoc eſt, emphyteuticarii juris. Nam jus † perpe- 406
tuarium id certe eſt, quod ex conductione perpetua competit, & † hinc *perpe-* 407
tuarii dicti *conductores*, qui in perpetuum rem ipſam conduxerant, ut conſtat ex *l.*
1. & 3. & *ult. C. de locat. præd. civil. lib.* 11. Etiam adæquatur & æquipollet † ven- 408
ditioni, iiſdemq; regulis conſiſtit, ut ſcribitur *in l.* 2. *in prin. et* §. 1. *ff. locat. et in* §. 1.
et §. *adeo. Inſt. eod.* Etiam in ſtatuto exorbitante & correctoriis, ut tradit gloſ. *in l.*
quod vero, ff. de leg. et in l. ſi quis ſervo, & ibi Bart. *C. de furt.* Id † quod maxime pro- 409
cedit, quando ea fieret unico pretio, non diſtributo pro ſingulis annis; nihil enim
videtur intereſſe inter hujuſmodi locationem & venditionem temporalem fun-
di, ſive fructuum multorum annorum, de quo per Bart. *in l. cotem.* §. *qui maximos,*
ff. de Public. et vectig. Idem quoq; dicendum † erit, quando fieret talis locatio ad 410
vitam locantis & conducentis, *l.* 1. *ff. pro ſoc.* gloſſ. *in c. ea enim,* §. *perpetua, gl.* 2. 10.
quæſt. 2. Dec. *conſ.* 204. Alex. *conſ.* 19. *n.* 8. *lib.* 3. Verum Iac. Port. *lib.* 4. *com. opin. con-*
cluſ. 21. dicit, quod ad vitam non dicatur perpetua, ſed quod habeat tantum effe-
ctum temporalis locationis. Idque probat *per l. jubemus,* §. *ſane, C. de ſacroſ. Eccleſ.*
Quod tamen non procedit, quando † eſt veriſimile, illum, cujus vita locationi ap- 411
ponitur, non victurum ad decem annos, juxta computationem *l. hæreditatum, ff. ad*
leg. Falc. ut tradit Couvar. *lib.* 2. *var. reſolut. c.* 16. *n.* 3. Dicitur præterea longum 412
tempus locatio, quæ fit eo pacto, ut duret quamdiu locator voluerit; ea enim in-
certitudo magis longum tempus, quam breve inducit, ut notat Bart. *in l. ſufficit,* &
ibi Iaſ. *ff. de condict. indeb. l. Iuriſperitos, ff. de excuſ. tut.* Dec. *conſ:* 214: Socin: Nepos,
conſ: 63: *n:* 11: *lib:* 2: etiamſi adjectum † eſſet de renovando, valet tamen eo caſu uſ- 413
que ad tempus utile, ut firmat Specul. *tit. de locat.* §. *nunc aliqua.* Quia, ſecundum
eum, ex tali locatione non transfertur dominium, nec poſſeſſio, ſed nuda deten-
tio, *l. non ſolum, ff. locati, et l. non ſolum,* §. 1. *ff de uſucap.* Alex. *conſ.* 104. & ibi Molin.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

414 *in prin. l.* 3. idem *conſt.* 163. *l.* 2. Etiamſi expreſſe ‡ adjectum fuiſſet, quod utile dominium non transferretur, quia commoditas fructuum, quæ ad longum tempus transfertur, pro vera alienatione habetur in materia prohibitiva, ad evitandam fraudem, ut tradit Bald. *in auth. hoc jus porrectum, verſ. ſexto*, *C. de ſacroſ. Eccleſ.* & ſequuntur Fab. de Monte *in tract. de empt. & vend. in* 4. *quæſt. prin. quæſt. ult. verſ. ſuper tertium.* Verum Alex. *conſ.* 104. *n.* 3. *verſ.* 4. *lib.* 3. & Couar, *lib.* 2. *c.* 16. *n.* 1. *verſ. ex quo apparet*, contrarios tenentes allegant, ſed non ſequuntur. Dicens amplius idem Couar. *d. loc. num.* 6. *verſ. quarto, eadem conſtitutio*, etiam † in generali

415 mandato non venire poteſtatem, ita locandi in perpetuum, quia eſt alienatio, quæ non venit in generali mandato, *l. Procurator tutorum*, *& l. mandato generali*, *ff. de procurat. & clem.* 1. *de reb. Eccleſ. non alien.* Panormit. *in c. nulli, c. ad audientiam, de reb. Eccleſ. non alien.* & Dec. *conſ.* 142. adeo, ut etiam non ‡ poſſit locare

416 ad modicum tempus, quando talis locatio fieret in potentem virum, ita ut non eſſet ſpes recuperandi: quo quidem caſu prohibita alienatione, talis locatio ad modicum tempus etiam prohibita cenſetur, *l. qui habebat*, *ff. de legat.* 3. & ita tradit Franc. de Curt. jun. *in* 4. *part. tractat. feud. in* 3. *quæſt. ultimæ cauſæ privationis feudi.*

417 Verum ‡ hæc ampliatio non procedit, quando fieret ſine expreſſione certi temporis: quia intelligitur de brevi tempore, nempe de unico anno, juxta vulgarem regul. *l. boves*, §. *hoc ſermone*, *ff. de verb. ſignif.* & *l. item quæritur*, § *qui impleto*, *ff. locati.* & in terminis ita tradit Socin. nepos *conſ.* 25. *n.* 3. *lib.* 2.

418 Quadrageſimo ‡ ampliatur regula, quod nec dotem conſtituere poſſit marito ſuper bonis immobilibus, quæ cedat lucro mariti, ſtante ſtatuto de lucro dotis; quia in tali conſtitutione dotis requiritur cauſæ cognitio. *l. ſi ex cauſa*, §. *in dotis*, *ff. de min.* ſcilicet an ſuppetant facultates, & an vir ſit dignus tanta dote: ut tradit Bald. *in l. nulla, C. de jur. dot.* quæ cauſæ cognitio ſpectat ad judicem, *l. magis puto*, §. *non paſſim*, *ff. de reb. eo.* & *l. lex quæ tutores*, *C. de adminiſtr. tut.* Denique iſta conſtitutio dotis non eſt neceſſaria, ſed voluntaria, quæ ſine decreto fieri non poteſt, & ſi fiat, erit nulla, & perinde atque ſi facta non eſſet, *arg. l. quoties*, *ff. qui ſatiſd. cog.* ut remiſſive tradit Tiraq. *poſt leges connubial. gloſſ.* 6. *num.* 195.

419 Quadrageſimo primo ‡ ampliatur, quod nec in emphyteuſin dare poterit, cum dicatur alienatio, maxime ubi fuerit perpetua, *c. nulli*, ubi text. *de reb. Eccleſ. non alien.* & §. *alienationis, in auth. de non alienando, in auth. hoc jus porrectum*, *C. de ſacroſ. Eccl.* Jad. Cuiac. *Novell.* 7 & 120. Alex. *conſ.* 79. *n.* 3. *lib.* 1. & proprie quidem dicitur alienatio, cum utile dominium transferatur, ut notat Bald. *in c.* 1. §. *aut ſi libellario, circa fin. quib. mod. feud. amit. et conſ.* 47. *verſ.* 2. *præmitto*, *lib.* 1.

420 Quadrageſimo ſecundo ‡ ampliatur in omni ſpecie alienationis, *l. non ſolum*, *C. de præd. min.*

421 Quadrageſimo tertio ‡ ampliatur, quod etiam minor in pias cauſas non poteſt alienare ſine curatore & decreto, *arg. l.* 2. §. *voto*, *de pollicit.* quod dictum ſequitur, & bene notandum dicit Panorm. *in c. in præſentia, in ult. notab. n.* 35. *de probat.* ut diximus *ſupra hoc capite, num.* 319.

Id

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Id quod etiam ‡ procedit in prohibitione ſtatuti ſine certa ſolemnitate, ut tradit Tiraq. *poſt leges connub, gl. 6. num* 162. & *ſeq.* & de muliere, quæ non poteſt obligari ſine conſenſu proximorum, tradit Molin. ad Dec. *in d. c. in præſentia.* 422

Quadrageſimo quarto † ampliatur, quod etiam alienatio facta cum decreto, ſed vili pretio, reſcindatur per in integrum reſtitutionem, *l. ſi quidem, C. de præd. minor.* 423

Idem quoq; † dicendum erit, quando fundus fuerit venditus juſto pretio, modo fuerit majorum pupilli, *l ſi in emptionem, ff. de minor* ob illud enim intereſſe fingitur minor enormiter lædi, ut tradit Alex *conſ.* 67. *lib.* 5. Dec. *conſ.* 403. *verſ. quamvis.* Unde dicit gloſſ. *in l. etſi æquo, ff. de legat.* 1. noſtra ‡ admodum intereſſe, rem quæ majorũ fuerit emere; intereſt enim pupilli etiam redimere fundũ, qui fuit majorum, pluris quam valeat, ut dicit Iaſ. *in l.* 1. *verſ. ſecunda differentia, de leg.* 1. In his enim quæ fuerunt majorum noſtrorum nos eſſe cæteris ſingulari quadam in eos affectione præferẽdos, ut tradit Anch. *conſ.* 171. *verſ item quia dicta bon.* Inſpicitur n. intereſſe affectionis reſpectu rei, ut dicit Paul de Caſtr. *conſ.* 288. *lib.* 1. ad quod facit inter cæteras *l. quæ tut. C. de adminiſtr. tut.* ubi hæc verba nuncupatim aſſcribuntur: *Maxima habenda eſt ratio ejus domus, in qua pater defecit, filii creverunt, in qua majorum imagines aut non videre fixas, aut videre revulſas, ſatis eſt lugubre.* Ex quo textu aperte probatur domum reſque alias majorũ nobis eſſe in maximo affectu, ac pretio, quod & comprobat text. *in d. l. libertus, qui ſolvendo eſt*, ob id tantum, quod in iis prædiis ſint aliqua in quibus majorum noſtrorũ ſepulchra ſunt, *& in l.* 1. § *& alias videamus, ff ſi quid in fraud. patr.* ubi ita ſcribitur: *Si dicat patronus rem quidem juſto pretio veniſſe, verum tamen hoc intereſſe ſua, non eſſe venundatam, inque hoc eſſe fraudem, quod venerit poſſeſſio, in quam habet patronus affectionem vel opportunitatis, vel vicinitatis, vel zeli, vel quod illic educatus ſit, vel parentes ſepulti.* Cui etiam admodum congruit text. *in l. in fundo, ff. de rei vendic* his verbis: *fingi pauperem, qui ſi reddere id cogatur, laribus ſepulchriſque avitis carendum habeat:* quo in loco gloſſa dicit, non eſſe veriſimile, quod quis hujuſmodi lares avorũ ob quidvis aliud alienaret Ex quibus facile quilibet intelligere poteſt, res majorum noſtrorum nos pluris æſtimare debere, quam alias, etiam multo meliores, ejuſque affectionis gratia, nos regum vel potentiſſimorum autoritatem contemnere, ſcribit Appian. Alexan. *lib.* 1. inter præcipuas cauſas, cur † legem Agrariam divites recuſarint, apud Romanos hanc fuiſſe, quod impium ducerent monumenta majorum ad alios tranſire. 424 425 426

Sed hæc regula ita ampliata in multis caſibus non procedit; & primo quidem ‡ declaratur non procedere, quando alienatio fieret ex præcedente permiſſione teſtatoris, *l in princ. ibi, niſi ut id fieret parentes teſtamento, vel codicillis caverint, & l. magis puto,* §. *ſi fundus, et* §. *ſi pupillus, et l. ult. ff. de reb. eor.* Alexand. de executoribus pupillo exiſtente hærede, *conſ.* 62. *num.* 1. & 2. *lib.* 2. *idem conſ.* 27. *lib.* 3 & Gualdenſ. *tit. de tutore, et execut. teſtament. caut.* 10. 427

Ampliatur hæc limitatio ‡ primo, ut procedat etiamſi talis permiſſio declaratoria, eſſet ex defectu alicujus ſolemnitatis nulla, *l. ult. ff. de reb. eor.* qua clare probatur, ex actu ‡ nullo teſtatoris voluntatem probari, atque ita eo loci textum illum notavit Bartol. 428 429

Secun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

430 Secundo † ampliatur ut procedat, etiamſi teſtator fuiſſet minor 25. annis, ta-
men adultus, qui licet inter vivos non poſſet alienare ſine decreto, tamen per diſ-
poſitionem ultimæ voluntatis, poterit non ſolum alienare, ſed etiam alteri dare
poteſtatem alienandi, ut tradit Bald. *in l. 1. ff. reb. eor. argum. l. Aurelio, §. Cajus,*
ff. de liberat. leg. Bart. *in l. prædium, C. quand. decret. op. non eſt.* Tiraq. *in l. ſi un-*
quam, verb. donatione, n. 254. in fin. C. de revoc. don. Dec. cum Molin. *in l. fin.*
n. 5. C. de pact. ubi alios contrarium tenentes allegant, ſed non ſequuntur, & no-
viſſime Mynſ. *cent. 3. obſ. 5.*

Tertio † ampliatur, etiamſi talis permiſſio ſive præceptum non fiat pro exe-
431 cutione contractus præcedentis, ſed tantum per viam teſtamenti, ut tradunt A-
lexand. *conſil. 215. num. 3. lib. 6.* & Dec. *in l. fin. in fin. C. de pact.*

Quarto † ampliatur, quod etiam hoc caſu liceat alienare, non obſtante prohi-
432 bitione ſtatuti in forenſem, vel alias. Dec. & ibi Molin. *in d. l. fin. n. 5.* Alex. *d.*
conſ. 215. n. 1. et 5. ſeqq. idem *in l. ſi dignum, ff. ad leg. Falcid.* communem dicit,
quem refert Alciat. *in l. 2. n. 12. ff. de verb. oblig.* Iaſ. *in l. juſte poſſidet, n. 29. ff. de*
acq. poſſ. ubi quoq; communem dicit, in hærede cedente actionem forenſi, contra
ſtatutum, nec eum incidere in pœnam ſtatuti, hoc facientem ex mandato teſtato-
ris, ut tradit Hipp. Riminald. de forenſi, *tit. quib. alien. lic. num. 147.*

Contrarium tamen quoad forenſem, tenent Soar. in theſ. recept. ſent, lit. A.
n. 142. allegans Fab. de Monte, *de empt. et vend. in ult. quæſt. n. 27.* dicens illam
opinionem veriorem & communem eſſe, aſſeverantibus Fabiano & Franciſco
Vivio, *commun. opin. lit. S. incipiente, ſtatutum imponens, fol. 350.* dicens, omnes
Scribentes communitere ita tenere, *in l. cætera, § final. de legat. 1.*

Quinto ampliatur ut † procedat, etiamſi mandatum eſſet tantum generale, non
433 ſpeciale, de vendenda re tali, ut tradit Alex. *conſ. 27. n. 1. lib. 3.* idem *conſil. 215.*
n. 1. lib. 6. per l. prædium, cum gl. C. quan. decret. op. non eſt, et l. 1. in princ. et §. ſi
fundus: et l. fin. ff. de reb. eor. licet Molin ad Alex. *d. conſ. 27. n. 1.* contrarium teneat.

434 Declatur ſecundo, ut regula non ‡ procedat, quando alienatio fieret ex neceſ-
ſitate, & conſequentia actus permiſſi, qui proprie non dicitur contrahere, ut tra-
435 dit Caſtr. ſuperſtatuto de muliere, *conſil. 183. n. 2. lib. 1.* ſive illa neceſſitas ex ‡
obligatione legali deſcendat, *l. 1. § ult. et l. 2.* ubi Bart. *ff. de reb. eor.* ſive ex
obligatione conſuetudinaria, vel ſtatutaria, *l. ſine hærede, §. Lucius, ff. de admin. tut*
436 Hipp. Rim. *Inſtit. quib. alien. lic. vel non, n. 148. 160.* de confiſcatione. Unde ‡
bona minoris ſunt tacite obligata pro dote, licet non intervenerit tutoris autori-
tas, aut decretum judicis, ut voluit gloſſa ordinaria *in l. ult. in verb. teneri, ſecun-*
dum ultimum intellectum, C. de legit. tut. quia hæc obligatio legalis eſt ex neceſſitate
437 & conſquentia actus permiſſi, ubi Joan. Faber dicit, hanc eſſe ‡ communem
opinionem.

438 Et ſimile eſt, quod ‡ voluit Bald. *in l. certi, in 8. quæſt. C. locati*, quod ſi minor
conduxerit domum ſibi conducibilem & utilem, & quædam bona invexerit in
eam, quod ea ſint domino tacite obligata, ut & bona cæterorum illata, licet
non intevenerit decretum judicis: quia non ipſe eſt qui obligat, ſed lex, nec dici-
tur lædi minor ex obligatione legali & neceſſaria, vel etiam probabili, ut tradunt
Iac. Aret. & Alberic. *in l, ſed hic, ff. de reb. eor.*

Nec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Nec † admodum diſſimile eſt, quod plerique voluerunt bona minoris intran- 439
tis religionem, ipſo jure. & ſine aliqua ſolemnitate alias requiſita, de jure communi vel municipali transferri in monaſterium, quia hujuſmodi translatio ex lege neceſſario reſultat, ut voluerunt Io. Andr. *in c. in præſentia, in verb. minor annis,* & ibi quoque Panormit. *verſ. ult.* cum Dec. *n.* 35. *de probat. et conſ.* 86. *num* 5. *in fin.* Hipp. Rimin. *tit. quib. alien. lic. num.* 148. pro qua ſententia optime facit *lex* 1. § *ult.* cum *l.* 2. *ff de reb. cor.* Quanquam † non ſim neſcius, multos eſſe qui contrarium teneant eorum, quæ proxime diximus de obligatione bonorum minoris pro dote, & invectorum pro conductione, videlicet in priore caſu Bart. *in l. item quia, ff. de pact. et in l. ſi conſtante, ff. ſolut. matr. per l. dos data, C. de donat. ante nupt. juncta l. Titia, de jur. dot.* De ſecundo gloſſ. Salicet, & Fulgoſ. *in d. l. item quia,* & Cyn. *in l. certi, in 4. quæſt. C. locati.* Sed & contra tertium illum caſum de minore ingrediente religionem, tenuit Nicol. Caſtellan. *inter conſilia Bart. conſil.* 475. *vers, item ratione,* & ante illum Cyn. *in auth. ingreſſi, C. de ſacroſ. Eccleſ.* & Molin ad Dec *in c. in præſentia, num.* 35. *de donat.* Sed quicquid † ſit 440
in iſtis tribus caſibus, illud certum eſt, minorem aut tutorem illius poſſe ſine ſolemnitate decreti alienare prędium, quod teſtator juſſit vel promiſit ſe vendi-turum, quia hæc alinatio ejuſmodi eſt, quæ neceſſario ex voluntate teſtatoris dimanat, *l.* 1. §. 1. *et l. magis puto, §. ſi pupillus, et l. ult. ff de reb. eor.*

Nec hinc longius diſtat, quod & pulchre conſuluit Socin. *conſ.* 80. *verſ. iſta concluſio et paſſim per tot. l.* 4. *quod* ſtante † ſtatuto, quod mulier non poteſt contrahere 441
ſine conſenſu Mandualdi, poterit tamen mulier, eo inſcio, in dotem dare ſecundo marito, quæ primo dederat; tum quia huiuſmodi dotis conſtitutio venit ex diſpoſitione & interprætatione legis *per l. dotum, ff. de jur. dot.* tum quia mulier tenetur donare, etiamſi matrimonium contractum fuerit nulla dotis mentione facta, ut tradit Bald *in l. ult. C. de ſent. quæ ſint. cert. quant.*

Et huc item quadrat, quod † licet non valeat pactum de ſucceſſione futura cer- 442
to modo diſponenda ſine Conſenſu ejus, de cujus ſucceſſione tractatur, *l. ult. C. de pact.* tamen ſi hujuſmodi pactum fiat ex neceſſitate præcedentis contractus liciti, valet, *per l. ultim.* & ibi Iaſ. *in* 6. *limit. ff. de pact.*

Adſtipulatur † quoque quod dicit Angel. *in auth. de hæred. et Falcid. in fin* 433
quod ſi ſtatuto caveatur, quod minor non poſſit ſe obligare ſine certa ſolemnitate, poteſt tamen filius ſine tali ſolemnitate hæreditatem patris retinere, & ei obiici non poteſt, quod hæreditas non fuerit legitime adita, *l. more in princ. juncto verb. de ea autem, ff. de acq. hæred.* quia titulus pro hærede non habet † locum in filio; qui 444
etiam vivente patre dicitur habere naturalem poſſeſſionem, *l.* 2. §. *fin. ff. pro hærede, l. cum miles in princ. ff. ex quib cauſ. major* Et † ideo ſtatutum, ut ſolvatur gabella de 445
hæreditate, non habet locum in filio, qui non dicitur de novo hæreditatem acquirere, ſed illam continuare, ut dicunt Angel. Imola, & Cum. *in l. in ſuis ff. de lib. et poſthum.* gl. *in c. paſtoralis, de decim. in verb. quaſi de lucro* ubi † concludit, quod 446
filius non teneatur ſolvere decimam de hæreditate paterna, quia non de novo acquiſita eſt.

Declaratur tertio † regula ut non procedat, quando alienatio fieret ex neceſſi- 447
tate præcedentis contractus ejus, cui minor ſucceſſit, *l. magis puto, §. ſi pupillus,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

verſ. ſed ſi pater, idem verſ. idemque, & verſ eadem ratione, ff. de reb. eor. Dec. *in l. ſi tibi*
pecuniam, & ibid. Molin. *num.* 5. *ff. ſi cert. pet.* Afflict. *deciſ* 285. *num.* 16. 17. 18.
& 19. licet Alciat. ibidem contrariæ ſit opinionis, ut Molin. ibidem eum allegat.
448 Imo talis ‡ contrahens ex neceſſitate præcedentis obligationis non dicitur pro-
priè contrahere, ut ſupra diximus, ſed magis fidem abſolvere, & obligationem
implere, ut tradit Aretin *in l. ſi ita quis, §. eo lege, ff. de verb. oblig.* per text. *in l. ſi ti-*
bi pecuniam, ff. ſi cert. pet. ibi, ex ſolvendi cauſa magis, quam alterius obligandi. Ea
enim alienatio non dicitur nova & voluntaria, ſed cauſam habere veterem, &
neceſſariam, *l. 3. §. item quæri, et l. magis puto, §. ſi pupillus, ff. de reb. eor. et l. fiſtulas,*
449 *§. fundum, ff. de contrah. empt.* facit text. *in l. voluntate, in fi. ff. quib. mod. pig. vel*
hyp. ſol. ibi; in priſtinam cauſam res redit, ſoluta venditione. Idem † quoque dicen-
dum, quando ea alienatio fieret juſſu Prætoris in vim rei judicatæ, vel alias, quia
dicitur neceſſaria alienatio judicis autoritate facta, & ob id proprie alienationis
nomine non continetur, ut tradit Curt. ſen. *conſ.* 27. Pariſ. *conſ.* 98. *n.* 79. *lib.* 1. &
ideo abſque alio decreto tenet alienatio, *d. l. 3. in princ. verſ. pignori, cum verſ. ſed et in*
poſſeſſione, §. item quæri, ff. de reb. eor. l. 1. et 2. C. de præd. min. verum tamen facile
reſtituitur, *d. l. 1. et 2. C. de præd. min.*

450 Declaratur ‡ quarto regula ut non procedat, quando alienatio minori non eſ-
451 ſet damnoſa, ut † communem dicit Imol. *in l. cum lex. ad fin. ff. de fidejuſſ.* Socin. *in*
l. conditionibus pupillus, n. 1. in prin. ff. de cond. et demonſtr. Iaſ. *in l. contra juris, num.* 8.
ff. de pact. Soc. jun. *conſ.* 28. *n.* 11. *lib.* 2. Gomeſ. *in §. omnium. Inſtit. de act. l. neque,* C.
de contrah. et com. ſtip. Alex. *conſ.* 59. *verſ. ſecundo poteſt reſponderi, lib.* 2. facit text. *in l.*
is cui bonis, & ibi Iaſ. *de verb. oblig. et in l. cui bonis, ff. de novat. l. tut. ad utilitatem,* lo-
quens de novatione, *ff. de admin. tut.* Rod. Suar. *tit. de las deudas, n.* 12. de muliere
contrahente ſine conſenſu mariti. Dec. in Eccleſ. *conſ.* 124. *n.* 3. & noviſſime Mynſ.
conſ. 45. *n.* 4. & 5. de diviſione & tranſactione. Quod procedit tam ‡ in pupillo,
452 quam in adulto per text. *in l. contra juris, in prin. ff. de pact et in l. 1. C. de autorit. præſt.*
& in §. 1. Inſtit. de autor. tut. & id quidem ‡ uſque adeo procedit, ut pupillus etiam
453 ſe obligare poſſit, ſi ipſi commodum ſit & utile, per text. *in l. ſi pupilli, in princ. ff. de*
neg. geſt. & in l. pupil. §. 1. ff. de aut. tut. Idem quoq; ‡ obtinet in alienatione rei Ec-
454 cleſiæ, quæ poteſt cogere adverſarium, ut contractui ſtet; nec per eundē poteſt Ec-
cleſiæ objici nullitas, ut tradit Iac. Phil. Port. *lib. 4. com. opin. concl.* 13. dicēs omnes
admittere, quod Eccleſia poſſit contractū, quamvis nullū, propter utilitatem rati-
ficare, *l. Iulian. §. ſi quis à pupillo, ff. de act. empt. ibi, ex uno latere conſtat contractus, &*
gloſſ. notab. in l. ſi fundus, §. eleganter, verb. exercere. ff. de leg. commiſſ. Contrariū vero,
quod non valeat alienatio rerum Eccleſiæ, licet utilis ſit ipſi Eccleſiæ, tradit Port.
loc. quo ſupra, dicens communem, & tradit Soar. in minore *lit. M. n.* 184. & idem
quod Eccleſia poteſt dicere nullum, *lit. E. n.* 16. Pet. Stella *in l. ſi duob. §. ſi prius, n.*
455 25. *ff. de bon. poſſ. cont. tabul.* Maxime autem ‡ procedit hæc quarta declaratio re-
gulæ, quando conſtat de utilitate Eccleſiæ, ut tradit gloſſ. *in l. cum hi, §. eam tranſ-*
actionem, ff. de tranſact. Ioan. Faber *Inſtit. de eo, cui libert. cauſ. bon. addic. ad fin.* &
Ant. Corſet. *in ſing. verb. pupillus,* & Dec. *conſ.* 124. *num.* 3. Et alienatio ſit tantum
temporalis, non perpetua, *ut in auth. de alienat. et emphyt.* quia ſolemnitates illæ
non ſunt introductæ, ut Eccleſiaſticis liceat decipere, ſed duntaxat, ne Eccleſia
decipiatur.

Verum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Verum hæc, quæ † dicta ſunt de alienatione rerum Eccleſiæ, quod Eccleſia 456
poſſit cogere adverſarium, ut contractui ſtet, non procedunt primo: quando pars
adverſa ante judicium, vel actum conſummatum, oppoſuit defectum ſolemnita-
tis: quo quidem caſu non erit electio perſonæ privilegiatæ volentis ſuſtinere a-
ctum ob utilitatem, ut tradit Iaſ. *in l. non eo minus, num. 1. verſ. limita, C. de procurat.*
& Chaſſan. *in conſuet. Burg. rubric. 4. §. 1. num. 27.*

Secundo non procedunt, quando † perſona privilegiata talis eſſet, in qua in- 457
tellectus prorſus deficeret, ut notat Bald. *in l. 1. C. de autor. præſt.*

Tertio non procedunt, quia † etiam poterit pars adverſa agere, ut perſona pri- 458
vilegiata, vel alia, in cujus fautorem actus irritatur, declaret, an velit ſtare con-
ventioni, vel ab ea recedere, juxta *d. l. Iulianus, § ſi quis colludente, ibi, hactenus a-
gendum, ut aut ſtetur emptioni, aut ab ea diſcedatur.* Et hæc communis opinio eſt
ſecundum Iaſ. *in §. actionum, n. 42. Inſtit. de act. & in l. tranſactione finita, ad fin. C.
de tranſact.* Niſi † fieret contra pupillum, quo caſu contrahens cum pupillo non 459
audiretur, petens eam declarationem, an pupillus ſtare velit contractui? ut
tradunt Bart. Fulgoſ. & Salic *in d. l. Iulianus, §. ſi quis à pupillo.* & eam eſſe
communem opin. dicit Soar. *in theſ. recept. ſent. lit. cod. n. 300.* Sicut † etiam 460
talis declaratio fieri non poteſt à minore, niſi adhibita ſolemnitate, quæ ab ini-
tio actus intervenire debuiſſet, ut tradit. Matheſil. *notab. 156. ibi, ſit paratus face-
re intervenire ſolemnitatem*, alias eodem modo periclitaretur donatio minoris,
quo actus principalis, *arg. l. doli, verſ. idemque, ff. de novat. ibi, rurſus cir-
cumvenitur minor.*

Quarto † non procedunt, quando contrahens cum minore, grave damnum pa- 461
teretur per diviſiones contractus, ſi in parte ſtare teneretur, vel ita non fuiſſet
contracturus, ut eleganter tradit Molin. *ad conſuet. § 41. num. 46.*

Declaratur ‡ quinto regula, ut non procedat in alienatione, quæ fit per adul- 462
tum in ultima voluntate, in qua habet jura, & integram perſonam, ut tradit Bar-
bat. *conſ. 23. lib. 4.* & facit text. *in l. ab Aurelio, § Cajus,* & ibi gl *verb. intra legitimam,*
& ibi Bart. *in princ de liber. leg.* Dec. & ibi Mol. *in l. ult. n. 5. c. de pact. & in c. in præ-
ſentia, n. 14. de prob. l. 1. ff. de tut. & rat. diſtrah.* adeo, ut ‡ adultus curatorem habens 463
poſſit libere donare cauſa mortis, inconſulto inſcioque ipſo curatore, ut voluit
Bald. & poſt eum Alex. *in l. ſi curatorem habens, C. de in integr. reſtit. min.* & idem
Bald. *in l. 1. in princ. circa medium, ff. de tut et rat. diſt.* Alciat *in l. 2. n. 11. ff de verb obl.*
Imo etiam ‡ ſi is curator contradicat, *l. cum pater, §. curatoris, ff de legat. 2.* Bald. & 464
alii, *in l. ſi frater, C. qui teſt fac. poſſ.* Iaſ. *in l. quæ de legato, ff. de leg. 1* Idem ‡ quoque 465
dicendum erit in donatione cauſa mortis, ut tradunt Bald. & Alex. *in d. l ſi curat.*
& Bald. *in l. 1. in princ. ff. de tut et rat. diſt.* quia donatio cauſa mortis facilius liberi-
uſque revocatur, nempe quæ ex ſola pœnitentia revocatur, *l. non omnis, in prin ff. ſi
cert. pet. et l. mortis cauſa donatio etiam, et l. qui mortis, ff. de don cau. mort. et l. Seia. ff. de
dot. præleg.* niſi donatio ‡ cauſa mortis fieret præſenti, & ſtipulanti, quo caſu dici- 466
tur contractus, ita ut ſtatutum loquens in contractu habeat etiam locum in ea, ut
tradit Petr. Anch. *conſ. 384.* nam & talis donatio non requirit aditionem hæredi-
tatis, quæ in legatis exigitur. ut not. Bald *in l. ſi mortis, in princ. C. ad leg. Falcid.* nec
pro tali etiam donatione competit ‡ hypothecaria, quæ datur pro legatis, ut con- 467

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

cludit Alex. *in l. 2. ff. de legat.* 1. Ex quibus aperte intelligi poteſt, quod de hujuſ-
modi donationibus idem judicatur, quod de contractu, ut dicit Imol. *in l. ut hære-*
468 *dibus, v. Item attende, ff. de legat.* 2. & Dec. *conſ.* 197. Nec minori etiam † adver-
ſus teſtamentum datur reſtitutio, quia jure ordinario revocare poteſt, ut tradit
Dec. *in d. l. ult. n.* 5. *C. de pact. per l.* 1. *§. fuit quæſitum, ff.* ad Trebell.

469 Declaratur ſexto † regula, ut non procedat, quando minor, obſtante prohibi-
tione legis vel ſtatuti actum faceret nomine & periculo alterius, ut procurator,
vel aliter, qui valet, cum id quod faciant, faciant in præjudicium domini, cui
470 omnino imputandum eſt, quod talem elegerit, *l. cum mandato, ff. de minor.* nec †
471 eo caſu reſtituitur, *l. ſed etſi quis, verſ. pupillus, ff. de inſtit. act.* Unde videmus †
quod caſu, quo pupillus non obligatur, & damnum non patitur, admittatur ſine
tutore, puta, in adeundo hæreditatem, periculo ejus cui per fideicommiſſum ve-
niet reſtituenda, ut notat Angel. *in l.* 2. *ff. d. acceptil.* quem refert & ſequitur Dec. *in*
l. bonorum, C. qui admit. Vel in adeundo eam, juſſu aut mandato patris, in cujus
472 eſt poteſtate, *l. more, in fin.* & ibi Iaſ. *ff. de acq. hæred.* Simile videmus in † mino-
re, vel muliere prohibitis, ex forma ſtatuti contrahere, ſine conſenſu duorum
conſanguineorum, qui tamen alieno nomine, veluti procuratorio poſſunt id fa-
cere ſine dicta ſolemnitate, cum ad damnum, vel utilitatem alterius contrahant,
ut tradunt Rom. Alex. & Iaſ. *in l. quæſitum, ff. ſi quis caut.* Angel. & Alex. *in l.*
quamvis, ff. de acq. poß.

473 Sed & locum † non habent primo, quo ad hoc, ut ipſe minor privatim obliga-
tur, niſi interveniat ſolemnitas requiſita à lege vel ſtatuto, ut expreſſim dicit
Paul. Caſtr. *in l. cuicumque §. ſi ab alio, ff. de inſtit. act.* Socin. *in l. quæſitum, ff. de in*
jus voc. Corn. *conſ.* 16. *lib.* 2.

474 Secundo † non procedit in mandato legis, ut quia non poteſt eſſe tutor legiti-
mus, quod exercere non poteſt is, qui propria negotia non poteſt adminiſtrare,
l. ult. C. de legit. tut. & in l. non ſolum, §. ſi libertus, ff. de excuſ. tut. Franc. Aret. *in l.*
quamvis, ff. de acq. poſſ.

475 Tertio † non procedit in mandato hominis, quod tamen reſpicit publicam u-
tilitatem, ut ad eligendum Prælatum, vel quid ſimile faciendum, ad quod no-
mine proprio eſt inhabilis, id quod pro ſingulari reputat Franc. Aret *in d. l. quam-*
vis, & Io. Andr *in reg. quod. alicui. de reg. jur. lib.* 6.

476 Declaratur ſeptimo regula, ut † non procedat, quando minor promitteret vel
alienaret rem alienam domino conſentiente, cui poſtea ipſe ſuccederet, ut tradit
Bald. *in l. ult. in fin. C. de pact.* loquens in ſtatuto diſponente, ut non poſſit minor
promittere, ſine aliqua ſolemnitate, dicens, quod ſi minor quiſpiam promittat
aliquid ex bonis alicujus, cui poſtea ſuccedat, non poſſe talem minorem hujuſ-
modi promiſſionem infringere per illud ſtatutum, cum iſta promiſſio non tan-
tum robur accipiat ex promiſſione minoris, ſed ex conſenſu majoris, ex quo prin-
cipaliter dependeat: ſtatutũ enim eſt productum propter minoris imbecillitatẽ,
ſed hic jure communi utitur obſequendo voluntati majoris, ideo nullo pacto
læditur, *arg. l. quidam cum filium, ff. de hæred. inſtit. & l. non videtur, ff. de in integr.*
reſtit. min. & hanc Baldi deciſionem ſequitur Iaſ. *in d. l. ult.* per illum text. ubi
prohibitus diſponere de re alicujus, poteſt eo conſentiente diſponere, quem ſe-
quitur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

quitur Alex. *conſ.215. n.4. lib. 6.* niſi minor † promitteret de rebus propriis, ut Molin. ibid. dicit, *n. 4. in lit.* B. 477

Declaratur octavo † regulam non procedere, quando communi opinione reputabatur major, ut tradit Innoc. *in c. conſuluit, de procurat.* & Bald. *in l. Barbarius Philippus, ff. de offic. Præt.* & ibi Iaſ. *verſ. 2. limita.* niſi quando cum eo contrahens ſciret hanc opinionem eſſe falſam, quo caſu nihil illum juvaret communis opinio in contrarium, ut tradit Dec. *conſ.407.* Panorm. *in c. ſciſcitatus, de reſcript. & in c. ſi duob. verſ. ad hoc, de appellat.* Roman. *ſing.763.* & facit text. *in c. ſi qui Epiſcopum, 1. q. 1. & in c. ſi neceſſe, extr. de donat.* de qua materia late Tiraq. *poſt leges connubiales, gl. 6. q. 17.* 478 479

Declaratur nono, ut † non procedat regula, quando tutor, vel alius nulliter alienaverit, & poſt minori ſucceſſerit, quo caſu ſi velit vendicare, repelletur exceptione, per text. *in l. illicitæ, ff. de reb. eor.* Bart. *in l. cum vir, ff. de uſucap.* Nam licet ex parte minoris non valuerit alienatio; tamen ex parte alienantis etiam nomine alieno valuit, adeo ut talis alienans, factus dominus rei alienæ non poterit contravenire, cum ex facto ſuo valuerit acceſſoria alienatio, unde ne alleget ejus turpitudinem, exceptione removeretur ab impetitione hujuſmodi, juxta text. *in l. cum quidam, §.1. ff. de donat.* Bart. *in d. l. cum vir.* Bald. *in l. etſi is, C. de præd. minor.* ubi quando curator † diſtraxit prædium minoris nulliter, ſi obligaverit bona propria, & prædium evincatur emptori, competit emptori hypothecaria in bonis curatoris; & ſic licet alienatio principalis ſit nulla, tamen conſiſtit acceſſoria, in qua non militat ratio favoris, propter quam contractus principaliter irritatur. Nam ut dicit gloſſa ibi, curator eſt extra cauſam prohibitionis; quia non prohibentur alienari bona minoris in favorem curatoris, & quod teneat obligatio bonorum curatoris, illud minorem non onerat, pro quo etiam facit text. *in l. ſi ſervo, ff. qui & à quib.* juncta gloſſa ibi; ubi ſi manumittens ſervum alienum ſuccedat domino, licet ex jure ſupervenienti non obligetur, tamen ſi moleſtet ſervum in libertate data, repellitur exceptione, ſecundum gl. ibi, & idem tradit gl. *in l. ſi ab eo, C. de liber. cauſ.* quod perpetuo notandum eſt, quia millies evenire poterit in facto, attento quod à principio † quilibet diceret contrarium, cum vivo minore, poſſet tutorio nomine venire contra factum proprium, ſicut ipſe minor poteſt, ut tradit Tiraq. *de retract. lign. §.26. gl.2. n.13. & in l. ſi unquam, n.406.* & 420. *C. de revoc. donat.* & facit text. *in l. tutorem, ff. de his, quib. ut indig.* 480 481 482

Declaratur decimo, ut † regula non procedat, quando alienatio fieret per patrem, vel alium de ejus conſenſu, quo caſu in tali alienatione facta à patre de bonis filii decretum judicis non requiritur, ut voluit Azo *in ſum. de bon. quæ lib. in verſ. habet autem pater,* ubi voluit, quod pater qui habet legitimam adminiſtrationem in bonis filii, poſſit alienare bona immobilia filii, etiam ſine decreto; quia lex confidit multum de paterna pietate, & ſequitur Bald. *in l.1 ff. de reb. eor.* dicens, quod hoc dictum Azonis alibi non reperiatur, *& in l. Præſes,* & ibi Fulgoſ. & Paul. Caſtr. dicunt hoc menti tenendum, *C. de tranſact.* 483

Idem quoque dicendum, ſi † minor, vel ſimilis cum patre contrahat, vel ei donet, ut tradunt Roman. *in l. ſi quis mihi bona, § ſed ſi mandavit, ff. de acq. hæred.* Alex. *conſ.106. in fin. lib. 1. & conſ.29. lib. 3.* Iaſon. *in l. tranſactionem, de tranſact. & in* 484

conſ.133.n.5.lib.4. Dec.*conſ.26. et conſ.* 180. *et conſ.611.* Pariſ.*conſ.106. lib.1.* & Port. *lib.3. com.opin. concl.15.* dicit magis communem, *in verſ.tenendo primam*, ubi
485 ‡ contrarios tenentes allegat, & ibi de donatione facta filio, non ſervata ſolemnitate; quam magis communem opinionem procedere dicit etiam in quolibet alio conjuncto donante, allegans Roman, *conſ.277.* & Dec.*conſ.505.*

486 Verum hæc decima declaratio † locum non habet, quando pater non eſſet legitimus adminiſtrator bonorum filiifamilias minoris, ſed tantum tutor, qui alienare non poteſt ſine decreto, l. *cum emancipatis*, C. *de præd. min. et paſſim per. tot.* ex eo quod pater tutor filii emancipati, non tantum juris habeat, quam qui eſt legitimus adminiſtrator filiifamilias, quem habet in poteſtate, inque ipſius bo-
487 nis uſumfructum, l. *cum oportet*, C. *de bon. quæ lib.* adeo ‡ ut etiam pater legitimus adminiſtrator filiorum ſuorum non poſſit opulentam hæreditatem, quam ex ſucceſſione matris acceperunt, inter filios ipſos minores dividere, ſine decreto judicis, quia talis diviſio eſt ſpecies alienationis, in qua requiritur de-
488 cretum, *l. non ſolum*, *C. de præd. minor.* Sed & Bald. ‡ *conſ.* 448. *in ult. dub.* tradit, quod pater non poſſit ſine decreto judicis tranſigere ſuper bonis, in quibus habet uſumfructum in præjudicium filii, niſi caute & prudenter id faciat, propter dubium litis eventum, per l. 1. *C. de bon.matern. et l.pactum curatoris*, C. *de pact. et in l. Præſes*, C. *de tranſact.* Molin: ad Dec. *in l. pactum,*
489 *n. 20. de collat.* ſed contrarium tenet Dec. *ibid.* Et hoc ‡ in tantum procedit, etjamſi ea bona à patre fuerint antea filio donata, l. 2. C. *ſi adverſ.don.* niſi fieret ob
490 ‡ æs alienum hæreditarium, & legata vel fideicommiſſa ſolvenda, *l. ult. §. ſin autem æs alienum*, C. *de bon.quæ lib.* facit gl. *in l.ſi quando*, C. *de inoffic.teſt.* Pinell. *in 3.part.l.1.n.21.* licet hæc opinio non ſit omnino certa, & expedita, eodem Pinell. teſte, *d.n.21.verſ.ſed contra Azonem*, ubi contrarios tenentes allegat, ſed *in verſ.ego à communi, eod. num.* à communi ſententia non recedendum eſſe dicit.

491 Declaratur undecimo, ut ‡ regula non procedat, quoad obligationem acceſſoriam, quando non eſt nullitas, niſi ex defectu ſolemnitatis, ut tradit Tiraq. de tertio promittente, quod adultus major factus ratum habebit, *in l. ſi unquam, in fin. num. 6.* C. *de revoc. don.* & Aym. *poſt tract. de antiq. temp. num.19.20.* & 21. de curatore ſe obligante pro adulto, & Alex. de tutore bona ſua pro obſervatione contractus obligante, *conſ.66. in fin. lib.4.* & facit *l. etſi is*, C. *de præd. minor.* velu-
492 ti cum ‡ ob evictionem rei pupillaris venditæ ſine ſolemnitate, tutor vel curator, prædium proprium obligat, *d.l. etſi is, §. ult.* Licet enim alienatio rei minoris ſit nulla, non tamen obligatio facta per tutorem, de proprio prædio.

493 Idem ‡ generaliter quoque dicendum eſt, quando obligatio acceſſoria non eſſet æque favorabilis, quo caſu ea non irritatur, irritato principali aliquo ſpeciali favore, ut ex text. *in d.l. etſi is*, & notant Dd. *in l. non dubium*, C. *de legib.* facit *l.1.*
494 *§.1. ff. quib. mod. pig. vel hyp. ſol. et l. ſi tibi, §. de pign. ff. de pact.* niſi ‡ principalis obligatio eſſet nulla, alia ratione quam defectu ſolemnitatis, ut tradunt Petr. de Anchor. *conſ.330.* Iaſ. *conſ.133. lib.4.* Rip. *in l. ſi unquam, q.4. n.12.* C. *de revoc. donat.* & Rebuff: late declarat in materia reſtitutionis minoris, quando proſit fidejuſſori, *tit. de reſtit. artic. 2. gl. 3.*

Dec la-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Declaratur duodecimo, ut ‡ regula non procedat, quia pupillus poteſt transferre poſſeſſionem rei immobilis cum tutore ſine decreto, ut tradunt Menoch. *in 5. remed. adipiſc. poſſ. num.* 21. Hipp. Rim. *Inſtit. quib. alien. lic. num.* 18. 19. 20. dicens communem, & Tiraq. *poſt leges connubiales, gl.* 3. *num.* 150. 151. & 159. Verum idem Riminald. *d. num.* 18. *verſ. mihi vero*, & Tiraq. *ubi ſupra* contrarium tenent, & oppoſita ſolvunt, dicens idem Tiraq. *num.* 149. 151. & 153. hoc maxime procedere in prohibito adminiſtrare, ut in prodigo, *per l. is cui bonis, de verb. oblig.* Verum communis ampliatur, ut procedat, etiamſi ſtatutum procederet ulterius, & diceret, quod traditio non valeret, non enim propterea impediretur poſſeſſionis tranſlatio, ut tradit Franc. Aret. *in d. l. is cui bonis*, ut eum allegat Tiraq. *d. n.* 151. 495

Declaratur decimo tertio, ut ‡ non procedat regula, quando ſolemnitas intervenerit in contractu præambulo, quo caſu ſufficit, & in conſequentiam ejuſdem contractus, ſecundum Dec. *conſ.* 558. *n.* 8. *et ſeq. et in l. mandata, num.* 4. *ff. de offic. ejus, cui mand. eſt juriſd.* Unde ſi mulier prius ‡ cum conſenſu viri vendidiſſet fundum, & tradere vellet poſſeſſionem rei à ſe prius venditæ, in iſta traditione non requiritur amplius viri conſenſus, ſed trahetur ad conſequentia, per id quod in † ſimili traditur in patre, qui conſenſit filio agenti, aut ſe defendenti in judicio, quem conſenſum neceſſe non erit præſtari in executione ſententiæ, ut voluit gl. *in l.* 3. §. *utrum, in verb. invito patre*, per illum text. *ff. de minor.* quam ibi ſequitur, & dicit notabilem Bald. qui per eam dicit, quod † ſi pater conſenſerit filio contrahenti, in inſtrumento guarentigiato, quod habet executionem paratam, quod poterit hujuſmodi inſtrumentum mitti executioni pro filio, aut contra ipſum, ſine alio conſenſu patris, quem ſequitur Barbat. *conſ.* 86. *lib.* 3. ubi illam gloſſam dicit notabilem, & Alex. *conſ.* 61. *verſ. allegatur etiam, lib.* 5.

496 (at "Declaratur decimo tertio"), 497 (at "cum conſenſu viri vendidiſſet"), 498 (at "in † ſimili traditur"), 499 (at "ſi pater conſenſerit")

Simile eſt, quod conſuluit Ang. *conſ.* 180. quod ſi † pater conſenſit matrimonio filiæ, non eſt amplius ejus conſenſus requirendus, cum uxor ducitur ad domum mariti, *l. ſi pupillorum, §. ſi pupillus, ff. de reb. eor.* ubi ſi pupillus ‡ cum decreto judicis rem aliquam pignori dederit, poterit eam poſtea creditor alienare ſine decreto. 500 501

A quo non longe abeſt, quod ‡ ſcribit Bald. *in l. ult.* §. *fin. autem, in fin. C. de bon. quæ lib.* Quod ſi pater conſenſit in officio tutoris filii, non eſt neceſſarius alius conſenſus pro exercitio illius, allegans gloſſ. quam dicit ſingularem, *in l. Lucius Titius Cajum, in* 2. *gl. ff. de adminiſtr. tut.* 502

Ex quo ‡ dicit Afflict. *in conſtit. Siciliæ, incip. conſtitutionem, verſ. decimo quæro*, quod ſi in promiſſione vendendi feudum intervenerit conſenſus principis, non eſt neceſſarius, ut interveniat in venditione. 503

Sed & ad hoc optime facit *l. tutor rerum ff. de admin. tut.* ubi Bartol. ‡ dicit, quod ſit caſus ſingularis, ubi res pupilli fuit vendita uni cum ſolemnitate requiſita, ſi prima venditio non habuit effectum, dicitur ibi, quod tutor ipſe potuit pro eodem pretio abſque alia ſolemnitate illam rem venditam retinere, quia ſufficit illam ſolemnitatem adhibitam fuiſſe in prima venditione. 504

Verum hæc decima tertia ‡ declaratio non procedit primo, quando tantum intervenit ſolemnitas generaliter, quæ quidem ſolemnitas non ſufficit, ſed debet 505

bet eſſe ſpecialis, & ad certum ſpecialem & expreſſum caſum, de qua expreſſa ſolemnitate late Tiraq *poſt leg. connub gloſſ.* 5. licet hic caſus non ſit fine dubio, referente eodem Tiraq. *d. loco, gl.* 3. *num.* 185. ubi hoc exemplifiat.

506 Secundo non procedit, quando † æs alienum ceſſaverit ante executionem mandati, ſiue abſolutionem contractus, ut tradit Molin.. ad Alex. *conſ.* 189. *num* 8. *lit. A. lib.* 7.

507 Declaratur decimo quarto, ut † non procedat regula, quando delinquit, & alienatio ſolum ſit prohibita favore prohibiti, ut in minore, prodigo, & ſimilibus: quia tunc non excluditur alienatio, quæ fit delinquendo, ſed propter delictum perdit delinquens favorem ſuum, ut tradit Bart. *in l, ſi quis in tantam, verſ. quæro an dominus*, *C unde vi.* idem *in l, ſi finita*, § *ſi de vectigalibus*, *ff. de dam. infect.* Aret *conſ.* 14. Fab. de Mont. *de empt. et vend. in* 4. *part. princ. q.* 14 *ad fin.* Segur, *in tract. de bonis lucrat. conſtant. matrim. num.* 242.

508 Verum hec declaratio † non procedit primo, quando alienatio prohibita eſſet favore alterius, quam minoris, ut contingit in rebus peculii adventitii filiifamilias, qui prohibetur eas alienare favore patris, habentis uſumfructum, *l. fin* § *filiis autem, C. de bon. quæ; lib* quia tunc excluditur omnis alienatio, non ſolum voluntaria, ſed etiam neceſſaria, & non ſolum hominis, ſed etiam legis; ut quando fieret propter factum, vel delictum prohibiti, ne ſit in ſua poteſtate alteri præjudicare, *l. Statius*, §. *ult ff de jur. fiſci.* & *l. quæcumque, ff de bon. damnat.* Quia nemo jure ſuo privatur, ſine ſuo facto aut culpa, *l. id quod noſtrum ff de reg. jur. et in c. quæ in Eccleſiarum, de conſtit.* Deinde, quia pœna ſuos autores tenet, nec ad alios progreditur, *l. ſancimus*, *C. de pœnis.* adeo ‡ ut etiam hoc caſu non valeat alienatio,
509 etiam durante vita banniti, quando conſtat de voluntate prohibentis, videlicet teſtatoris, qui voluit bona continuo remanere apud hæredes, ut tradit, Alex. *conſ.* 23. *in verſ* 3. *reſpondeo, lib.* 1. licet alias pro tempore quo vivit bannitus, bona
510 deberent eſſe apud fiſcum, *l. cum pater*, §. *hæreditatem. ff. de legat.* 2. Quæ ‡ quidem prohibitio etiam locum habet reſpectu legitimæ prohibito debitæ, ut tradit Dec. *conſil* 442. *num.* 28. allegans Alex. *conſ.* 23. *in ver. tertio reſpondeo*, *lib.* 1. Bart. per text. *in l. filii matrem*, *C. de inoffic. teſt. et l. cum filio*, *ff. de vulg. et pupill.* dicens, communem eſſe opinionem.

511 Secundo non ‡ procedit declaratio, quando minor ſine decreto judicis feudum vel emphyteuſin alienaverit, quo quidem caſu eo non privatur, ut tradit Bald. *conſil* 9. *verſ. numquid minor*, *lib.*

512 Tertio non procedit, quia non ‡ privatur feudo etiamſi denegaverit patronum, ſive in judicio, ſive extra principaliter ad hoc intentato, niſi probetur de vera & certa ſcientia, & dolo negantis: quo caſu amittit feudum, nec poteſt reſti-
513 tui in integrum, quia ‡ adverſus verum dolum minores non reſtituuntur *l.* 1. *C. ſi*
514 *adverſ. delict.* & *l. auxilium*, *ff. de minor.* & prædicta procedunt, etiamſi ‡ faciat abnegationem in judicio cum autoritate tutoris vel curatoris: quia autoritas curatoris non operatur, niſi circa legitimationem judicii, non autem circa ſubſtantiam & effectum confeſſionis, vel negotiationis et notatur *in l. clarum*, *C. de*
515 *auth præſt.* per Bald & Salicet. *in l. unic. C. de confeſſis.* nihil etiam ‡ operatur, ubi agitur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

agitur de donatione, vel delicto, vel ubi manifeſtè apparet non eſſe juſtam cauſam authorandi, *l. fin. C. ſi maior fact.* Ex prædictis ergo patet, quod non eſt differentia in minore, ſive negaverit in judicio, ſive extra, ſive cum curatore, ſive ſine curatore: ſed hoc ſolum attenditur, ſi ætatem idoneam ad fidelitatem præſtandam adeptus, doloſe & ex certa ſcientia dominum abnegaverit, non vero ſi tantum probaverit de præſumpta ſcientia, vel quæ ſufficeret ad latam culpam, quæ non ſufficit ad obtinendum commiſſum.

Declaratur decimo † quinto, ut regula non procedat, quando minor maior factus contractum per ſe validum (qui tamen reſcindi poteſt beneficio ætatis, ut quia ſui facilitate læſus eſt) expreſſis verbis, vel facto ratificaverit, *l. 1. & 2. C. ſi maior fact. rat. hab. l. 3. §. 1. ff de minor. & l. unic. §. 1. C. ſi in com. ead. cauſa* Quæ quidem ratificatio facit, ut valeat contractus ex nunc: ſcilicet à die ratificationis, non tamen ab initio: idque hac ratione, quia actus is nullus, non legis diſpoſitione, ſed hominis, convalidatur, qui quidem homo cum fingendi poteſtatem facultatemque non habeat, minus efficere poteſt, ut in præteritum retroq; trahatur ſuus ille actus, ut tradit Bart. *in. l. ab emptione, n. 14. ff. de pact. & in l. obſervare, num. 4. ff de offic. procon.* Dec. *in l. ſemper qui non prohibet, num. 16. ff. de reg. jur. et conſil. 367. n 4.* idem *conſ. 645. in fin.* dum affirmat, ratihabitionem nihil operari, cum contractus eſt omnino nullus, ab initio, intelligitur, ut nihil operetur in hominis ratihabitione expreſſa, ut is contractus ſit validus, ut à principio, non ut de novo. 516
Et hæc declaratio † in tantum procedit, etiam ſi minoris bona conmunia ſint ab altero minore alienata, ſine ſuo conſenſu & mandato, & factus maior, qui non vendidit, ratificet, & qui vendidit, reſtitui petat, non poterit etiam is, qui ratificavit reſtitui, ut eſt text. notab. *in l. unic. §. 1 C. ſi in com. ead. cauſa in integr. reſtit. poſt.* facit gl. *in l. 2. C. ſi major fact.* Quod tamen intelligi † debet, niſi cauſa ſit individua, quia tunc unius reſtitutio alteri prodeſt, ut tradit affl. *deciſ. 213.* Iaſ. *conſil. 238. in fin. lib. 4.* Ruin. *conſil. 77. lib. 4. et conſil. 121. in fin. lib. 5. l. 1. C. ſi un. ex plurib. appel.* Marſil. *ſing. 180.* & late Covar. *lib. pract. qu. c. 34. n. 2.* 517 518

Verum † hæc declaratio locum non habet, quando geſta à minore per adverſarii dolum geſta eſſent; illa enim per ratificationen ſive ratihabitionem, à maiore factam, non confirmantur, *d. l. 1. C. ſi mai. fact. rat. hab. ibi. facta ſine dolo diviſio eſt*, ut trad. Pariſ. *conſ. 49. n. 38. lib. 1.* Quod tamen intelligi † debet de dolo vero, *l. 3. §. 1. ff. de minor. 25. ann. ibi? ſed ſi probaret calliditate adverſarii, dum reddit rationem.* Neque enim extremo (inquit) judicii die videtur ſolum deceptus hic minor, ſed totum hoc ſtructum, id eſt, toto judicio id actum & cogitatum, ut majore eo facto liberaretur; qui verus dolus à lege non inducitur præſumiturve, ſed qui probationibus, vel conjecturis & indiciis detegitur, ut notant Bart. & Caſtr. *in l. dolum, C. de dolo.* Secus † vero in dolo præſumpto, qui à lege, ſive aliis in medium adductis probationibus præſumitur, ut probant Bart. *in l. quod Nerva, num. 14. ff. depoſ.* Alex. *conſ. 18. n. 13. lib. 1.* Vel quando minor † maior factus ſciverit dolũ interveniſſe, quia tunc illi renunciare dicitur, ut tradit gl. *in d. l. 1. C. ſi maior. fact. rat. hab.* & late Paris. *d. conſil. 49. num. 42. 43. lib. 1.* Nec enim dubium eſt, dolum † etiam verum de præterito remitti poſſe, *l. ſi quis rationes, ff. de liber. legat.* gloſſ. Iaſ. 519 520 521 522 523

 & alii

& alii *in l. ſi unus*, §. *illud*, *ff. de pact.* Dec. *conſil.* 187. *num.* 3. idem *conſil.* 192.
num. 4. *verſ. ſecundo principaliter*, *& in l. contractus*, *num.* 42. *ff. de reg. jur.*
524 Declaratur decimo ſexto, ut † regula non procedat, quando major factus con-
tractum ipſo jure nullum, expreſſis verbis & facto ratificavit, *l.* 1. *&* 2. *C. ſi ma-
jor fact. rat. hab.* ubi Bart. Bald. Angel. Salicet. & alii tradunt, & ponit Bald.
525 *conſil.* 47. *lib.* 1. Quod adeo verum eſt, ut † non ſolum procedat in terminis juris
communis, ſed etiam ſtatuti, loquentis de contractu minoris, ut tradunt Ro-
526 man. *conſil.* 54. & Gozad. *conſ.* 16. *n.* 7. In tantum, ut † etiam tali caſu non poſ-
527 ſit contravenire, obtento reſcripto regio: nam tale ‡ reſcriptum nullo modo po-
terit prejudicare juri competenti alicui; quia in tali reſcripto committitur juſti-
tia, prout eſt de natura reſcripti, *l. falſam. C. de diverſ. reſcript. l. reſcripta*, *C. de
528 precip. Imper. offer.* & Bart. *in l. fin. C. de conſtit. princip.* & ideo ‡ dicuntur eſſe mo-
529 dici præjudicii, ut not. Bald. *in l.* 1. *C. de diverſ. reſcript.* Ideo ‡ verba reſcripti de-
bent reduci ad jus commune, licet natura verborum non patiatur, ut notat gl. *in
530 cap. paratus*, 23. *quæſt.* 1. *in verb. ſi vera.* Eodem ‡ quoque modo hæres ejus con-
531 travenire non poteſt, nec ‡ etiam donatarius; quia donator ‡ non potuit plus
532 juris in donatarium transferre quam ipſe haberet, *l. nemo plus juris*, *ff. de reg.
jur. in* 6.
533 Dicitur autem ‡ ratificare expreſſe, qui expreſſis verbis & facto aliquo rati-
534 ficat, quia ‡ tantum eſt, facto quam verbis animum & mentem declarare, geſta-
535 que rata habere, *l. Paulus reſpondit*, *ff. rem rat. hab.* Imo plus ‡ eſt facto, quam verbis
mentem declarare, ut reſpondit Gram. *conſ.* 13. *num.* 3. *per c. dilecte fili* 2. *de appel.*
536 Soc. jun. *conſil.* 98. *num.* 13. *lib.* 1. *& conſ.* 42. *num* 14. *lib.* 2. Imo ex ‡ non facto de-
claratur voluntas, & animus, ut late tradit Cravet. *conſ.* 91. *n.* 10. idem *in reſponſ.
pro Repub. Saviliana*, *n.* 62. *verſ. ſed et facto.*
537 Facta autem ‡ ratihabitio inducitur primo; puta, ſi ſolvat vel recipiat ſolutio-
nem, *l. Iulia*, §. *ult. cum l. ſeq. ff ad Maced. l. cum fidem*, *C. de non num. pecun. l. ſi
filius*, *ff. de minor.* 25. *annis*, Alex. *conſ.* 117. *n.* 2. *lib.* 5. quem ſecuti ſunt Dec. *conſ.*
132. Bellon. *conſ.* 18. *n.* 17. 18. *per text. in l. ſi proponas*, §. 1. *de inoffic. teſtam.* Cra-
vet. *conſ.* 237. *verſ. alibi, et conſ.* 276. *n.* 6. *verſ. rurſus, et verſ. et magis.* Verum Mo-
lin. *quæſt.* 37. *n.* 37. *de uſur.* ita diſtinguendum putat, videlicet, quod ſi major
factus infra quinque annos continuos poſt impletam ætatem, id eſt, 25. annos
annumerandos conqueratur, quod teneatur creditor probare, non obſtantib.
ſolutionib. factis à majore, ſed poſt quinque annos nihil probare tenetur, ſi major
interim ſolverit vel recognoverit, nec requiri quod ſingulis annis ſolverit, ſed
ſatis eſſe, quod aliquas ſolutiones fecerit, ita ut creditor fuerit, & manſerit in
quaſi poſſeſſione reditus, contra majorem. Secus vero eſſe ſi major factus nihil
ſolverit, nec aliter recognoverit, quia tunc ſimplici ſilentio (ex quo creditor
nihil interim poſſidet) non dicitur approbare, etiamſi contractus erat de facto
ſuo, & non de ſolo facto tutoris, vel curatoris.
548 Secundo inducitur ‡ ratificatio, ſi annuos fructus, reditus, vel cen ſum recipiat.
ut tradit Nat. *conſ.* 341. *n.* 4. *lib.* 2. *conſ.* 184 *lib.* 2. Bellon. *conſ.* 15. *n.* 11. 12. &
Dec. *in l. ſemper qui non prohibet*, *num.* 9.
Contrarium tamen dicit Rebuff. *in tractat. de reſtit. artic.* 2. *gl. ult. num.* 5. in
Se-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Senatu Pariſienſi pronunciatum fuiſſe in muliere, quæ receperat fructus poſt mortem mariti ſuæ rei, venditæ ſine ejus conſenſu, vel permutatæ, ut eo non obſtante, reſciſſionem petere poſſit, *per l. 3. §. ſcio, ff. de minor.* quia fructus (inquiens) recipiendo non videtur contractum approbare, nam eos receperat ne in damno eſſet, videlicet ne pars adverſa reciperet fructus, & rei, & pretii. Ideo in pretii compenſationem receperat fructus rei, quod ei permittebatur, *per l. curabit, C. de act. empt.*

Tertio inducitur ratificatio, ſi † dilationem petierit, ut ſatis faceret, ut tradit 539
Grat. *conſ. 47. num. 22. lib. 1.* Angel. *in l. cum te, C. quod met. cauſ. per tex. in l. ad*
ſolutionem, C. de re jud.

Quarto inducitur † ratificatio, ſi pretium alienatæ rei petierit effectus major 540
ſciens cauſam petitionis, *l. liberis, §. 1. ff. de liber. cauſa*, & idem reſpondit Cra-
vet. *conſ. 159. n. 5.* Ruin. *conſ. 63. n. 23. in fin. lib. 1.*

Quinto † ratificatio inducitur in eo, qui agit ut rem ex celebrato contractu 541
conſequatur, ut tradit late Dec. *conſ. 480. in fin.* in eo † qui fructus colligit, 542
& Cravet. *conſil. 237. num. 2. & 3. & conſil. 261. num. 3. & 4.* Idem *conſil.*
276. num. 6. Alex. in agente ad † penſionem ex locatione, ad longum tempus, 543
conſil. 117. num. 2. lib. 5. per l. Paulus reſpondet non tantum verbis, ff. rem rat. hab.
& l. indebitum, C. de condict. indeb.

Sexto inducitur ratificatio, quando † quis mandando ſolvi de pretio emptio- 544
nis ſe juvat ex ipſo contractu emptionis, & illo utitur, ut tradit Bald. *conſil. 349.*
ad fin. lib. 1.

Septimo inducitur ratificatio, quando † quis accipit bona ſibi per laudum ad- 545
judicata, tum cenſetur ipſum laudum ratificare, ut conſuluit Paul. de Caſtr. *conſ.*
116. ad fin. lib. 1. et conſ. 386. lib. 2. quo loco dicit, quod recipiens † penſionem 546
pro contractu locationis cenſeatur ipſam locationem approbare, per tex. *in l. 2.*
C. de jur. emphyt. & tradunt Cyn. & Bald. *in l. 2. C. de dot. promiſſ.*

Octavo inducitur † ratificatio, quando quis recipit inſtrumentum contractus, 547
& tacet, ut tradit Cravet. *conſ. 276. num. 6. verſ. fortius.*

Nono etiam † inducitur ratificatio in eo, qui exegit rationes adminiſtratio- 548
nis, qui videtur ratificare geſta per illum qui adminiſtravit, ut tradit Dec. *in d. l.*
ſemper qui non prohibet, ff. de reg. jur.

Verum contra † prædicta facere videtur, quod tradit Rebuff. *in proœm. conſtit.* 549
gl. 5. n: 73. videlicet quod ad hoc, ut alienatio minoris rata haberi poſſit, requiratur ſpecialis confirmatio, ſive ratificatio, inſpectis cognitiſque verbis prioris contractus, nec ſufficit dicere ſe ratificare contractum tali anno, menſe, per talem Notarium confectum, *l. unic. C. ſi in com. ead. cauſ. in integr. reſtit. poſt.* dicens, ita judicatum fuiſſe in magno Regis conſilio, *anno 1543. die 5. Novemb.* Id quod etiam ſentire videtur Ruin. *conſ. 63. num. 23. & 24. lib. 1.* dicens, ultra expreſſam ratihabitionem etiam requiri, ut quis certificatus & plene inſtructus fuerit, & quod in nullo erraverit, allegans Specul. *in tit. de empt. et vendit. §. 3. verſ. ſi vero*, & Paul. de Caſtr. *conſ. 350.* Et quod amplius eſt, etiam non ſufficiat, ſi major factus tradat rem, quam minor vendidit, ut tradit Rebuff. *d. loc. n. 73.* adducens Barbat. *in c. literis, de reſcript.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

550 Sed hæc decima ſexta declaratio † locum non habet primo, in contractu pu-
551 pilli minoris quatuordecim annis, etiamſi † tutor intervenerit, ut tradit Molin. ad Dec. *conſ.* 209. *num.* 4. *lit.* D. contra Dec. *ibidem*, dicens, l. final. *C. ſi major fact. alien.* loqui ſimpliciter de minore, & extendi non debere ad pupillum.

552 Secundo ‡ locum non habet in contractu curatoris, facto abſente adulto, qui factum curatoris præſumitur ignorare, ſicut dominus factum procuratoris, ut notat gloſſ. 2. *in l. ſi res obligata, ff. de legat.* 1. ut tradit Molin. *d. loco*, dicens, l. fi-
553 nal. loqui ‡ in contractu facto per puberem minorem, id quod procedit, etiam ſi poſt alienationem ſupervenerit ſcientia, ſecundum gl. & Salic. *in d. l. fin.*

554 Tertio non procedit, quando † tutoris autoritas non intervenit, vel intervenit, ſed tempore incongruo, id eſt, ante confectionem inventarii, quod perinde eſt, ac ſi non interveniſſet, *l.* 4. §. *condemnatum, ff. de re jud. l. non putavit*, §. *non*
555 *quamvis. ff. de bon. poſſ. cont. tab*, eum † paria ſint non facere, vel facere tempore incongruo, *l. cum filius*, §. *fin. ff. de verb. oblig.*

556 Quarto non procedit, quando † contractus eſſet nullus ex alio capite, quam ex defectu decreti, ut tradit Corn. *conſ.* 207. *num.* 7. *lib.* 3. qui poſt Salic. *in d. l. fin. verſ. quæro quid ſi*, hanc ſententiam dicit eſſe communem, quam confirmat ex verbis *d. l. fin. C. ſi maj. fact. ibi, occaſionem prætermiſſionis decreti*; ergo à contrario ſenſu, quando alio defectu alienatio eſt nulla, non confirmatur ex diſpoſitione illa. Accedit etiam quod is titulus præcedenteſque ſolum in ea nullitatis ſpecie loquantur, quæ provenit ex decreto non interpoſito. Subjecta ergo materia oſtendit, ratihabitionem illam ex lapſu temporis confirmare ſolum alienationem nullam defectu decreti non interpoſiti. Quam Cornæi opinionem ſequi videtur Capit. licet ſubobſcure, *deciſ.* 92. *n.* 2. & 3. Verum licet hæc opinio videatur habere aliquem colorem, ego tamen longe aliter ſentio, nempe nullam eſſe in nullitatis ſpecie conſtituendam differentiam, ſed decretum, cujus fit mentio *in tit. C. ſi maj. fact. alien. ſine decret. rat. hab.* accipi in genere, in ſpecie,
557 & indiſtincte. Dicimus enim † in ſpecie, eſſe judiciariæ autoritatis interpoſitionem, cauſa cognita ſuper eo, quod petitum eſt, nec verſatur in abſolvendo, vel condemnando, ut diffinitiva, ſed in affirmando juſta ex cauſa quid actum eſſe, ut eſt in alienatione hac bonorum minoris, ut recte declarat Alciat. *lib.* 2. *Paradox. c.* 3. & poſt eum Coraſ. *in l.* 1. *n.* 5. *ff. de offic. aſſeſſ.* quod ſane decretum dicitur ſententia, in cauſarum cognitionibus prolata, ut oſtendit inſcriptio *legis ult. ff. de jur.*
558 *patron.* debet ‡ enim decretum præcedere ut antecedens neceſſarium cauſæ co-
559 gnitio, quæ in multis verſatur. Quare cum † decreto alienare intelligitur, cum omnibus adhibitis ſolemnibus, alienatio fit, ut probat tituli inſcriptio, *ff. de reb. eor. qui ſub tut. vel cur. ſunt ſine dec. non alien. vel ſup.* & hoc in genere, ſine decreto minorum bona non debere alienari. Sumitur ergo hoc caſu alienare cum decreto, pro integra hac ſolemnitate, quæ adhiberi debet. Quare *in d. l. ult. C. ſi maj. fact. alien. ſine decr. rat. hab.* non debent intelligi illa verba; *occaſione intermiſſionis decreti*; pro ſingulari illo actu autoritatis interponendæ, ſed pro integro decreto, juncta cauſæ cognitione cæteriſq; juris ſolemnitatibus, quia decretum integrum conſtituant; & hanc ſententiam ſibi parum conſtans probavit ipſemet Corn. *conſ.* 36. *n.* 22. *lib.* 2. & Pariſ. *conſ.* 49. *n.* 58. *lib.* 1. & Grat. *conſ.* 47. *in fin. lib.* 1.

Decla-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Declaratur decimo ſeptimo, ut † regula non procedat, ſi major factus non ex- 560
preſſe, ſed tantum tacite ratificaverit tacendo per quinque annos in contractu
oneroſo, *l. fin. C. ſi mai. fact. alien. fact. rat. hab.* optime Crauet. in materia divi-
ſionis & tranſactionis, *conſ.* 19 *n.* 4. & Alex. de locatione ad longum tempus, *conſ.*
117. *n.* 2. *lib.* 5. Eaque † ratificatio tacita facit, ut valeat ab initio, *d. l. fin.* & tradit 561
Alex. *d. conſ.* 117. *n.* 2. *lib.* 5. Dec. & Cagnol. *in l. quod ab initio, ff. de regul. jur.* Et
† quod illud quinquennium incipiat currere à die ætatis perfectæ viginti quin- 562
que annorum. Niſi ‡ ex forma ſtatuti pronunciatus eſſet major, vel quando mi- 563
nor alia ratione haberetur pro majore, ut in ſpiritualibus ut tradit Anchor. *conſ.*
34. *verſ. poſtremo contrà.*

Verum hæc ‡ declaratio locum non habet primo, quando interceſſit dolus ad- 564
verſarii verus, ut tradit Soc. *in l. cum filiusfam. in princ. n.* 1. *ff. de verb. obl.* Nec enim
tunc is ſupervenienti ætate temporiſve curſu diluitur, contractuſve confirmatur,
l. 1. *C. ſi mai. fact. rat. hab.* In omni ‡ enim diſpoſitione ſemper intelligitur dolus 565
exceptus, *l. creditor, §. Lucius, ff. mand.* Sic ‡ etiam donatio doloſa à minore facta 566
non ratificatur ex ſuperveniente ætate, ut tradit Ruin. *conſ.* 170. *n.* 29. *lib.* 1.

Secundo ‡ non procedit, quando contractus eſſet ſimulatus, ut reſpondit Bald. 567
conſ. 45. *lib.* 4. quem ſecutus eſt Nat. *conſ.* 162. *n.* 34. *lib.* 1. idq; hac ‡ ratione, quod 568
ſimulatus contractus non ſit contractus, *l. ſimulatæ nuptiæ, ff. de rit. nupt. l. emptor, ff.
de aq. plu. arcend.* & plura tradit Rip. *in l. nemo poteſt, n.* 65. *de legat.* 1.

Tertio locũ non habet, quãdo ‡ tutor ſolus, vel curator rem minoris, non ut mi- 569
noris, ſed ut propriã, alienaverit, quo caſu nõ eſt locus beneficio *l. ult. C. ſi ma. fact.*

Quarto non ‡ procedit, quando contractus laboraret duplici vitio, nullitatis 570
ſcilicet, & læſionis; quia ſublata cauſa nullitatis ex curſu temporis, non eſt ſub-
lata cauſa læſionis, *d. l.* 1. *C. ſi maj. fact.* & ibi Bald. Mynſ. *conſ.* 40. Quando eſt
venditum feudum ſine conſenſu domini. Quia contractus reſciſſio ex læſionis
cauſa, etiam majori conceditur, *l.* 2. *C. de reſcind. vend.* quam rationem conſideravit
Gord. Imperator *in d. l.* 1.

Quinto locum non habet, quando ‡ minor major factus perfecte non novit, 571
ſed dubitavit quomodo celebratus eſſet contractus; quo quidem caſu non dici-
tur ratum habuiſſe temporis curſu, ut tradunt Nat. *conſ.* 162. *num.* 31. 32. *lib.* 1.
& Ruin. *conſ.* 63. *num.* 23. 24. *lib.* 1. quia diſpoſitio *d. l. ult.* ſolum locum habet
in minore ſciente, non ignorante, & quod ‡ dubitans ignoranti æquiparetur, *l.* 572
manifeſtiſſimi, §. 1. ubi Bartol. *C. de furt.*

Declaratur decimo octavo, ut regula ‡ non procedat, quando fundus eſſet pu- 573
pillo tantum oppignoratus, *l. magis puto, §. fundus pupillo, ff de reb. eor.*

Declaratur decimo nono, ut ‡ regula non procedat, quando intervenit reſcri- 574
ptum Principis, quod tantum valet, quantum decretum judicis ſolemniter e-
manatum, ut dicit Bald. in term. *in l.* 2. *C. quand. decret. non eſt op.* per illum
textum, dicens, legem illam quotidie practicari in Eccleſiis & hoſpitalibus im-
petrantibus à Papa alienationem alicujus rei. Qui enim (dicit ipſe) habet ver-
bum ſuperioris, non indiget verbo inferioris.

Declaratur vigeſimo, ut ‡ non procedat regula, quando intervenit juramentum 575
præſtitum per puberem, ut tradit Nicol. Everard. *in loc. ſuis legal. in loc. à vi,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

energia, ſeu efficac. juramenti, effectu 3. *verſ. ſecundo ex iſto, per l.* 1. *cum ſua auth. ſacra-*
576 *menta puberum, C. ſi adverſ. vend.* dicens, hoc † communiter approbari.

577 Verum hæc declaratio ‡ non procedit primo, in regno Franciæ, in quo Galli
auth. Sacramenta puberum, non obſervant, ſed ſi minor læſus fuerit, quamvis jura-
mentum interpoſitum fuerit in illo contractu, reſtituitur, & impetratis à Rege
literis, vel ejus Cancellaria, diſpenſationem juramenti petit minor ab Epiſco-
po, vel ejus vicario, quæ non ſolet denegari, ut tradit Rebuff. *in Proœm. con-*
ſtit. reg. gl. 5. *num.* 50. dicens, ſe id in Curiis ſemper vidiſſe obſervari, quem ſe-
quitur Molin. ad Alex. *conſ.* 27. *n.* 3. *lit. B. lib.* 1.

578 Secundo non procedit, data ‡ enormi læſione; quia tali caſu juramentum
non impeditur, quo minus minor enormiter læſus contravenire poſſit, petendo
ad cautelam abſolutionem à juramento: nam eo caſu juramentum eſſet iniqui-
tatis vinculum, *c. quanto. de jurejur. & c. inter cætera,* 22. *quæſt.* 4. quod non de-
bet obſervari, *c. ſi vero, de jurejur.* & Anchor. *conſ.* 82. *circa fin. & conſ.* 180. *in*
579 *fin.* ubi dicit *auth. ſacramenta ‡ puberum,* non habere locum, ſi dolo reipſa ‡ con-
580 tractus arguatur; quia tales enormes deceptiones videntur à jurejurando exce-
581 ptæ, *l. ſi libertus juraverit, ff. de oper. libert. c. Quintavallis, de jurejur.* Et ‡ ideo in
minore, quem re ipſa apparet læſum eſſe, juramentum debet relaxari, cum in
minore, & muliere, ſimplicitas præſumatur, & ſi jurent, juramentum eſt cap-
tioſum, & debet per Epiſcopum relaxari, ut tradit Bald. *in rub. C. de rer. permut.*
582 *verſ. idem quæritur.* Calder. *conſ.* 8. *in tit. de jurejur.* & Cum. *conſ.* 180. Quod ‡
procedit, etiamſi juratum fuerit non contravenire aliqua ratione, vel caſu, à quo-
cumque: quia ab ipſis verbis (ut civili modo intelligantur) tales deceptiones de-
bent & poſſunt excipi, *l. creditor, §. Lucius, ff. mand. & l. tres fratres, ff. de pact.*
583 Quod † etiam verum eſt, etiamſi juratum fuerit omnia & ſingula contenta in in-
ſtrumento eſſe vera; quia conſtito de oppoſitione, talia poſſunt revocari, *c.*
cum in poſitionibus, de jurejur. in 6. quia juramentum cenſetur eſſe præſtitum ſub
confidentia, quod illa ſint vera, unde reperiens rem aliter ſe habere, non eſt per-
jurus, licet temere juraverit, *c. quemadmodum, & c. veniens, de jureiur. &* 22. *q.* 2.
per tot. & ita dicit ſe conſuluiſſe Ant. de Butr. *in c. cum contingat, de jureiur.* Et ‡
584 hæc declaratio ſecunda, etiam procedit ſine abſolutione, ut tradunt Alex. & ibi-
dem Molin *conſ.* 42. *num.* 6. *lib.* 1. & Nicol. Bellon. late *conſ.* 18.

585 Tertio non procedit, quando ‡ contraxit credens ſe majorem per erro-
rem, cum tamen eſſet minor, quia nemo dicitur renunciare juri, quod ſe ha-
586 bere ignorat, *l. mater decedens, ff. de inoffic. teſtam.* Et hinc eſt, quod multi ‡
Dd. non levis autoritatis voluerunt juramentum minori non obeſſe, niſi fuerit
per prius certioratus de beneficio ſuo, & quod ipſum beneficium per jura-
mentum amitteret, ut tradunt Dyn. *in l.* 3. §. 1. *ff. de contrar. & util. act.*
tut. Io. And. *in c. fin. de empt. & vend.* & Fulgoſ. *conſ.* 237. tanquam magis
ſecurum dicit eſſe obſervandum, Alb. de Roſ. *in d. auth. ſacramenta pube-*
rum, & ita obſervari in Francia, dicit Molin. ad Alex. *conſil.* 27. *num.* 2.
lib. 1.

587 Quarto non procedit, quando ‡ ſtatutum annullaret contractum minoris etiam
juratum, ut latiſſime tradit Hipp. Rim. *ad princ. tit. quib. alien. lic. num.* 293. *uſ-*
que

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

que ad 300. & ‡ ſi ſimpliciter annullaret, juramentum etiam comprehendere- 588
tur, ut tradit Molin. *d. conſ.* 27. *num.* 6. contra Alex. *ibid.* & Hipp. Rim. §. 2. *num.* 34. *quib. alien. lic.*

Quinto non procedit, quando ‡ juramentum vere, vel præſumptive diceretur 589
dolo præſtitum: quo caſu non præjudicat minori, ut tradit Petr. de Anchor. *conſ.* 330. & Alex. *conſ.* 151. quæ communis ‡ eſt opinio, ſecundum Iaſ. *in d.* 590
auth. ſacramenta puberum, dicens, ab ea non eſſe aliquo modo recedendum in judicando, licet aliqui contrarium teneant, & male.

Sexto non procedit, quando ‡ intervenit ſimulatio, ut tradit Gozad. *conſ.* 16. 591
num. 13. & noviſſime Nic. Ever. *conſ.* 173. *in fin.* nam juramentum, quod ſuper contractu ſimulato interponitur, eſt nullum, ut notat gl. *in l. emptionem*, & ibi Bald. *C. plus val. quod agit.* ubi Angel. dicit, quod tali caſu non eſt petenda abſolutio à juramento, & idem Ang. *in l.* 1. *de dot. caut. non num.* Corn. *conſil.* 135. *lib.* 1.

Septimo non procedit, quando ‡ narrata Iudici non ſunt vera: juramentum e- 592
nim intelligitur narratis veris exiſtentibus; unde juramentum non aſtringit, *l. libertus, ff. de oper. lib. l. fin. C. de non num pec. c. pervenit, et c. quemadmodum, de jureiur.* & facit text. *in l. oratio, §. inter locatorem, ff. loc.*

Octavo † non procedit in juramento aſſertorio, quo juravit omnia & ſingula 593
eſſe vera: quo caſu tale juramentum non valet, tanquam appoſitum in fraudem, ut tradit Bartol. *in l. cum quis decedens, §. Titia, ff. de legat.* 3. *in l. Aurelius, §. fin. ff. de liber. legat.* Bald. *in l.* 1. *C. de inoffic. teſtam.* Idem ‡ quoque dicendum in aſſerto- 594
rio, quo dixerit ſe majorem, quo ſiquidem caſu excluditur à beneficio ætatis, non tamen nullitatis, ob omiſſas ſolemnitates juris, vel ſtatuti, ut tradit Hipp. Rim *in* §. 2 *num.* 28. *uſque* 34. *Inſtit. quib. alien. lic.* niſi † juramentum corporaliter eſſet 595
præſtitum, quo caſu, inquit idem Riminald. ex Mariano Socin. *conſ.* 3. *lib.* 2. omne auxilium excludi. Dicitur ‡ autem corporaliter præſtitum juramentum tactis 596
ſacroſanctis Euangeliis, ut tradit Briſſon. *ad verb. corporaliter, de verb. ſignif.*

Nono non procedit, quando ‡ minor non fuit certus de facto, quia non ſcivit 597
valorem rei, & putavit ſubeſſe cauſam æris alieni, ut tradit Paul. de Caſtr. *conſ.* 70. *in verb. quarto loco videndum eſt.* Imo etiam ſi ſciverit jus, & factum, non tamen excluditur à beneficio legis, ut tradit Molin ad Dec. *conſ.* 403. *n.* 22.

Decimo non procedit, quando ‡ præter minorem ætatem obſtaret etiam alius 598
defectus, ut tradit Hipp. Rim. *in princ. tit. quib. alien. lic. n.* 240. *uſque ad* 259. niſi verba eſſent multum prægnantia; quia promitteret non contravenire ratione minoris ætatis, vel quacumque alia ratione, vel cauſa: quo caſu juramentum ſupplet plures defectus, ut tradit Bart. *in l.* 2. *verſ. quæro quid ſi minor, in fin. C. de reſcind. vend.* & Hipp. Rim. *ubi ſupra.*

Undecimo non procedit, quando † ex parte contrahentis cum minore, verſa- 599
tur turpitudo: quia ſcivit eum veriſimiliter conſumpturum pretium, vel videbat eum ad hoc paratum. Quo quidem caſu juramento minoris alienatio non confirmabitur, *l. ſi quis cum ſciret, ff. pro empt.* ubi emens ſcienter ſervos à protinus conſumpturo, velut à luxurioſo, & ſtatim ſcorto daturo, non eos uſucapit, ſicque contractus non valet.

Duode-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Duodecimo non procedit,quando † minor prius juravit non alienare ſine de-
600 creto, ut tradunt Io.Andr.*in c.cum contingat, de jurejur.* Alex.*in l.ſtipulatio hoc mo-
do concepta, de verb.oblig.*& ita in materia dotis tradit communem Hip. Rim. *tit.
601 quib. alien. lic. in prin. n.* 228. Quod maxime procedit, quando † minor juravit
non ſibi, ſed alteri, cujus intereſſe poſſit.Quo caſu,licet poſtea conſentiat aliena-
tioni, juretque, debet tamen præferri primum juramentum; quia juri alterius
per ſecundum actum non poteſt præjudicare, *arg.l.fin.ff.de pact.* Etiamſi emptor
id ignoraverit; non enim conſideratur in iſto contractu contrahentis ignorantia,
cujus naturæ lex reſiſtit, *l. quemadmodum, C. de agric. & cenſit. lib.* 12. Imo vero
imputandum eſt emptori, qui diligenter non perquiſivit, an ſecundum juramen-
tum eſſet tale, quod ſine peccato ſervari poſſet, aut vero aliud præceſſiſſet; cau-
tus enim eſſe debuit, ex quo contractus erat de genere prohibitorum, arg. eo-
rum quæ notantur *in l. qui cum alio, ff. de reg. jur.* licet non ignorem aliquos eſſe,
qui velint emptori non nocere primum juramentum, quando ignoravit, ut in
dubio præſumitur, *arg.l. & liberi,ff.de contr. empt.& l.fin.ff.pro ſuo,* ut tradit Curt.
jun. *in d. auth. Sacramenta puberum.* Verum à prædicta ampliatione de ignorantia
emptoris non facile recedendum eſt, quæ tamen non procedit, quo ad conſe-
quendum intereſſe, quod rem ſibi habere non liceat, ut notant Bald. Salic. Fulg.
& alii, *in d.l.& liberi,*& Jo.Faber *Inſtit. quib. alien. lic.* Amplius etiam prædicta
procedunt, quando is, cui præſtatur ſecundum juramentum, ſcivit, aut ſcire de-
buit, vel facile ſcire potuit jurantem prius contrarium juraſſe: quo caſu non va-
lebit ſecundum juramentum, *ut in c. intellecto, de jurejur.* ubi ille, cui res regni a-
lienabatur cum juramento, ſciebat, aut ſcire debebat, dictum regem prius con-
trarium juraſſe, cum juramentum à Regibus, & cæteris Adminiſtratoribus ſoli-
tum fuerit præſtari palam, & publice tempore coronationis, ita ut nullus præſu-
matur hoc ignorare, *c. ſi quis presbyterorum, de reb.Eccleſ. non alien.* ubi juramen-
tum à Prælato præſtitum de non alienando, eſt de jure communi, & omnibus
notum, & ſic derogat ſecundo juramento in alienatione præſtito; licet ſecus ſit,
quando ille, cui præſtabatur ſecundum juramentum, ignoraſſet iſtum ſibi ſecun-
dò jurantem prius juraſſe contrarium, eo ſiquidem caſu ſecundum juramentum
prævalebit, ne detur facultas decipiendi, & locus fraudis relinquatur, ut ſingu-
lariter dicit Bald.*in c.cum contingat, de jurejur. & in l.ſi prædium, in fin.C.de jur.dot.*
& Jo. Fab. *in* §. 1. *Inſtit. quib. alien. non lic.*

Decimo tertio non procedit, quando ‡ contractus eſſet factus, deinde ex in-
602 tervallo juramentum intervenerit: Cum n. contractus ab initio fuerit nullus, ex
poſt confirmari non poteſt, *l. quod ab initio, ff. de reg. jur.* Caſt. *in d. auth. Sa-
cramenta puberum,* & noviſſime Hip. Rim. *ad rubr. quib. alien. lic. n.* 282.
uſque ad n. 293. ubi argumenta contraria ſatis diſſolvit.

603 Decimo quarto non procedit, quoties † contractus eſſet nullus ratione ſolem-
nitatis probatoriæ requiſitæ ex ſtatuto, vel alias, quo caſu juramento firmari non
poteſt, cum tales ſolemnitates ſint requiſitæ ob publicam utilitatem, cui par-
tes juramento non poſſunt renunciare, *l. jus publicum, ff. de pact. & l. ne-
mo poteſt, ff. de legat.* 1. Bart. *in l. ſi quis pro eo, ff. de fidejuſſ. memb.* 7.
& Alex. *conſ.* 95. *in fin. lib.* 1.

Verum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Verum hæc vigeſima declaratio, cum ‡ ſuis reſtrictionibus non procedit, quan- 604
do cum prohibitione legis concurreret prohibitio teſtatoris, ut tradit Molin. ad
Alex. *conſ.93.n.8.lib.7. & conſ. ſuo 7.n.15.* Tiraq. *ad fin. de retract. conuent.n.15.*
& nouiſſime Benin caſ. de paupertate, *in 4. ſpeciali contractuum*, ad quod facit *l.*
tutelam, C. de adminiſt.tut. quo caſu ex concurſu legis, & teſtatoris, prohibitio for-
tior videtur, ita ut alienatio, quæ in alios in quibuſdam caſibus fieri permittitur,
non obſtante juris diſpoſitione, quando concurrit diſpoſitio teſtatoris, talis pro-
hibitio præciſa reddatur, ut nullo modo alienatio fieri poſſit, ut notat gl. *in c vero,*
de cond. appoſ. quæ allegat text. in §. *ſanctiſſimas, C. de alien. & emphyt.* & notat
Imol. *in l. filiusfamilias, §. divi, ff. de legat.* 1. Et hoc ‡ adeo procedit, ut nec Im- 605
perator hoc caſu minorem habilitare poſſit, quia inſtrumentũ Imperatoris contra
teſtamentum non valet. *l. ſi teſtamentum, C. de teſtam.* & facit text. *in l. inſtrumenta,*
C. de precib. Imp. offer. Nec etiam ‡ eo caſu alienans, ſi voluit teſtator in euentum 606
alienationis, bona ad alium devenire, minor reſtituitur in integrũ, adverſus ejuſ-
modi alienationem, maxime ſi habuerit notitiã teſtamenti, ex eo quod deliquerit
in faciendo contra prohibitionem expreſſam, *l. ſi ex cauſa, §. nunc videndum, &*
§. ſi in commiſſum, ff. de minor. l. 1. C. ſi adverſ. delict. Qui enim ſcienter ‡ facit rem 607
ſibi prohibitam, arguitur eſſe in dolo vero, ut tradit Alex. *con.103. lib.1.* Simile
‡ videmus, quod ſi tutor vendit bona pupilli ſine cauſa, præſumitur eſſe in dolo; 608
quia facit rem prohibitam, ut tradit Alex. *con.74. lib.7.* Sicuti ‡ dicimus præſumi 609
dolum in eo, qui ſpreta prohibitione ſeu denunciatione ſibi facta, ne quid tale
faceret, illud faciat, *l. ait. Prætor, §. ſi quis particeps, ff. de his quæ in fraud. cred. &*
l. virilis, §. penult. ff. de leg. præſt.

Declaratur vigeſimo primo, ut † non procedat regula in beneficialibus, quia 610
ea minor † anno decimo quarto ætatis reſignat, & pro eis agit, ſed læſus facile 611
reſtituitur; quia minor in beneficialibus reputatur major, *c. ex parte, de re-*
ſtit. ſpol. & c. ſi annum, de judic. lib. 6. ubi expreſſe ‡ dicitur, quod in ſpirituali- 612
bus & beneficialibus poſſit minor annis viginti quinque, major tamen quatuor-
decim annis, in judicio agere, vel ſe defendere, per ſe, vel per procuratorem
ſuum, ſine alia ſolemnitate, & ſic ſine aliquo curatore, & ita beneficio renun-
ciare, & illud à ſe abdicare. A pari † enim procedunt actiones movere & alie- 613
nare, ſeu renunciare. Unde prohibitus alienare, non poteſt actiones movere in
judicio, quia eo modo per indirectum alienatio ſequi poſſet, *l. ait Prætor,* ubi
Bart. *ff. de jur. delib.*

Declaratur vigeſimo ſecundo, ut † non procedat regula in omnibus aliis acti- 614
bus, quibus æque minores, ut majores admittuntur, ut tradit Rol. à Vall. *de luc.*
dotis, q. 45. de matrim. n. 5. per c. fin. de jud. in 6.

Declaratur vigeſimo tertio, ut † non procedat regula, quando tutor errore la- 615
pſus vendidiſſet ſine decreto, & pecuniam inde redactam creditoribus ſolviſſet,
quo caſu vendicans, poſt repellitur exceptione doli, niſi offerat reſtituere cum
medii temporis uſuris, *l: ſi fundus, §: quanquam, ff: de reb: eor. l. non ſolum, l. prædiorum,*
l. utere, l. ſi prædium ruſticum, C: de præd: & al. reb: minor: l: 1. C: ſi major fact. Quod ‡ 616
etiam procedit quoad ſumptus meliorati prædii, *d. ſi prædium.*

Declaratur vigeſimo quarto, ut ‡ non procedat regula, quando pupillus actione 617

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

tutelæ æſtimationem conſecutus fuit, ut eleganter tradit Ulp. *in l. illicite, ff. de reb. eor.* in hæc verba: *Illicite poſt Senatuſconſultum, pupilli, vel adoleſcentis prædio venundato, ſi eo nomine apud judicem tutelæ, vel utilis actionis æſtimatio facta eſt, eaque ſoluta, vendicatio prædii ex æquitate inhibetur.*

618 Declaratur vigeſimo quinto, ut ‡ non procedat regula, quando ſtatutum aliquem facit majorem ante vigeſimum quintum annum, & dat ei poteſtatem ſe obligandi, contrahendi, & immobilia alienandi, quod fieri poteſt, ut optime tra-
619 dit Tiraq. *de nobil. c. 20. n. 41. & ſeq. de poteſtate ſtatut.* Quod † tamen non procedit, primo, quando ſtatutum facit talem majorem tantum, nec ulterius diſponit de alienatione, quo caſu non cenſetur habilitatus ad alienandum, teſtibus eod. Tiraq. *d. loc. n. 42.* & Dec. *conſ. 39. n. 3.* & ibi Molin. *idem in conſuet. §. 21. n. 5.*

620 Secundo non procedit, quando † ſtatutum facit aliquem majorem, & ultra dicit, quod non poterit alienare ante vigeſimum annum, niſi certa ſolemnitate interveniente, ultra jus commune, quo caſu etiam non videtur habilitare poſt illud tempus ante vigeſimum quintum annum, ſecundum Dec. *conſ. 110. n. 5.* Vel niſi interveniant juris ſolemnitates. ut conſuluit idem Dec. *conſil. 386. n. 4.* & ibid. Molin. Idem clarius cum Molin. *conſ. 216. n. 6.* quia ſtatutum alioqui tenderet ad diminuendum, & induceret contrarium effectum, ſcilicet augmentum, quod fieri non debet, ut tradit Alex. *conſ. 17. n. 3. lib. 2.* per *l. plane, 1. in princ: ff. de legat. 1. & l. etſi transferam, ff. de adim. legat.*

621 Tertio ‡ etiam non procedit, quia tales facile reſtituuntur, teſte Afflict. *in conſtit. tit. de reſtit. art. 2. gl. 2.*

622 Declaratur vigeſimo ſexto, ut ‡ regula non procedat, quando minor donaret ei, à quo prius eandem rem ex donatione accepiſſet: cum hujuſmodi donatio plus habeat favoris & privilegii, quam ſi facta eſſet alteri, quam donatori, vel de aliis bonis quam donatis, *arg. l. ſi remunerandi, §. idem Papinianus, in fin. ff. mand.* & notatur *in l. ſi fundum per fideicommiſſum, in prin. ff. de leg. 1.* & ſingulariter voluit Caſtr. *conſ. 171. lib. 2.* licet Iaſ. *in l. cum filiofamilias, ff. de legat. 1.* hoc nuncupatim reprobet *per not. in l. 2. C. ſi adverſ. don.* ubi minor non poteſt ſine decreto conſentire patri alienanti rem immobilem ipſius filii minoris, quam ante à patre ipſo dono habuit.

623 Ultimo non procedit regula ‡ in majore 20. annis, qui participandi pretii gratia ſeſe venundari paſſus eſt, ſciens prudenſque, *§. ſervi autem, Inſt. de jur. perſon* Sed dicet forte aliquis, minori 25. annis non eſſe permiſſum rerum ſuarum immobilium alienationem ſine juſta & legitima prævia cauſæ cognitione, & judicis decreto, *l. 1. & l. magis puto, §. nec paſſim, ff, de reb. eor.* neque etiam mobilium, quæ ſervando ſervari poſſunt, *l. lex quæ tutores, & l. fin. C. de admin. tut.* Ergo longe minus permitti debere ſuum corpus, propriamque perſonam vendere. Cui reſpondebi-
624 mus, ſui ‡ venditionem, quantumvis graviorem, permiſſam eſſe odio ſervilis, & degeneris animi, qui ſordidi neſcio cujus lucelli cauſa, ſciens & prudens ſe ultro conjicit in voluntariæ ſervitutis piſtrinum, meritoque judicatur indignus libertate, cujus certam poſſeſſionem ſponte abjicit, adeo ut non poſſit ſperare ullam reſtitutionem in integrum ætatis minoris nomine, *l. ſi ex cauſa, §. Pomponius, (alias Papinianus) ff. de mino.* nec manumiſſus ad priſtinum ſuum ſtatum revertitur, quo ſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

ſe abdicavit, ſed libertinæ conditionis efficitur, ex communi regula, quod ex juſta ſervitute manumiſſus ſit, idque etiam jure noviſſimo, quo licet manumiſſus civis efficiatur Romanus, jura tamen patronatus dominis manumittentibus conſervantur, §.1.& §.*illud vero, in auth. ut libert. de cæt. aur. non indig.* Quod tamen ‡ 295
non procedit, quando quis ſtatus ſui ignarus ſerviiſſet, & deinde manumiſſus fuiſſet: ingenuitas enim tum per manumiſſionem non læderetur, §.*fin. Inſtit. de ingen.* & benigne D. Hadrianus permiſit, ut ad primam ſuam ingenuitatem redire poſſet, ſi pretium ſuum emptori parato recipere, redderet, *l. 2. ff. ſi liber. ingen. eſſe dic.*

CAPUT. XXXIV.

De eo quod falſo tutore autore geſtum eſſe dicitur.

SUMMARIA.

1 *Falſus tutor quis, num. 3. 4.*
2 *Quæ conſideranda ſint in dando tutore.*
5 *Falſus denarius non eſt denarius.*
6 *Pecunia falſa & reproba, non liberat ſolventem.*
7 *Falſus Iudex non eſt Iudex, nec falſa Iuſtitia Iuſtitia eſt.*
8 *Falſum teſtamentum non eſt teſtamentum.*
9 *Ex falſo teſtamento nihil debetur.*
10 *Falſus vel iniquus modius, non eſt modius.*
11 *Statera falſa, ſive injuſta, non eſt ſtatera.*
12 *Falſum inſtrumentum non eſt inſtrumentum.*
13 *Falſus teſtis non eſt teſtis.*
14 *Sententia falſa & nulla, non eſt ſententia niſi abuſive.*
15 *Falſus emptor non eſt emptor.*
16 *Falſus homo non eſt homo.*
17 *Falſus Procurator non eſt Procurator.*
18 *Falſus Procurator non prodeſt, nec nocet domino.*

COnſequens eſt ut videamus de eo, quod falſo tutore autore geſtum eſt. Quod
‡ quidem caput ut plenius intelligatur, operæ pretium erit, imprimis, & ante 1
omnia tractare, quis falſus tutor dicatur, ac deinde duabus regulis hoc caput concludere. Eſt igitur falſus tutor, qui vere tutor non eſt datus, *l. Paulus reſpondit,* & ibi Alciat. *ff. de verb ſign. l. 1. ff. quod. falſ. tut.* Vel qui datus eſt, ſed perperam & inutiliter, tutorem ſcilicet habenti, *d. l. Paulus.* Vel contra juris prohibitionem, poſitam *in §. interdum, Inſtit. de curat.* videlicet, quando non fuit datus à teſtatore vel à lege, nec à judice, ſed ab illo qui dare non poterat habenti, ut patet *in tit. C. in quib. caſib. tut. vel curat. hab. tut. vel curat. dar. pot.* Vel ſi datus fuit in minus ſolemni voluntate, quo ad effectum *l. 2. C. de confirm. tut.* Unde eleganter ‡ dicit text. 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

in l. naturali, §. 1. ff. de confir. tut. quatuor conſideranda eſſe in dando tutore, videlicet, an hic dederit, qui dare potuit, & ille acceperit, cui fuerat dandus: & is datus, cujus dandi facultas erat, & pro tribunali decretum interpoſitum. In quibus
3 † ergo caſibus tutor jure dari non poteſt, falſus dicitur, ſi datus fuerit habenti tu-
4 torem, etiam ab eo, qui dare poteſt. Sicut etiam falſus dicitur † tutor, qui in contrahendo autor minori 12. vel 14. annis fuit, *l. falſus, ff. de falſ. tut.*

5 Ex quibus etiam probatur † falſum denarium, non eſſe denarium ſecundum gloſſ. *in l. omnes*, per illum textum, loquentem de falſa fide, *C. de hæret.* quam
6 ſequitur Joan. Plat. *in l. 1. circa medium, C. de veter. numiſm. poteſt. lib. 11.* & † ideo pecunia falſa & reproba non liberat ſolventem, *l. eleganter, §. qui reprobos, ff. de pign. act.* ubi debitor non poteſt agere pignoratitia, ut ei reddatur pignus nummis
7 reprobis ſolutis. Nec † falſum judicem eſſe judicem, nec falſam juſtitiam eſſe
8 juſtitiam, *cap. vera, 45. diſtinct.* Vel † falſum teſtamentum eſſe teſtamentum, *l. 2.*
9 *§. 1. ff. quemadm. teſtam. aper.* & ex † falſo teſtamento nihil deberi, vel execu-
10 tioni mitti, *l. fin. C. de edict. divi Hadrian. tollend.* Et † modium iniquum, id eſt, falſum, (ut Accurſ. interpretatur) non eſſe modium, quod de ſtatera, modio proxima, tradit Galen. lib. *περὶ εὐεξίας, id eſt, de bona habitudine: Statera,* in-
11 quit, *falſa, † ſive injuſta, non eſt ſimpliciter ſtatera, ſed ſtatera falſa.* Sic falſum †
12 inſtrumentum non eſſe inſtrumentum, ſecundum Bald. *in l. ſi non ſortem, §. in-*
13 *debitum, ff. de condict. indeb.* Nec falſum † teſtem eſſe teſtem, ut tradit idem
14 Bald. *in cap. licet cauſam, extr. de probat.* Præterea ſententia falſa † & nulla, ſententia non dicitur, niſi abuſive, *clement. Paſtoralis, de judic.* & Barbat. *in repet.*
15 *cap. Raynutius, de teſtam.* Similiter † etiam falſus emptor non eſt emptor, *l. eum*
16 *qui, §. cum igitur, ff. de in diem addict.* Et falſus † homo, non eſt homo, *l. nec infa-*
17 *mes, C. de decur. lib. 10.* Et falſus Procurator † non eſt Procurator, *l. falſus, C. de furt.* & ibi Dd. *l. 3. §. falſus procurator, ff. rem rat. hab. l. ſi vendidero, §. ſi Titius*
18 *ff. de furt.* Et ideo quoque falſus procurator † non prodeſt, nec nocet domino, ut tradunt Dd. *in d. l. falſus.*

SUMMARIA.

1 *Geſtum à falſo tutore non eſt alicujus momenti. Ampliatur num.* 2. 3. 4. *Limitatur num.* 10. 11. 12.

5 *Filius putativus inſtitutus hæres non tenetur adire hæreditatem favore patris, eo etiam jubente.*

6 *Scienti & conſentienti, non ſubvenit Prætor. Limitatur num.* 7. 8. 9.

11 *Si falſus tutor cum vero autoritatem accommodaverit, valet quod geſtum eſt.*

REGULA I.

1 Regula prima eſt, quod † geſtum à falſo tutore non ſit alicujus momenti, nec
2 minori præjudicet, *ut tot. tit. ff. quod falſ. tut. aut. geſt. eſſe dic.* maxime † ſi
3 ignoraverit actor cum eo contrahens, *l. 1. §. ait Prætor, ff. eod.* etiamſi † ei dictum fuerit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

fuerit tantum, & ex bona fide non crediderit, *l.2 ff. eod.* Idem ‡ quoque di- 4
cendum erit de putativo tutore, *l. ſi is qui, ff. de eo qui pro tut.* ubi dicit IC. non valere alienationem etiam factam cum decreto de re pupilli, cum autoritate tutoris putativi, ut tradunt Bartol. per illum text. & idem *in l.* 1. *verſic. quod ad*
novum, C. qui admit. ubi late ‡ probat filium putativum inſtitutum hæredem, 5
etiam favore patris putativi non teneri adire hæreditatem, eo jubente, per text. *in l. juſto, in princ. ff. de uſucap. & l. ſi pater, & l. nec apud. C. de hæred. inſtit.* quo loco dicitur non valere inſtitutionem de filio, aut fratre putativo, ſive inſtituens erraverit in jure, ſive in facto, id quod locum habet, etiamſi is communi opinione reputabatur tutor, cum non eſſet, *l.2. ff. de eo qui pro tut. l. qui neque, ff. de reb. eor. & l.4. C. de cur. fur.*

Declaratur prædicta regula, ut ‡ non procedat primo, quando is, quo cum ge- 6
ſtum eſt, ſcivit, cui non ſubvenit Prætor, & merito, quoniam ipſe ſe decepit, *d.l.1.*
§. ait Prætor, verſic. ſcient. niſi ‡ talis eſſet perſona, quæ auxilio non indigeret, ut ſi 7
pupillus contraheret cum pupillo, cui ſcientia non nocet. Nam cum nihil actum eſt, ſcientia non nocet, cum pupilli ſcientia computanda non ſit, *l. plane, & l. pupilli,*
ff. eod. Vel minor ‡ ſit annis 25. cui etiam ſuccurritur ſcienti, *l. minoribus, ff. eod.* 8
Vel quando ‡ tutor actoris ſcivit; quia licet pupillo cautum ſit contra ſuum tu- 9
torem, tamen melius eſt, ei rem reſtitui debere, quam incertum cautionis eventum expectare, maxime quando pupillus circumventus fuit, & læſus, ut Julian. ſcribit *in d. l. pupilli.*

Secundo declaratur † non procedere, quando quis fuit per Prætorem compul- 10
ſus judicium accipere, ſaltem reſtituitur, *l. interdum, ff. hoc tit.*

Tertio declaratur non procedere, quando ‡ falſus tutor cum vero autoritatem 11
accommodavit, tum valet quod geſtum eſt, *l.1. verſ. quid enim, ff. eod.*

Quarto declaratur non procedere, quo ‡ ad eum, qui egit cum falſo tutore 12
actione temporali, cujus dies interea exiit, vel res uſucapta fuit, quo caſu omnia incommoda perinde ſuſtinere debet, ac ſi illo tempore vero tutore autore egiſſet, *l. ſi falſo, ff. eod.*

SUMMARIA.

1 *Falſus tutor dolo malo autor factus tenetur ſecum contrahenti, & decepto ad damna. Ampliatur num.* 2.3.4.5.6.7. *Limitatur num,* 9.10.11.12.
8 *Hoc edictum non datur in tutorem falſum poſt annum.*
11 *Pater non punitur hoc edicto, qui puellam minorem duodecim annis nuptum collocaverit.*
12 *Hoc edictum non datur contra hæredes falſi tutoris.*

SEcunda regula eſt; Quod falſus † tutor dolo malo autor factus teneatur ſecum 1
contrahenti, & decepto ad damna, & ad ſumptus, quos facturus eſt actor reſtitutorio agendo, & etiam ſi plures fuerint, quod omnes conveniantur in ſolidum, ſed perceptione ab uno facta, cæteri liberentur, *l. noviſſime, in prin. & §. ſi plu-*
res, cum l. ſeq. ff. quod falſ. tut. Amplius ‡ etiam tenentur minori læſo, ſi forte eum 2

 ſuo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

3 ſuo tantum reſponſo in aliquam captionem induxerint, *l. fin. ff, eod.* adeo ‡ ut
etiam detur reſtitutio contrahenti adverſus pupillum, ne vel pupillo proſit, vel
4 ipſi noceat, quo actum eſt, ſi contrahens ignoravit, *l.1.§.1.ff,eod.* In ‡ tantum ut
etiam detur tutori falſo, qui alterius perſuaſione inductus fuerit ad autorandum,
5 *l. hujus actionis, ff. eod.* etiam ‡ cujuſcunque conditionis fuerit tutor, ſive ſui, ſi-
6 ve alieni juris, *l. falſus, ff. eod.* etiamſi ‡ autor fuiſſet filiofamil. contrahenti, quaſi
7 ſuus fuiſſet pupillus, *d. l. falſus.* ‡ Idemque juris eſt, ſi ancillæ contrahenti, quaſi
fuiſſet libera, tutore autore crediderit; nam omnibus iſtis modis propter tuto-
rem decipitur is, qui contraxit: quia aliter cum impubere contracturus non fuiſ-
ſet, quam ſi tutoris autoritas interceſſiſſet, *d. l. falſus.*

8 Verum hæc regula ‡ non procedit primo poſt annum, contra falſum tutorem,
vel eum qui dolum malum adhibuit, *l. hujus actionis*, §. *has in factum*, & ibi gl. *in verbis, nec in ipſum, ff. eod.*

9 Secundo ‡ non procedit adverſus eas perſonas, quæ alieno juri ſubjectæ ſunt,
quia tantum noxales ſunt; puta, adverſus ſervos, qui gerentes ſe ut tutores
autoritatem præſtiterint pupillo mecum contrahenti, *d.* §. *has in factum*, & ibi
gl. *in verb. perſona.*

10 Tertio ‡ non procedit, quando compulſus, aut metu, ne compelleretur, autori-
tatem accommodavit, *l. noviſſime, verſ. quid enim, ff. hoc tit.*

11 Quarto non procedit in ‡ patre autore, qui minorem duodecim annis nuptum
collocavit, cui ignoſcendum erit propter præſumptionem doli ceſſantis; affectu
enim propenſiore magis, quam dolo malo id videtur feciſſe, *l. falſus.* §. *Iulianus, ff. eod.*

12 Quinto ‡ non procedit contra hæredes falſi tutoris, *hujus* §. *has in factum actio-
nes, ff. hoc tit.*

CAPUT. XXXV.

De excuſatione tutorum vel curatorum. Et an à tutelæ delatione appellari poſſit, & quomodo ſint proponendæ excuſationes. Item an falſa excuſatio liberet ab adminiſtratione.

SUMMARIA.

1 *Tutor datur invitus, quia eſt munus publicum, à quo ut quis excuſetur, requiritur aliqua excuſatio legitima.*
2 *In generali remiſſione publicorum munerum non venit tutela vel cura.*
3 *Cur à publicis muneribus excuſati non item à tutela ſtatim excuſentur?*
4 *Ædilis, qui à privatis muneribus excuſatur, à tutela non excuſatur. & num.* 109.
5 *Tutor vel curator, propter litem, quam cum pupillo, vel adulto habet, non excuſatur. Limitatur num.* 7.8.10.11.
6 *Debitum matris non excuſat à tutela filii.*
11 *Debitor, vel creditor pupilli, non poteſt eſſe tutor. Ampliatur num.* 12. *Limitatur num.* 13.14.15.16.

17 *Tutor*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

17 *Tutor teſtamento datus ſi promiſerit patri pupilli, ſe adminiſtraturum, non excuſatur.*
18 *Qui ſibi tutelam aſcripſit in teſtamento, licet tutor eſſe non poßit, ſi tamen patris voluntate nitatur, non excuſatur à tutela.*
19 *Promittens ſe tutorem fore, non debet promiſſum officium deſerere.*
20 *Ignotus patri pupillorum à tutela non excuſatur.*
21 *Ignotus hæres inſtituitur.*
22 *Ignotus quis dicatur.*
23 *Nobilis an cogi poßit ad ſuſcipiendam ignobilis tutelam?*
24 *Libertus nullam habet excuſationem à tutela, vel cura filiorum patroni. Ampliatur num. 25. 26. 27. Limitatur num. 29. 30. 31. 32. 33.*
28 *Libertus, qui jus aureorum annulorum impetravit pro ingenuo, & libertino habetur, ut tutoris datio teneat.*
34 *Spado non excuſatur à tutela.*
35 *Spado quomodo hic accipiatur.*
36 *Iudæi non excuſantur à tutela non Iudæorum.*
37 *Iudæi militiæ vacationem habuerunt, & quæ ſit ratio?*
38 *Poſt ſumptam adminiſtrationem ultro, fruſtra quis ſe excuſat. Limitatur num. 39.*
39 *Maritus excuſatur curam accipere uxoris ſuæ, etiam ſe immiſcendo.*
40 *Maritus poteſt eſſe Procurator ad litem uxoris.*
41 *Procuratoris revocatio pendet ex mero arbitrio conſtituentis.*
42 *Inopià pupilli non excuſat tutorem à tutela.*
43 *Propter liberos quomodo quis magis aſciſcatur ad tutelam, quam excuſetur.*
44 *Diſcere in pupillis primum, patrem eſſe periculoſum.*
45 *Diſtantia loci non excuſat tutorem à tutela, niſi ſit magna.*
46 *Tutores excuſantur propter numerum liberorum.*
47 *Qui in Provinciis trium liberorum incolumium pater eſt, excuſatur à legationis munere.*
48 *Numerus liberorum ſedecim excuſat ab omnibus muneribus patrimonialibus.*
49 *Plurium liberorum parens quæ privilegia habeat.*
50 *Sobolis numeroſæ patri cur faveant leges.*
51 *Quando dicatur Romæ datus tutor.*
52 *Cur Imperatoria conſtitutio Romæ tres tantum, in Italia quatuor, in Provinciis quinque liberos à patribus exigat.*
53 *Inclyta nobilitas Italiæ domina & Princeps Provinciarum ab Accurſio appellatur.*
54 *Numerus civium oppidi firmißimum ornamentum.*
55 *Liberi emancipati præſtant patri excuſationem à tutela.*
56 *Nepotes filii defuncti avo proſunt, & ſupplent unius locum.*
57 *Liberi tam mares, quam fœminæ proficiunt ad excuſationem*
58 *Adoptivi liberi patri naturali proſunt.*
59 *Curator datus à judice, mente capto, muto, ſeu ventri, ſe excuſare poteſt propter legitimum numerum liberorum.*
60 *Filii defuncti & ſuſcepti ante tutelam non proſunt ad excuſationem.*
61 *Liberi in obſidione mortui cur non proſint patribus?*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

62 Liberi in acie amiſſi, id eſt in ipſo conflictu, patri proſunt ad excuſationem.
63 Pro patria morientes perpetuo vivere dicuntur.
64 An in acie vulnerati liberi, & poſt domi mortui, patri proſint ad excuſationem.
65 Filii capti ab hoſtibus patri non proſunt ad excuſationem.
66 Filius captus mortuo ſimilis eſt.
67 Liberi addicti religioni, an patri proſint.
68 Addicti ſacris, ſervis æquiparantur.
69 Quid in liberis addictis pœnæ.
70 Adoptivi filii patri adoptivo non proſunt.
71 P. Scipio Cenſor quid in adoptione reprehenderit.
72 Ne adoptio in aliqua parte publici muneris iuvet, quare ſit Senatuſconſulto prohibitum.
73 Naturales liberi non proſunt ad excuſationem.
74 Si omittatur cauſa vera in pronunciatione, & inſeratur falſo, & iudex iuxta cauſam falſam pronuntiaverit, non erit excuſatus pater numero liberorum.
75 Qui in utero eſt, non excuſat patrem à tutela, & quando non habeatur pro jam nato.
76 Liberi nati poſt petitionem, ante dationem, vel nati poſt petitionem, & dationem ante cognitionem allegatæ excuſationis, non proſunt patri ad excuſationem.
77 Nepotes ex filiis ſuperſtitibus non proſunt avo, ſed filio, id eſt patri tantum.
78 Nepotes ex filia avo non proſunt.
79 Liberi, de quorum ſtatu ambigitur, non proſunt patri ad excuſationem.
80 Quando tutela cœpta eſt, ſuperuenientes poſtea liberi patrem non excuſant.
81 Pater emancipato filio tutor datus non debet uti excuſatione trium liberorum.
82 Filii patri non proſunt, qui apud extremas orbis regiones peregrinantur. Limitatur num. 83.
84 Adminiſtrantes res fiſci à tutela excuſantur. Ampliatur num. 86.
85 Principum res adminiſtrantes excuſantur à tutela.
87 Procurator fiſci prius ſuſceptas tutelas deſerere non poteſt.
88 Abſens cauſa Reipublicæ excuſatur à tutela, & ab omnibus muneribus, & num. 90.
89 Paria ſunt eſſe, vel de proximo ſperare.
91 Annum vacationis habent abſentes expleto munere, licet feſtinantius præſcripto reverſi fuerint.
92 Annus vacationis quomodo computetur.
93 Abſentes municipii cauſa non habent annum vacationis, expleto munere.
94 Annus vacationis non datur poſtquam tutores reverſi fuerint.
95 Procuratores abſentium Reipublicæ cauſa vacationem non habent munerum civilium.
96 Abſentes cauſa Reipublicæ non excuſantur in perpetuum à cœpta tutela, ſed tantum ad tempus, & interim ejus loco datur curator.
97 Reipublicæ cauſa abſens debet petere curatorem dari, vel ſaltem proponere excuſationem.
98 Trans mare Republicæ cauſa abſentes in perpetuum excuſantur, ſive deponunt tutelam.
99 Excuſatorum ad tempus omnino, & in perpetuum differentiæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

100 *Habens aliquam poteſtatem, id eſt, Magiſtratum majorem, excuſatur à tutela. Ampliatur num.* 103. 104. 105.
101 *Magiſtratus majores qui dicantur.*
102 *Merum imperium quid.*
106 *Magiſtratus futurus excuſationem non habet à tutela.*
107 *Idem in eo qui deſiit eſſe, licet ſe periculo obligaverit.*
108 *Propter Magiſtratum, quem quis in municipio adminiſtrat, non excuſatur quis.*
110 *Occupatus rationibus civitatis à tutela non excuſatur.*
111 *A civitate conducens vectigalia non excuſatur à tutela.*
112 *Dignitas ſine onere publico nemini tribuit excuſationem tutelæ.*
113 *Poteſtatem habens prius ſuſceptas tutelas deſerere non poteſt.*
114 *Multa ſuſcepta legitime recuſantur, quæ incepta perfici debent.*
115 *Poteſtas vel Magiſtratus gravis, quæ impediat adminiſtrationem, vacationem etiam tribuit à ſuſcepta tutela.*
116 *Aſſumpti in conſilium Principis, & circa eorum latus agentes, in perpetuum excuſantur.*
117 *Silentiarii, id eſt, conſiliarii, excuſantur à tutela.*
118 *Iuriſperiti an excuſentur à tutela.*
119 *Tres tutelas gerens, à quarta excuſatur. Ampliatur numero* 121.
120 *Tutelæ tres quomodo cenſeantur.*
122 *Quandoque una tutela excuſat.*
123 *Qui unius pupilli ſuſceperit tutelam, habentis domicilium in una Provincia, & bona in alia Provincia, non videtur duas habere tutelas.*
124 *Emancipati filii tutela an inter onera numeretur.*
125 *Tria tutelæ onera totam domum excuſant.*
126 *Pater habens tres tutelas, filius familias non vocabitur ad quartam, & e contra.*
127 *Si ex duobus fratribus in ejuſdem patris poteſtate conſtitutis unus gravatus fuerit tribus tutelis, alter non vocabitur ad quartam.*
128 *Appellans à tertia tutela, ad quartam interim ſuſcipiendam cogendus non erit.*
129 *Quæ cenſeatur quarta tutela, ſi plures tutelæ concurrant remiſſive.*
130 *Una tutela leviſſima & tenuiſſima, non numeratur inter tres tutelas.*
131 *Leviſſima tutela plerumque ambiri ſolet.*
132 *Tutela affectata non prodeſt ad excuſationem.*
133 *Quod quis ultro affectavit, oneri eſſe non videtur.*
134 *Affectaſſe tutelam quis dicatur.*
135 *Una tutela defunctorie ſuſcepta, non cedit in numero trium tutelarum.*
136 *Quis dicatur tutelam defunctorie ſuſcipere?*
137 *Una tutela brevi finitura non numeratur in numero trium tutelarum.*
138 *Honorariæ tutelæ cur non numerentur in numero trium tutelarum?*
139 *Fratres conſortes qui dicantur.*
140 *Paupertas oneri tutelæ impar cur tribuat vacationem à tutela vel cura?*
141 *Impar oneri injuncto quando quis dicatur.*
142 *Cui incumbat probatio aliquem eſſe imparem oneri injuncto.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

143 *Quæ ſunt partes judicis ad cognoſcendum aliquem eſſe imparem oneri injunctо.*
144 *Legatum relictum pro pupillis pauperibus maritandis, illi comprehenduntur qui neceſſe habeant laborare quotidie pro victu & veſtitu.*
145 *Adverſa valetudo eſt juſta excuſationis cauſa à tutela.*
146 *Adverſa valetudo excuſat arbitrum, & Iudicem à ſententia dicenda.*
147 *Valetudo adverſa eſt juſta excuſatio vadimonii deſerti.*
148 *Valetudo adverſa eſt juſta cauſa alienationis mutandi judicii cauſa facta.*
149 *Valetudo adverſa eſt longioris moræ ejus, qui Reipublicæ cauſa abeſt.*
150 *Emanſorem militem excuſat afflictæ valetudinis ratio.*
151 *Debilitas corporis præſtat excuſationem eorum munerum, quæ corpore ſunt implenda.*
152 *Valetudo tam à ſuſcepta, quam à nova tutela excuſat.*
153 *Mutus, cæcus, ſurdus, & furioſus, poſt ſuſceptam tutelam excuſantur.*
154 *Infirmus tutor eſſe non poteſt, ſed tanquam inhabilis ipſo jure repellitur.*
155 *Excuſatio valet, vel ad tempus, prout valetudo eſt, vel furor.*
156 *Furioſus teſtamentarius non eſt tutor, antequam ſanitatem recipiat.*
157 *Imperitia literarum immunitatem à tutela præſtat, & quæ ſit ratio.*
158 *Literarum inſcitia quatenus à tutela excuſet, vel non.*
159 *Prudentia negotiorum adminiſtrandorum ex quibus colligatur.*
160 *Literas neſcire quis dicatur.*
161 *Literatus ad aliqua admittitur, ad quæ non admittitur illiteratus.*
162 *Inimicitiæ capitales cum patre pupilli à tutela excuſant, & quæ ſit ratio, & quomodo procedat num.* 166.
163 *Procurator, judex, arbiter & tutor, inimici facti poſt litem conteſtatam, rejiciuntur.*
164 *Magiſtratus providere debet, ne pupillum committat inimico.*
165 *Si Magiſtratus tutorem propter inimicitias dederit, quid juris.*
166 *Ficta inimicitia non excuſat.*
167 *Gratiæ reconciliatio interveniſſe videtur, quando inimicitia intervenerit ante teſtamentum, quo quis tutor datus fuerit.*
169 *Hæc excuſatio quando locum non habeat.*
170 *Inimicitiæ capitales quando cenſeantur reconciliatæ remiſsive.*
171 *Major ſeptuaginta annis excuſationem habet.*
172 *Apud Lacedæmonios Senectus venerabilis fuit.*
173 *In ſenibus mens, ratio, & conſilium eſt.*
174 *Majores ſeptuaginta annis excuſantur à cæteris muneribus perſonalibus.*
175 *Ætas quomodo probetur, & à quibus in genere.*
176 *Ætas quinquaginta, quinquaginta quinque, vel ſexaginta annorum, excuſat ab oneribus, ſed à muneribus non, & quæ ſit diverſitatis ratio.*
177 *In Syria ætas ſexaginta quinque annorum, tribuit vacationem capitationis.*
178 *Annus ſeptuaginta annorum completus eſſe debet, antequam ſeptuagenarius excuſetur, licet ſupremum diem anni agat.*
179 *Olim minor viginti quinque annorum tutor legitimus, vel teſtamento datus, excuſabatur, & quæ ſit ratio.*

180 *Mi-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

180 *Minor viginti quinque annis hodie non poteſt eſſe tutor, etiamſi velit, nec opus eſt excuſatione.*
181 *Minor ante vigeſimum quintum annum non admittitur ad munera & honores.*
182 *Mater jure Digeſt. non potuit eſſe tutrix, etiamſi Iudex eam confirmaſſet.*
183 *Minor in teſtamento tutor ſcribi poteſt.*
184 *Milites à tutela excuſantur. Declaratur num.* 185.
186 *Veteranus miles quis, & an excuſetur à tutelis Paganorum?*
187 *Veterani ab una tutela filiorum Conveteranorum vacare non poſſunt poſt annum miſſionis.*
188 Conveterani *appellatione quis veniat.*
189 *Veterani ignominia dimiſſi immunitatem non habent à tutela.*
190 *Obtinens ſacerdotium ethnicorum, dum ei muneri præeſt, excuſatur.*
191 *Aſiarchia quid.*
192 *Alytarcha quis.*
193 *Miniſtri Eccleſiæ Chriſtianæ, ut Epiſcopi, Diaconi, Subdiaconi, & Monachi à tutela excuſantur.*
194 *Epiſcopi & Monachi etiam volentes non admittuntur ad dativas vel teſtamentarias tutelas.*
195 *Clerici unam tantum legitimam tutelam ſuſcipere poſſunt ex jure cognationis, non tamen coguntur inviti.*
196 *Clerici in minoribus conſtituti excuſantur à tutela.*
197 *Clerici cogi poſſunt pro miſerabilibus perſonis ad tutelam in ſubſidium, alio tutore idoneo non exiſtente.*
198 *Clerici non reſidentes, vel circa miniſteria divina deſides, non excuſantur à tutela.*
199 *Clericus non excuſatur, quo ad tutelam, ante ordinem Clericalem ſuſceptam.*
200 *Grammatici minoris momenti, graviorisque muneris, excuſantur à tutela.*
201 *Abecedarii immunitatem non habent à tutela.*
202 *Grammatici incipiunt ab Homero aut Virgilio.*
203 *Rhetores, Oratores, Medici, legum Doctores, & Philoſophi docentes Romæ, vel in aliqua civitate regia, vacationem habent à tutela vel cura.*
204 *Olim jura non ubique docebantur, ut aliæ artes, ſed tantum Romæ, Conſtantinopoli & Beryti.*
205 *Medici, Rhetores, Doctores legum, vel Philoſophi, non probati decreto ordinis, non excuſantur à tutela.*
206 *Idem obtinet quando non bene & ſedulo ſuo munere funguntur.*
207 *Idem juris quando docent, vel medentur alibi, quam in patria.*
208 *Patria duplex.*
209 *Roma communis patria.*
210 *Poëtæ nulla immunitatis prærogativa juvantur.*
211 *Calculator, qui numerandi artem docet, non excuſatur.*
212 *Notarii & tabularii non excuſantur.*
213 *Tutor pupilli non cogitur ejuſdem curator eſſe, & quæ ſit ratio. Ampliatur num.* 214. *Limitatur num.* 218.

215 *Libertus cogitur fieri patrini liberis curator, quorum fuerat & tutor.*
216 *Clericus habens beneficium in Eccleſia, ab onere ejuſdem Eccleſiæ, ſe excuſare non poteſt.*
217 *Eccleſia loco pupillæ eſt.*
219 *Tutor excuſatur in parte, quando pupillus habet bona in alia Provincia, quam in qua tutor habitat. Ampliatur num. 222.*
220 *In locum eorum qui pro parte excuſantur, datur alius tutor, quo ad ea bona, quæ in alia provincia ſita ſunt.*
221 *Intellectus regulæ; tutorem habenti alium tutorem non dari.*
223 *Qui ex permiſſu Principis domicilium ſuum tranſtulerit, excuſantur à ſuſceptis tutelis.*
224 *Colonus patrimonialis principis à tutela excuſatur.*
225 *Colonus fiſci & temporalis non excuſatur.*
226 *Menſores frumentarii excuſantur à tutela.*
227 *Frumentarii qui.*
228 *Menſor quis.*
229 *Habens excuſationem non cogitur ſubire etiam tutelam fratris.*
230 *Voluntariæ tutelæ munera privilegiis nihil derogant.*
231 *Plura imperfecta non faciunt unum perfectum.*
232 *Acta inter alios habita, ad excuſationem novæ tutelæ ſolum, nihil proficiunt, ſed neceſſe erit excuſationem profiteri, & probare intra tempora præfinita.*
233 *Habens excuſationes ſupradictas, non poteſt propria autoritate ſe tutela, vel cura exonerare, prætextu etiam juſtæ excuſationis, ſed debet hoc judici denuntiare, ut det curatorem vel coadjutorem.*

SEquitur ut nunc videamus, quibus ex cauſis quis à tutela excuſetur? An à tutelæ delatione appellari poſſit? Quomodo ſint proponendæ excuſationes? & an excuſatio ex falſis cauſis liberet ab adminiſtratione? Quæ ut plenius intelligantur, conſtitui hiſce quatuor ſequentibus regulis diſcutere, qua-
1 rum prima regula hæc eſt: Quod tutor detur invitus, quia eſt † munus publicum, à quo ut quis excuſetur, requiritur aliqua excuſatio legitima, ut pro regula tradit Corn. *conſ.* 164. *num.* 2. *lib.* 4. & facit §. 1. & ibi. gl. *verb. publicum, Inſtit. de excuſ. tut.*
2 Quę regula ampliatur 1. ut † procedat etiam, quod in generali remiſſione publicorum numerum, non veniat tutela vel cura, ut tradit alleg. gloſſ. *in de verb. publicum.* Nec enim qui à publicis muneribus excuſatur, ſtatim à tutela excuſabi-
3 tur: quia neceſſe † eſt eas nominatim remitti & immunitatem impetrari, *l. non tantum, §. eos, cum §. ſeq. ff. de excuſ. tut. l. legato, in fin. ff. de vac. & excuſ. mun. l. in ho-*
4 *noribus, §. 1. eodem.* Eodem modo pecuniaria † munera nominatim remitti oportet. Unde ædilis quoque, qui à privatis muneribus excuſatur, à tutela non excuſatur, *de l. non tantum, §. is qui ædilitate.*
5 Secundo ampliatur, ut † procedat etiam in eo, qui litem habet cum pupillo vel
6 adulto, *§. item propter. Inſtit. hoc tit. l. ſi pupillum, cum l. ſeq. ff. hoc tit.* Vel † etiam, ſi contendat actionem habere contra matrem pupilli, *l. inuſitatam, C. de excuſ. tut.*
7 Verum hæc ampliatio † non procedit primo, quando lis eſſet de omnibus bonis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

nis, vel plurima eorum parte, *d. §. item propter, & l. propter litem, ff. eod. l. ſi ut allegas, C. eod.* & Tiraq. *in l. ſi unquam, verb. omnia, num.* 12. *C. de revoc. don.* Vel ‡ ſi ſtatus controverſiam à patre pupillorum paſſus fuiſſet, ut puta, ſi pater pu- 8
pillorum quandoque dixerit, hunc quem modo daret tutorem, ſervum ſuum fuiſſe, vel libertum, *§. item is, qui ſtatus, Inſtit. hoc tit. & §. præjudiciales, Inſtit. de act. & l. non ſolum, §. ſi ſtatus, ff. de procurat.* Idque ‡ hac ratione, quod mortis 9
accuſationi ſimilis ſit hujuſmodi ſtatus quæſtio, *l: iſti quidem, §. 1: ff. quod met. cauſ:* quod procedit etiam ſi ipſe moverit è contra pupillis ſtatus quæſtionem, *l: Athletæ, §: amplius, ff: eo.* dummodo tamen non ſtudioſe, nec per calumniam id fecerit, *l. 1: & 2. ff: de liber: cauſ.*

Secundo non procedit ‡ ampliatio, quando non eſſet lis inter tutorem & pu- 10
pillum, vel adultum, ſed tantũ inter ſororem, vel filios ſororis tutoris, aut fratrem tutoris cum pupillo, ne tutelæ occaſione quis cogeretur adverſus rationem humanitatis actionum neceſſitates contra ſuos ſuſcipere, cum & ipſius etiam pupilli, cui tutor datus eſt, aliud exigere videatur utilitas, ſcil: ut eum tutorem potius habeat, qui ad defenſionem ejus non inhibeatur affectu, ut eſt in reſcripto, Imper. Dioclet. & Maximin. *in l: humanitatis, C: de excuſ: tut:* & tradit Roman, *in repet: l: ſi vero, §: de viro, n.* 83. *ff: ſol: matr.*

Tertio non procedit ampliatio jure non novo, quo cauſa debiti, & crediti, vel litis, non tam excuſat quam removet. Nam Iuſtin: *in Novel.* 72: non vult debitorem ‡ vel creditorem pupilli, aut qui cum eo ullam litem habet, ejus tutorem eſ- 11
ſe, *auth: minoris, C: qui dar: tut: vel cur:* Etiamſi ‡ tantum habeant bona communia, 12
ſecundum communem gl. *in l. quod res, in verb. poſſit, C: de excuſ. tut.* Quod ‡ tamen 13
locum non habet in tutore teſtamentatorio, & per judicem dato. Tutor enim teſtamento ſcriptus, etſi debitor ſit, vel creditor pupilli, non eſt tamen ſubmovendus; quia cum ejus fides ſit approbata à teſtatore, ſuſpicio fraudis ceſſat, *l. propter litem ff. de excuſ. tut.* Azo *in ſumma cod. qui dar. tut. poſſ. & argum. §. 1. Inſtit. de ſatiſd. tut.* & Bart. *in d. auth. minoris.* Idem † quoque dicendum erit in tutore à judice 14
per inquiſitionem dato; nam & is tutelam ſuſcipit, tametſi in ære ſit pupilli, propter inquiſitionem factam, quia judicatus eſt pupillo utilis eſſe, *l. nemo tutorem, §. 1. de teſtam. tut. §. 1. in auth. ut hi qui oblig. ſe perhib. hab. res min. & auth. minoris, C. qui dari tut. poſſ.* Nec etiam † locum habet in matre & avia, *Novell.* 93. Tametſi 15
enim debitum inter matrem aut aviam & pupillum quoque modo vertatur, vel ipſæ ſint pupilli creditrices, nihilominus ad tutelam admittendæ ſunt, debito in ſua natura remanente, quoniam affectionis ratio ſuſpicionem omnem removet, *auth. ad hæc, C. quand. mul. tut. offic fung. l. non ſolum, §. denuo, ff. de rit. nupt.* Sicuti † et- 16
jam locum non habet, quando tutor poſt ſuſceptam adminiſtrationem tutelæ acquiſierit obligationem adverſus pupillum, forte adita hæreditate creditoris pupilli, vel etiam ſi eodem modo incidat in obligationem pupilli, ei contutor aut concurator adjungatur, quod etiam olim fiebat litis cauſa, *l. neque, C. de excuſ. tut.* Licet diverſum ſit, quando tutor poſt ſuſceptam, vel etiam depoſitam tutelam, ceſſionis jure obligationem acquiſierit. Cum ceſſiones actionum factæ in perſonam tutoris vel curatoris donationis venditioniſve titulo, ipſo jure nullæ ſint, nec regreſſum habeant adverſus eum, qui ceſſerit, & pupillus ab utroq; liberetur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

licet olim valebant, *l. non fit, ff. de reb. eor. qui ſub tut.* Itaq; multas leges Pandect.
& Cod. Novella 72. tollit, & quidem merito: Eveniebat enim ſæpe, ut tutores
vel curatores, quorum in poteſtate erant omnia, redimerent inanes, infirmas, in-
utiles actiones adverſus pupillum, vel ex cauſa donationis eas ſibi cedi procura-
rent, ac deinde ſupprimerent apochas, quibus ſe defendere, & agentem excludere
pupillus poterat. Accedebat etiam hoc incommodum, quod tutores pupillo obli-
gati intercipiebant chirographa aliasve debiti probationes. Itaque merito viſum
eſt, utilius eſſe, ſi debitor creditoris, vel creditor debitoris tutelam curamve non
ſuſciperet, exceptis caſibus ſupra proxime relatis.

17 Tertio ampliatur † prædicta regula, ut maxime procedat, quando tutor teſta-
mento datus promiſit patri pupilli ſeſe adminiſtraturum, expreſſim vel tacite, §.
item ſi propter, & ibi gl. verb. promiſerunt, Inſtit. hoc titul. l. ſpadonem, ff. eod. l. ex ſen-
18 *tentia, ff. de teſtam. tut.* etiamſi ſibi † ipſi teſtamento tutelam aſſcripſiſſet, modo pa-
ter manu ſua approbaſſet, *l. uxori, §. qui ſe, ff. ad leg. Cornel. de falſ. l. poſt legatum,*
§ amittere, ff. de his quib. ut indig. & d. l. ex ſententia, nec admittendam eſſe excuſa-
tionem, quam jure publico habebat, quoniam promiſiſſe videtur ſe tutorum fo-
19 re. Neque enim † debet promiſſum officium deſerere, *l. ſi quis alicui, §. qui ſuſce-*
pit, ff. mand. fidemque fallere, *l. 1. ff. de conſtit. pecun.* & tam pupillum, quam pa-
trem ludificarier. Nec etiam ut ſuſpectus, removeri debet, ut eſt optimus text. *in*
d. l. uxori, §. qui ſe, ff. ad leg. Cornel. de falſ. Qui ſe, inquit Paulus, *filio impuberi tu-*
torem adſcripſerit, et ſi ſuſpectus eſſe præſumatur, quod ultro tutelam videatur affectaſſe,
tamen ſi idoneus eſſe approbetur, non ex teſtamento, ſed ex decreto tutor dandus, nec ex-
cuſatio admittetur, quia conſenſiſſe videtur voluntati teſtatoris.

20 Quarto ampliatur regula ut † procedat, etiamſi tutor teſtamento datus, dicat ſe
ignotum fuiſſe teſtatori, *§. non eſſe, Inſtit. hoc tit. & l. ſpadonem, §. qui abſolutus,*
21 *verſ. non erit. ff. eod.* nam † recte ignotus hæres inſtituitur, *§. ult. Inſtit. & l. extrane-*
um, C. eod. vel uti ſi fratris filios peregrinantes, ignorans qui eſſent, hæredes inſti-
tuerit; ignorantia enim teſtantis inutilem inſtitutionem non facit, ſunt enim certi
& cives Romani. Et eſt latens ac tacitus interdũ erga ignotos inſtinctus, propter
ſanguinis copulã, ut in fratrum filiis, vel propter eruditionis aut virtutis celebri-
tatem, ut tradunt duo præclariſſimi Juriſconſulti *in d. §. ult.* videlicet Viglius
22 Zuichemus, & Franciſ. Balduin. Simili modo † etiam, recte quoque ignoto do-
natur recte ignotus tutor datur; quod intelligi debet de ignota facie, cujus tamen
alioqui fides & probitas ſatis fuerat nota teſtatori, cum tutorem teſtamentarium
eligeret, maxime ſi ibi domicilium habeat, ubi ad tutelam ſumitur: quia poteſt
quis eſſe ignotus viſu, ſed notus univerſaliter, veluti ex teſtimonio proborum vi-
rorum de ipſius morum honeſtate & vitæ probitate. Sic diligere poſſumus in-
viſa, incognita nequaquam: nam ſi legitimus ſit tutor, ſaltem monere debet natu-
rali conjunctione ſanguinis; Si Attilianus; ſaltem non eſt ignotus judici, qui eum
delegit: Si teſtamentarius, quanquam fortaſſis non cognoverit teſtatorem, & ipſi
de facie fuerit ignotus, tamen cum hominis propriũ ſit hominem beneficio affi-
cere, *l. ſervus ea lege, ff. de ſerv. export.* non eſt illud ſatis ad deneganda humanitatis
officia, & eludendam boni teſtatoris fiduciam, qui probitatis fama impulſus
hunc delegit, cujus fidem tot modis collaudari, & uno omnium ore prædicari
au-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

audiebat. Verum hæc ampliatio locum non habet in tutore ignoto, teſtatori, & alibi domicilium habente, quam ubi ad tutelam ſumitur, qui excuſare ſe poterit, non tam quod ignotus fuerit, quam quod alibi habeat domicilium, *l. ult. ff. hoc tit.*

Quinto ampliatur, quod † etiam nobilis cogi poſſit ad ſuſcipiendam alterius ignobilis tutelam, ſaltem ob aliorum penuriam, ut tradit Tiraq. *in tract. de nobil. cap.* 37. *n.* 17. allegans Bald. & Jacob. Aretin. *in l.* 1. *in princ. ff. de excuſ. tut.*

Sexto ampliatur † regula in liberto dato tutore vel curatore liberis patroni, 24
patronæve, *l. libertos. C. hoc tit.* Nam cum à patrono libertatem acceperit, quo nihil charius nihilque pretioſius ſub ſole eſſe poſſit, & ſit res inæſtimabilis, *juxta text. in §. cum vero, Inſtit. quib. ex cauſ. manumit. non lic.* æquum non videtur, ut ipſe libertus ſe excuſet, ita ut gratitudinis officia perſolvere nequeat, vel nolit illi, à quo tanto munere affectus fuit.

Quæ ampliatio † etiam procedit, licet tutor tres tutelas, vel plures liberos ha- 25
beat, vel ſi quæ alia allegetur ab eo excuſationis cauſa, *l. libertum §. ſi plures, ff.*
hoc tit. l. libertos, C. eod. Et licet † adminiſtraverit tutelam, non excuſabitur ta- 26
men à cura, *d. l. libertos.* & in † tantum ampliatio procedit, etiamſi is libertus jus 27
annulorum aureorum impetraverit. Libertus enim, qui † jus aureorum annu- 28
lorum impetravit, pro ingenuo habetur, ut datio teneat, id eſt, ut datus ei tutor ingenuus non excuſet ſe, vel ut ipſe, ſi habeat excuſationem quaſi libertus, pupillo datus tutor, ea non utatur, *l. cum ex oratione, §. & quamvis, ff. hoc tit. l. libertum, eod.* Idem quoque libertus pro libertino habetur, ut tutoris datio teneat, id eſt, ut ipſe tutor datus liberis patroni nulla juris publici excuſatione utatur.

Declaratur hæc † ſexta ampliatio, ut locum non habeat I. in eo, qui fidei- 29
commiſſariam libertatem conſecutus fuit ex cauſa fidecommiſſi, *l. nequaquam, ff. hoc tit.* qui in jus vocare non poteſt ſine venia, *l. is quoque, ff. de in jus voc.* & ad bona liberti admittitur, *l. qui ex cauſa ff. de bon. quæ lib.* Et ſi eum inſtituerit cum libertate, neceſſarius hæres non fit, *l. ſi ſervum, §.* 1. *ff. de acq. hæred.* & ali ab eo non debet, *l. ſi quis à liberis, §. ſi quis à libert. de lib. agnoſ.* & ingrati actionem, vel operarum petitionem non habet, *l.* 1. *C. de libert. et eor. lib. et d. l. qui ex cauſ.* qui & plenum jus patronatus non habet, nec etiam liberi ejus, eaque de cauſa excuſatio liberti admittitur.

II. Non procedit, quando † libertus eſſet adverſa valetudine, ita ut ſuis ne- 30
gotiis ſupereſſe non poſſet, ne impoſſibile injungatur tutelæ munus, quod obiri liberto non poſſit, cum incommodo pupilli, & adverſus utilitatem ejus, *l. Titius, §. tanta, ff. hoc tit.*

III. Locum † non habet, quando libertus eſſet minor, ſed interim dabitur 31
curator, *l. non ſolum, §. ſi libertus, ff. hoc tit.*

IV. Non procedit in eo, qui † ſuis nummis emptus & manumiſſus fuit, *l. li-* 32
bertum, § qui propria, ff. hoc tit. qui & in pleriſque aliis cauſis jura patronatus manumiſſori non debet: nam & alere manumiſſorem non compellitur, *d. l. ſi quis a liberis, §. ſi quis à liberti, ff. de lib. agnoſc.* & operas non debet, & ingrati accuſari non poteſt, *l. ſi tuis nummis, C. de oper. libert.* & inſtitutus cum libertate geres neceſſarius non eſt.

V. Etiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

V. Etiam † non procedit in liberto Senatorum, qui negotia patronorum procurat, qui vacationem habet tutelarum ex SC. *l. libertus*, §. 1. *ff. municip.* Niſi plures liberti procurarent, quia unus tantum libertus excuſatur, *l. ne Senatorum, C. hoc tit.* Vel niſi libertus fuerit, qui habeat jus aureorum annulorum, & tranſierit in ordinem ingenuorum, qui tali excuſatione uti non poterit, *l. cum ex oratione, ff. hoc tit.* Vel procuraverit negotia ſenatoriæ mulieris patronæ; deterior enim hac in re eſt (ut in multis aliis) fœminæ quam maris conditio, *l. Spadonem*, §. *liberti, ff. hoc tit.* At quando libertus Senatoris, patroni negotia non procurat, ſed tutelam filiorum ejus gerit, non vacat, *l. libertus, ff. hoc tit.* Senatuſconſulti enim privilegium ſtricte accipiendum eſt.

34 VII. Ampliatur † regula ut procedat, etiam in Spadone, qui ſe excuſare non poteſt, *l. Spadonem, ff. hoc. tit. & l. 1. C. eod.* Nam hoc vitium impedimento non eſt,
35 quo minus ſuis & alienis supereſſe poſſit, quos † hoc loco accipere malim pro caſtratis, non natura ſterilibus, & ita Spadones generaliter accipiuntur, *in l.* 3. §. *idem, ff. ad leg. Cornel. de ſicar.*

36 VIII. Ampliatur, etiam † Judæos non excuſari à tutela non Judæorum; nam & ab aliis muneribus civilibus non excuſantur, niſi ſi quæ eorum religionem læ-
37 dant, *d. l. ſpadonem*, §. *neque librarios, verſ. jam autem*, ſed militiæ † vacationem habuiſſe decretis quibuſdam Joſephus confirmat *lib.* 14. propterea quod ſalva religione, ſeptimo die nec arma movere, nec iter ullum inſtituere poſſunt.

38 IX. Ampliatur maxime, quando † quis ſeſe ultro ſemel immiſcuiſſet adminiſtrationi, *l. 2. C. ſi tut. vel curat. falſ. alleg.* quia ſuſcipiendo videtur tacite juri ſuo re-
39 nunciare. Verum ‡ hæc ampliatio non procedit in marito tutore vel curatore uxori dato, qui excuſare ſe poterit, licet ſe immiſceat, *l. 1. §. fin ff. hoc. tit. §. idem reſcripſerunt, Inſtit. eod. l. maritus, C. qui dar. tut. poſſ.* Quia etſi velit, non poſſet curator eſſe uxoris ſuæ propter ſuſpicionem evitandam; quia quamvis male ageret maritus, uxor propter affectionem erga maritum ſuum, ei remitteret omnia, quod tamen locum non habet, quando datur curator ad litem, ſecundum Specul. *in tit. de curat. §. ut. autem, verſ. ſed nunquid vir*, quem ſequitur Bald. *in d. l. 1. in fin.* ubi in-
40 quit, quod ita in praxi ſervetur, & Bart. *in l. ſi quis, §. ult. ff. de procurat.* Licet † poſſit ejus Procurator eſſe, *l. maritus, C. de procur.* & ſine mandato uxoris poſſit agere, ut tradunt ſcribentes *in d. l. maritus, & ad l. fin. C. de pact. convent.* Quod tamen non procedit in ſponſo de futuro, ſecundum Romam. *conſ.* 461. *n.* 6. & Corn. *conſ.*
41 209. *col.* 4. Idque hac diverſitatis ‡ ratione, quod procuratoris revocatio pendeat ex mero arbitrio conſtituentis, §. *item mandatum, Inſtit. mand.* Tutor autem & curator, certis tantum caſibus ac modis revocentur, & eorum officium finiatur, *ut Inſtit. quib. mod. tut. fin. per. tot.* Et licet aliquando contingat, ut revocentur, tamen id fit ſæpe cum eorum infamiæ nota, ſecundum Bartol. *in d. l. 1. §. 1 ff. hoc tit.* & hoc quidem vendicat ſibi locum, ſi fuit curator datus, poſtquam fuit ſponſus, vel maritus: nam ſi prius fuiſſet ejus tutor vel curator, non poſſet poſtea ipſius maritus eſſe, *C. de interd. matrim. per tot.* Qui maritus ſi fuerit datus poſt matrimonium curator, ignorans forte, petere debet alium curatorem ſubſtitui, *l. ampliſſimi, & l. licet, Cod eod.* & hoc de Jure civili, licet ſecus ſit de Jure canonico, *c. penult. extr. de ſecund. nupt.* ut late diximus *ſupra c. 31. effect. ult.*

X. Am-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

X. Ampliatur regula, quod † etiam inopia pupilli non excuſet tutorem à tutela, quia datur principaliter perſonæ, *l. tutores, C. hoc tit.* 42

XI. Ampliatur regula, quod † etiam habens liberos præferendus ſit non habenti. Nam cum agatur de idoneo tutore, lex civilis inquirit an habeat liberos, ut ex pietate & affectu, quem erga eos gerit, judicetur idoneus, & qui jam didicerit eſſe pater bonus, credatur quoque futurus tutor bonus: Periculoſum † ſiquidem eſt, ubi quis in aliis primum diſcit pater eſſe. 43 44

XII. Ampliatur, quod etiam † diſtantia loci non excuſet, niſi ſit magna, id eſt, ultra centeſimum lapidem, id eſt, centum milliaria Italica, quæ faciant 20. Germanica, ut tradit Mynſ. *conſ.* 54. *n.* 7. & 8. 45

Declaratur regula † ut non procedat primo, quando in urbe quis haberet tres liberos, in Italia quatuor, vel in provinciis quinque liberos, is à tutela excuſatur, *l.* 1. *C. qui num. liber. lib.* 10. §. 1. *Inſtit. hoc tit.* & optime Alex. *conſ.* 123. *lib.* 5. & noviſſime Balduin. *in d.* §. 1. *in verb. ſi enim tres*, quo loco tradit quam vetus fuerit jus Tergeminorum, & quæ privilegia habuerint, qui tres peperiſſent liberos, dicens inter alia eum à legationis munere liberari, qui † in provinciis trium liberorum incolumium pater eſſet, *l.* 1. *C. de legation.* & ab † omnibus etiam patrimonialib. qui haberet ſedecim, *l. ſemper*, §. 1. *ff. de jur. immunit. l. nemo, C. de decurion. lib.* 10. Qui plures liberos † habebat in curia, vel collegio prius ſententiam rogabatur, in albo & in proceſſu cæteris præferebatur, *l. in albo, C. de decur. lib.* 10. Conſul quoque, qui liberos habebat collegæ orbo præferebatur ex lege Julia. Et hoc eſt quod Dion etiam ſcribit in Adriano eum mitiores pœnas reis liberos habentibus irrogaſſe. Fuit quoque lege Julia ager Campanus diviſus habentibus liberos tantum, ut Appianus ſcribit *lib.* 2. plus tribuitur numero liberorum, quam annorum. In honoribus quoque adipiſcendis, lege Julia & Papia minoribus anni remittuntur beneficio liberorum, *l.* 2. *ff. de minor.* Mater quoque ſuccedit liberis quaſi legitima, ſi ter vel quater peperiſſet ex SC. Tertull. §. 1. *Inſtit. de SC. Tertull.* Ideo autem † leges patri favent, vel matri numeroſæ ſobolis, quod Reipublicæ utilis ſit, & maxime interſit civitatem liberis repleri & ampliari, *l.* 1. *ff. ſol. matr.* Romæ † autem datus tutor dicitur, qui vel à Præfecto urbis, vel à Prætore, vel teſtamento Romæ confecto, vel in continentibus ædificiis datus eſt, *l. Titius*, §. *ſi à Prætore, verſ. Romæ datos, ff. hoc tit.* 46 47 48 49 50 51

Sed † hic explicare non inutile erit cur Imperatoria conſtitutio Romæ tres tantum, in Italia quatuor, in Provinciis quinque liberos à patribus exigat, cum moveat dubitationem quod ait III. *in Verr.* Cicero, *an aliud Romæ æquum eſt, aliud in Sicilia?* & quod dicit Juſtinianus, *in l. ult. C. de ædific. privat.* indignum eſſe noſtro tempore putantes, aliud jus in hac Regia civitate, aliud apud noſtros eſſe provinciales. Cur ergo Romæ ab Italia, & provinciis diſcrimen permiſit referri Juſtinianus in Inſtitut. civiles, & cur ex Severo & Antonino, quod Triumviri autores habent, differentia relata eſt in Cod. poſteaquam in orbe Romano qui ſunt ex conſtitutione Imperatoris Antonini, cives Romani effecti ſunt, id eſt, qui in terris, quas ex orbe Romani poſſident, *l. in orbe Rom. ff. de ſtat. hom.* (ſicuti etiam eo ſenſu & in Lucæ Euangelio orbis univerſi mentio fit, 52

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

C. 2.) Si ergo idem jus civium omnes habent, quare non eodem jure utuntur? Verũ ego arbitror dici poſſe principio Romanis patribus qui ſe circa proprios liberos occupatos cauſarentur, ubi tutores dati eſſent ex prudentum ſententia, tres natos neceſſarios fuiſſe, quatuor autem Italis, ad Patrum Romanorum diſcrimen, ſed non tot ac provincialibus, propter conjunctionem originis Romanæ,
53 ut ait Galliſtrat. *in l. non tantum*, § 1. *ff. hoc tit.* & propter‡ inclytam nobilitatem Italiæ, quod dominam & principem provinciarum ſuo tempore aſſeveravit Accurſ. *in gl. auth. qua in provincia*, C. *ubi de crim. agi oport. l. ult* C. *ſine cenſ. vel reliq. fund.* Quinque vero ſuſtuliſſe annos in provinciis, exigit conſtitutio: quoniam tutelam munus publicum eſſe, & perſonale placuit, & munerum civilium perſonalium ut plurimum, non niſi quinque liberi vacationem tribuunt. Sobole ſane provincias numero locupletiores illi voluerunt, quo imperium firmius redderent, & ſeminarium juventutis, quaſi fontes hominum Romanis exercitib. miniſtrarent: quare non inconcinne civium nu-
54 merum oppidorum firmiſſimum † ornamentum Plin. *epiſt. 7. ad Fabatum* ſcribit, ita ut minus cum urbe communitatis habeant Provinciæ, quam Italia; nec in hac ſolum quęſtione diſtinguuntur, ſed & in alio Severi reſcripto, *l. 1. ff. de col. illic.* Et eum qui provincia interdicitur, Italia quoque & urbe ſummotum Claud. Imper. cenſuit, ut tradit Suet. *in Claud. c.* 23. Neq; in propoſito, diverſo jure Italia, Roma & Provinciæ utuntur: liberorum enim jure utrobique excuſatio eſt, licet ſolemnitas varia juris diverſi umbram quandam inducat.

55 Verum ut ad id, unde ‡ paululum digreſſi ſumus, revertamur, prædicta prima hujus regul. declaratio ampliatur ut procedat 1. etiamſi liberi fuiſſent emancipati, ut tradit Vlpian. *in l. 2. § incolumes, ff. de vac. & excuſ. mun.* dicens; incolumes liberos, etiamſi in poteſtate patris ſui deſierint eſſe, excuſationem à
56 muneribus civilibus præſtare. 2. Procedit, quod ‡ etiam nepotes filii defuncti avo proſint, ſive ſoli ſint, ſive cum patruis, quorum tamen capita non numerantur, ut filiorum, ſed ſtirpes, *l. 3. C. de iis, qui num. liber.* ut ſi duo ſint nepotes ex filio jam defuncto, pro uno computantur, quia locum vicemque unius complent; nam & hic ut in ſucceſſionibus non numeramus capita, ſed intue-
57 mur ſolam ſtirpem. 3. Procedit, etiamſi ‡ liberi fœminæ ſint; neque enim in juris liberorum quæſtione mares filios à fœminis leges diſtinguunt, *l. ult. C. de his, qui num. liber. excuſ. mer.* nec nos diſtinguere debemus, etſi maſculos utiliores ſe præſtare Reipublicæ ducat Theophilus *in §. cæterum, Inſtit. de legit. agnat. ſuc.* quod aut bella gerant, aut ſacra faciant, aut publicis muneribus funguntur: illis enim deficientibus, mulieres fœcundæ alios ſemper ſuppeditant
58 & ſufficiunt. 4. Procedit, quod ‡ etiam in adoptionem dati à patre patri naturali
59 proſint, *l. 1. Inſtit. hoc tit.* 5. Procedit, quod ‡ etiam excuſetur numero liberorum curator datus mente capto, muto, vel ventri, *l. Titius, §. ſi a Prætore, ff. hoc tit.*

60 Verum hæc prima declaratio non † procedit, I. in filiis defunctis, antequã pa-
61 ter crearetur, *§. filii autem, Inſtit. hoc tit.* etiamſi fuerint † in obſidione amiſſi: Exempli cauſa, ponas indictum bellum civitati, & hoſtiles copias illam obſediſſe, an qui à muris, portis, domibus, delubris divorum, ſacris tum publicis, tum privatis, hoſtem irrumpentem averterit, non debeat, ut bello juſtiſſimo amiſſus,

paren-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

parentibus ſuis prodeſſe? Et Ulpian. *in l. bello amiſſi, ff. hoc tit.* negat; fortaſſe quod non tam publicæ ſalutis gratia, quam propriæ tuendæ cauſa, in obſidione pugnetur ab obſeſſis, indeque non tam pro republica videntur interire, qui moriuntur, quam pro re familiari, & privata tuenda. Niſi † in acie fuerint amiſſi, id 62
eſt, in ipſo conflictu, *d. §. filij, et d. l. bello amiſſi; l. ult. ff. de vacat. mun.* qui ſolum proſunt ad excuſationem: quia hi, qui pro Republica ceciderunt, in perpetuum per gloriam vivere intelliguntur, *d. §. filij.* Magna enim cum gloria vita defuncti ſunt, ſcil. quod Reipublicæ vitam impenderint, & qui † pro ſalute patriæ ſalu- 63
tem neglexerint ſuam, vivere adhuc intelligantur, ſempiterna gloria celebres, cum horum mortuorum vita in memoria vivorum poſita fuerit. Et † hoc proce- 64
dit, etiamſi tantum in acie vulnerati, poſt domi mortui fuerint, ut tradit Angel. Aretin. *in §. 1. n. 7. verſ. quid ſi fuerint; per l. huic ſcripturæ, et l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquil.* & not. Bart. *in l. quod ait lex, ff. de adult.* licet Io. Faber per eundem Angelum ibidem allegatus contrarium teneat, *argum. l. ſi quid ex incendio, ff. de incend. ruin. nauf. et l. eum actum.* & ibi Dd. *ff. de negot. geſt. et l. non ſolum, §. ſed ut reprobari, ff. de oper. novi nunciat.*

II. Non procedit † declaratio primæ regulæ in filio capto ab hoſti- 65
bus, qui non prodeſt patri ad excuſationem, *l. 2. C. de iis, qui num. liber. lib. 10.* quia cives eſſe debent, ut † proſint: habetur enim captus pro quaſi mortuo, 66
licet ſpes poſtliminii eum vivere præſumat, ſecundum Bart. *in l. 1. §. ex tribus, ff. de contra tabul.*

III. Non procedit ſecundum † quoſdam in filiis initiatis ſacris, veluti ſi pater 67
filium religioni addixerit, Benedictinis puta, vel † Franciſcanis; idque hac ra- 68
tione, quod ſervis filii ſacris addicti æquiparentur à primoribus autoritate, & excellentibus prudentia viris, ſecundum Innoc. *in c. cum. olim. de privileg.* Bald. *in l. 4. C. com. de ſucceſ.* & ſcribentes *in §. 1. Inſtit. hoc tit.* & extra aciem principis ſit. Sed magis puto, ut nihilo ſecius filius hujuſmodi patrem adjuvet ad excuſationem; cum ſibi ipſi tantum mortuus fingatur, qui tacite, vel expreſſe ſæculo renunciaverit, aliis vero non item. Licet vero ſervis comparentur, & filii ſervi facti non proſint, quæ ut ſimilia conferuntur, neque eadem, neque in omnibus ſimilia ſunt: nam quamvis rebus ſæculi mortuus dicatur, *§. diſtrahunt, Novell. de his, qui iter. nupt. dant ſacris op.* tamen patris emolumento vivere intelliguntur, ut tradit Angel. Aret. *in §. 1. num. 8. Inſtit. de excuſ. tut.*

Quarto etiam non † procedit, ſecundum quoſdam; in liberis addictis pœnæ; 69
veluti ubi capitalis pœna filium patri ſubduxerit, & ſervum pœnæ effecerit, cui miſerrima relicta vita libertatem eripuerit, cum is mortui loco habeatur, *l. 1. §. ult. ff. de bon. poſſ. cont. tab. l. ſi necem, ff. de bon. liber.* & ſervus pœnæ dicatur, & filii ſervi facti non proſint; quia liberi homines non ſint. Attamen quia neque vere mortuus eſt, neque ingenuus ſervus pœnæ fit amplius, *§. quod autem prius, Novell. de his, qui iter. nupt.* verius putarem hoc caſu filium patri prodeſſe, licet non ignorem, inter majorum gentium Scriptores controverſæ diſceptationis eſſe, proficiatne is filius patri ad excuſationem, nec ne, ſecundum Bald. & alios ſcribentes, *in l. Deo nobis, C. de Epiſc. et cler.*

Quinto non procedit in † filiis adoptivis, qui patri adoptivo non proſunt ex 70

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

SC. decreto temporibus Neronis, *l.2.§. adoptivi, ff. de vacat. mun.* Unde Aul.
71 Gel. *lib.5.cap.*19. ſcribit, P. Scipionem † in ea oratione, quam Cenſor habuit ad populum de moribus, inter ea, quæ reprehendebat, id etiam culpaviſſe, quod filius adoptivus patri adoptatori inter præmia patrum prodeſſet. Et Cornel.
72 Tacit, *Lib.*15. refert Neronis tempore P. Mario, & L. Aſinio ‡ Conſulibus factum Senatuſconſultum, ne ſimulata adoptio in ulla parte publici muneris juvaret, ac ne uſurpandis quidem hæreditatibus prodeſſet. Nam tum (inquit) percrebuerat graviſſimus mos, cum propinquis comitiis aut ſorte provinciarum plerique orbi, fictis adoptionibus ſibi filios adſciſcerent, Præturaſque aut Provincias inter patres ſortiti, ſtatim emitterent manu, quos adoptarant: Itaque veri parentes magna cum invidia Senatum adeunt, ibi naturæ jus, labores educandi, adverſus fraudem & brevitatem adoptionis enumerant: Satis pretii eſſe orbis, quod multa ſecuritate, nullis oneribus, gratiam, honores, cuncta prompta & obvia haberent. Sibi promiſſa legum diu expectata in ludibrium verti, quando quis ſine ſolicitudine parens, ſine luctu orbus, longa patrum vota repente adæquaret.

73 Sexto non ‡ procedit in liberis naturalibus tantum, ut ſpuriis, & hujuſmodi, idque hac ratione, ne quis privilegium conſequatur ex minus probata ſuſceptione liberorum, *l. 2. §.1. ff. hoc tit.* Publice enim intereſt legitimis progenitis patriam augeri, *l.2. de ind. vid. toll.*

74 Septimo non ‡ procedit, quando excuſatus numero liberorum ultra eam cauſam, aliam allegat falſam; & Judex juxta cauſam falſam pronunciaverit, non erit excuſatus propter vitium pronunciationis, *l. qui teſtamento, ff. hoc tit.*

75 Octavo non ‡ procedit in filiis nondum natis, licet ſint in utero; quia cum agitur de commodo alieno & jure alterius, nempe patris, ſeparato & ſegregato à commodo ventris, non habetur pro jam nato, vel ſuperſtite, *l. quod dicimus, ff. de verb: ſign.* Unde recte Modeſt. ait, *in l. 2. ff. hoc tit.* Qui in utero eſt, etſi in multis jam patrib. æquiparetur jam natis, tamen neq; in hac quæſtione, neque in cæteris civilibus muneribus prodeſt patri. Unde etiam poſthumi non habentur pro natis, ut patri ad excuſationem proſint tutelarum & munerum civilium: niſi de poſthumi commodo queratur, quo caſu in rem ſuam pro nato habetur, ut in Conſtit. Adriani, qua pluribus liberis, id eſt, tribus vel quatuor, vel quinque, omnia damnatoru m bona conceduntur, liberis adnumerantur, qui erant inutero damnationis tempore, & ita accipi debet. *l. qui in utero, ff. de ſtat. hom.*

76 IX. Non ‡ procedit in filiis natis poſt petitionem, ante dationem, vel natis poſt petitionem & dationem, ante cognitionem allegatæ excuſationis, qui non proſunt, *l. tutor petitus, in princ. ff. hoc tit.*

77 X. Non procedit in ‡ nepotibus ex filiis ſuperſtitibus, qui avo non proſunt, *l. 2. C. qui num. lib.* ſed filio, id eſt, patri tantum; nec enim poſſunt duobus parentibus ſimul prodeſſe.

78 XI. Non procedit ‡ etiam in nepotibus ex filia, qui avo non proſunt, quia ſunt in aliena familia, id eſt, familiam paterni avi mutant, *§. fin. Inſtit. de patr. poteſtat.* Unde hi tantum proſunt, qui ſui ſunt, vel qui ſui futuri erant: nam ii ſoli liberorum appellatione continentur; cum & huic appellationi ſuorum appellatio comparetur, *l. liberorum, ff. de verb. ſig.*

XII. Non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

XII. Non † procedit in liberis, de quorum ſtatu ſeu conditione ambigitur 79
ſintne ſervi, an liberi, legitimi vel naturales, ſuperſtites vel mortui, *l.1.C.qui num. liber.l.filium,ff.de iis,qui ſui vel al.jur.ſunt, & l.1.§.Iulianus,ff.de lib.agnoſ.*

XIII. Non procedit, quo ad † tutelam jam cœptam, à qua ſupervenientes 80
liberi non excuſant, *l. ſemper, §. hoc circa, ff. de jur. im.*

XIV. Non procedit † in patre habente tres liberos, quorum ſi unus emanci- 81
patus indigeat curatore, contra eundem filium uti non debet jure communi. Quin contra naturales ſtimulos faceret, ut graviſſime reſpondit Paulus, *in l. amiciſſimos, §.ult.ff.hoc tit.* Cujus verba hæc ſunt: *Lucius Titius ex tribus filiis incolumibus, unum habet emancipatum ejus ætatis, ut curatores accipere debeat; quæro ſi idem Titius pater, petente eodem filio emancipato, curator à Prætore detur, an jure publico uti poſſit, & nihilominus trium liberorum nomine vacationem poſtulare? Reſpondi, præmium quidem patri, quod propter numerum liberorum ei competit, denegari non oportet: ſed cum filio ſuo curator petatur, contra naturales facit ſtimulos, ſi tali excuſatione utendum ſibi putaverit.*

XV. Non procedit † in iis, qui apud extremas orbis regiones peregrinantur, 82
cujus incerta vita & fortuna eſt etiam intra viginti annos, quorum ſpatio elapſo; ut de rebus humanis variis & mutabilibus eſt judicium; filium mortuum Baldus conjicit, *conſil.90.incip.maritus,num.2.* qui † patri non proſunt ad excuſationem, niſi certo conſtiterit de ſtatu legitimo & incolumitate filiorum, per teſtes, vel 83
pater filios offerat judicis conſpectui in auditorio, vel alias; tales enim patri proderunt ad excuſationem.

Secundo non procedit prædicta prima regula in adminiſtrante res fiſci, quam- 84
diu adminiſtrat, *l.adminiſtrantes,ff.hoc tit.l.exactores,C.eod.& §.item Divus, Inſtit. hoc tit.* Idque hac ratione, quod cura rerum fiſcalium ſatis ſit oneratus, & gravatus, & ne debita cura rebus fiſci ſubtrahatur: nam dum rebus pupilli vel adulti operam daret, fiſcus in multis læderetur, aut dum fiſcum indemnem ſervare vellet, jura pupillorum vel adoleſcentium in multis minuerentur, ſecundum Theophil. *in §. item Divus, Inſt. hoc tit.*

Quod etiam procedit in eo, qui † non res fiſci, ſed alias res Principum admi- 85
niſtrat, *d.l.adminiſtrantes,in princ.& l.bene à Zenone,C.de quadr præſcript.l.apud Iulianum, §. fin. ff. de legat. 1.*

Nec tantum tutor à † tutela deferenda, ſed etiam à delata tempore decretæ 86
adminiſtrationis rerum fiſcalium, excuſatur, ſecundum Bart. *in d.l.adminiſtrantes.* Sed tutelam † jam cœptam, & non novam tutor deſerere non poteſt: & licet po- 87
ſtea fiat adminiſtrator Principis, vel rei fiſci, non tamen excuſabitur, *l. propter Magiſtratum, & d. l. adminiſtrantes, ff. hoc tit.*

Tertio non procedit † regula in abſente cauſa Reipublicæ, & in profecturis, 88
d.l.adminiſtrantes,§.eorum,ff.hoc tit.l.1.C.de Profeſſ.& Med.lib.10. idque quamdiu abeſt, interim tamen loco ejus dabitur curator, *§.item qui Reipublicæ,Inſtit.hoc tit. l.filius familias,§.fin.ff.de procurat.l.2.C.ſi tut.vel cur.Reipub. cauſ.* quia paria ſunt eſſe, vel † de proximo ſperare, *l.pen.ff.de teſt.milit.* Iaſ. *in l. 3. C.de tranſact.& l. 2.* 89
C. de inoffic. teſt.

Amplius etiam abſens † Reipublicæ cauſa excuſatur ab omnibus muneribus, 90

91 & poſtquam † deſierit abeſſe expleto munere, habet annum vacationis, *l.* 2. *C. ſi*
92 *tut. vel cur. Reip. cauſ.* Eſt tamen † ille annus continuus, non utilis, & computatur, ex quo rediit, vel redire potuit, recta via, ſine mora, aut circuitione, *l. tempus vacationis, ff. de vacat. mun.* Qua in re viginti millia paſſuum definita ſunt in dies ſingulos ad redeundum, l. Julia & Papia, *l. ſi cui, §. ex quib. cauſ. mai.* Quod ſervatur & in cautione judicio ſiſti, & in excuſationum temporibus, & in cautionibus & temporibus appellationum, & in viceſima hæreditatum.

Quod autem diximus eos, qui Reipublicæ cauſa abeſſe deſierunt, expleto
93 munere, habere annum vacationis, non procedit in † abſentibus municipii cau-
94 ſa, qui vacationis annum non habent. Sicuti ‡ etiam annus vacationis non datur poſtquam tutores reverſi fuerint: nam eo ſiquidem caſu revocantur ad veteres tutelas, quas recipiunt nullo intermiſſo ſpatio, *§. item qui Reipublicæ, in fin. Inſtit. hoc tit. l. Titius, ff. eod.* & Cord. Imp. *in l.* 2. *C. ſi tut. vel cur. Reip. cauſ.*
95 Vel etiam in Procuratoribus ‡ abſentium Reipublicæ cauſa, qui etiam vacationem non habent munerum civilium, *l. Procuratores, C. de excuſ. mun. lib.* 10. & ibid. Cuiac.
96 Declaratur ‡ tertia limitatio hujus regulæ, ut non procedat, quia tutor non excuſatur omnino, & in perpetuum à cœpta tutela, ſed tantum ad tempus, quatenus Reipublicæ cauſa abeſt, dato interim curatore ejus loco, *§. item qui Reip. Inſt. hoc tit. l. in omnem rem, ff. de tut. et curat. dat. ab his.* ut ſupra proxime diximus: quem
97 ‡ tutor Reipublicæ cauſa abſens petere debet, vel ſaltem proponere excuſationem, ne medii temporis periculo obſtringatur, ut eſt in reſcripto Gordiani, *in l.*
98 1. *C. ſi tut. vel cur. Reip. cauſ. abeſ. deſ.* Sed hæc tamen ‡ non procedunt in abſentib. ultra mare cauſa Reipublicæ: hi enim omnino ſive in perpetuũ excuſantur, ſive deponunt tutelam, non ſecus atque ii, qui circa principem ſunt occupati, ut tradit Ulp. *in l. verum, §. ex facto, ff. de minor. juncta l. Iuriſperitos, ff. hoc tit.*
99 Multum autem intereſt, verum ‡ quis ad tempus, vel omnino, an in perpetuum excuſetur. Nam ad tempus excuſati à nondum ſuſcepta tutela, eam ſuſcipiunt poſt tempus. Omnimodo excuſati finita cauſa excuſationis, eam non recipiunt, vacante tamen adhuc ea, denuo dari ſuo loco poſſunt, *l. cum ex oratione, ff. hoc tit.* Item in locum eorum, qui ad tempus excuſantur, interim actor, vel curator datur, non tutor: quia non deſinunt eſſe tutores, nec in totum excuſantur: ut ecce in locum minoris ad tempus excuſati, interim curator datur: in locum furioſi ad tempus excuſati, curator interim datur, *l. idem Vlpianus, ff. hoc tit.* Idem in locum relegati ad tempus, *l. tutor petitus, §. tutorem, ff. hoc tit. l. ſive, §. ult. ff. de admin. tut.* Et in locum abſentis Reipublicæ cauſa poſt ſuſceptam tutelam, *l. in omnem, cum l. ſeq. de tut. et cur. dat. ab his.* vel comitum ejus. In locum autem eorum, qui omnimodo ſive in perpetuum excuſantur, alius tutor datur, ut in locum perpetuo furioſi, cæci, muti, ſurdi, valetudinarii, *l. pen. ff. de tutel.* idque contra regulam juris, quæ tutorem habenti vetat tutorem dari. Nam qui excuſantur, ipſo jure tutores ſunt, propius tamen eſt, ut deſinant eſſe per excuſationem perpetuam, *§. ultim. Inſtit. quib. mod. tut. fin.* & hoc colore ex SCto in eorum loco tutor datur, *d. l. penult. et l. ſi quis ſub conditione, ff. de teſtam. tut.* quod non ita dici de eis poterit, qui ad tempus ſolum-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

ſolummodo excuſantur: quia tutores eſſe non deſinunt, ac proprie non excuſantur, unde & in locum relegati in perpetuum tutor dari poteſt, imo curator, *l. quod ſi forte, ff de ſolut.* videlicet ſi non excuſaverit ſe intra præſtitutum diem, *arg. l. teſtamento, C. hoc. tit.*

Quarto non procedit † ſupradicta regula in habente aliquam poteſtatem, id 100
eſt, Magiſtratum majorem vel minorem, *§. item qui poteſtatem, Inſtit hoc tit. l. Athletæ, §. gentium, et §. remittuntur, ff hoc tit.* loquens de Præſidiatu & Magiſtratu civitatis, & de Præfectis annonæ vigilum, & adminiſtrantibus res Principum, facit, *l. adminiſtrantes, ff. hoc tit.* & de exactoribus tributorum, facit *l. exactores, C. eod.* Magiſtratus † autem majores & minores intelligimus hoc loco, qui ‡ ha- 101
bent merum Imperium: quod nihil aliud eſt, quam poteſtas animadvertendi in 102
facinoroſos homines, *l. Imperium. ff. de juriſdict. om. jud.* Dicitur autem merum, quaſi liberum, ut tradunt Dec. *in l. 1. n. 12. & 13. ff. quod quiſq. jur.* Alciat. *in l. poteſtatis, ff. de verb. ſign.* & noviſſime Briſſon. *lib. 14. de verb. ſign. in verb. poteſtatis.*

Ampliatur primo, ut ‡ procedat etiam in Magiſtratu municipali, ut tradunt 103
Cujac. ad *l. 5 fol. mihi 15. in fin: de excuſ: tut:* Bald. *in §. item qui poteſt. in verb. poteſt. Inſtit: eod:* & noviſſime Mynſ: *conſ: 54. n. 16.* ad quod facit *l. ſi duas ff. hoc tit.*

Secundo ampliatur, ut † procedat etiam in Pręfecto provincię, ſaltem quam- 104
diu adminiſtratio durat, *d: l: Athletæ, §. gentium, ff. eod.*

Tertio ampliatur, ut etiam † procedat in eo, cui Princeps alicujus rei curam 105
injunxerit donec curam gerat, *l. Geometræ, & l. adminiſtrantes, ff: eod.* idque hac ratione, quod abſurdum eſſet eos cogi adminiſtrationem alienarum rerum ſubire, qui propter Reipublicæ miniſteria ſuis rebus ſupereſſe non poſſunt, *l. ult. C. de ſilentiar.*

Verum ‡ hæc quarta limitatio regulæ non procedit primo, in futuro Magi- 106
ſtratu, qui excuſare ſe non poteſt, *l. propter Magiſtratum, ff. hoc tit.* & tradit Balduin: *in d. verb. poteſtatem.*

Secundo non ‡ procedit in eo, qui deſiit eſſe Magiſtratus, licet in Magiſtratu 107
ſe tutelarum periculo obligaverit, qui ſe excuſare non poteſt, *l. Spadonem, §. qui abſolutus, ff. hoc tit.*

Tertio non ‡ procedit etiam in eo, qui in municipio adminiſtraverit, *l: propter* 108
Magiſtratum, ff: hoc tit.

Quarto non procedit in ædilitate, † quamvis habeat excuſationem à privatis 109
muneribus, *l. non tantum, §. iis, qui ædilitate, ff. hoc tit.*

Quinto non procedit in ‡ occupato rationibus civitatis, *l. Spadonem, §* 110
ratiocinatio, ff. hoc tit.

Sexto non ‡ procedit in conducente vectigalia à civitate, *d. l. Spadonem, §.* 111
vectigalia, ff: eod.

Septimo non ‡ procedit, quod nec honor vel dignitas ſine alicujus publicæ 112
adminiſtrationis onere & cura tribuat excuſationem, ut tradit Modeſt. *in d. l. Spadonem, § ſcire oportet, nulli dignitatem tribuere excuſationem.* Angel. Aret. *in §: & qui poteſtatem, n: 2: in fin: Inſt: hoc tit:* & ibid: Balduin: *in d: verbo, poteſtatem.*

Octavo non ‡ procedit, quo ad tutelas ſuſceptas, nam qui ſe miſcuerint admi- 113
niſtra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

niſtrationi, ne tempore quidem Magiſtratus ab ea vacare poſſunt, *l. non tantum*,
§. *ſane, verſ. vacare, ff. hoc tit.* ad quod facit quod Ulpianus ſcribit, *in l. verum*, §.
ex facto, ff. de minorib. Curatorem quendam Salvianum perperam fuiſſe à quo-
dam indocto Prætore excuſatum, propter urbicam procurationem, quam poſtea
fuerat adeptus, & facit §. *item qui poteſtatem, Inſtit. hoc tit.* multa enim ſuſcepta
114 legitime † recuſantur, quæ incepta perfici debent, §. *mandatum, Inſtit. man-*
115 *dati*, & Mynſ. *conſ.* 54. *num.* 16. Verum tamen † hæc octava declaratio locum
non habet, quando poteſtas vel Magiſtratus eſſet tam gravis, ut impediret ad-
miniſtrationem: nam eo caſu à ſuſcepta tutela vacationem habet, ſecundum
Angel. Aretin. *in d.* §. *item qui poteſtatem, num.* 2. *l. tutelæ, Cod. de excuſ.*
mun. lib. 10.

116 Quinto non † procedit regula in aſſumptis in conſilium Principis; quia honor
delatus certi temporis & loci finem non habet: ut tradit Angel. Aretin. *in d.* §. *i-*
tem qui poteſtatem, num. 2 *per l. Iuriſperitos, ff. hoc tit.* modo circa eorum latus agant,
quia ipſi in perpetuum excuſantur, *l. fin. C. eod.* & *l. quiſquis, C. ad leg. Iul. majeſt.*
ut dicit Mynſ. *in* §. *item Divus, n.* 5. *Inſt. eod.*

117 Sexto non † procedit in Silentiariis, i.e. conſiliariis, quia propter Reipublicæ
miniſteria, vix ſuis rebus supereſſe poſſunt, *l. ult. C. eod.* & *l. ult. C. de ſilent.* Quod ta-
118 men locum non habet in Juriſperitis: quia ſola Juriſprudentia † magis debet va-
care ad tutelam, quam ab eo excuſari; cum non habeat juſtiorem campũ in quo
exerceatur, nec quicquam ei magis conveniat, quam pupillos tueri, ne videlicet
illi, qui ad tutelam vel curam ob juris cognitionem maxime ſint idonei, hoc
munus ſubterfugiant, ut tradunt Fab. & Angel. *in* §. *item Romæ, Inſtit. hoc tit.*

119 Septimo non † procedit regula, quando quis habet tria onera tutelarum, vel
curationum, vel permixtarum tutelarum cum curis; ea enim quartæ excuſatio-
nem præbent; non aliorum munerum civilium, modo non affectaverit, & quam-
diu eas adminiſtraverit, ita tamen ut plurium pupillorum tutela pro una compu-
tetur, § *item tria, Inſtit. hoc tit. l.* 3. *ff. eod.* & *l.* 3. *C. eod.* & tradit Mynſ. *conſ.* 54. *n.* 16.
id quod introductum fuit ob difficultatem rationum conficiendarum, *l. ſi is qui*,
§. *fin. ff. hoc tit.* & ne multitudine negotiorum tutores onerati res pupillares
male adminiſtrent.

120 Tres autem tutelæ † tunc dicuntur, ſi in tria patrimonia fuerint diviſæ, non e-
nim diverſitas perſonarum, ſed patrimoniorum ſeparationes, diverſæque ratio-
nes conſcribendæ expendi debent, *de l. tria*, & *d. l. ſi is, ff. hoc. tit.*

121 Ampliatur autem hæc † ſeptima limitatio regulę primo, ut procedat, quod nec
referat utrum tria hæc onera ſimplicia ſint, hoc eſt, tres tutelæ, vel tres curæ, vel
mixtę, hoc eſt, duæ tutelæ, & una cura, vel è converſo, *l.* 2. §: *amplius, ff. hoc tit.*

122 Secundo ampliatur, quod † etiam interdum una tutela ſola excuſet, quando
tam operoſa, diffuſa & moleſta eſt, ut pro pluribus cedat, vel pluribus æquipol-
leat, *d. l. ſi is*, §. *cæterum*, 2. *ff. hoc tit* cujus rei inquiſitio eſt in arbitrio Prætoris tu-
telaris; qui Prætor non pupillorum duntaxat numerum, ſed difficultatem et-
iam conficiendarum rationum conſiderabit, eaque conſideratione fratres conſor-
tes plurium loco non habebuntur, neque rurſus plurium loco habebuntur pupil-
li, qui cum fratres non ſint, idem tamen patrimonium habent, & ita quo-
que

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

que conſortes ſunt, ſi ratio adminiſtrationis pariter reddenda ſit, *d. l. ſi is, qui tres, in fin.* Si tamen * pupillus habitat in una provincia, & habeat bona in alia provincia, non videntur habere duas tutelas, *l. Iuriſperitos, §. placent, ff. hoc tit.* Inter quas * etiam pater poterit numerare tutelam filii ſui emancipati, *l. Spadonem, §. idem Vlpian, ff. hoc tit.* qua tamen de re dubitari poterat, propterea quod tutela filii onus non videatur eſſe, cum pietatis ratione ad eam tutelam compellatur pater, *l. amiciſſimos, in fin. ff. hoc tit.* & rem ſuam agere videatur cum agit filii, ut pater quidam apud Antiphanem ait. 123 124

Tertio ampliatur, quod * etiam tria onera in una domo eſſe ſufficiant, id eſt, familia ſine pluribus perſonis ejuſdem poteſtati ſubjectis, *d. l. tria onera in domo, ff. hoc tit. & l. 3. C. 1. de filiisfam. & quemadm. pater, lib. 10. & l. C. de mum. & hon. lib. 10.* Itaque ſi * pater habeat tres tutelas filiusfamilias non vocabitur ad quartam: nam & tutela, quam gerit filius familias, patrem onerat, *l. ſi filius familias, ff. de tutel.* Eademque ratione ſi filius familias habeat tres tutelas, pater non vocabitur ad quartam. Et ſi duo * ſint fratres in ejuſdem patris poteſtate, & unus tribus tutelis gravatus, alter non vocabitur ad quartam; nam & familia una plus quam tribus tutelis non oneratur. Quod tamen non procedit, quando periculum tutelarum, quas filius adminiſtrat, non refertur ad patrem in ſolidum, quo quidem caſu numerus tutelarum patri non prodeſt, necècontra *l. 1. & tot. tit. C. quod cum eo, qui in al. poteſt.* 125 126 127

Quarto ampliatur, quod * etiamſi non adminiſtretur tertia tutela, ſed provocatione fuerit ſuſpenſa, interim non poſſit addi quarta tutela, ſed erit expectandus finis excuſationis illius tertiæ creationis, *l. diximus, ff. hoc. tit.* idque ea ratione, ne ordine præpoſtero quis ſuſcipiat quartem tutelam, & ne poſt tertiam extantem, apparente injuſta appellatione, quis contra leges gravetur quatuor oneribus Quæ * autem dicatur quarta tutela, ſi fortè plures tutelæ concurrant, optimè tradit diſtinguendo, & exemplificando acutiſſimus interpres Cujac. ad *l. 2. de excuſ. tut. fol. mihi 14. verſ. at quæritur,* ad quem lectorem remittimus. 128 129

Verum hæc * ſeptima regulæ limitatio non procedit primo, quando una tutela eſſet liviſſima & tenuiſſima, quæ pro nulla reputetur, *d. l. Spadonem. § fin. ff. hoc tit.* qualis affectari * & ambiri plerumq; ſolet, & vero affectatæ illæ tutelæ videntur ſemper, quæ modicæ rei ſunt, ſive nullo ſive exiguo cum onere; & ideò in numerum trium tutelarum non cedunt; nam tres tutelæ ex patrimonii, & oneris modo æſtimantur, *l. 4. ff. de uſ. & habit & l. Patronus, ff. de oper. libert,* 130 131

Secundo non * procedit, quando una tutela eſſet effectata, *d. l. Spadonem, §. fin.* quæ non prodeſt, ut latè tradit Hipp. de Marſ. magnus Criminaliſta, *in l. 1. cum quis latrones, ff. de quæſt.* & Roman. *in repet. l. ſi. vero, §. de viro, ff. ſolut. matr.* quia ei, qui ſpontè & volens oneri ſe ſubjicit, non eſt ſuccurrendum, *l. 2. §. ſi quis tamen, ff. Si quis caut. l. 3. §. ſubvenitur, ff. ad SC. Sylan. & c. damnum, de reg. jur. in 6.* Nec enim * videtur eſſe oneri, quod ultro captatum eſt, nec cauſari poſſumus eſſe grave, quod ipſi cupide ambivimus. Certè non favetur, nec quicquam indulgetur negotiis affectatis, quia vulgo dicitur. 132 133

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Hoc portat leviter, quod portat quiſque libenter.

Affectaſſe * autem dicitur qui ſe tutorem aſſcripſit, *l. uxori*, §. 1. *ff. ad leg. Cornel. de falſ.*

134 Tertiò non* procedit, quando una tutela eſſet defunctoriè ſuſcepta, *l. unic. C. qui num. tut. ſe excuſ.* & Hotomon *de verb. ſign. in verb. defunctoriè.* Is au-
135 tem * dicitur ſuſcipere tutelam defunctoriè, qui data opera alicujus tutorem
136 ſe ſimulat, cum tutor nõ ſit, eamq; dicis cauſa ad hoc adminiſtrat, ut hac ſimulatione à nova tutela excuſetur: diciturq; defunctoriè ſuſcipere tutelam, ea ratione, qua matrẽ coerceri ſcripſit Ulpianus, quæ filiis tutores petiit defunctoriè data opera, *l. 2. §. non ſolum. autem, ff. ad SC. Tertull.*

137 Quartò non* procedit, quando una earum eſſet brevi finitura, videlicet intra ſemeſtre, *l. non tantum, ff. hoc tit.* & idem multò magis finito officio pubertate pupillorem, vel ætate adoleſcentium, licet nondum rationes ſint redditæ, *l. unic. C. qui num. tutel.*

138 Quintò non * procedit, quando tutelæ nõ habent onus ſaltem adminiſtrationis ſed tantum periculum ex alterius adminiſtratione pendens, ut tutor honorarius, fidejuſſor tutoris, Magiſtratus qui nominavit, ſatiſdationem exegit, vel Præſidem dantem inſtruxit. Periculum autem, quod ex alterius adminiſtratione pendet, non numeratur. Ideoque nec Magiſtratus, qui tutorem dedit, nec fidejuſſor tutoris poteſt id computare ad excuſationem, *l. ſi is qui, verſ. nec me movet, ff. hoc tit.* Niſi ſaltem adminiſtrare debuerit, quo caſu ſatis eſt, ſi earum periculum ob ceſſationem ſuſtineat, *l. ſi quis tutor, ff. de ritu nupt.*

Sextò declaratur non procedere, quando non eſſet diverſitas patrimoniorum, ſive domuum, ſive conficiendarum, & reddendarum rationum difficultas: ut quia ſunt plures fratres conſortes, non diviſo patrimonio, quæ tutela, ut ſupra diximus, reputatur una, *d. l. ſi is, qui tres, §. ultim. & d. l. tria onera, ff. hoc tit.* Conſortes * autem fratres dicuntur, qui pro indiviſo commune ali-
139 quod patrimonium habent, nec refert fratres ſint propinqui, an extranei, ut optimè tradit, eruditiſſ. Cujac. *lib. 5. obſe. c.* 10.

140 Septimo regula* non procedit, quando quis eſt pauper, & oneri injuncto ſit impar, ut tutelæ adminiſtrationi ſupereſſe non poſſit, §. *ſed & propter paupertatem Inſtit. hoc. tit. l. paupertas, & l. poſt ſuſceptum, §. paupertas ff. hoc tit.* quia ſatis eſt occupatus, ut ſuis victum quærat, & niſi rebus ſuis incumbat, penuria ſit laboraturus, primaque cura, jure naturæ debeatur ſibi ipſi, proxima Reipublicæ. Valde enim durum eſſet eum, qui vitæ neceſſaria non habet, ſed ſibi ſuiſq; victum quærere cogitur, aliena tutela vel cura multum onerari, & gra-
141 vari. Dicitur * autem impar oneri injuncto, quando onus adjunctum ex aliqua cauſa complere non poteſt, utpote, quia eſt pauper, & victum ſibi propriis manibus quærere debet, & in diem vivere, atq; ob id non poſſit ſufficere ſibi & pupillo, vel qui ita ſit laboribus implicatus, ut tutelæ adminiſtrationi ſupereſſe non poſſit, cum fortè eum in agro tota die manere oporteat. Quod tamen arbitrio judicis relinqui debet, ut diſtinguat hoc ipſe, ut tradunt communiter Dd. attenta qualitate perſonarum & patrimoniorum, teſtib.

Dec.

Dec *conſ.* 163. *n.* 7. Ang. *in* §. *licet*, *num* 3. *Inſtit. quib. ex cauſ. manumit. lic.*
& noviſſimè Menoch. *de arb. jud. l.* 2. *caſu* 65. Niſi tamen aliter nominatim
cautum fuerit in jure, *l. ſi conſtante*, ubi Bart. *ff. unde vir & uxor* ex quibus re-
probatur opinio Bart. *in l.* 2. §. *idoneus*, *ff. ad SC. Tertull.* & gl. *in l. paupertas*,
ff. de excuſ. tit. dicentium, imparem eſſe oneri injuncto, ſi tantum tutor in bo-
nis non haberet, quantum pupillus; cum non requiratur quod tutor
tantum habeat, quantum pupillus: nec enim veriſimile eſt, quod tutor omnia
bona pupilli deglutiet, & ſi aliqua bona ſua reſpondere pro conſumptis po-
terunt. Qui autem * allegare velit aliquem eſſe imparem oneri injuncto, id 142
probare debebit; quia neque divitiæ, neq; paupertates præſumuntur, atque
ideò illi incumbit probatio, qui in divitiis, aut paupertate ſe fundat, in qua re
Judex imploratus curare debebit, ut * per viatores, vel alios in eam rem datos 143
inquiratur, quæ ſint ejus hominis facultates, qui tutelã repudiare vult, ſecun-
dum Bartol. *in l. in illa ſtipulatione, in fin ff. de verb. oblig.* ne forte ſub pauperta-
tis colore & excuſatione effugiat, atque detrectet publicum tutelæ munus
ſubire.

Ex quo * infertur, quod ſi fuerit relictum aliquid pro pupillis pauperibus 144
maritandis, illi comprehendantur ſub hoc legato, qui neceſſe habent laborare
quotidiè pro victu, & veſtitu, ut tradit Bellon. *conſ.* 16. *per totum.*

Octavo nõ * procedit regula in valetudinariis, qui negotiis etiam propriis 145
intereſſe non poſſunt, §. *item ſi propter adverſam*, *Inſtit. hoc tit.* Mynſ. *conſ.* 54.
num. 10 Idque hac ratione, ne impoſſibile ei injungatur tutelæ munus, quod
obiri ab eo non poſſit, niſi cum incommodo pupilli, & adverſus utilitatem e- 146
jus, *l. penul. & ult. ff. hoc tit.* Unde * & hoc nomine arbiter excuſatur ſententia
dicunda, *l. licet autem cum l. ſeq. ff. de arbit.* Item & judex, *l. ſi longius*, *ff. de ju-*
dic. Eſt etiam * hæc excuſatio vadimonii deſerti, *l.* 7. §. *ſi quis in judicio. ff. ſi* 147
quis caut. & * alienationis mutandi judicii cauſa factæ, *l.* 4. §. *ſi quis autem*, *ff.* 148
de alien. jud. mut. cauſ. fact. & longioris moræ ejus, qui * Reipublicæ cauſa 149
abeſt, l. *ſi cui in provincia in fin. ff. ex quib. cauſ. major.* Sed & * emanſorem mi- 150
litem excuſat afflictæ valetudinis ratio, §. *ult. ff. de re milit.* Quo pertinet id,
quod Ulp. generaliter reſpondit, *in* l. 2. § *corporis. ff. de vacat num.* Corpo- 151
ris debilitatem eorum * munerum excuſationum præſtare: quæ corpore ſunt
implenda,

Ampliatur hæc limitatio * primo, ut valetudinarius non ſolum excuſetur 152
à nova tutela, ſed etiam ſuſcepta *l. & non tantum, & l. poſt ſuſceptam, ff. hoc tit.*
quia repellitur omninò ab ipſa tutela, *l.* 2. §. *his illud*, C. *quand. mul. tut. offic.*
fung. poſſ.

Secundo ampliatur, ut * etiam procedat in muto, cæco, ſurdo, & furioſo, 153
poſt ſuſceptam tutelam, *d.* l. *poſt ſuſceptam*, *ff. hoc tit.* & l. *unic. C. qui morb. ſe*
excuſ. Soc. jun. *conſ.* 25. *lib.* 2.

Tertio ampliatur, quod * etiam talis ſi velit, non debeat eſſe tutor, ſed tan- 154
quam inhabilis repellatur ipſo jure, maximè ſi ab initio talis exiſtat ante ſuſ-
ceptam tutelam, ut tradit gl. *in* l. 1. & ibi clarè Salic. & alii declarant, C. *qui*
morb. ſe excuſ. & Aret. *in* §. *item propter adverſam*, *Inſtit. hoc tit.* & noviſſimè
Marian. Socin. *conſ.* 59. *num.* 33. *lib.* 3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

155 Verum hæc * limitatio non procedit, quod excuſatio valeat ad tempus vel
in perpetuum, prout eſt furor vel valetudo, *l. idem Vlpianus, ff. hoc tit.*
156 Secundo non * procedit in furioſo teſtamentario, qui non eſt tutor ante
quam ſanitatem receperit, *l. ſi hereditas*, §. *ſi furioſus. ff. de teſt. tut* & §. *furio-
ſus, Inſtit qui teſtam. tut. dar. poſſ.*
157 Nono non procedit regula in eo, qui * literas neſcit, ſeu literarum omni-
nò eſt imperitus, §. *ſimiliter, Inſtit. hoc tit.* quamvis alias literarum imperi-
ti poſſint ſufficere ad negotiorum adminiſtrationem. Idque hac ratione, quia
cum tutor teneatur conficere inventarium, & conſcribere rationes, non po-
terit ipſemet hoc facere, ſi nec legere, nec ſcribere ſciat, ſed opus erit, ut per
alium faciat, ex quo tam ipſe, quàm pupillūs poſſet damnificari. Quod * ta-
158 men declaratur procedere, ſi ſimplex, vel rudis fuerit, ſecus verò ſi ſagax &
verſutus in negotiis peragendis. Nam talis licet ſit ignarus, tutelæ onus ſub-
ire nihilominus compellitur: poterit enim uti vicaria amicorum opera,
aut miniſtrorum in Commentariis ſuis, & Ephemeridibus conſcribendis,
cum hodie omnes fere ruſtici, licet literarum ignari, ſatis verſuti & callidi
ſint in negotiis ſuis peragendis, ſecumdum Bald. *in verb. quamvis imperiti li-
terarum, Inſtit. hoc tit. per l. Athletæ, §. fin. ff. hoc tit.*
159 Prudentia † autem negotiorum adminiſtrandorum plerumque rectius ex
ipſo rerum uſu & foro, quam ex libris, vel ocioſo ſtudio colligi poteſt. At-
que hæc quidem rerum peritia diligentius quoque tuetur rem familiarem,
& rectius adminiſtrat Oeconomiam, quam ulla Philoſophorum umbratilis
ſapientia. Notum eſt ſiquidem illud Ciceronis in officiis, de re familiari, de
quærenda, de collocenda pecunia, etiam de utenda commodius à quibuſ-
dam optimis viris ad Ianum medium ſedentibus exerceri, quam ab ullis Phi-
loſohis ulla in Schola diſputatur, ut dicit doctiſs. IC, Franc. Balduin. *in* §.
ſed & propter in verb. quamvis & imperiti literarum, Inſtit. de excuſ tut. Literas
autem neſcire * dicitur, qui legere ac ſcribere non didicit, quod vitium non
160 mediocre eſt in eo, qui negotia adminiſtrat, ut optime tradit Duar. *lib.* 1.
diſput anniverſ. cap. 3. *l. libellorum, ff. de accuſ. et l. pen. c. de teſt.* Ant. Cont.
in ſuis annotat. ad tit. Inſtitut. de excuſ. tut. Et ita ignorantiam literarum ac-
cipimus *in l. ſed et ſi pupillus*, §. *de quo, ff. de inſtit. act. l. pater* §. *mutus ff. de
acq. hæred. l. ult.* §. *ſin. autem dubius*, C. *de iure delib.*
161 Ex quibus * jam aperte colligitur, quod literatus, cæteris paribus ad dig-
nitates & alia officia ad mitti debeat, ad quas non admitti oporteat illiteratos
& ignaros, *l. 2. c. de pact.* & §. 1. *in auth. de judic.* & quod melioris conditi-
onis eſſe debeant ſapientes, quam ſtulti & imperiti, cum ſapientia pretioſior
ſit cunctis opibus & hanc qui habeat, ſuperet omnes Cræſos & Craſſos, tan-
tumque interſit inter ſapientiam, & ſtultitiam, quantum inter lucem & te-
nebras: licet, proh dolor, hoc tempore ejus rei nulla habeatur ratio.
Decimo regula non * procedit in eo, cui cum patre pupilli interceſſit ca-
162 pitalis inimicitia, § *item ſi propter*, & §. *inimicitia, inſtit. hoc tit. l. Anhletæ*, §.
dat remiſſionem ff. hoc tit. Idque hac ratione, quod publice interſit, ne ex ini-
micitia creationes fiant, ſed æſtimatione vera & commodo Reipublicæ, *l.
unic.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

vnic. c. ſi propt. inimicit. Nam qui propter inimicitias & malevolentiam quandam tutorem dat, magis ſollicitus eſt, ut adverſarium his clancularii inſidiis opprimat, quam ut liberorum tutelæ proſpiciat. Sed cum tutor quærendus ſit judicio, non odio, non debet eſſe rata datio, ſi quis tutorem ſcribat, ut enim implicet periculo negotiorum, quæ fortaſſis eo nomine dolo malo relinquat intricatiora. Durum ſiquidem foret aliquem invitum eo neceſſitatis adigi, ut cogeretur tractare tam periculoſæ plenum opus aleæ, & quaſi incedere per ignes ſuppoſitos cineri doloſo. Deniq; hoc ideo ſtatutum fuit, ut omnis ſiniſtra ſuſpicio excluderetur: nam ſi inimicus adminiſtrat etiam bene geſtum negotium, propter autorem erit ſuſpectum. Ideoque juſta ratione recipi debet illius excuſatio, & ad tutelam vel curam alius aſſumi debet.

Ampliatur primo, ut † procedat, etiam in procuratore poſt litem conteſtatam, ſi inimicus factus fuerit, *l. vel exilio ff. de procurat.* & in judice vel arbitro, *l. non diſtinguemus*, §. *cum quidam*, *ff. de recept. arbit.* 163

Secundo ampliatur, quod * Magiſtratus ſummopere providere debeat, ne temere pupillum committat inimico, cum expediat pupillo eos non recipere, etiamſi ſeſe non excuſent. Etſi propter inimicitias teſtamento datus fuerit á patre tutor, non ut liberis proſpiceret, ſed eum periculo negotiorum implicaret & opprimeret, hoc ipſum præſtabit ei excuſationem, §. *Item propter inimicitias, inſtit. hoc tit.* 164

Tertio ampliatur, quod * etiam Magiſtratus, dans forte vt onus & injuriam redimeret, ſeveriter puniatur, *l. ſeveriter*. C. *eod.* Nam etiam tenetur lege Iulia repetundarum, *l. 3. & 4. ff. ad l. Iul. repet.* Item condictione ob turpem cauſam, quando accepiſſet pecuniam ob hoc, & concuſſionis crimine, *l. quod evitandi*, C. *de condict. ob turp. cauſ.* Verum actio in factum de calumnia locum non habebit, cum non nominaverit per pecuniam, vt tradit gl. *in d. l. ſeveriter.* 165

Quarto ampliatur, ut * procedat ſolum in inimicitiis capitalibus, & graviſſimis, inter patrem pupilli, & ipſum tutorem datum, ob capitalem accuſationem ortis, quas ſcil. ſola mors diremptura videatur, quibus cauſam dederit tutor, vel quas ipſe tutor concitaverit: ut ſi patrem accuſaverit capitis, vel ſi ſtatus controverſiam à patre pupilli paſſus fuerit, id eſt, ſi eum pater in ſervitutem petierit, §. *inimicitiæ, Inſtit. hoc. tit.* & §. *item is, qui ſtatus, eod.* Idque hac ratione, quod ille, qui hanc injuriam à pupillorum, vel adultorum patre paſſus fuit, cogi nō debeat, ut operam ſuam inimici ſui liberis impendat. Pupilli quoque intereſt, ne admittatur: quia periculum eſt ultionis à pupillis vel adultis, quod avertere expedit. Metui enim poteſt, ne injuriam ſibi factam à patre, pupillo, vel adulto rependat. 166

Declaratur hæc * undecima limitatio, primo ut non procedat, quando inimicitia eſſet facta, *l. Athletae*, §. *dat remiſſionem, verſ. amplius, ff. hoc tit.* 167
Secundo non * procedit, quando inimicitia interveniſſet ante teſtamentum: hoc enim ipſo videtur facta gratiæ reconciliatio, quod is tutor datus ſit, ſi modo datus ſit bona mente, non ut negotiis implicaretur, nec ſi tutela delata ei ſubdole blandiatur, *l. 1. C. ſi propt. inimicit. lib. 10.* 168

 mento 169

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Tertio non * procedit, quando de reconciliatione conſtiterit, vel ex teſta-
170 mento, vel per diſſimulationem & ſubſequentia merita, quæ videlicet gratiam
ſarcierint, & ſimultatem * ſempiterna deleverint oblivione. Quæ inimici-
tiæ, an reconciliatæ cenſeantur ex gratitudine ſive remuneratione ſecuta, la-
te tradit Iaſon *in l. ex hoc iure, n. 6. ff. de iuſt. & iur.* ubi ponit plures effectus
171 ipſius remunerationis.

Vndecimo regula * non procedit in maiore ſeptuaginta annis iam com-
pletis, qui excuſatur à tutela vel cura, *l. 2. ff. hoc tit.* l. 3. *ff. de iur. immun. §. item*
172 *major. Inſtit. hoc tit.* Ratio eſt quia ut refert Aul. Gel. *lib. 2. noct. Attic. cap.* 19.
apud Lacedæmonios * magno ſemper in honore habita fuit ipſa ſenectus:
quæ reverentia conſiſtit in aſſurgendo, & in loco dando, accedendo, & do-
mo deducendo ac reducendo, ut optime tradit Val. Max. *lib. 2. cap.* 1. dicens;

Eſſe grande nefas. & morte piandum,
173 *Si iuvenis vetulo non aſſurrexerit.*

174 Et ſicut inquit M. Tullius in * Catone, mẽs & ratio, & conſilium eſt in ſenib.

175 Ampliatur primo, quod * etiam eadem ætas excuſet à cæteris muneribus
perſonalibus, *l. 3. C. qui ætat. ſe excuſ. lib.* 10. probanda autem * erit ab eo, qui
ſe ejus beneficio excuſatũ dicit, ſive ſit actor, ſive reus, ut tradit Duen *reg.* 258
Mandoſ. ad *reg. Cancell.* 18. *q.* Poſtquam retulit quinq; opiniones, hanc dicit
communem Vivius, *com. opin. n.* 11. Et probatur in genere, tabulis, vt pro-
feſſione natalium, teſtibus Mandoſio, *d. reg.* 18. *q. 9. de libris publicis*, & Briſ-
ſonio, *lib. antiq. 1. cap.* 5. Vel teſtibus, de teſtimonio patris, matris, conſan-
guineorum, obſtetricum & nutricum: optime Menoch. *de arbit. iud. lib.* 2.
caſu 116. *num.* 3. 4. latè Mandoſ. *d. reg.* 18. *q.* 8. Mar. Socin. *conſ.* 3. *num.* 9. 10.
lib. 2. & Menoch. *de præſumpt.* 51. *num.* 23. 30. & aſpectu, *l. minor, ff. de mino-
rib. l.* 3. *C. ſi min. ſi maior.* quod tamen relinquitur arbitrio iudicis, ut optime
declarat Menoch. *caſ.* 117. *n.* 1. 2. & 3, Mandoſ. *d. reg. Cancell.* 18. *q.* 5. *num.* 7.
uſq; ad fin. Pet. Rebuff. *de reſtit. artic. 1. gl. 3. num. 3. in fin.* & late Maſcard. *con-
176 cluſ.* 667. *lib. 2. per. tot.* & noviſſime Borg. de Cavalc. *de tut. & cur. num.* 295.

Secundo * ampliatur, quod etiam minor ætas, ſcilicet 50. 55. 60. 65. anno-
rum, excuſet ab honoribus ſed à muneribus non conceditur vacatio, niſi an-
no ſeptuageſimo perfecto, idque hac diverſitatis ratione, quod munera de-
trectent fere omnes, Honorum cupientes ſunt omnes, licet eis cohæreant
onera quædam, quo fit, ut qui munera gerant, deſint ſæpe, qui honores, vix
177 unquam.

Verum hæc duodecima regulæ limitatio * locum non habet, primo,
quando conſuetudo, vel lex municipalis eſſet in contrarium, ut in Syriis
178 annus 65. vacationem tribuit capitationis, *l. 3. ff. de cenſib.*

Secundo non * procedit, quando anni non eſſent completi etiamſi agat
ſupremum diem anni ſeptuageſimi: neceſſe eſt enim ut eo die, quo ad
munera vocatur, ſit major ſeptuagenario, *l. 3. ff. de iur. immun.* Et ita quoque
Modeſt. *in l. 2. ff. hoc tit.* ſcripſit in hanc ſententiam: *Exceſſiſſe autem eos o-
portet ſeptuaginta annos eo tempore, quo dantur, á Magiſtratu ſcilicet: nam
ſi dati ſint teſtamento, eos ſeptuaginta exceſiſſe exigimus, non teſtamenti, ſed
adire hereditatis tempore.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Duodecimo non * procedit regula in minore viginti quinque annis, qui 179
tutor legitimus à Iudice vel teſtamento datus olim ſe excuſare poterat, §.
minores, Inſt.hoc tit.& Cuiac.*in ſuis notis,ad* 1.*libr.Inſtit.tit. de fiduciar. tutel.*
in verb.quod noſtra conſtitutio, & Novella 118.*in fin.* & Mynſ. *conſil.*54.*num.*
12. Idque hac ratione ita ſtatutum fuit, quod inciuile eſſe iudicarint, eos,
qui alieno auxilio & conſilio in rebus ſuis adminiſtrandis indigere noſcun-
tur, & ab aliis reguntur, aliorum tutelam vel curam ſubire, §.*qua conſtitu-
tione, verſ. cum ſit. inſtit. hoc tit.*

Quæ regulæ limitatio * ampliatur primo, quod etiam hodie non 180
poſſit eſſe tutor minor 25. annis, etiamſi velit ad eam aſpirare, nec opus ſit
excuſatione *d.*§.*minores*, & ibi gl. *verb.nec excuſatione,& l.vlt* C.*de legit tut.*
Adeo ut etiam ante * vigeſimum quintum annum minores admitti non 181
potuerint ad munera & honores, quæ non patrimonii eſſent, l.*ad Republi-
cam, ff.de mun er.& honor.&* l.2.§.1.*ff.de vacat.*§.*mun.*

Secundo ampliatur, quod * etiam de jure Digeſt. mater non poterat eſſe 182
tutrix, etiamſi Iudex eam confirmaſſet, l. 2. *C.quand.mul.tut.offic.* & Mar.
Soc.*conſil.*8.*num.* 7.*&* 9.*lib.*1.

Sed hæc * limitatio non procedit, quando minor in teſtamento tutor fuiſ- 183
ſet deſignatus, quod fieri poterit; ſed tutelæ adminiſtratio tunc primum ei
committetur, cum fuerit virilem adeptus vigorem, interim tamen ſubſtitui-
tur, alius vt tradit gl. *in* §.*furioſus, Inſtit.qui teſtam.tit.*

Decimo tertio non * procedit regula in milite, qui nec volens ad tutelę o-
nus admittitur, §.*idem & in milite, Inſtit.eod.& l.*4. *C.qui dari tut.* Angel. 184
Aret.de militibus noſtri temporis *in* §. *item maior,num.*3.*Inſtit,hoc tit.*Quod
tamen * intelligitur de milite exiſtente actu & habitu in militia, qui ſi da-
tus fuerit ipſo jure, non tenet datio *d. l.*4 *C. qui dar.tut.* Ratio autem, cur 185
milites excuſentur à tutela, ea eſt: nam cum militarib. occupentur labori-
bus, impoſſibile eſt, ut poſſint muneribus civilibus præeſſe, & ſic tutelam
adminiſtrare. Nec enim debent milites his privatis negotijs abduci ab ope-
ra Reipublicæ præſtanda, vt à ſignis, & caſtris, ne publica ſalus ob priva-
tam tutelarum occupationem deſeratur. Religio enim Sacramenti militem
eripit ab adminiſtratione tutelæ, l. *ab adminiſtratione C. de leg.* cum ſit mu-
rus Imperij, defenſor Patriæ, glorioſa Servitus, & poteſtatis Iudicium, vt
traditur per Dd.*in* l.*neque,ff.de teſtamēt.milit.*& per Bald.*in* l.*militares,C.eod.*

Idem quoque in veterano † milite dicendum, qui ſcilicet militia honeſte 186
dimiſſus, & Sacramento ſolutus fuerit, qui ſe quoque à tutelis paganorum
excuſare poterit, & à tutelis nepotum perpetuo. Verum ab una † tutela
filiorum conveteranorum non poterunt vacare poſt annum miſſionis, ſed 187
intra annum bene vacare poſſunt. A pluribus vero eodem tempore vacant
etiam poſt annum, l.2.C.*de excuſat.veteran.*Conveterani † autem appellatio-
ne commilito continetur, qui in eadem legione militavit, ſed & veteranus 188
quilibet, ut qui militaverit inter legionarios, non excuſatur à tutela, vel cura
filiorum ejus, qui militavit inter vigiles. Jtaque cōveterani, & commilitones
ſūt etiamſi in diverſis numeris militarīt: una enim eademque eſt Reſpublica
pro qua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

189 qua militant. Verum † cum ignominia & dedecore dimiſſi, pro veteranis
non habentur, & ideo immunitatem non habent, *l. nec infames*, C. *decurio-*
190 *nibus l.* 1. C. *de iis, qui non impleu. ſtip.*

Decimoquarto * non procedit regula in obtinente Sacerdotium Ethnico-
191 rum, dum ei muneri † præ eſt, cujuſmodi ſunt Aſiarchia, id eſt, Sacerdoti-
um Provinciæ in Aſia, *l. in honoribus* §. 1. *ff. de vacat. muner.* Alytarchia,
192 Sacerdos Antiochiæ in Syria, qui † ludis in honorem Deorum Maſtigopho-
ris præſit de quibus optime Cujac. *in l.* 1. *tit.* 62. C. *lib.* 10. & *obſervat. lib.* 2.
cap. 13. & Anton Auguſtin. *ad l. Provincia Sacerdotium, fol. mihi* 254.

193 Amplia primo, ut procedat etiam † in miniſtris Eccleſiæ, ut Epiſcopis,
Diaconis, Subdiaconis, & Monachis, *l. generaliter*, C. *de Epiſc. & cler.*

194 Imo etiam † hodie Epiſcopi & Monachi etiam volentes, ad eas non admit-
tuntur, ſcilicet dativas vel teſtamentarias, *ut Novell.* 123. *c. Cyprianus*, 21.
quæſt. 2. *c. neque apud*, 88. *diſtinct. ca. de preſentium*, 16. *q.* 1. & §. *Deo autē*
195 *amabiles in authent. de ſanct. Epiſc. etc. generaliter*, 16 *q.* 1. & Specul. *tit. de*
tutor. verſ. opponitur quod eſt Epiſcop. Clerici autem * unam tantum legitimam
tutelam ſuſcipere poſſunt ex jure cognationis, non tamen coguntur inviti,
Borgu. de Cavalc. *in tract. de tut. & curat. num.* 288. idque hac ratione, ne mi-
niſteriis Eccleſiaſticis addicti occupentur aliis negotiis prophanis, ut tradit
196 Cuiac. *Nouel.* 123. & *tit. de præſcript. c.* 16. *in fin.* facit *c. pervenit*, & ibi gl.
86. *diſtinct.* & *c. irreligioſum.* 87. *diſt.* Quod * etiam procedit in clericis, in
minoribus conſtitutis, *authent. presbyteros*, & ibi Bald. C. *de Epiſc. & cleric.*

197 Declaratur hæc * limitatio primo, ut locum non habeat, quando alius tu-
tor idoneus non invenitur: quo caſu cogi poterit pro miſerabilibus perſonis,
c. pervenit 86. *diſt. c.* 1. & 2. 87. *diſt.* & *l. Orphanotrophos.* C. *de Epiſt. & cle-*
& cleric. & ita intelligi debet *c. Cyprianus*, 21. *q.* 3. quod præſertim
locum habet in Epiſcopis, qui ſubvenire tenenter orphanis Eccleſiæ
præſidium implorantibus, ut dicit text. *in princ. diſtinct.* 87. *uſque ad c. irreli-*
gioſum. quod concordat cum Concilio Trident. *Seſſ.* 23. *c.* 1. ubi dicitur, quod
Epiſcopi debeant curam paternam gerere pauperum & aliarum miſerabili-
um perſonarum.

198 Secundo non * procedit in non reſidente, vel circa miniſteria deſide, *l. ge-*
neraliter, *c. de Epiſc. & cler.*

Tertio non * procedit, quoad tutelam ante ordinem clericalem ſuſceptam
199 ut tradit Specul. *tit. de tutore*, §. *generaliter verſ. ſed quid ſi eam*: Qui etiam
poſtmodum ad ſacros ordines admitti non debent, niſi prius onere depoſito,
& reddita ratione adminiſtrationis, *c. unic. de oblig. ad ratioc.*

200 Decimo quinto non * procedit regula in Grammaticis majoris momenti,
gravioriſque muneris, & qui publice juvenibus proſunt, §. *item Roma*, *In-*
ſtit. hoc tit. l. ſi duas, §. *Grammatici*, *ff. hoc tit.* quod * tamen locum non ha-
201 bet in his, qui privatas literas docent, *l.* 2. §. *ult ff. de vacat. mun. l ut grada-*
tim, §. *ult. ff. de muner. & honor*, nam vilior eorum opera viſa eſt, quam ut
mererentur ullam immunitatem, ut dicit Balduin. *in d.* §. *item Roma*, *in verb.*
202 *Gramatci.* Hi enim Grammatici * non ſunt, cum Grammatici incipiant ab
Homero, aut Virgilio.

De-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Decimo ſexto * non procedit regula in Rhetoribus, id eſt, Oratoribus, nec 203
in Philoſophis, Medicis, & legem Dd. docentibus Romæ, vel in aliqua
civitate regia, non in Præſidiatu, *l. ſi duas. §. Grammatici, & §. Philoſophi,
ff. hoc tit.* Mynſ. *conſ.* 54. *num.* 6. & optime Balduin. *Inſtitut. hoc tit. in verbis,
Rhetores & Medici*, dicens, intereſſe Reipublicæ juventutem diligenter
erudiri, cum in ea ætate, veluti herba ſit tota Reipublicæ ſpes omniſque
vel boni, vel mali ſeminarium. Medici vero ſalutis hominum curam agunt,
& eorum officium publice prodeſt, ut tradit Vlpianus *in l.* 1. *§. Medicorum
ff. de var. & extraord. cog.* & Modeſt. *in l. inter eos*, §. 1. *ff. ex quib. cauſ. ma-
ior.* Ideoque merito à munoribus civilibus excuſantnr, quo magis liceat iis
ſedulo præſtare, quod profitentur, *l. in honorib. ff. de vac. & excuſ. mun.*
Nec enim paſſim permittebatur, & ubique legi, & jura doceri, ſicut alia ſci-
entia, & artes; quia jus fas tantum erat tradi Romæ Conſtantinopoli, & Be-
ryti, ut habetur *in §. hæc trix, in procem. digeſt.* Vnde autem * originem ha- 204
buerit Medicis conceſſa immunitas, & quales olim fuerint, optime tradit
Briſſon. *lib.* 2. *antiq. c.* 3. & 4.

Declaratur hæc * limitatio, ut non procedat primo, quando eſſent pro- 205
bati decreto ordinis. *l. nec. intra. C. de Profeſſ.* & *Med. lib.* 10.

Secundo * non procedit, quande non bene & ſedulo ſuo munere funge- 206
rentur, nec ſe utiles adoleſcentibus præberent: nam tunc ab eodem ordi-
ne reprobantur, *l.* 2. *C. hoc. tit l. ut gradatim*, *§. reprobari, ff. de mun.* & *hon.*
quod tamen nunquam fit temere, *l. penult. ff. de decret. ab ord. fac.*

Tertio non * procedit, quando docent, vel medentur alibi, quam in 207
patria. Duplex ſiquidem * eſt patria, originalis & communis, veluti Ro- 208
ma, Qui * Romæ docent, etiamſi Romæ nati non ſint, immunitatem ha- 209
bent ſive ſalarium habeant ſive non. *l. eos ff. de vacat. mun. l. Romæ, ff. ad
municip. & l. in orbe, ff. de ſtat homin.*

Commode hic quæri poterit, an * Poetæ gaudeant hac immunitate? Et non 210
gaudere tradit *l. Poetæ. C. de Profeſſ. et Med. lib.* 10. Sicuti * etiam excuſati- 211
onem non habent Calculatores, qui numerandi artem docent, *l. oratione, d.
tit. C. de Profeſſ. et Med. et l. ſpadonem, §. neque librarios, ff. hoc tit.* quibus ad-
di * poterunt Notarii & Tabularii, *l.* 1. *§. Iudi, ff. de var. et extraord. cog.* qui e- 212
tiam immunitatem non habent, & extra ordinem eis ius non dicitur, licet li-
beralia tractare videantur, numeros puta, & literas, vel ea quæ ſunt litera-
rum vice.

Decimo ſeptimo non * procedit regula in eo, qui tutelam alicuius geſſe- 213
rit; is enim non cogitur acceptare curam eiuſdem adulti. *§. qui tutelam, In-
ſtit. hoc tit. l. curator, C. eod. l. tutori negot. geſt.* cum ſatis abundeque ſit, vel
in una ſpecie per amici laborem domino conſulere, *l. tutores, §. qui ſe nego-
tiis ff. de adminiſtr. tut.* ſemel enim oneratus, non debet amplius cura eiuſ-
dem perſonæ onerari. Quod procedit * etiam, licet quis ſe ſimpliciter im- 214
miſcuerit tutelæ, nec proteſtatus fuerit de reficienda cura: nam nihilominus,
finita tutela poterit ſe à tutela excuſare, *l. Caius, ff. hoc tit.*

Declaratur tamen * hæc limitatio, vt non procedat primo in libertis, qui 215

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

hac excuſatione uti non poterunt: nam patroni vel perſonæ liberis,etiam in-
viti,curatores dari poſſunt,licet eorum fuerint tutores,*l.libertos*,*C.hoc tit.*niſi
fuerit liberatus non ſponte,ſed per fideicommiſſum,*l. libertum*,§.*qui propria*,
& l. nequaquam, *ff. hoc tit.*

216 Secundo non * procedit in clerico,habente beneficium in Eccleſia,qui ab
onere eiuſdem Eccleſiæ ſe excuſare quoq; nõ poteſt,ut tradit gl.*in d.l libertos*,
217 dicens,Eccleſiam * eſſe loco pupillæ. *arg l.2. C. de advoc. diverſ. Iud.*

218 Tertio non procedit,quod * quamuis tutor ad curam cogi non poſſit invi-
tus,tamen ſpe alicuius commodi eo allici & invitari poterit, *l.pater Severia-
nam*, §. *conditionum verba. ff.de cond. & demonſtr.*

219 Decimo octavo non * procedit regula,quando pupillus haberet bona in a-
lia Provincia,quam in qua tutor habitaret. Quo ſiquidem caſu in parte excu-
ſatur, ſcilicet ab adminiſtratione bonorum extra Provinciam ſitorum *l.non
ſolum*, §. *ei qui teſtamento*, *l. illud*, *l. propter litem*, §. *licet*, *ff. hoc tit. l. teſta-
mento*, C. *eod. l. etiam*, *ff de legat.* 1.

220 Quod ampliatur * primo ut etiam eo caſu dari poſſit alius tutor, quo ad
221 ea bona,*d.* l. *propter litem*,§. *licet, ff. hoc tit. & d. l. teſtamento*, C. *eod.* Quia *
quarum rerum alius tutor datur earum non videtur pupillus tutorem habe-
re,atque ita ſalva erit regula , *Tutorem habenti tutorem non dari* cuius hæc eſt
ratio,quia actus legitimi non iterantur.

222 Secundo ampliatur,ut* procedat,etiamſi tutor tempore creationis habi-
taverit in eademProvincia,ſed poſt ex reſcripto, ſive permiſſu Principis alio
migret,modoPrinceps ſciat eum tutorẽ,*l.idemVlpianus*,§.*ſunt & alii ff.hoc tit*

223 Tertio ampliatur,quod *etiam eo caſu tutor liberetur à tutelis ſuſceptis
d. §. *ſunt & alii.* Si tamen ſe non excuſet intra tempora conſtituta, adjunge-
ter ei curator,ſi videbitur expedire, *d. l. teſtamento*,C. *hoc tit.*

224 Decimo nono non * procedit regula in Principis colono patrimoniali, l.
ult. C. *qui dar. tut.*& Calliſtr,*lib* 1. *cognit in* l. *ſemper*,§. *conductores vectigalium*
225 *ff. de jure immum* Quod † tamen locum non habet in colono fiſci & tempora-
li *d.* l. *ult.* ubi gloſſ. & l. *coloni*, C. *de excuſ. tut.*

226 Vigeſimo non * procedit in menſoribus frumentariis, l. *menſores*, *ff.hoc tit.*
ubi Paulus dicit, menſores frumentarios excuſari à tutela,idque Præfecto
annonæ Imperatores reſcripſiſſe ; quod tamen intelligitur de menſoribus
frumentariis in urbe tantum,non vero in Provinciis,l. *his oneribus*, §. 1. *ff. de*
227 *vacat.mun.*frumentarii autem * ſunt,qui annonam publicam admetiuntur,
228 l. 1. *C. de condit. in publ. horr.* Menſor,inquit *qui frumenta * modio metiatur.*

Ex prædictis autem notandum eſt ad confirmationem omnium prædicta-
rum limitationum regulæ primæ excuſationis tutelæ ; illas in tantum pro-
229 cedere quod * habens excuſationem etiam non cogatur ſubire tutelam fra-
230 tris ,l. *Juriſperitos*,§. *qui privilegio ff. hoc tit.* Vel quod * etiam habens excuſa-
tionem, ſi ſuſcipiat unã voluntarie,ei non obſit in aliis,l.*volunt.tut.C. hoc tit.*

231 Verum*omnes præcedentes limitationes locum non habent primo,quod
variæ ſpecies excuſationis ; ſi per ſe ſingulæ imperfectæ ſunt, licet permix-
tæ , ad excuſationem non proficiant , l.uni C.*qui num.tutel.*

Secun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Secundo non * procedunt, quod acta inter alios habita, ad excuſationem 232
novæ tutelæ ſola nihil proficiant, ſed quod rurſus neceſſe erit excuſationem profiteri, & probare intra tempora præfinita: *l.* 1. §. *qui excuſationem*, ff. *de vocat. mun.* Nec enim * poteſt etiam is, qui habet excuſationem, propria 233
autoritate, ſe tutela vel cura exonerare, prætextu alicujus etiam juſtæ excuſationis, ſed debet hoc judici denuntiare, ut ſcilicet det curatorem vel coadjutorem, *l. ſolet*, *l. ſi quis alicui*, §. *ſi mandatum* ff. *mand.* Caſtrenſ. *conſil.* 302. *num.* 5. *lib.* 1. qui ideo dantur ut excuſatio non reddatur nulla, tanquam lata contra minorem indefenſum: quam practicam per tutores & curatores eſſe obſervandam, tradit Mattheſil. *in ſuo notab.* 136.

SVMMARIA.

1 *A tutelæ delatione appellari non poteſt, & quæ ſit ratio num.* 3.

2 *A rejecta excuſatione appelleri poteſt.*

4 *A muneribus publicis autoritate, & utilitate, appellatur, ab ipſa nominatione, vel creatione, & quæ ſit ratio.*

5 *Iure antiquo à decreto appellatur.*

6 *Tutor legitimus non appellat, ſed tantum ſe excuſat ad tempus, quæ proprie non eſt excuſatio.*

7 *Appellatione pendente tutor de jure non adminiſtrabat ſed dabatur pupillo curator. Limitatur in Regno Franciæ. num.* 8.

9 *Arreſtum ut ſententia per contumaciam non exequatur.*

REGVLA II.

SEcunda Regula eſt, quod à * tutelæ delatione appellari non poſſit, ut ſi 1
quis nominetur ad aliquam tutelam ſuſcipiendam, vel ad aliud publicum munus autoritate, & utilitate privatum ſecundum Spec. *in tit. de appell.* §. *in quibus*, *verſ. ſeptimo*, per text, *in l.* 1. §. *ſi quis*, *ff. quand. appellan. ſit.* qui ita inquit: Si quis tutor datus fuerit, vel à teſtatore, vel à quoquam alio, qui jus dandi habet, non oportet eum provocare: hoc enim Divus Marcus effecit: ſed intra tempora præſtituta excuſationem allegandam habet: quæ ſi fuerit * repulſa, tunc demum appellare debebit, ſi exiſtimet ſuam excu- 2
ſationem injuria rejici: cæterum autem fruſtra appellatur. Ex juris itaque diſpoſitione deſignatus tutor debebat cauſas excuſationis allegare, & ſi Iudex eas repellebat, poterat tutor appellare, & niſi appellabatur, cogebatur omnino eſſe tutor, *l.* 3. *& l. quinquaginta*, *C. de excuſ. tut.* quæ vera deciſio eſt, *d.* §. *qui autem*, *Inſtit. hoc tit.* & *d.* §. *ſi quis*, quam deciſionem ſequitur Mynſ. *in d.* §. *qui autem*, *num.* 1. *per l. ſcire oportet*, *in princip.* ff. *eod.* Atque ita intelligi debent *l. diximus. ff. hoc tit. l. cum in una*, §. *tutor*, *ff. de appellat. l. Romanus. ff. de tut. & curat. de ab his*, *& l. tutor, vel curator*, *ff. de adminiſt. tut.* dicentes, tutorem appellare poſſe, ſecund. gloſ. *in d.* §. *ſi quis*, & gloſ. *in d.* §. *qui enim*, *Inſt. hoc tit.*

Cur autem à † tutela, ſicut à cæteris muneribus publicis non appelletur, variæ à Dd. adferuntur rationes, & Bartol. quidem *in l.* 1. §. *alia cauſa*, *ff.* 3
quand. appelland. ſit, ob id eſſe credidit, quod munus Reipublicæ non ſit, *l.* 1. §. *ſi quis tutor*, *ff. quand. appell. ſit.* Petr. Loriotus, *de tutel. axiom.* 26. ob id fieri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

dicit, quod juriſdictionis non ſit, *l. muto. §. tutoris. ff. de tutel.* ob quam corrigendam inventa ſit appellatio, *l. 1. in princip. ff. de appellat.* quæ ideo in cæteris muneribus locum non habeat, quod illa à Præſidibus vel Decurionibus juriſdictionem habentibus imponantur, *l. 1. in princip ff. ſi quis jus dic. l. 1. §. ſolet ff. quand, appell. ſit*: Alij vero dicunt quod tutor quidem teſtamentarius idcirco non appellet, quia à facto privati non detur appellatio, *l. 1. in princ. ff. de appell.* Legitimus autem, quia à diſpoſitione legis non liceat appellare, *l. ſi qua ff. de verb. ſignif.* Sed mihi videtur hanc veram eſſe rationem in appellatione à delatione tutelæ, ne perſona pupilli, & ejus bona interim ſine gubernatore perirent, &ne pupilli traherentur ad judicem ſuperiorem. Vnde D. Severus ſic ait: Omnem ſe rationem adhibere ſubveniendi pupillis, cum ad curam publicam pertineat, *l. 3. ff. qui pet. tut.* Deinde, quia cum quis poſſet ſe excuſare, non indiget remedio appellationis, ne tum quidem cum à Iudice datur: nec enim vereri debet apud eum judicem proponere excuſationem, à quo datus fuerit, cum judicis non interſit, qui facile poteſt alium tutorem reperire, & ut non reperiat, ipſe nihilominus à tutela liber erit, vel prop-
4 ter † publicam ſuam poteſtatem, quod ſecus eſt in muneribus publicis autoritate, & utilitate, *l. 2. c. de decur. lib.* 10. *et l. 1. C. de temp. appel. l. hi qui. l. cives l. ſi adſcribatum*, *C. de appell.* quia in his poterit appellari ab ipſa nominatione vel creatione, etiam infra decem dies, ut ſi non appellet ulterius, contradicere non poſſit, ſecundum Angel. *in d. §. quis.* Idque hac ratione ita ſtatutum fuit, propterea quod maius periculum ſit in muneribus publicis utilitate & autoritate, eaque de cauſa ulterius expedire oporteat, *cap. ubi periculum, de elect. in 6. et l. 1. §. quæ cauſæ, ff. de Carb. edict.* Nam fruſtra excuſatio proponeretur apud eos ipſos creationis autores, præcipue cum ad eos recaſura ſit neceſſitas ipſius publici muneris gerendi, ſi is excuſetur, qui nominatus eſt, nec alius reperiatur. Nec enim temere fieri ſolet ulla nominatio, niſi audito eo qui nominandus eſt, quorſum igitur is repeteret excuſationes ſemel rejectas.

5 Verum hæc regula non † procedit primo, jure antiquo, quo jure à decre-
6 to † appellatur, niſi tutor fuerit legitimus; quia illi nunquam appellari potuerunt, ſed tantum ſe excuſare ad tempus, quod proprie non eſt excuſatio; ut quæ tutelam non ſolvant, ut tradit Iac. Cuiac. *in l. 13. in princ. ff. hoc tit.*

Secundo non procedit hodie, ſi malit genere appellationis cauſam excuſationis allegare, ut idem tradit Iacob. Cuiac. *in l. 4. verſ. nunc tranſeamus*, ff. *hoc tit.* dicens, *in d. l. 13.* hoc tertio non procedere, quando vellet appellare
7 à ſententia non recipiente; vel excludente excuſationem: eâ enim † pendente, olim dabatur curator pupillo, *l. cum in uno, §. 1. ff. de appellat.* Verum in reg-
8 no † Franciæ, ſi tutor datus appellet, interim non datur curator, ſed ipſe tutor adminiſtrat, ut tradit Rebuff. *de ſentent. proviſ. artic. 3, gloſſ. 2. n. 1.* limi-
9 tans *n.* 16. prædictam † practicam Galliæ in tutore dato per contumaciam, qui ſi appellet, non erit tutor appellatione durante, nec ſententia iſta in contumaciam lata executoria erit allegans arreſtum latum An. 1534. 27. April. niſi in fraudem ſe abſentaverit in facie citatus, quia tunc pro præſente habetur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

tur *l. properandum*, §. C. *de iud.* tum ne contumax ſit melioris conditionis, quam comparens, tum ne contumacia ſit ei lucroſa, quæ potius damno ei eſſe de beat, *l. contumacia*, ubi Dd. ff. *de rejudic.*

SUMMARIA.

1 *Excuſare ſe volens, debet teſtibus adhibitis declarare & proponere cauſas ad profeſſionẽ excuſationis intra quinquaginta dies continuos, & intra quatuor menſes proſequi & ad finem perducere negotium, alioqui ejus exceptio non recipitur, & obſtabit præſcriptio.*

2 *Qui dicantur dies continui.*

3 *Curator teſtamentarius poſt confirmationem debet intra tempora conſtituta proponere excuſationes.*

4 *Tutor vel curator in excuſatione tutelæ, intra tempora præfinita, omnes excuſationes proponere debet, alioqui poſt non auditur ſuper non propoſitis. Limitatur n. 5. 8.*

6 *Expreſſa remiſſio ad aliam non extenditur.*

7 *Inducta ad aliquem effectum non debent contrarium operari.*

9 *An hæc excuſatio proponi & peragi debeat per tutores legitimos, dativos, vel teſtamentarios.*

10 *Quid in Procuratore.*

11 *Excuſatio non poteſt fieri per libellum.*

12 *Licet pupilli efficiantur adulti, ſuper excuſatione pendente, tamen cauſa propter periculum medii temporis debetdeter minari.*

13 *Terminus ad excuſandum non currit, niſi à die ſcientiæ.*

14 *Præſes, qui tutorem dederit, debet ei in faciem, vel ad domum intimare ſe datum poſt diem autem notitiæ habet datus tutor & alios triginta dies.*

15 *Pupillus probare debet tutorem cognoviſſe ſibi tutelam eſſe delatam.*

16 *Tutori dato teſtamento ſub conditione non currit tempus quinquaginta dierum, ante conditionis eventum.*

17 *Curatori teſtamento dato non currit tempus, niſi poſt confirmationem.*

18 *Excuſationes eorum, qui ſe intra præſtituta tempora non ſiſtunt.*

19 *Paſſuum in itinera computatio.*

20 *Tutor inutiliter datus teſtamento, vel ex perſona dantis, vel ejus cui datur, vel ex modo dandi, excuſatione non indiget, niſi ex die confirmationis.*

REGULA III.

TErtia regula eſt; Quod † excuſare ſe volens debeat conteſtari, id eſt, te- 1
ſtibus adhibitis declarare, ac profiteri & proponere cauſas intra quinquaginta dies continuos, & intra quatuor menſes proſequi, & ad finem perducere negotium, alioqui ejus exceptio non recipietur, & obſtabit præſcrip-

præſcriptio, l. *quinquaginta, l. ſcire oportet, ff. hoc. tit.* l. *quinquaginta, &* l. *tutore, C. eod.* §. *qui autem excuſare. Inſtit. eod.* & ibi Angel. *arg.* l. *mariti*, §. *præter ea ff. ad leg. Iul. de adult.* Spec. *in tit. de tut.* §. *ſi autem num.* 8 Alioqui ſi ſe intra dictumtempus non excuſaverit, videbitur tutelam vel curam acceptaſſe, ita ut amplius ſe excuſare non poſſit, l. *pater*, §. *oportet, ff. hoc tit.* Vt enim non videatur acceptare, debet ab adminiſtratione ſe abſtinere, ſecundum Curt. Jun. *conſil* 29. *num.* 6

2 Dicuntur autem † dies continui, qui nulla eorum dierum, quibus experiundi poteſtas non fuit, ſubductione facta, currunt & ignorantibus quoque cedunt, l. *genero, ff. de his, qui not. infam.* l. *quinquennim, ff. ad leg. Iul. de adult.* l. *nunquam* §. 1 *ff. de vſu cap.* l. 1. *C. de quadr. præſcrip.* l. *vlt. de temp. in integr. reſtit* l. 2. *ff. de colluſ. deteg.* l. *ſi vſusfructus, ff. de vſu & vſufr. leg.* l. *debitrix*, §. *vlt. ff. ad SC. Velleian.* id eſt, qui currunt continuo, ſive pro tribunali ſederit Iudex, ſive non; ſive feſtus dies fuerit, ſive non.

3 Ampliatur regula, ut * procedat primo, non ſolum in tutore, verum etiam in curatore teſtamentario poſt confirmationem, ut etiam intra tempora conſtituta proponere debeat ſuas excuſationes, l. *Caius. ff. hoc tit.*

4 Secundo ampliatur, quod * etiam tutor vel curaror debeat intra 50. dies
proponere omnes excuſationes, alioqui poſt nõ auditur ſuper nõ propoſitis
ut tradit gl. *in d.* §. *qui autem.* Niſi plura * competerent jura, de quibus ſimul
5 agi non poſſet, quo caſu interim dum agitur de uno, currit alterius tempus
l. denunciaſſe, §. *quæritur*, *l. quinquennium ff. ad leg. Iul. de adult.* Vnde &
interim dum teſtamentum accuſo falſi, non effluet mihi tempus petendæ
bonorum poſſeſſionis *l. cum quidam ff. de bon poſſ.* Et interim dum contendo
teſtamentum eſſe nullum non currit tempus quærelæ inofficioſi, *l. contra majores, C. de inoffic. teſt. l. propter, ff. hoc. tit & c. Paſtoralis*, & ibidem
gl. *in verb. audiant, extr. de except.* Idque hac ratione, quia cum excuſationes
ſint ſeparatæ, non præſumitur quis per propoſitionem unius alteri velle
renunciare, *l. quoties duplici, ff. de reg. jur.* expreſſa * enim remiſſio ad
6 aliam non extenditur ſecundum Bart. *in l. ſi domus ff. de ſervit. urb. præd.*
Præſertim * quia inducta ad excuſandum (quemadmodum eſt unius cauſæ
7 propoſitio) non debet contrarium effectum inducere, *l. legata utiliter ff. de
adimen. legat.* Quod quidem procedit ſecundum aliquos, dummodo omnes
excuſationes ab initio quis propoſuerit, quia tunc dicunt ſufficere, ut unam
probet, & tempora currant, etiamſi ignoraverit ſibi jus competere, alias
autem ſecus, *l. ſcire oportet* §. *ſcire autem, ff. eod.* Idem quoque dicendum
* erit, ſi de novo ſupervenerit ad ejus notitiam, & hoc jurare velit, ut tradit
8 Port *in* §. *fin. num.* 2. *lit. B. in fin Inſtit. hoc. tit. per d. c. Paſtoralis, extr. de except.*

9 Tertio ampliatur regula, ut * procedat, tam in legitimis, dativis, & teſtamentariis, ut tradit Balduin. *Inſt. hoc. tit. in verb. id eſt qualitercumque.* Sed quoad legitimos, ejus ſucceſſor in Gallia Iac. cujac. *ad l.* 13. *ff. hoc. tit. in princ.* id non admitti., dicens, legitimos non dari, *l. legitimos ff. de legit. tut.* nec ſe excuſare, vel abdicare poſſe, niſi * ad tempus tantum; eo quod ipſo jure tutores exiſtant, quæ ratio etiam efficit ut ſui hæredes repudiare hæreditatẽ

non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

non poſſint, dicens quoque * contra gloſ. *in l. excuſare, ff. hoc. tit.* hanc ex- 10
cuſationem * proponi & peragi poſſe per procuratorē, ſed per libellum hanc 11
excuſationem fieri non poſſe cum decreto opus ſit, *l. excuſare ff. hoc. tit.* &
ante eum Petr. Stella, Præceptor Molinæi vir apprime doctus, Gallus, &
Aurelian. *in l. nec quicquā §. ubi decretū, num. 32. ff. de offic. proconſ.* Etiamſi pu-
pillus * lite pendente, pubes factus fuerit; eo enim non obſtāte nihilominus 12
lis erit proſequenda propter periculum medii temporis, *l. quanquā C. hoc tit.*

Declaratur regula, ut * non procedat primo, quod tempora ad excuſan- 13
dum conſtituta non currant, niſi ex quo cognoverint ſe tutores, vel curato-
res datos; puta, publicato teſtamento, vel denuntiatione in domo facta, *l. 1. ff
de adminiſt. tut. l. quinquaginta dies C. hoc tit.* Quæ quidē * denuntiatio maxime 14
fieri debet intra triginta dies, ſi peregre agat tutor, *l. ult. ff. de tut. & cur. dat.
ab his, l. ſcire etiam oportet, §. qui autem ff. hoc tit.* Imo alias innotuiſſe ei qua-
litercumq; ſufficiet etiam ſi citra teſtationem undecunq; cognoverit, *l. lata
autem, §. ſi tutor, cum §. ſeq. de admin. tut.* Quod * autem cognoverit tutor, pu- 15
pillus probare debet, *l. hoc autem, ff. de admin. tut.* & ſi aliquæ fuerint conje-
cturæ, non ignoraſſe tutorem: ipſe, ſi juſta ignoratione ſe tueri voluerit, eam
probet neceſſe eſt, *l. pen. C. de peric. tut.*

Secundo non * procedit regula quoad datum teſtamento ſub conditio- 16
ne, cui non currunt quinquaginta dies, ante conditionis eventum *l. pen. §.
procedit, ff. hoc tit.* Id quod etiam † obtinet in curatore, teſtamento dato, 17
cui etiam non currit tempus, niſi poſt confirmationem, *d. l. ſcire, §. qui au-
tem ff. hoc tit.*

Tertio non procedit † in eo, qui adverſarii mora fuerit impeditus, quo 18
minus, litem inſtitueret, vel perageret *l. ſi cum ff. hoc tit.* Vel quando alia
juſta cauſa invitus tutor venire prohibetur, valetudine puta, aut tempeſta-
te aut vi fluminis, aut incurſione latronum, aut quo alio caſu fortuito, qui
venia dignus habebitur, & ignoſcendum ei erit, ſi ſeſe intra ſtatuta tem-
pora ſiſtere non potuerit, d. *l. ſcire, §. conſequens autem, verſ. ſi enim quis, ff.
hoc. tit.* & facit *l. 2. ff. ſi quis caut.*

Quarto * non procedit in tutoribus datis ultra centeſimum lapidem, ab 19
eo loco, ubi dati ſunt, quibus dantur ad veniendum in ſingula viginti mil-
liaria dies ſinguli, & præterea dies triginta ad profeſſionem excuſationis,
nec unquam minus ſit, quamvis amplius eſſe poſſit: nam ſi itineri non im-
pendatur, viginti dies, qui ſuper ſunt ex quinquaginta ſemper indulgentur
l. 3. ff. de verb. ſignif. & ibi Alciat. ut ſi quis abſit quadringentis, & quadra-
ginta milliaribus, hic quidem itineris nomine habebit dies viginti duos, &
præterea triginta ad proponendam excuſationem. Imo etiam qui abſunt
centum milliaribus ab eo loco, ubi ſitum eſt patrimonium pupilli, plenam
habent excuſationem, *l. propter litem, §. penult. l. plane, ff. hoc tit.*

Quinto non † procedit, quoad eos, qui non jure dati ſunt, qui ipſo ju- 20
re liberantur ſine venia. Vt qui teſtamento dantur, à quibus non oportet:
puta à matre vel avo materno, vel paterno, vel extraneo quolibet; vel
quibus non oportet, ut qui a patre dantur filio emancipato, vel natu-
rali;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

rali; vel quomodo non oportet, vt qui dantur verbis precariis, non directis, *l.* 1. ff. *de confir. tut.* Qui neceſſe non habent ſe excuſare, niſi confirmati fuerint, *l.* 1. C. *de teſtamen. tutel. et l.* 1. C. *de confirm. tut.* Et licet ante confirmationem inviti tutelam non gerant, tutelæve non obligentur, tamen ſua ſponte gerentes, æque pupillo tenentur atque confirmati, Sicut & alii ſunt, qui gerentes quidem tenentur, ſed confirmari non poſſunt, ut milites, cæci, muti et mulieres.

SVMMARIA.

1 *Excuſatio obtenta ex falſis cauſis, non liberat tutorem ab adminiſtratione & periculo tutelæ. Ampliatur num.* 3. 4. 5.
2 *Ex improbitate ſua nemo commodum conſequi debet.*
6 *Sententia ex falſis inſtrumentis lata non valet. Ampliatur num.* 8.
7 *Præſcriptio nulla eſt rei judicatæ ex falſis inſtrumentis.*
8 *Sententia lata à judice pecunia corrupto, eſt ipſo jure nulla, nec appellatio eſt neceſſaria.*
9 *Sententia per ambitonem obtenta, non valet, nec prodeſt ad excuſationem.*

REGVLA. IV.

1 QVarta regula eſt, Quod excuſatio † obtenta ex falſis cauſis non liberet tutorem ab adminiſtratione, & periculo tutelæ, quia eſt nulla, §. *ſi quis autem. Inſtit. hoc tit. l.* 1. C. *ſi tutor vel curator.* Ratio autem eſt, ne
2 quis ex † ſua improbitate commodum conſequatur. Imo ex * tempore dationis tenetur *l. divus*, ff. *de re judic. l. ſi quis agnitis*, ff. *de except. et* C. *ſi ex*
3 *falſ. cauſ. per tot.* Adeo, ut etſi decreto liberatus * ſit, non tamen excuſetur,
4 nec ulla reſtitutione pupillo opus ſi contra ſic liberatum, ob id certe, quoniam tale decretum ex falſa cauſa, etiam in ipſo decreto non expreſſa, impertitum, eſt ipſo jure nullum, & nullius momenti, ſecundum Bartol. *in l. Seiæ egreſſæ. ff. de tut. et curat, dat. ab his.* Quod * etiam procedit, non ſolum, ſi ſit
5 juſta cauſa, ſed etiam ſi cauſa fuerit minus competens; ſive minus juſta in præjudicium minoris, ut tradit Balduin. *in* §. *fin. in verb. ſi falſis, Inſtit. hoc tit per l* 1. C. *ſi. tutor. vel curat.* Sicuti etiam * ſententia ex falſis inſtrumentis la-
6 ta non valet. *l.* 1. 2. *et* 3. C. *ſi ex falſ. inſtrum. et l. cum precibus*, C. *de probat.* Nec
7 ulla * ejuſmodi rei judicatæ ſit præſcriptio, *d. l. ſi quis agnitis*, maxime * ſi ju-
8 dex fuerit corruptus, *l. venales*, C. *quand. provoc. non eſt neceſſ.* Vel quando ta-
9 lis * ſententia extorta fuerit ambitione, *l. vlt.* C. *ſi tut. vel curat.*

CAPVT XXXVI.

De ſuſpectis tutoribus vel curatoribus.

SVMMARIA.

1 *Tutor ſuſpectus quis dicatur.*
2 *Adminiſtrator quacunque cauſa, quæ Prætori juſta videtur, removetur.*

Iuſtæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

3 *Iuſtæ cauſæ ſuſpecti tutoris quæ.*
4 *Tutor inimicus patris pupilli ut ſuſpectus removetur,*
5 *Ut tutor removeri poſſit, leviſſima cauſa ſufficit.*
6 *Tutor, cujus improbitas tempore teſtamenti patris erat incognita, non debet à judice confirmari.*
7 *Prodigus tutor eſſe non poteſt.*
8 *Qui ſibi non parcit quo ad ſuam perſonam, minus alijs parcere creditur.*
9 *Viro conſtante matrimonio vergente ad inopiam poteſt uxor dotem repetere.*
10 *Tutor, qui inconſiderate, vel dolo fecit pupillum abſtinere hæreditate, ſuſpectus poſtulatur & num. 11.*
12 *Tutor affectans adminiſtrationem bonorum ſuſpectus habetur, & ab adminiſtratione eſt removendus. Idem in curatore.*
13 *Teſtis, ſponte ſe offerens ad teſtificandum, cenſetur ſuſpectus.*
14 *Tutelarum nundinationem cur leges coerceant.*
15 *Præſides cur ſine pecuniæ datione mittantur ad officia.*
16 *Non credendum Doctoribus, qui data pecunia ſcholares acquirant.*
17 *Qui nummis datis tutelam occupavit, vel pretio accepto operam dedit, ut non idoneus tutor daretur, is extra ordinem punitur.*
18 *Tutor non conficiens inventarium, pro ſuſpecto habetur.*
19. *Tutor aliquid in inventario omittens, cenſetur ſuſpectus.*
20. *Tutor removetur ut ſuſpectus qui aliquid intercepit ex rebus pupillaribus vel in ſuos uſus expoſuit.*
21 *Tutor fraudulenter tutelam gerens, vel non ex fide, ſuſpectus poſtulatur, licet ſolvendo ſit.*
22 *Melius eſt damnum antevertere quam per litium vexationem id poſtea conſequi.*
23 *Tutor ſuſpectus de indemnitate ſatiſdationem licet offerat, tamen removetur à tutela.*
24 *Tutor in tutela graſſans, aut ſordide agens, ut ſuſpectus removetur.*
25 *Propter res male vẽditas tutor ut ſuſpectus removeri poteſt. Ampliat. n. 26.*
27 *Tutor inferens vim perſonæ pupilli pro ſuſpecto habetur.*
28 *In delictis dolus præſumitur.*
29 *Vis publica vel privata, quando dicatur, & quæ ſit pœna vim inferentis.*
30 *Tutor dolo latitans, ac omittens decerni pupillo alimenta, ut ſuſpectus removetur.*
31 *Pupillus cur in latitantis bonorum poſſeſſionem mittatur.*
32 *Tutor qui denegat alimenta indebite, poteſt ut ſuſpectus removeri, & extra ordinem puniri.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

33 *Tutor mendax eſt in dolo præſumpto, & ob hoc uti ſuſpectus ab adminiſtratione removeri poteſt.*

34 *Tutor actus ſui rationē nō communicās contutori, ſuſpectus poſtulari poteſt.*

35 *Tutor ceſſans gerere fraude vel dolo, poteſt ut ſuſpectus removeri.*

36 *Tutor, qui copiam ſui pupillo agere volenti non præſtiterit, tanquam ſuſpectus removetur.* 37 *Suſpectus dicitur tutor etiam ex moribus.*

38 *Iudex quomodo ſciet boni ne an mali ſint mores tutoris.*

39 *Mater tranſiens ad ſecunda vota, ipſo jure tutrix eſſe deſinit.*

40 *Frater datus ad ſimplicem requiſitionem matris convolantis ad ſecundas nuptias, ſuſpectus eſt.* 41 *Conſanguineus inimici ſuſpectus reputatur.*

42 *Tutor, qui pecuniā pupillarē ad comparationē prædiorū, caſu occurrēte, nō depoſuerit pertinaciter, humilis vinculis coercetur, & pro ſuſpecto habebitur.*

43 *Hoſtis noſter eſt, & malus adminiſtrator, qui impedit nobis bene fieri.*

QUoniam præcedenti capite diximus de excuſationibus tutorum &
curatorum, convenit ut hoc loco explicemus de ſuſpectis tutoribus.
Et 1. quidem, qui ſuſpecti tutores dicantur. 2. An paupertas ſola
ſuſpectum faciat? 3. An ſuſpecti ſint removendi? 4. Unde crimen ſu-
ſpecti tutoris deſcendat. 5. Cui cognitio de ſuſpectis tutoribus compe-
tat. 6. Adverſus quos detur. 7. An omnibus licitum ſit ſuſpectum tu-
torem accuſare. 8. An remotus à tutela, ſit infamis nec ne? 9. An pen-
dente accuſatione, & quo ad cognitio ejus finiatur, interdicta ſit admini-
ſtratio nec ne. Et ultimo, An ſuſpecti poſtulatio extinguatur, ſi penden-
te lite, mors tutoris superveniat. Quod caput ut bene intelligatur, con-
ſtituimus decem regulis ſequentibus abſolvere. Quarum prima regula hæc
1 eſt: Suſpectus quis * dicitur ex quacunque cauſa quæ Prætori juſta viſa
fuerit; *arg. l. 3. §. ſi tutor, ff. hoc. tit.* ibi, *& generaliter, ſi qua juſta cauſa.* ubi
2 dicitur, quod quis removeatur ab adminiſtratione quacunque cauſa, quæ
Prætori juſtæ videatur; & ita per illum textum hoc firmat, & pro regula
3 ponit fidelis conſultor Philip. Corn. *conſil.* 175. *num.* 4. *lib.* 3. Iuſtæ * au-
tem cauſæ ſuſpecti tutoris variæ in jure reperiuntur; Quarum prima hæc
4 eſt; ſi tutor * fuerit inimicus patris pupilli, quæ facit ut ei ſit deneganda
adminiſtatio, *l. tutor, §. ſi tutor*, & ibi Bartol. & alii, *ff. hoc tit.* & faciat *l. in
confirmando, in fin ff. de confirm. tut.* Angel. *in §. fin. Inſtit. eod.* Adeo, ut * e-
5 tiam leviſſima cauſa ſufficiat, ut tutor removeri à tutela poſſit, ſecundum
Bartol. *in l. fin. ff. hoc tit.* & Bald. *in l. quæ fortuitis, C. de pignor. act.* quam
inimicitiam ſi tutor habeat cum fratre pupilli, in arbitrio judicis erit, an
velit eum removere nec ne, ſecundum Bartol. *in d. l. tutor, §. ſi tutor.*
6 Secunda cauſa eſt ſuſpecti tutoris * juſta, ſi improbitas aliqua tutoris poſt
teſtatoris mortem appareat, quam teſtator ignoraverit, quo etiam caſu non
debet talis tutor per judicem acceptari, ſed potius utilitas pupilli inſpici
debet, quam teſtatoris ordinatio, *d. l. in confirmando, cum l. ſeq.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Tertia cauſa eſt, ſi tutor * inceperit male uti propria ſubſtantia ſeu ver- 7
gat ad inopiam prodigaliter, & prudenter vivendo, & bona dilapipando, ut dici poſſit, quo ad bona ſua furioſum facere exitum, ut inquit Ulpian. *in §. his qui, in fin. ff. de tut. & cur. dat. ab his.* Itaque quidem ut videatur * quodam- 8
modo adminiſtratore indigere, ad quod facit id, quod ſicut dicimus, quod ille qui ſibi non parcit, quo ad perſonam ſuam minus alii parcere credatur, *l. 3. §. fin. ff. de bon eor, qui ſibi mort. conſ.* ut notatur per gloſſ. *in l. cum autem, §. malus ſervus ff. de ædil. edict.* Sicuti etiam dicimus reſpectu bonorum, ut ſcilicet qui bonis ſuis male utitur, & ita quo ad bona ſibi non parcit, minus aliis parcere credatur; & ita præſumendum ſit, quod alterius bonis pejus utetur. Nemini enim ſapit, qui ſibi non ſapit. Unde etiam ex eo, quum quis * incipit male uti ſubſtantia ſua, datur uxori repetitio dotis; quæ ta- 9
men eſt mariti, & apud eum eſſe debet regulariter, *l. dotis fructus in princ. & l. ſi is qui, §. 1 ff. de jur. dot. l. ſi conſtante in princ. ff. ſol. matr. l. ubi adhuc, C. de jur. dot. & in §. illud quoque, in authen. de æqual. dot.* Idque ea ratione ne ſequatur dotis perditio ut in dictis juribus habetur & maxime per Bartolũ & alios repetentes *in d. l. ſi conſtante*, quam quidẽ cauſam arbitror juſtã & honeſtam eſſe removendi tutorem & adminiſtratorem, non obſtante, quod adhuc nihil geſſerit; quoniã remotio ſive impedimentum adminiſtrandi etiam ab initio fieri poteſt, ſubſiſtente cauſa *§. ſuſp. in verſ. ſed antequam Inſtit. de ſuſp. tut.*

Quarta cauſa eſt, ſi * inconſiderate, vel dolo fecerit pupillum abſtinere 10
hæreditate, *l tutor quoque, §. tutores, verſ. is tutor, ff. hoc tit.*

Quinta cauſa eſt ſi * ſuaſerit alicui ut ſe inſtitueret, excluſis filiis propiis, 11
vel nepotibus pupilli: de tali enim homine non poteſt non * dari ſiniſtra 12
ſuſpicio, ſicut dicitur de eo, qui ſe tutelæ ingerit, *l. ſcire §. cum reliquis*, & ibi Bart. *ff. de tut. & cur dat. ab his.* & tradit gl. *in verb. ſuſpectus in l. que omnia, §. nec ferendus* ita ex illo textu notando *ff. de procurat.* ubi etiam Angel. & alii notant, & ita in curatore firmant. Quid enim homo ad malitiam ſemel deditus non adinveniat, ut minorum res proprias faciat, ut eſt text. *in authent. ut hi qui obligatas, poſt princ.* & in affectante tutelam Crau. *conſil. 18. num. 19.* & faciat in affectante, *l. quæ omnia, §. ſed etſi, verſ. nec ferendus, ff. de procurat.* Hinc etiam eſt quod teſtis, qui * ſponte accedit ad teſtifican- 13
dum, cenſeatur ſuſpectus, ſecundum gl. *in l. presbyteri, C. de Epiſc. & cleric.* & Bart. *in l. poſt legatum, §. penult. ff. de his quib. ut indign.*

Sexta cauſa eſt, ſi quis * data pecunia improbe tutelã nundinatus fuerit, 14
§. ſed ſi quis præſens, Inſt. hoc tit l. tutor §. tutor qui, in fin. ff. eod. l. §. item ſolent. ff. de offic. Præf. urb. Habet enim ea nundinatio non obſcuru meditati ſceleris argumentum, ne dicam ſpoliandi pupilli quandã neceſſitatẽ, & prætextum: quis enim vereatur in ſuos uſus convertere, quod ſuo emit impendio? Hinc profecta eſt * ſaluberrima Iuſtiniani cõſtitutio, *Nov. 15. ut Præſides ſine ulla* 15
pecuniæ datione ad officia mittantur. Et optime tradit Port. *in §. ſuſpectus, n. 2. verſ. ſecund. caſus,* & ibi *in add. Inſt. hoc tit.* Doctorib; qui data pecunia, ſcholares acquirunt, illiſq; promittunt eo prætextu maria & montes: dicens, illis 16
non eſſe credendium, *l. non omnes §. a barbaris ff. de re mil.* ſed talia practi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

cantes per eorum rectorem puniendos eſſe, etiam ſi tantum talis Doctor mutuaret pecuniam ſcholari, ut ea uteretur, per gl. *in l. quin etiam, ff. de ca-*
17 *lum.* Et hæc * quidem cauſa in tantum procedit, ut etiam in eos extra ordinem animadvertatur, qui probantur nummis datis, tutelam occupaſſe, vel pretio accepto operam dediſſe, ut non idoneus tutor daretur, vel conſulto, in edendo patrimonio, quantitatem minuiſſe, vel evidenti fraude, pupillorum bona alienaſſe, *l. in eos, ff. de tutu l. l. tutor quoque §, tutores, ff. hoc tit.*

18 Septima cauſa eſt, ſi tutor * non confecerit inventarium, *l. ult. §. fin. C. arbit. tut. & l. 3. §. tutores. ff. hoc tit.* & tradit Corn. *conſ.* 175. *num.* 4. *lib.* 3. & Afflict. *dec.* 207. *in fin.* ubi etiam ampliat ad teſtimentarium, & quod eo etiam caſu non detur adjunctus: quod etiam procedit in matre, & avia, ſecundum Boer. *deciſ.* 33. *num.* 100. *& ſeq.* & Crauet. *conſ.* 190. de qua re diximus, *ſupra regula: Omnis tutor.*

19 Octava cauſa eſt, ſi tutor * aliqua in inventario omiſerit, ſecundum Cornæum, *conſil.* 198. *num.* 2. *&* 3. *lib.* 1. qui dicit clauſulã illam; *ſalvo jure addendi;* non excuſare, quo minus poſtea deſcribere debeat in inventario res, quas poſtea invenerit, & quod contra eum, qui omiſerit aliqua in inventario, dolus præſumatur, ſecundum Grat. *conſ.* 25. *num.* 6. *libr.* 2. & Jaſon. *conſ.* 2. *verſ. quarto moveor. lib.* 2.

20 Nona cauſa eſt, ſi tutor * aliqua interceperit ex rebus pupillaribus, vel in uſus ſuos expoſuerit, *l. tutor. § nunc videamus, ff. hoc tit.*

21 Decima cauſa eſt, ſi non ex * fide, id eſt, fraudulenter tutelam geſſerit, licet ſolvendo ſit, *l. ſi creditores, ff. de privileg. credit. §. ſuſpectum, Inſtit. de ſuſpect.*
22 *tut.* Longe enim * melius eſt damnum antevertere, quam per litium vexationem, id poſtea conſequi curare, *l. 1. C. quand. lic. unicuiq. ſine jud. vend.*
23 Nam qui * fraudulenter tutelam adminiſtravit, etiamſi ſatis offerat, ut ſuſpectus removetur. Imo etſi jam ſatisdederit; nam & ſemper magis pupillo expedit rem ſuam ſalvam eſſe, quam tabulas cautionis habere, *l. ſuſpectus fieri, ff. hoc tit. & l. plus cautionis, ff. de reg. jur.* aut incertum ejus eventum expectare, *l. pupilli, ff. quod falſ. tut. aut.* Et poſt vulneratam cauſam (ut ait Iuſtinianus) remedium quærere, *l. ult. C. in quib. cauſ. integr. reſtit. non eſt neceſſ.* Præterea ut ſint fortaſſis in tuto facultates pupilli, tamen morum ſaltem habenda eſt ratio, *l. cum plures, §. cum tutor. ff. de adminiſtr. tut.* ut ſuſpecto homini nequaquam ſit committenda pupilli vita: nam & plurimum refert, apud quos primam illam rudemque ætatem pupillus tranſigat. Tutorem enim non facultates, ſed fraudulenta adminiſtratio, & callida converſatio
24 ſuſpectum faciunt. Itaque ſi in tutela * graſſatus eſt, aut ſordide egit jam, ut ſuſpectus quoque removetur, *d. l. tutor. §. nunc videamus, ff. hoc tit.*

25 Undecima cauſa eſt, ſi quid * pernicioſe egerit tutor: puta, vendendo res pro ære alieno, quæ poteſt aliunde ſolvi, vel alias non ſubſiſtente legitima cauſa, *l. tutor quoq; §. Severus, ff. hoc tit. l. 1. in princ. & l. magis puto. §. ne paſſim,*
26 ff. *de reb. eor.* & facit *l. quæ tutores. C. de adminiſtr.* Quod procedit, etiamſi * teſtator generaliter licentiam vendendi conceſſiſſet; quia debuerat vendere cauſa ſubſiſtente, alias interim vendendo cum vendere non poſſet, dicitur dolum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

dolum facere, & pupillum ſpoliare: ut notat Bartol. in l.in alio ff. de alim. & cib.leg. Angel.conſil.75. & Alex. conſil.74. num.2. & 3.lib.7. & facit d.l. tutor quoque, §. Severus, ff. hoc tit.

Duodecima cauſa eſt, ſi tutor † vim intulerit perſonæ pupilli, quæ vio-
lentia incidit in crimen Legis Iuliæ de vi publica, ſi fuerit illa cum armis 27
quæ eſt pœna deportationis, l. qui dolo, §. fin. ff. ad leg. Iul. de vi publ. In de-
lictis ſiquidem * præſumitur eſſe dolus, c.1.extr.de præſumpt.& in l.8.C.ad
leg.Cornel.de Sicar.& l.ſi non convitii C.de injur. Secus vero * dicendum erit, 28
ſi vis illata fuerit ſine armis, cum illa cenſeatur vis privata, §. item lex Iulia 29
de vi public, Inſtit. de publ. jud. ubi fit iſta differentia inter vim publicam &
vim privatam, & determinatur utriuſque pœna, videlicet quod vis pu-
blica puniatur pœna deportationis, vis vero privata pœna confiſcationis
tertiæ partis bonorũ, ad quod etiam facit l.1. in princ. ff.ad leg. Iul.de vi priv.

Decima tertia cauſa eſt, ſi ſui * copiam non fecerit tutor latitans ſcilicet
dolo, quo minus pupillo decernantur alimenta, §. ſi quis tutor, Inſtit.hoc tit. 30
l.tutor, §.tutor, & l. Impuberibus, §. præterea, ff.hoc tit. Ratio eſt, cum enim
alimenta ſint pupillo decernenda pro modo facultatum, l.final. ff.ubi pupil.
educ.deb.ad eam rem recte expendendam, tutoris * præſentia omnino opus
eſt: qui, ſi latitat, privatur uſu, & poſſeſſione rerum ſuarum, ut hoc tædio 31
& incommodo provocatus cumpareat, reique ſervandæ cauſa pupillus in
poſſeſſioné bonorum tutoris mittatur, d. l.impuberibus, §.præterea. Non qui-
dem ut pupillus inde alatur ſed ut ex bonis tutoris pupillo cautum ſit, un-
de damna repoſcat, ſi forte de ſorte ſuarum facultatum, dum certi ſumptus
pro alimentis ei non ſunt conſtituti, cadat: nam ſi tutor maneat contumax,
contemnatque prædictam miſſionem, ut ſuſpectus removeri poterit. d. §.
ſi quis tutor, & d.l.fin. eritque jam prædicta miſſione pupillo magis proſpe-
ctum; quia cum latitat tutor, non poteſt pupillus actione tutelæ commode
experiri, ideoque jam utitur jure facili ſui pignoris. Deinde qui copiam ſui
non facit, jam fuga condemnat fugientem, ut dici ſolet, d. §. præterea. Et præ-
dicta procedunt multo magis, ſi tutor præſens eſt, nec latitans, dicat tamen 32
tanquam inopi non poſſe decerni alimenta, qui poſt convictus de menda-
cio, etiam extra ordinem punitur, d. §. ſed ſi quis, Inſt.hoc tit. & l. tutor qui, ff.
hoc tit. Hic enim compertus dolus merito ejus fidem elevat. Et generaliter
* idem dicendum eſt in omni mendace, cum leges odio ſemper habeant 33
mendaces, qui etiam tanquam doloſus & ſuſpectus removeri debet ab ad-
miniſtratione: ut tradit Socin. con.213.verb.convincitur, verſ. quarto quia, &
verſ. quinto & ultimo, lib. 2.

Decima quarta cauſa eſt, ſi tutor * adminiſtrationem non communica-
verit contutori, l. actus, ff.de adminiſtrat.tut. Vel ſi ceſſaverit * in tutela, vel 34
nihil geſſerit l.2.& 3.C.hoc tit. Vel ſi in judicium vocatus non comparuerit 35
l.impuberib. §.item ſi tutor, ff.hoc tit. Aut * ſi moribus talis ſit, ut merito ſu- 36
ſpectus ſit, l.ſuſpectum, ff.hoc tit. & §. fin. Inſtit. eod. Mores ſiquidem tutoris 37
maxime inſpiciendi ſunt, l.cum plures, §.cum tutor. ff.de adminiſtr.tut. Ne im-
probo aut ſuſpecto homini vita, & educatio pupilli committatur; cum re-

ferat plurimum apud quos, vel cum quibus pupillus rudem illam ætatem tranſigat, quibuſque ea ætas credatur. Sed dicet fortaſſe aliquis, quomodo
38 * ſciet Iudex boni-ne an mali ſint mores tutoris? cum, qui jam candidis ſint externis moribus, ut Angelos propemodum exiſtimes, hi plerumque ſint peſſimi tutores; quia intus & in cute latet venenum. Inter cætera quippe ſcelera, quæ malus ſpiritus illis ſubminiſtrat, artem quoque tradit ita nocendi, ut vix ipſo rerum exitu (quamquam tum ſero) percipias malum, qualis & Macedo fuit olim *l.1.ff.ad S.Ctum Maced.* Sed dicendum eſt tutisſimum eſſe conſilium, ut Judex cogniturus de ſuſpecto exigat mores ejus, qui ſuſpectus poſtulatur, ad normã boni & æqui, hoc eſt, ad formulam legum, imprimis naturalium, deinde civilium, quibus tota ſanctio Romana ſcatet, ſi rejecta Commentatorum altercatione inſpicias eam diligenter.

39 Decima quinta cauſa eſt, quando * mater couvolaverit ad ſecunda vota, quæ ſuſpecta eſt triplici ratione: Primo, ratione morum inhoneſtorum: Secundo, ratione immutatæ affectionis: Tertio, ratione præſumptæ de cætero dilapidationis: ut tradit Bald. *conſil. 96. lib. 4.* Idem quoque dicen-
40 dum * erit de fratre matris, qui convolaverit ad ſecundas nuptias, dato ad ſimplicem requiſitionem ejuſdem matris, ex abrupto, qui etiam ſuſpectus eſt, *l. lex quæ tutores*, ubi Bart. *C. de adminiſtr. tut. arg. c. accedens, 2. ut lit. non*
41 *conteſt.* ubi conſanguineus * inimici, propter conſanguinitatem ſuſpectus reputatur, ad quod facit textus, in fratre, *in l. 1. C. ſi rect. provin.* & Bald. per illum textum, *ibi; propinquos, participes, conſiliarios, domeſticoſque locum habeat. Clem. Paſtoralis, §. Piſana, de re jud.*

42 Decima ſexta cauſa eſt, ſi tutor pecuniam * non contulerit ad prædiorum comparationem, caſu occurrente, quo caſu etiam humilis vinculis coercetur publicis, & inſuper ſuſpectus habetur *l. 3. §. tutores, qui repertorium, ff. hoc tit.* Vel ſi falſo * aliquid perſuaſerit tutor alicui, ne pupillo be-
43 nefaceret, donando aut aliis modis, *arg l. ſi legatarius ff. de dol. mal.* qui enim impedit nobis benefieri, is ex animo eſt hoſtis noſter, & malus adminiſtrator.

SUMMARIA.

1 *Paupertas ſola non facit quem ſuſpectum, ſi alioqui fidelis ſit, & diligens.*
2 *In tutore fidem & diligentiã, non opes aut fortunam requirimus, num. 11.*
3 *Tutor aut curator nõ tenetur quicquã de ſuo erogare, nec egenũ de ſuo alere.*
4 *Divitiæ, ut probum quem non faciunt, imo fere improbum: ſic nec paupertas facit quem improbum, ſed fecere probum.*
5 *Paupertas hominem in bonis moribus detinet, & induſtrium facit.*
6 *Paupertatis laudes.* 7 *Quæ leges optimæ.*
8 *Divitiæ probis & bonis abſunt ingeniis.*
9 *Inopiæ pauca deſunt, avaritiæ omnia.* 10 *Modicitas laudata.*
12 *Tutori teſtamentario magis confidunt jura, quam dativo.*
13 *Paupertas in initio tutelam quomodo impedire poſſit.*

Pau-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

14 *Paupertas non eſt juſta cauſa, ut quis removeatur, ſed ut alius ei curator, ſi judici videbitur, adjungatur.*

15 *Pauper diteſcens, cur protinus non æſtimetur ſpoliare pupillum.*

16 *In dubio honeſtiorem conjecturam ſequimur.*

17 *Tutor pauper, reddita ratione, repertus dives, an præſumatur factus dives de bonis pupillis,*

REGULA II.

REgula ſecunda eſt: Quod * paupertas ſola non faciat quem ſuſpectum, 1
ſi alioqui fidelis eſt & diligens, §. *fin. Inſtit. hoc tit. l. ſuſpectum, verſ. enimvero, ff. eod. l. in poſtulandis, & l. pietatis,* C. *eod.* Neque enim, cum de fide hominis agitur, culpanda eſt fortuna, ſi modo alioquin boni mores hominẽ commendent. ---- *Nec ſi miſerum fortuna Sinonem* (ait Maro)
Finxit, vanum etiam, mendacemque improba finget.

Deinde non efficit paupertas, quin ſit aliquis bonus œconomus, & recte tueri ſciat rem familiarem, prudenterque aliena negotia adminiſtrare. In tutore enim * fidem & diligentiam, non opes aut fortunas requirimus; Et 2
quod tutor, aut * curator non cogatur in tutelam quicquam de ſuo erogare, 3
nec egenum de ſuo alere compellatur, *l. jus alimentorum,* §. *ſed ſi egeni. ff. ubi pupil. educ.* Præterea * quemadmodum divitiæ probum quem non faciunt, 4
imo vero improbum: ſic nec paupertas facit quem improbum, ſed fere probum, *l. ſcire,* §. *cum reliquis, ff. de tut. & curat.* Illa enim, ut dicit Ælianus, hominem in * bonis moribus detinet, & induſtrium facit, ut jam paupertatis 5
* illud proprium eſſe noris, quod homines bonos reddat: Magna ſiquidem 6
poſſeſſio paupertas, ſapienter ipſam ferentibus: theſaurus qui nequeat auferri, baculus firmisſimus, inculpabilis poſſesſio, diverſorium ab inſidiis tutum. Unde * Diodor. Siculus *lib.* 2. eas docet optimas eſſe leges, quibus 7
non divites, ſed honeſti prudenteſque homines fierent. Paupertas enim honeſta invincibilem legis * athletam conſtituit: ut ait Nilus Philoſophus, 8
Peculiare etiam eſt, ut divitiæ bonis & probis abſint ingeniis, ut Cicero *in fin. libr.* 1. *Offic.* rem difficilem putet, affluentibus copiis ditari ſapientem. Proinde ſolidæ felicitatis loco ponimus, bonis viris abeſſe divitias, dummodo nõ premantur egeſtate: Inopiæ enim * pauca deſunt, avaritiæ omnia: 9
ut Publius Mimus habet. Modicitas * ergo ad naturæ legem compoſita, ſa- 10
pientem tranquillat, & pro ſententia Apulei, Philoſophiæ eſt vernacula, frugi eſt, & ſobria, habitu ſecura, ut quæ nec faſtu ſe tollat, nec deprimat impotentia: quæ nec ventris, nec inguinum delicias, vel velit ullas, vel poſſit. Quæ cum ita ſint, non immerito IurisConſultus Sabinum eo maximo nomine commendare perrexit, quod amplitudine facultatem non moleſtabatur. Sic olim Fabricii, Curii, Quintii, Attilii, aliique clarisſimi Imperatores, paupertatis gloria excelluerunt. Legimus quoque apud Ælium Lampridium, Alexandrum Severum pauperes honoraſſe, & multis commodis eos auxiſſe. Similiter Antoninum Philoſophum multis pauperibus dignitates Tribunitias ædilitiaſque conſeſſiſſe: ut

11 ut ſcribit Iulius Capitolinus. Plus * enim conferunt boni mores in paupere, quam divitiæ multæ in divite, ad fidem præſtandam, ſecundum gl. *in l. adoptio, in fin. cum ſimilib. ff. de adopt.* Ad quod facit illud Terentii:

Heu, heu, quamvis mihi mala paupertas eſt,
Hoc unum tamen curavi, ut eſſet fides.

12 Et hæc * regula maxime procedit in tutore teſtamentario, & affine: de quo tutore teſtamentario jura magis confidunt, quam de cæteris, juxta ea quæ habentur, *in l. de creationibus, C. de Ep. audient. & l. fin. ſed cum antiquas, verſ. etſi quidem pater, C. de curat. furioſ. & l. pen. ff. eod. tit.*

13 Declaratur hæc regula, ut * non procedat in paupere ab initio, ante cœptam adminiſtrationem, ſi non poteſt ſatiſdare ob inopiam, rem pupilli ſalvam fore: quo caſu non ſane quaſi ſuſpectus, nec tanquam pauper, ſed ſatiſdationis defectu, id eſt tanquam is, qui non ſatiſdat, cum ſatiſdare debeat, licet non ſit removendus à tutela, quam ceperit adminiſtrare: ſecundum Port. *in §. ſuſpectus, n. 9.* & ibi Balduin. *in verb. removendus non eſt. Inſtit. hoc tit.*

14 Declaratur * ſecundo non procedere; quando pauperi ex judicis arbitrio adjunctus fuerit curator, quod fieri poteſt, juxta *d. l. pietatis. C. eod.* Tutor quoque, ſi durante tutela diteſcat, non ob hoc præſumitur ſuſpectus,
15 ut dives factus * ex rebus pupilli, ſed aliunde: Nam cum leges noſtræ fateantur, pauperibns non eſſe interdictum patrimonii augmentum, qnod laboribus, & multis caſibus quæritur, *l. ſi defunctus, C. arbit. tutel.* & velint nos, quamdiu vivimus, id ſperare juſtis rationibus aliquando obventurum, *l. ſi creditores, in fin. ff. de ſeparat.* Et è diverſo nullam recipiant temere ſuſpicionem turpis quæſtus, *l. Quintus Mutius ff. de donat int. vir. & ux.*
16 nos in dubio * ſequemur honeſtiorem conjecturam, nempe ut aliunde potius jnſte rem ſuam auxiſſe tutor credatur, *l. merito, ff. pro ſoc.* & tradit Fran-
17 ciſc. Cremon, *ſing. 6.* Quod procedit * maxime, quando tutor pauper reddiderit bonam rationem ſuæ adminiſtrationis: Licet enim iſte tutor reperiatur factus dives, cum ante tutelam eſſet pauper; non tamen præſumitur per hoc factus locupletior, & dives de bonis pupilli, & domini ſui, niſi probationibus & conjecturis manifeſtis hoc colligeretur; ſed de bonis ſuis propriis hoc feciſſe præſumeretur, ſecundum Rom. *conſ.* 159. Fred. de Senis, *conſ.* 57. Curt. *conſil.* 71. *concluſ.* 7. Alex. *conſil.* 62. *num.* 13. *lib.* 4. & *conſil.* 51. *lib.* 6. & late habetur per Crauet. *conſ.* 191. *num.* 8. & *conſ.* 129. *num.* 3. *l.* 1. ubi plures conjecturas ponit. Et dicunt quod erit conjectura contra eum, ſi non fecerit ſolemnia, inventarium, & librum rationum, vel ſi ejus facultates non ſufficerent ad victum & veſtitum totius familiæ, cum ejus exercitio, habita conſideratione ad illius, & ſuorum filiorum vitam, & exercitium: ut pulchre tradit Roland. à Val. *conſ.* 49. *num.* 24. *lib.* 1. & Pariſ. *conſ.* 80. *num.* 8. & 12. *l.* 1. ad quæ faciunt adducta per doctiſſ. Roderic. Suarem. *tit. de las Ganancias, n.* 30. & *ſeq. charta* 371. ubi in ſimili loquitur de confeſſione dotis facta à marito mulieri, & de emptione bonorum, facta à marito nomine uxoris, de pecuniis uxoris: dicens, non prodeſſe talem confeſſionem

uxori,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

uxori, ſtantibus ſupradictis conjecturis in contrarium, ad quas conjecturas admonet judices, ut multum advertant, quibus ceſſantibus, tutor de ſuis bonis & ejus induſtria dives erit præſumendus: attento quod nemo locupletior factus ex re aliena, ſeu ex fructibus alienis præſumatur, niſi probetur, ſecundum Gomeſ. *in* §. *actiones*, *num.* 21. *Inſt. de act.* & Menoch. *de recup. poſ. remed.* 15. *q.* 40. num. 586. Suar. *alleg.* 26. *num.* ubi ponit, quando etiam quis dicatur factus locupletior indirecte.

SUMMARIA.

1 *Suſpecti ſunt removendi, & quare.*
2 *Ut judex, ita & tutor ſuſpectus rejiciendus.*
3 *Iudex ex officio poteſt removere tutorem ſuſpectum.*
4 *Dolus quid.* 5 *Culpa quid.*
6 *Tutor removeri poteſt ob latam negligentiam.*
7 *Quando dolus, vel lata negligentia eſt, circa rem modicam, adjungitur curator, nec tutor removetur.*
8 *Ant tuores ob leviſſimam culpam removeantur.* 9 *Leviſſima culpa qua.*
10 *Tutor ob ceſſationem de dolo ſuſpectus fieri poteſt, etiamſi nihil geſſerit.*
11 *An ob ſolam ignaviæ culpam tutor removeri poſſit?*
12 *Suſpecti datio, ſive confirmatio, debet ab initio impediri.*
13 *Actus non poteſt incipere à caſu, quo finiri debet.*
14 *Tutor non poteſt accuſari ſuſpectus criminaliter.*
15 *Tutor conjunctus, vel conſanguineus pupilli, non removetur ut ſuſpectus ſed illi curator adjungitur. Ampliatur num.* 16. *Limitatur n.* 17. 18.
19 *Tutor allegatus ſuſpectus an poſſit in totum removeri, vel ſit aſſociandus, & an lite pendente, ſuper ſuſpicione, debeat ei adminiſtratio interdici?*
20 *Patronus tutor non removetur ut ſuſpectus.*
21 *Tutor non removetur ut ſuſpectus, ob dolum extra tutelam commiſſum.*

REGULA III.

TErtia regula eſt; Quod * ſuſpecti tutores regulariter ſint removendi, *l. pietatis*, & *l. fin. C. hoc tit.* Idque hac ratione, ne malevoli graſſentur in alienis bonis, *l. ex maleficiis*, *ff. de act.* & *oblig.* & ne ſera nimium exiſtat pœnitentia: ſi enim Iudex ſuſpectus rejicitur, mirum eſſe non debet ſi tutor * aut curator rejiciatur. 1 2

Ampliatur hæc regula, quod * etiam judex tutorem ſuſpectum removere poterit ex cauſa, quæ juſta ei videbitur *l. tutor quoque*, §. *præterea*, *ff. hoc tit.* Cravet. *conſ.* 190. *num.* 8. 3

Secundo ampliatur, quod * tutor removeri poterit, ut ſuſpectus, non ſolum pro dolo, id eſt, aperta * machinatione fallaciter admiſſa, & circumventione fraudulenta, ſed etiam pro culpa. Id eſt, ſegnitia, deſidia, vel negligentia, *l.* 3. §. *fin. ff. hoc tit.* & faciunt notata Baldi *in l. quæ fortuitis*, *C. de pign. act.* Chriſt. Porc. *Inſtit. de ſuſpect. tut. num.* 8. & *ibi in addit. per. l. hæ enim.* §. *final. ff. hoc tit.* 4 5

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

6 Tertio ampliatur, quod * etiam tutor ut ſuſpectus removeri poterit pro
lata negligentia, quia prope fraudem accedit, *l. impuberibus*, §. *ſi non fraus ff.*
cod. l. tutor, repertorium, §. *competit*, *ff. de adminiſtr. tut.* ut cum quis in re-
bus ſuis diligens, alienas improbe negligit, quas tamen non minus, quam
ſuas procurare deberet. Neq; enim (inquit Celſ. *in l. quod Narva ff. de poſ.*
fraude caret, qui non eam curam præſtat in alienis negotiis, quæ ſuſcepit tu-
7 enda, quam in ſuis ſolet. Verum hæ * duæ præcedentes ampliationes lo-
cum non habent, quando eſſet dolus, vel lata negligentia circa rem modicam
quo quidem caſu ei adjungitur curator, ſecundum Corn. *conſil.* 198. *num.* 7.
lib. 1. *& conſ.* 175. *num.* 6. lib. 3.

8 Quarto ampliatur, quod etiam tutor removeatur ob leviſſimam culpam,
9 *l.* 3. §. *fin. ff. hoc tit.* quæ * exactiſſimam rei cuſtodiendæ diligentiam deſide-
rat, *l. in lege Aquilia*, *ff. ad leg. Aquil.* Veluti quando quis quocunque mo-
do potuit prævidere, & non prævidit, vel quando non adhibuit ſolertiſſi-
mam diligentiam, ut tradit Cravet *conſ.* 97 *num.* 3. per gl. *in* §. *præterea, Inſt.*
quib. mod. re contrah. oblig. Verum hoc tamen relinquitur arbitrio judicis,
arg. l. 1. *ff. de jur. delib. & c. de cauſis*, *de off. deleg.* Qui judex tanquam bo-
nus vir debet arbitrari, *juxta l. vir bonus ff.* judic. *ſolvi*, & conſiderare circum-
ſtantias, & qualitatem perſonarum, & qualitatem culpæ, utrum ſint tales
ut immineat ſuſpicio conſiderabilis nec ne; alias enim fere omnes tutores
facile removeri poſſent ut ſuſpecti; quia rari reperiuntur, quibus nequeant
aliqua impingi, juxta illud vulgatum: *Septies in die peccat juſtus*: Et *Nemo*
ſine crimine vivit, ut tradit magni ingenii vir & exquiſitæ doctrinæ Franciſ.
Duaren. *in l. ſi mora in verbis, leviſſima culpa, ff. ſolut. matr. arg. l. mora ff. de uſur.*

Quarto ampliatur, quod * etiam tutor qui non geſſit, ſed dolo ceſſavit,
10 ut ſuſpectus removeri poſſit, *l.* 2. & ibi gl. *verbo poſtula*, ubi declaratur, C.
hoc tit. & l. hæ enim, §. *fin ff. hoc tit.* quia ceſſatio, peccatum eſt. Et ſiqui-
dem tutor ſciens hoc ſibi munus eſſe demandatum, ceſſet, dolo carere non
videtur, ſed tamen prius judicio admonebitur, ut tutelam gerat, quod ſi
pertinacius recuſet, jam ut ſuſpectus removebitur *l. impuberibus in fi ff. hoc*
tit. non ſecus atq; ubi apparet manifeſtus dolus, *d. l.* 2. *C. hoc tit.* Quod * ſi
11 in ceſſatione ſolam ignaviæ culpam deprehendimus, non ideo ſtatim remo-
vebitur, priuſquam aliquid ceperit gerere, *d. l. hæ enim*, §. *qui nihil geſſerunt*
ff. hoc tit. quamquam ubi cepit gerere, ob culpam deinde poſſit removeri.

Quinto ampliatur, quod * non ſolum ſuſpecti ſint removendi ſed etiam
12 ſuſpecti datio ſive confirmatio debeat magis ab initio impediri, quia:

Turpius ejicitur quam non admittitur hoſpes.

c. quemadmodum, *de* jureju. & multa impediunt contrahenda, quæ non tol-
lunt jam contracta, *l. patre furioſo*, *ff. de his, qui ſunt ſui vel alien.* jur. & ibi gl.
13 & facit *c. ad Apoſtolicam de reg.* jur. Deinde * actus nunquam debet incipere
à caſu, quo finiri debet, *l. Titio cum moreretur*, *ff. de uſufr. legat* & tradit Hie-
ron. Grat. *conſil.* 115. *num.* 4. lib. 1. & facit §. *ſuſpectus, verſ. ſed & antequam*
Inſtit. hoc tit. Verum hoc * non procedit, quoad accuſationē criminalē ſe-
14 cundum gloſſ. *in d. verſ. ſed & antequam*, *verbo*, *removeri.*

15 Declaratur regula, ut non procedat * primo in conjuncto, conſanguineo
vel

vel affine pupilli, qui licet ſuſpectus, non tamen removetur à tutela, ſed adjungitur ei curator, *l. ſi tutor. ff. hoc tit.* ubi habetur; quod tutor ſuſpectus non debeat removeri, ſed potius, curator adjungi, ſi eſt pupillo conjun- 16
ctus aliquo vinculo neceſſitudinis vel affinitatis. Et hoc * maxime procedit, quando tutor deberet removeri ob dolum: quia tunc infamat, *d. l. ſi tu-* 17
tor, & ibi gl. Dyn. & Bartol. Verum hæc limitatio * non procedit, quando tutor removeretur propter culpam: quia tunc, cum non infamatur, pote- 18
rit removeri, *l. 1. §. oſtendimus ff. hoc tit.* Nec etiam * quando dolus non eſſet magnus, vel ſi ſuſpicio ſit debilis; & parvi momenti, ſecundum Bart. *in d. l. ſi tutor, & in l. quod vero procuratori, § ſunt quidam* & ibi Paul de Caſtr. *ff. de ſolut.* & Ang. Aret. *in §. ſunt quidam num. 4. in gl. in verb. dicendum; In-* 19
ſtit. hoc tit. Et ideo, pendente * lite, ſuper ſuſpicione hujuſmodi non debet ei adminiſtratio interdici ſecundum Bart. *in d. l. ſi tutor, num. 3.* Licet Ang. Aret. *in §. ſuſpectus autem, n. 2. Inſtit. hoc tit.* & Afflict. *deciſ. 307. num. 5.* teneant, in totum eſſe removendum, & lite conteſtata, adminiſtrationem interdicendam, ubi alios allegant tamen á prima opinione non eſt recedendum, quia eſt communis, quam ſequitur Specul. *tit. de actore, verſ. item quod ſi tutor, num. 18.* & præcipue, ut dixi, quando tutor eſſet ſuſpectus ex debili cauſa, ut tradit Caſtr. *conſ. 355. lib. 2.* Licet ſecus ſit, ſi non fecerit inventarium, vel bona dilapidaverit, aut pupillam ante tempus, vel non condigno maritare voluerit. Quo caſu in totum erit removendus tutor, etiamſi mater aut avia eſſet, ſecundum Afflict. *deciſ. 207. in fin.* & Boer. *deciſ. 33. num. 100. & ſeq.* & ita poterit concordari *d. l. 1. §. oſtendimus ff. hoc tit*

Declaratur ſecundo * regula in patrono tutore, quia æquiparatur con- 20
ſanguineo vel affini, *d. l. ſi tutor, ff. hoc tit.* qui etiam licet ſuſpectus ſit, non removetur, ſed ei curator adjungitur.

Declaratur tertio regula, ut * non procedat, quando quid admiſiſſet ante- 21
quam eſſet tutor (quamvis in bonis pupilli, vel in tutela) non poteſt propterea ſuſpectus tutor poſtulari: quia delictum tutelam præceſſit; ſunt enim aliæ actiones *l. tutor quoque, §. nunc videamus, verſ. quod ſi quid admiſit, ff. hoc tit.*

SUMMARIA.

1 *Crimen ſuſpecti tutoris, ex leg. 12. Tabularum deſcendit.*
2 *Suſpecti crimen idem eſt quod criminalis accuſatio, judicium turpe, actio & poſtulatio ſuſpectionum, 4.*
3 *Poſtulare quid.*
5 *Turpe judicium tutelæ adverſus quem detur.*
6 *Iudicia ſummæ exiſtimationis Ciceroni quæ.*
7 *Crimen ſuſpecti tutoris etiam ad curatorem porrigitur.*
8 *Verba legis* tutor quoque, §. tutoris ff. hoc tit. *ad quæ referantur.*
9 *Quid venit in hanc actionem.*
10 *Diſtrahere rationes quid.*
11 *Participium* diſtrahendis *præſentis temporis ſignificationem habet.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

REGVLA IV.

1 QVarta regula eſt; Quod crimen * ſuſpecti tutoris, ex lege 12. tab. deſ-
cenda, §. 1. *inſtit. hoc. t. l.* 1. §. *ſciendum, ff. eod.* Unde ſcribit Cicero *lib.*
3. *offic.* dolum in tutela fuiſſe vindicatum lege 12. tab. Ait enim lex 12
2 tabul. *tit* 3. *ſuſpecti tutores removentur.* Et hoc * quidem ſuſpecti crimen a-
lias dicitur Accuſatio, Criminatio alias Actio, alias poſtulatio ſuſpecti, *l.* 1
§. *conſequens l. tutor*, §. *quæri, ff. hoc tit.* & §. *conſequens*, *Inſt. eod.* Poſtulandi
autem verbum frequens, & certe appoſitum eſt ad ſignificandam hanc per-
3 ſecutionem ſiquidem * Poſtula, eſt deſiderium ſuum, vel alterius apud judi-
cem exponere, *lib.* 1. §. 1. *ff. de poſtulan.* ſed ſuſpectos non niſi aliorum
gratia facere ſolemus; ergo magis proprie dicimus, poſtulare quam agere.
Præterea poſtulare is dicitur, qui rem per ſe juſtã exigit aliquanto inſtantius
quam petens. Unde Curtius: *Poſtulabat* (inquit) *magis quam petebat.*
Verum nihil eſt æquius, aut bono viro dignius, quam opponere ſe im-
probis adminiſtratoribus: igitur optima ratione dicimus poſtulare ſuſpectos
tutores vel curatores. Dicitur * etiam hoc ſuſpecti crimẽ, turpe judicium tu-
4 telæ ut tradit Cicero *lib.* 1, *de Oratore.* Et quod Ciceto eodem loco appellat
judicium hoc tutelæ turpe. Idem * Cicero *pro Cæcinna* ſcribit, turpe judi-
5 cium dari adverſus eum, qui per tutelam, aut ſocietatem, aut rem manda-
6 tam fraudaſſet aliquem. Et pro *Roſcio* * *Comoedo*: *Si qua* (inquit) *ſunt judicia ſum*
mæ exiſtimationis, & pene capitis, tria ſunt hæc: Fiduciæ, Tutelæ, Societatis. Æque
enim pernicioſum eſt, ac nefarium fidem frangere, quæ continet vitam: & pupillum
fraudare, qui in tutela eſt: & ſocium fallere, qui ſe in negotio conjunxit. Rurſus i-
dem *pro Sexto Roſcio Amerino*: *In privatis* (inquit) *rebus, ſi quis rem mandatam*
non modo malitioſus geſſiſſet ſui quæſtus aut commodi cauſa, verum etiam negligẽ-
tius: eum majores ſummum dedecus admiſiſſe exiſtimabant, Itaque mandati conſti-
tutum eſt judicium, non minus turpe, quam furti. Et hæc * quidem actio etiam ad
7 curatorem porrigitur: ut tradit Cuiac: *in ſent. Iulii Pauli, lib. 2. t. 30. l. dolo tu-*
8 *tores.* Id profecto certius eſt, quia ſuſpecti tutoris * crimen deſcendit ex 12.
tab. verba hæc, *l, tutor.* §. *tutores, ff. hoc tit.* (*quae tutores vinculis publicis jubentur*
detineri) referri debere ad 12. tab. quaſi & ſpecialiter eis ſuſpecti tutores, qui
repertorium nõ fecerunt, vinculis publicis contineri jubeantur; quam ſeve-
9 ritatem Vlpianus noluit porrigi ad omnes tutores. Amplius * etiam hæc ac-
tio in duplum, lege 12. tab. inducta eſt, *l. tres tutores, ff. de adminiſtr. tut. l.* 1.
§. *de rationibus, ff. de tutel. & rat. dicit.* ut tamen in ſimplo rei perſecutio inſit,
neque tota dupli pœna ſit, ſed & rei tantum æſtimatio dupli ſit *l.* 1. §. *conſide-*
randum, ff. de tut. & rat. diſtrah. l. 2. §. *fin. eod.* Cæterum poteſt & furti actio, qua-
tenus plus continet, concurrere, ſi furandi animo tutor aliquid abſtulerit, *d. l.*
§. *in tutela, & d. l. 2.* §. 1. Et alias etiam vocatur hæc actio, *de rationib. diſtra-*
hendis, id eſt, ſi tutor aliquid diſtraxerit. Diſtrahere autem * rationes, eſt con-
10 turbare rationes, ut diſtrahere funus, *l. qui cætu, ff. ad leg. Iul. de vi publ.* Illud
* autem participium: *diſtrahendis*; præſentis temporis ſignificationem habet:
11 ut cum dicimus, *teſtamenti faciendi, litis conteſtandæ, rei judicatæ tempore.* Ra-
tionibus ergo diſtrahendis intelligimus, id eſt, jam diſtractis & conturbatis,

SVM-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

SVMMARIA.

1 *Cognitio de Suſpectis tutoribus Romæ Prætori, in Provinciis Præſidibus earum, & legato Proconſulis competit.*
2 *Removere poteſt tutorem, qui poteſt admittere.*
3 *Accuſatio ſuſpecti tutoris, quo loco examinari debeat, & quis pronunciari de hujuſmodi quæſtione poſſit.*
4 *Cognitio de ſuſpectis tutoribus poteſt delegari. Declaratur num. 5.*
6 *Suſpecti tutoris cognitio pertinet tam ad judicem cauſarũ criminalium, quam civilium.* 7 *Ob facta atrocia tutor non ſolum removetur, ſed etiã punitur.*
8 *Libertus fraudulenter adminiſtrans, removetur & punitur.*
9 *Factum atrocius, quod dicatur. n* 10. 12. 13.
11 *Negare pupillo alimenta, eſt pupillum velle necare.*

REGVLA V.

QVinta regula eſt: Quod * cognitio de ſuſpectis tutorib. Romæ Præto-
ri, in provinciis Præſidibus earum, & legato Proconſulis, competat, §. 1
datum, Inſt. hoc t. l. 1. *§. damus, ff. eo.* Coraſ. *in l.* 1. *§. cum urbem. n.* 8. *ff. de of-
fic. Præf. urb.* Prætor autem ſolum habebat jus removendi à tutela, ſicuti &
legatus Proconſulis. Unde Severus & Antoninus ad Braduam Africæ Pro-
conſulem, in hæc verba reſcripſerunt, *in l. cognitio, ff. de offic. ejus cui mand. eſt
iuriſd.* Cum propriam juriſdictionem legatis tuis dederis, conſequens eſt,
ut etiam de ſuſpectis tutoribus poſſint cognoſcere: Nam & mandata gene-
rali juriſdictione, propter utilitatem pupillorum. cognitionem quo-
que de ſuſpectis tutoribus contingere, conſtitutum eſt, facit etiam *d.
lib.* 1. *§. damus, & §. de cætero, in authen. de defenſor. civit.* Ejus
enim eſt aliquem * removere, cujus eſt admittere, *l.* 2. *C. de vet. jur. enu-* 2
cl. Et hæc quidem * ſuſpecti tutoris accuſatio pro tribunali tantum exa- 3
minari poteſt, non autem de plano, nec ullus alius de hujuſmodi quæſtio-
ne, quam Præſes provinciæ pronunciare poteſt: ut tradit Marcellus, *in l.*
1. *§. ſuſpectiff. ad SC. Turpill.* Eique * competit, cui à Prætore mandata fue- 4
rit juriſdictio, quia poteſt delegari: ut tradit Petr. Duen. *reg.* 104. amplians
remiſſive tribus, & limitans uno modo ex Purpurato, *in l. cognitio, ff. de
offic. ejus cui mand. eſt juriſd.* ubi Dec. *n.* 1. *&* 6. *d. l.* 1. *§. damus, & d. l. cog-
nitio.* Et maxime hoc procedit, quando * cognitio ſuſpecti tutoris fieret
promera utilitate pupilli, ut tutor removeretur ab adminiſtratione, & tan- 5
tum civiliter ageretur, *d. l. cognitio & l.* 1. *ff. hoc tit.* Secus vero eſt, quan-
do tutor removeretur propter dolum ab adminiſtratione, & criminaliter a-
geretur & puniretur: eo ſiquidem caſu, quia cauſa eſt meri imperii, non po-
terit delegare, ſed ſolus Præſes cognoſcet, *d. l.* 1. *§. ſuſp. ff. ad SC. Turpil.* am-
plius etiam * hujuſmodi ſuſpecti tutoris cognitio pertinet tam ad judicem 6
cauſarum criminalium, quam civilium, ſi ratione doli agatur contra eum
ſecundum Bart. *in l.* 1. *§. ſolenti, num.* 5. *ff. de offic. Præfect. urb.*

Declaratur regula, ut * non procedat, quando opus eſſet graviore animad- 7
verſione, ſeu extraordinaria pœna, quam infamia: quibus caſibus remitti-

 tur ad

turadPræfectum urbi graviter puniendus,ob factũ atrocius,ad quẽ pertinebat omnium criminum cognitio & animadverſio,unde ſi removendus tutor mereatur graviorem pœnam, quam ſit infamia,Præfectus urbi eam infliget,
8 eoque nomine ad eum tutor remittetur, *l.* 1. §. *ſolent* , *ff.de offic. Præfect. urb.*Coraſ.*d.l.* 1.§.*cum urbem num.*8. Quod maxime* procedit in liberto, qui gravius punitur obfraudem admiſſam in adminiſtratione tutelæ filiorum,vel nepotum,patroni,gl *in l.* 1.§.*final.*& ibi gloſſa,*verbo,atrociora,ff. hoc tit.*& facit §.*libertus, Inſt.hoc tit.l. niſi,liberti,& l.niſi,* C.*de admin.tut.* videlicet quando pecuniam non deponit,vel convertit in prædiorum emptionẽ, *l.libertus, & l.tutor quoque.* §.*tutores,ff.hoc tit.*cuius liberti ingratitudo,quo gravior eſt, &c intolerabilior, propter acceptum illud ſummum collatæ libertatis beneficium , eo magis ex aggerat huius perfidiæ ſcelus : ſic ut mereatur graviorem,quamPrętor infligere poſſit,animadverſionem;Cæterum mitius tamen punitur,nec vinculis publicis continetur poſitus in aliqua dignitate, *l. tutor*
9 *quoque* §. *tutores verſ. cæterum. ff.hoc tit.* Atrocius *factum dicitur,ſi probetur quem,data pecunia miniſterium tutelæ acquiſiviſſe,§.*ſed ſi quis, Inſti.hoc tit. & l.tutor,*§.*tutor, in fin.ff.hoc tit.l.in eos.ff.de tutel.* cujus rei rationem diximus ſuper *regula.* 1. *cauſ.* 6.

10 Secundo dicitur * factum atrocius, ſi tutor per mendacium dixerit ſe non poſſe propter inopiam pupillo decernere alimenta, hoc eſt,ſi datis pupillo ad vocatis,tutor convincatur mendacii,quod animo fallẽdi improbe confinxerat.*d.*§.*ſed ſi quis,Inſt.hoc tit & d.l.tutor* §.*tut.ff.eod.*Hic enim compertus dolusmerito ejus fidem elevat , & ſuſpectam reddit.Cum enim jam de tutoris improbitate conſtet, qui per mendacium aſſeruerit pupillo educando deeſſe
11 facultates, graviore animadverſione indiget, quam ut ſufficiat ei ſuſpecti infamia , *l,* 1. §. *ſolent, ff. de offic. Præf. urb.* Negare * enim pupillo alimenta, eſt pupillum necare , *l. necare. ff. de l. agnoſc. lib. ſi victum. ff. de re jud.* Niſi tutor aliqua juſta cauſa ſua opinione falſus fuiſſet , id enim fraudi ei eſſe non debet , *l. de ætate,* §, *ſi cum eſſet , ff. de interrog.act.*

12 Tertio dicitur* factum atrocius quando probatur , quem pretio accepto, operam dediſſe,ut non idoneus tutor daretur,*l.in eos ff. de tutel.* Vel ſi probatur conſulto in edendo patrimonio quantitatem minuiſſe,vel evidenti fraude bona alienaſſe, *d. l. in eos.*

13 Quarto dicitur * factum atrocius,ſi probetur non feciſſe inventarium,*l.*1. §.*fin.*& ibi gl. *verb. atrociora ff. de ſuſpect.tut.& l. ult.* §. *illo,*C. *arb. tut.*

14 Quinto & ultimo*dicitur factum atrocius , ſi pecuniam , ad prædiorum emptionem conferre nolverit juſſus à iudice, ſed pervicaciter quoad emptionis occaſio inveniretur,perſtiterit,d. gl.*verb.atrociora,& l.tutor,* §. *tutores, ff. hoc tit.*

SVMMARIA.

1 *Adverſus omnes tutores hæc actio exerceri poteſt , tam dativos , legitimos , quam teſtamentarios.*
2 *Magiſtratus virum arguit.adag.*
3 *Iudex potius ſequi debet pupillorum vel minorum utilitatem,quam legis aut hominis*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

hominis judicium.

4 *Melius eſt intacta ſervare pupillorum jura, quam poſt vulneratam cauſam, remedium quærere.*

5 *Hæc actio ſuſpecti exerceri poteſt etiam adverſus curatores adoleſcentium, prodigorum, furioſorum, & ſimilium.*

6 *Hæc actio etiam datur adverſus ſolam ventris curam bonorumq́; adminiſtrationem habentes.*

7 *Liberti nomine hæc actio ſuſpecti etiam datur adverſus patronum tutorum dummodo parcatur famæ patroni.*

8 *Famæ patroni quomodo parcendum.*

9 *Libertus non poteſt accuſare patronum ſuum crimine ſuſpecti tutoris. Ampliatur num. 10.*

11 *Hæc actio ſuſpecti etiam datur adverſus libertum tutorem filiorum patroni, ſi fraudulenter geſſerit. Limitatur num 12.*

13 *Hæc actio ſuſpecti etiam datur adverſus tutorem divitem, licet ſolvendo ſit.*

14 *Vtilius eſt rem ſalvam, quam tabulas cautionis habere.*

15 *Satiſdatio propoſitum tutoris malevolum non mutat, ſed divitus graſſandi facultatem præſtat.*

REGVLA VI.

SExta regula eſt: Quod*adverſus omnes tutores hæc actio exerceri poſſit, 1
ſive dativos, legitimos, ſive teſtamentarios, §. *oſtendimus.* *Inſt. hoc tit. l.* 1. §. *oſtendimus, ff. eod l. etiam teſtamento, C. eod.* Et ratio eſt, quamvis enim fides tutorum teſtamentariorum ab ipſo teſtatore approbata fuerit, ut ab onere ſatiſdandi releventur §. 1. *inſt. de ſatiſdat. tut.* atq; ita videbatur eos quoque relevari à crimine ſuſpecti, eo quod viri probi & frugi habiti fuerint, ac fideles: multa tamẽ accidere poſſunt, unde in ſuſpicionem optimo jure vocentur; quia mores hominum in vita privata, vix ſatis cognoſci poſſunt: quod ſi imperium aut majus aliquod ipſi adveniat, tunc recte apparere ſolet, quo quis animo ſit, quod demonſtratur, ut opinor ex Adagio illo; *Magiſtratus: virum arguit, & demonſtrat.* Quid * enim ſi morum ante celata vel incognita emerſe- 2
rit improbitas (inquit ICtus) *in l. in confirmando, cum duab. ll. ſeq. ff. de confirm. tut* vel quid ſimile, debet * iudex potius ſequi pupillorũ, & minorum utilitatem, 3
quam legis aut hominis judicium, *l. vtilitatem, ff. de confr. tut.* ipſaque ſuſpicio nos admonet, ne pupillos aut minores objiciamus periculo, quia jura*præſtat 4
intacta ſervare. quam poſt vulneratam cauſam, remedium quærere, *l. fin. C. in quib. cauſ. in integr. reſtit. non eſt neceſſ.* multi ſiquidem hoc tempore inveniuntur, qui candidis ſunt externis moribus, ut Angelos propemodum exiſtimes, qui tamen plerunque peſſimi ſunt adminiſtratores vel tutores, quia intus & in cute latet venenum, ut ſupra quoque diximus *reg.* 1. *num.* 38.

Ampliatur regula primo, ut*etiam procedat adverſus curatores adoleſcen- 5
tium, prodigorum, furioſorum, & ſimilium, *l.* 3. §. *non tantum, ff. hoc tit.* & §. *oſtendimus, inſtit. eod.*

Secun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

6 Secundum ampliatur,ut * etiam procedat adverſus ſolam ventris curam
bonorumque adminiſtrationem habentes,*d.* §. *non tantum*, *verſ. ſed et ſi quis.*
Tertio ampliatur, ut * etiam procedat adverſus patronum tutorem, li-
7 berti nomine, dummodo parcatur famæ patroni, *d.* §. *oſtendimus*, *verſ.*
8 *quid ſi patronus Inſtit. eod.* Quod *quidem tunc fiet, cum in ſententia cauſa nõ
exprimitur, ob quam revocetur, *l. hæ enim, in princ. ff. hoc tit.* vel quod ipſum
revocet ob culpam, vel ſimilem cauſam; ita tamen ut doli mentionem mi-
nime faciat, vel exprimat in libello ſed temperatis aliquibus verbis utatur
habita bonæ fidei mentione ſecundũ Aretin. *in d.* §. *oſtendimus Inſtit. hoc tit.*
alias enim ſi ob dolum damnaretur, infamis fieret, §. *ſuſpectus, Inſtit eo.* Li-
9 bertus tamen * ad hanc excuſationem adverſus patronum non admittitur, *l.*
10 *tutor quoque* §. *liberti*, *verſ. ſed ſi, ff. hoc tit.* & multo * minus admittitur li-
bertus adverſus patronum, qui ejus tutelam gerit, eo quod ſit impubes, §.
impnberes inſtit. hoc tit.

11 Quarto ampliatur, ut etiam * hæc actio detur adverſus libertum tutorem
filiorum patroni, ſi fraudulenter geſſerit, *l. libertus ff. hoc tit. l.* 1. ibi gl. *ver-*
12 *bo finitum*, *C. eod.* ubi limitat * gloſſa hoc locum non habere, ſi datus fuerit
ad tempus, & ea finita, à judice iterum datus fuerit, nec habuerit contuto-
rem, qui prioris tutelæ nomine eum conveniat, quo caſu locus erit accuſa-
tioni, etiam finita tutela; nam accuſabitur de ſuſpecto pro primo admi-
tione, ut etiam in hac male præſumatur eum acturum, & infametur, *l.
tutor*, §. *item erit quærendum* & §. *ſi autem* & §. & *quod ſi quis ff. hoc tit.*

13 Quinto ampliatur, quod * etiam detur hæc actio adverſus tutorem divi-
tem, vel qui ſolvendo eſt, & ſatiſdare paratus ſit, §. *ſuſpectus.* 1. & §. *noviſ-
ſime*, *Inſt. eod*, *l. ſuſpectus cum l. ſeq. ff. eod.* etiamſi ratiſdederit *d. l. ſuſpectus*,
14 expedit enim * pupillo rem ſuam ſalvam fore magis, quam tabulas cautio-
15 nis habere: quia * ſatiſdatio propoſitum tutoris malevolum non mutat, ſed
diutius graſſandi in re pupillari facultatem præſtat, *d. l. ſuſpectus fieri cum l.
ſeq. ff. hoc tit.*

SVMMARIA.

1 *Hæc actio ſuſpecti eſt quaſi publica, & omnibus patet, & quæ ſit ratio n.* 3.

2 *Actio ſuſpecti cur quaſi publica appelletur.*

4 *Tutor poteſt removeri ex officio judicis ſine accuſatione.*

5 *Multa delicta prodita vindicantur citra accuſationum ſolemnia.*

6 *Suſpecti judicium intendens, cur ſe in crimen ſubſcribere non debeat.*

7 *Servus pupilli poteſt de fraude tutoris inſtruere Præt.*

8 *Mulieres pietate ductæ accuſare tutorem ſuſpectum poſſunt.*

9 *Mulieres & accuſare, & poſtulare prohibentur; & quare.*

10 *Mulier non poteſt procuratoris munus obire, & ab omnibus civilib. aut publicis officiis remota eſt.*

11 *Accuſatio ſuſpecti cuilibet conceditur, maxime ſi ſit de neceſſariis, ut pater, mater, avia ſoror, nutrix.*

12 *Injuria uni illata intelligitur illata toti cognationi.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

13 *Actio ſuſpecti datur tutori adverſus contutorem, etiam ſatis offerentem.*
14 *Tutor poteſt accuſare contutorem ſuſpectum, etiamſi fuerit remotus.*
15 *Adulti poſſunt accuſare curatorem de ſuſpecto, cum conſilio conſanguineorum & quæ ſit ratio.*
16 *Intellectus legis*, ſi curatorem, C. de integr. reſtitut.
17 *Adoleſcentis crimen ſuſpecti temere intẽdẽtis mulcta, apud Athenienſes.*
18 *Liberti poſſunt tutores patronorum ſuorum, ſive filiorum patroni ſui accuſare de ſuſpecto.* 19 *Actio ſuſpecti datur hæredibus.*
20 *An hæc actio in hæredes detur.*
21 *Impuberes propter judicii imbecillitatem, non poſſunt tutores ſuſpectos facere. Limitatur num 22.*

REGULA VII.

SEptima regula eſt; Quod * hæc actio ſive cognitio ſuſpecti, quaſi publica omnibus hominibus pateat, §. *conſequens Inſtit. hoc tit. l.* 1. §. *conſequens ff. eod.* Nec enim proprie publica dici poterit cum non ſemper condemnatus fidei & exiſtimationis labe aſpergatur, §. *ſuſpectus* 2. *Inſtit. hoc tit.* & Bar. *in* l. 1. *ff. de publ. jud.* Quaſi tamen publica † nuncupatur tum propter publicæ utilitatis vindictam, tum quia cuilibet hæc actio competat. Ratio autem hujus regulæ † eſt favor pupillorum, & minorum. Intereſt enim omnium civium, & Reipublicæ non negligi hujus pupillaris aut minoris ætatis curam quæ ſeminarium eſt omnium ordinum civitatis. 1 2 3

Ampliatur autem † hæc regula primo, quod etiam quando crimen eſt apertum, & expertiſſimis rerum argumentis liqueat ſuſpectum aliquem eſſe, Iudex vel Prætor poſſit favore pupillorum ultro removere tutorem, nemine acuſante, vel dicente eum ſuſpectum, *l.* 3. §. *præterea, ff. hoc tit.* Nam & ſunt multa delicta, quæ † ſi iis conſtat, vindicantur citra ſolemnia accuſationum, *l.* 1. C. *de calum. l.* 3. §. *unde quæritur, ff. ad leg. Iul. de adult.* nempe quorum atrocitas facit, ut non moretur Iudex vindicem accuſatorem quãquã alioqui nõ ſoleat temere ſine accuſatore ulla procedere criminis cognitio. Secundo ampliatur, quod etiam † is, qui hoc judicium intentat, non cogatur ſe in crimen ſubſcribere, nec etiam incidat in SCtum Turpilianum, ſi ab accuſatione deſtiterit, *l.* 1. §. *Suſpecti ff. ad SCtum Turpil.* nam ejus eſt non criminalis, ſed civilis ſemper intentio, quæ inſcriptionem non exigit, *l. ult. ff. de privat. delict.* cum ſolum hic agatur, ut tutor removeatur, quæ privatam ſolum pupillorum utilitatem reſpiciat, nec ad pœnam vocat, *c. tua et ibi not. de Procurat.* quamquam in eum aliquando gravius animadvertat ex officio Iudex, & remotum propter dolum ſemper comitetur infamia *l.* 1. §. *ſolent, ff. de offic. Prefect. urb.* 4 5 6

Tertio ampliatur, quod † etiam ſervus pupilli poterit de fraude tutoris inſtruere religionem Prætoris, *l. nihil, ff. hoc tit.* 7

Quarto ampliatur, quod etiam mulieres admittantur, modo pietate quadam, & non extra ſexus verecundiam ducantur ad accuſandum, *d.* §. *conſequens,* & ibidem gl. *verbo, egredientem,* licet alioquin illis † prohibeatur ali- 8 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

quem publico judicio reum facere, *l.* 1. *ff. de accuſat.* Atque adeo, vel ſim-
pliciter deferre, *l. deferre*, *ff. de jur. fiſci.* Vel pro alio poſtulare, *l.* 1. §. *ſexũ*
ff. de poſtu. ne contra pudorem, ſexui muliebri maxime congruentem, virorũ
10 cœtibus immiſceantur, *l. maritus. C. de Procurat.* Aut * etiam procurato-
ris munus obire, *l. neque fœmina*, *ff. de Procurat.* & denique ab omnibus ci-
vilibus, aut publicis officiis remotæ ſint, *l.* 2. *ff. de reg. jur.* & ab omni luce
11 fori. Et maxime * admittuntur ad hanc accuſationem mulieres perſonæ ne-
ceſſariæ, quæ pietatis neceſſitudine ductæ, ad hoc procedunt, quamvis eti-
am ſint impudicæ, *l. pietatis*, §. *fin. C. eod. d. l.* 1. §. *conſequens*, quales ſunt
mater, avia, nutrix, ſoror, & ſi qua alia fuerit mulier, quam prætor pro-
penſa quadam pietate intellexerit ſexus verecundiam non egredientem, ve-
luti Calphurnia, *d. l.* 1. §. *ſexum*, *ff. de poſtul.* & ſuſtinere non poſſe pupillo-
rum injuriam; Eo caſu ad accuſationem ipſam admittet, favor enim pupil-
12 lorum, & minorum, hoc maxime ſuadet: quoniam † injuria, quæ fit ſan-
guini, vel neceſſitate conjuncto ad omnes conjunctos pertinet, *l. lex Corne-
lia*, in princ. ubi Bart. *ff. de injur. l.* 1. & 2. *ff. de libr. cauſ. l. uxor tua*, *C. de
iis qui accuſ. non poſſ.*

13 Quinto ampliatur, quod hæc † actio tutori quoque detur adverſus con-
tutorem etiam ſatis offerentem, *l. tutor quoque*, *in princ. l. ſuſpectus*, *verſ.*
14 *nec ferendus*, *ff. hoc tit.* §. *noviſſime*, *Inſtit. eod.* In tantum etiam, ut † tu-
tori quoque jam remoto detur hæc actio, *d. l. tutor ff. eod.* ut quomodo tra-
ctatus eſt, ipſe alios tractet, & paris delicti parem pœnam eſſe procuret, ſi
forte communionem in malis deſiderat.

15 Sexto ampliatur, quod etiam † adoleſcentibus volentibus ſuſpectos fa-
cere curatores ſuos, id permittatur ex conſilio neceſſariorum ſuorum, *l.
impub. in princ. ff. hoc tit.* §. *impub. Inſtit.* eo Port. *Inſtit. de ſuſp. tut. num.* 4.
& ibid. addit, *& ibid.* Angel. *num.* 5. *l. pietatis*, *C. eod.* qui ſi abeſſent, nec
aſſentiri poſſent, eo caſu Iudex ſupplet. *l.* 3. §. *præterea & l. fin. ff. hoc tit.* Si
vero adſint, ſed conſentire nolint, ſiquidem id malitioſe & fraudulenter agãt,
tunc etiã poterit judex tutorem ſuſpectum removere, ſi ipſi videbitur juſta
ſuſpicionis cauſa ſecundum Angel. Aret. *in d.* §. *impuberes* poſt Bartol. *in l. ſi
cum dotem*, §. *eo autem*, *ff. ſolut. matr.* Dec. *in c. ex parte*, *de conſtit.* Ratio autem
hujus ampliationis eſt, quod in puberibus ſit aliquod animi & judicii robur,
tantumque arbitrii à lege habeant, ut nõ detur illis invitis curator. Ideoque
non debuit illis negari arbitrium reprobandi curatores, qui male admiſtrave-
rint. Illorum enim interventus facit ut res ex utilitate minoris eſſe videatur,
quia lex non arbitratur eos curam ſuorum facile omiſſuros, *l. tranſactionem*,
16 *C. de tranſact.* Et quamvis * adoleſcens, qui curatorem habeat, ſimilis habea-
tur pupillo, *l. ſi curat. habens*, C. *de in integr. reſtit.* Id tamẽ ſolum locum habet
quoad patrimonii adminiſtrationem, non vero quo ad ea quæ pendent ex æ-
taris prudentia, ut eſt hoc iudicium ſuſpecti tutoris, quod non pertinet ad
17 patrimonii adminiſtrationem. Apud Athenienſes vero * adoleſcens pubes
non poterat intendere hanc actionem, niſi periculo pendente abſoluto reo,
ſextæ partis ſui cenſus, ſi temere & injuria hoc judicium moviſſe judicare-
tur, ut tradit doctiſs. Balduin. *Inſtit. de ſuſpect. tut. in verbo*, *conſilio.*

Septimo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Septimo ampliatur,quod* etiam libertis pupillorum detur,adverſus tuto- 18
res vel curatores, male gerentes rem patronorum, vel liberorum patronorum, niſi patronus eſſet accuſandus: quo caſu adverſus patronum non datur, *l.* 3. §. *liberti quoque*, & ibi gl. *verbo gravius, ff. hoc tit.*

Octavo ampliatur,quod*etiam hæc actio concedatur hæredibus volenti- 19
bus facere ſuſpectos tutores,cum competat omnib.agere volẽtibus,igitur & hæredibus,qui ex populo ſunt,& recte agant,In*hæredes non competit, eo 20
mortuo pendente judicio; quia cauſa finalis hujus judicii eſt terminata: nam tutor qui petebatur removeri per judicem, remotus fuit per mortem, niſi quatenus ad eos pervenerit, *l. poſt finitum, ff. de ſuſpect. tut.* §. *ſed ſi ſuſpecti, Inſtit. eod.* & *l. ult. C. de hæred. tut. vel cur.*

Declaratur hæc regula,ut locũ*non habeat in impuberibus, §. *impuberes,* 21
Inſt. eod. l. impuberib. ff. eod. idq; propter judicii vix dum naſcentis imbecillitatem, cum nec ſatis intelligant verum officium ſuorum tutorum, & plerumque oderint ſalutarem ſeveritatem amentque aſſentationem pernicioſã, ut dicit Balduin. *in verb. impuberes, Inſtit. eod,* niſi * alii pro eo agere velint, 22
quod permittitur, *l. pietatis, C. eod.*

SVMMARIA.

1 *Remotus à tutela, in dubio non fit infamis.*
2 *Si in ſentẽtia cauſa nõ exprimatur, nõ intelligitur ex cauſa famoſa dãnatus.*
3 *Remotus á tutela, in dubio cenſetur potius ob culpam remotus, quam ob dolũ.*
4 *Condemnatus in dubio, quis cenſetur ex cauſa, quæ minus lædat.*
5 *Quid ſi pœna ſimpliciter imponatur.*
6 *Abſens condemnatus, videtur magis condemnatus ob contumaciam, quam malam cauſam.*
7 *Bannitus condẽnatus de falſo, videtur magis condemnatus ob contumaciã quã falſitatem.*
8 *Pœnæ potius ſunt molliendæ, quam exaſperandæ.*
9 *In pœnis benignior interpratatio facienda.*
10 *Tutor ob dolum remotus, infamia notatur.*
11 *Lata verſutiæ culpa, dolo proxima eſt.*
12 *In judiciis mandati, depoſiti, & ſimil. ipſa quoque negligentia non caret infamia.* 13 *Ruſtica ſimplicitas, vel inertia neminem reddit infamem.*
14 *Intellectus* l. fin. & ibi gl. C. hoc tit.
15 *Tutor, niſi Iudex famoſam remotionis cauſam exprimat non fit infamis.*

REGULA VIII.

OCtava regula eſt: Quod*remotus à tutela, in dubio non fit infamis; quia 1
cenſetur potius remotus ob culpam, quam ob dolum, adeoque ex cauſa quæ minus lædat, *l. hæ enim, ff. hoc tit.* ubi*textus dicit, quod ſi quis 2
remotus fuerit à tutela, nec appareat an ſit ob dolum, & ſic*ex cauſa famoſa, 3
an ob culpam, & ſic non famoſa, quod cenſeatur potius ob culpam remotus eſſe, quam ob dolum, ut ſit integræ famæ; & ita intelligunt eum textum, ibi

 gloſſa, *in verb.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

verb. & *verum eſt,in fin.* & *ibi* Bart. & cæteri, & ita quoque voluit Franc. Cremon. *ſingul* 37. *incip. pone quod ſententia*, ubi in hoc dicit ſingularem illam gloſſam.

4 Nam & ſemper alias,ſi non* appareat ex qua cauſa judicatum ſit,in dubio præſumitur ex ea,quæ minus lædit condemnatum,ſecundum Imolam,*in l.ſi quis ad quem in fin.de acq. hæred.* per text & gl.*in d.l.hæ etiam,et* l.*ſi quis ad exhibendum,ff.de except.rei jud.et c.ſi forte, de elect.lib.* 6.quod & ipſum voluit. Roman. *in ead. l.ſi is ad quem,verſ. ex qua cauſa.*

5 Hinc etiam,ſi pœna * fuerit ſimpliciter appoſita ſine declaratione, an eſſet propter contumaciam,quæ intervenerit,an propter delictũ, ſuper quo contumacia facta ſit, tamen in dubio cenſetur fuiſſe irrogata ob contumaciam, & non ob delictum,ut voluit Imola poſt Gofredum,*in c. ex literis, de conſt. in* 6. *in verb. ubi autem ſit dubium,per not. in pænis, de reg. jur. lib,* 6.*et in l.ſi præſes ff. de pœn.*

6 Quæ ſententia ex† eo etiam confirmatur,quod in ſimili dicitur;abſentem
condemnatum,magis videri condemnatum ob contumaciam,quam propter
7 malam cauſam,*l.ſi ideo,ff.de evict.* ex qua Bartolus notat;quod† bannitus,&
condemnatus de falſo,videatur condemnatus magis ob contumaciam,quam
quod falſum commiſerit , atque ideo inſtrumenta conficere poſſe , & idem
Bart,*in l.Papinianus,§. meminiſſe , in* 3.*notab. per eum text ff. de inoffic. teſt. et*
in l.ſi ſuperatus,circa medium,ff.de pignor. Bald.*in l.* 2.*verſ.quære ſecundum,ibi,*
ſecundum eſt neceſſarium. & ibi etiam Salic. *in.* 11.*oppoſ.C,quib. res jud.non noc.*

8 Ratio autem hujus regulæ † eſt, quod pœnæ potius ſint molliendæ,quam
exaſperandæ,ut inquit textus. *in l.penult. ff. de pœn.* & *l.ſi cum teſtamento , ff.*
9 *de except.rei jud.l.cum quidam, ff. delib.* & *poſthum.* & quod * in pœnis benignior facienda ſit interpratatio,*c.in pœnis*,ubi Dyn. *de reg.jur.in* 6.& facit ad hoc, *in d.l.hæ enim*,& gloſſa opt. §.*Suſpectus , in verb.famoſus,Inſt. hoc tit.*

10 Declaratur regula,ut*non procedat primo,quando quis accuſatus fuiſſet de dolo,qui enim de dolo aut fraude damnatur ſuo nomine,infamia notatur, maxime autem ſi tutelæ judicio,*l.* 1.*ff.eod.*& gl.*in d. verb. famoſus.*

11 Secundo non procedit,quando * tutor accuſaretur ob latam culpam dolo proximam,*l.impuberibus,§.* 1.*ff.hoc tit.*ut quia in reb.ſuis diligens,alienas improbe negligit,quas tamẽ non minus quam ſuas procurare deberet: Neq; enim(inquit Celſus)*in l.quod Nerva,ff.depoſ.* fraude caret,qui non eam curam præſtat in alienis negotiis , quæ ſuſcepit tuenda,quam in ſuis ſolet,& hanc quidem latam culpam à dolo non differre variis legibus traditum eſt , ut *in d.l. quod Nerva,l.magna,ff.de verb.ſignif.l.* 1.*§.is vero,l.fideiuſſor,ff. mand.*

12 Tertio non procedit,quando *tutor accuſatus fuiſſet ob negligentiã,quæ
etiam infamia non caret. Infamis enim fieri dicitur , qui fidem non ſervat ,
quod negligentia non minus fieri poteſt , quam dolo,ut tradit Cicero *pro Cæcinna*,inquiens:*In privatis rebus, ſi qui rem mandatam,non modo malitioſius geſ-*
ſiſſet ſui quæſtus;aut commodi cauſa,ſed etiã negligentius:eum majores noſtri ſum-
13 *mum dedecus admiſiſſe exiſtimant.* Quod tamen locum non* habet in levi neg-
ligentia,quæ dolo careat,ſecundum Vlp.*in l.* 3.*§.ult.ff.hoc tit.*inquiens:*Qui*
ob ſegni-

ob ſegnitiem, vel ruſticitatem, vel inertiam, vel ſimplicitatem motus tutela fuerit in ea cauſa eſt, ut integra exiſtimatione abeat. Nec enim immerito venia iis danda eſt, qui continenter operi incumbentes pro ſalute communi locum fecerint Græco Suidæ Adagio Ἀγροῦ πηγὴ i.e. agri fons, ab aſſidua Paganorũ in agris vigilantia, atque ita intelligi debet * text. *in l. fin.* & ibi gl. *C. hoc tit.* 14

Verum hæ limitationes hujus * regulæ locum non habent etiam, quando judex cauſam remotionis in ſententia non expreſſerit, *l. hæ enim ff. hoc* 15
tit. Antequam enim judex remotionis cauſam in ſententia ſua exprimat hoc eſt, antequam judicatum complectatur famoſam cauſam remotionis, tutor remotus ob dolum, non fit infamis: Nec ad rem pertinet, ſi forte judex potuerit exprimere famoſam cauſam: ſi enim nullam expreſſerit, nullam irrogat infamiam.

SVMMARIA.

1 *Pendente accuſatione ſuſpecti, & quoad cognitio finiatur, interdicitur adminiſtratio, & alius in locum datur.*

2 *Accuſatione pendente contra Officialem de delicto commiſſo in officio, debet ei adminiſtrationi interdici, & interim alius in ejus locum ſurrogari.*

3 *Officialis ſyndicandus, cur debeat interim ab Officio ſuſpendi & num.* 4.

5 *Quid in Prælato accuſato.* 6 *Quid in Notario accuſato.*

7 *Accuſatione pendente, non debet quis promoveri ad dignitatem etiam ſæcularem. Ampliatur num.* 8. 9 *Infamibus portæ dignitatum non patent.*

10 *Tutori ſtatim ipſo jure adminiſtratio interdicitur, cum ſuſpectus poſtulatur.*

11 *Debitor tutori poſtulato ſciens ſolvens, non liberatur.*

12 *Accuſato de crimine, de quo veniant bona publicanda, non videtur interdicta bonorum adminiſtratio pendente accuſatione, quo minus debitores ei ſolvendo liberentur.*

13 *Pendente cauſa ſuſpecti, tutor non poteſt adminiſtrare, ſed datur curator qui interim adminiſtrat.*

14 *Legitimo tutori ſuſpecto, aut etiam damnato, non adimitur adminiſtratio.*

REGVLA IX.

NOna regula eſt: Quod pendente hac accuſatione, & quoad cognitio ejus finiatur, interdicitur adminiſtratio, & alius in ejus locum datur, 1
l. hæ enim §. ſi Prætor, ff. hoc tit. & l. eum quem, C. eod. Grat. *conſ.* 44. *per tot. lib.* 1. *num.* 15. dicit eſſe regulam: Ratio autem hujus regulæ eſt juſtus periculi metus, ne videlicet tutor ſuſpecti judicio irritatus, non ſatis ex fide negotia gerat, & ne incipiat eſſe, quod dicitur ſuſpectus, idque magno pupilli damno *l. ſi fidejuſſor, §. ult qui ſatiſd. cog.* parit enim ipſa lis ei dubitationem, *l. ſed etſi, §. ſi ante ff. de petit. hæred.*

Ampliatur regula primo, ut * procedat etiam in officiali, accuſatione pẽdente de delicto commiſſo in officio, ut eidem adminiſtratio quoque inter- 2
dicatur, & in ejus locum alius ſubrogetur, ut tradit Luc. de Penna *in l. judices, C. de dignit. lib.* 12. *arg. l. cum quidem, & l. de certo, ff. hoc tit. & in c. ſcripſit,* 7.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

ſit,7.*diſtinct*.1.Tiraq.*de pœn.temp.cauſ*.58.*num*.5.allegans *deciſ. Tholo*.370. *incip. ſi aliquis officiarius.*

3 Vnde Paris de Puteo *in tract. Synd. in tit. de offic. Syndicatus*, tradit,quod Syndicandus ideo debeat ſuſpendi ab officio, quia diſtraheret teſtes ſcientes veritatem, vel minas inferret, *ut in c.tam literas*, §. 1.*extr. de teſtib.* & *in c. conſtitutus,extr.de exceſſ.Prælat.*& idem Pariſ.*in eod.tract. Synd. in ver. accu-*
4 *ſatus.* Vbi concludit,hoc * etiam locum habere, tam in officiali temporali, quam perpetuo, & idem in ſpecie tenet Bartol. *in l.ordine*.§. *quæſtionib.ff.ad munic.* Vbi in particulari tenet, quod quando accuſatur, qui deliquit in officio interdicitur illi adminiſtratio, licet Aufr. *d.deciſ.Toloſ.* contrarium teneat,niſi concurrat enormitas vel ſcandalũ,per gl.*in c.presb.ſi a plebe*.2.*qu*.5.

5 Prout ſimili * etiam dicimus in Prælato, *ut in c. venerabili, extr. de offic.deleg.*& *c.quia*,3.*qu*.2.*c. licet Heli*,§. *quia vero, extr. de Simonia*,& plene Luc. de pen.*in l. judices, C. de dignit.* & *d.deciſ. Tholoſ.* licet Aufrer. ibidem contrarium teneat declarando.

6 Sicuti etiam in ſimili * dicimus de Notario accuſato, *ut in l.ea.* per Bartol.*ff.ad leg. Iul. repetund.* & *in ſuo conſilio incip. ſervus Ioannes*, Verum contrarium tenet additio marginalis, ad *d.deciſ.Tholoſ.*ex Felin. *in c. omnipotens, extr. de excuſat.* qui dicit, Notarium accuſatum de falſo,poſſe conficere inſtrumentum.

7 Secundo ampliatur regula, quod * etiam accuſatione pendente, non debeat quis promoveri ad dignitatem etiam ſæcularem, ut tradit gl. pragma-
8 tica, *tit.de num.Cardinal. verb.infamiæ.fol.*190. maxime quando accuſatus *
9 eſſet diffamatus: famoſis enim & notatis;vel quos ſcelus,& * vitæ turpitudo inquinat, & quos infamia ab honeſtiore cœtu ſegregat,dignitatis portæ non patebunt, *l.*2.*c.de dig.lib.*12.*c.inter dilec.de exceſſ.præl.c. infam.de reg.jur.in* 6.

10 Tertio ampliatur, quod * tutori poſtulato ſuſpecto ſtatim ipſo jure interdicitur adminiſtratio,*l.eum quem*, *C. hoc tit.*Grat. *conſil*.44.*num*.12. *lib*.1.&
11 Port.*in* §.*ſuſpect.num*.1.& *ibi addit.*Adeo,ut non * liberetur debitor,qui huic tutori poſtulato ſciens ſolverit *l.quod ſi forte*, §. 1. *ff. de ſolut.* quamquam
12 alioqui * creditori, criminis alicujus reo etiam condemnato, rite ſolvatur,
13 *l. reo ff. de ſolut.* & ſi * hic tutor, pendente judicio, non abſtineat ab adminiſtrarione, ipſo jure interdicta, Iudex ipſe interdicat, & alium interim dat curatorem, *d. l. eum quem.*

14 Quarto ampliatur, ut * etiã procedat in matre tutrice, vel alia conjuncta perſona,ut tradit *Grat.d.conſ*.44.*n*.12.& 13.dicens, hoc nõ procedere, quando per remotiores conjunctos infamaretur. Quo caſu dicit adjungendum eſſe curatorem arbitrio judicis,maxime ſi legitimus ſuſpectus fuerit poſtulatus, ut tradit Bald.*in* §.*ſuſpec. autem,cum* §§.*ſeqq.in verb. ſi quis*.niſi ſtatutum ſit in contrarium,ut eſt Bononiæ,ut dicit Grat. *d.conſ*.44.*n*.13.14.*lib*.1.

SVMMARIA.

1 *Suſpecti poſtulatio extinguitur, ſi pendente lite mors tutoris ſuperveniat., & quæ ſit ratio.*

2 *Suſpecti poſtulatio etiam extinguitur, ſi pendente judicio tutela finiatur.*

Simul

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

3 *Simul ac tutelæ judicio locus eſt, ceſſat ſuſpecti cognitio.*

4 *Actio tutelæ, & poſtulatio ſuſpecti, non concurrunt, niſi ceſſante actione tutelæ.*

REGULA X.

VLtima regula eſt: Quod * ſuſpecti poſtulatio extinguatur, ſi pendente 1
lite, mors tutoris ſuperveniat, §. *ſed ſi ſuſp. Inſt. eod. l.* 3. §. *quæri ff. hoc tit.* Ratio eſt; nam cum ſuſpecti judicio agatur, ut tutores vel curatores removeantur, cujus morte tutela vel cura finiatur, fruſtra ageretur amplius de eo removendo, quē mors proprie jā removit, obtento enim fine actionis, merito ceſſat actio, propterea morte rei criminis quæſtio quoque aboletur.

Idem quoque * dicendum erit, ſi pendente judicio finiatur tutela, ſemper enim ſtatim atque tutelæ judicio locus eſt, ceſſat ſuſpecti congnitio *d. l.* 2
3. §. *quæri*, & gl. *in d.* §. *ſed ſi ſuſpecti, in verb.* * *extinguitur*, *l. poſt finitam*, & ibi gloſſ. *verb. ſolvitur ff. hoc tit.* & *l.* 1. & ibi gl. *verbo, finitum*, C. *eod.* quia 3
actio * tutelæ, & poſtulatio ſuſpecti non concurrunt. Quod tamen non procedit ceſſante actione tutelæ; quia ſolus eſt tutor, vel alius *d. l.* 3 §. *quæri*, 4
& ibi gl, *verb, conveniat* & §. *ſi curator in ead. l.* Cæterum cognitio de excuſatione perficitur, etiam finita tutela, ut ex eventu judicii, & ſententia palam fiat ad quem pertineat periculum ejus temporis, quo ceſſatum eſt, ut dicit Balduin. *in d.* § *ſed ſi ſuſpecti, in verb. extinguitur ſuſpecti cognitio.*

CAPUT XXXVII.

Quomodo & quando tutela vel cura finiatur.

SUMMARIA.

1 *Tutela pubertate finitur, id eſt, anno decimo quarto maſculis, & duodecimo in fœminis.*

2 *Qui ad generandum apti ſunt, etiam creduntur ad tuitionem ſui idonei.*

3 *Ætas pupillaris ad decimum quartum annum excurrit.*

4 *An ſicut officiū tutoris pubertate finitur, ita quoq; & actoris à judice cōſtituti.*

5 *An citatio facta de actore à judice conſtituto, finito officio, inducat litis pendentiam.*

6 *Curatoris tutori adjuncti poteſtas finitur pubertate.*

7 *Tutor finita tutela tenetur curatorem petere adulto.*

8 *Pubes in ſuam tutelam venire dicitur.*

9 *Intellectus leg.* hæc autem, §. ait Prætor, ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat.

10 *Verba hæc:* Cum in ſuam tutelam pervenerit: *diverſimode intelliguntur, inſpecta conditione proferentis, & ejus de quo proferuntur.*

11 *Pubes pubertate dicitur recipere tutelam.*

12 *Pubes tutore invito poteſt exigere, ſeu repoſcere tutelam.*

13 *Ætas pupillaris, id eſt,* 14 *annorum, dicitur ſecunda ætas.*

14 *Conſtituti in ætate* 14 *annorū, uſq; ad annū* 25 *quomodo in jure vocentur.*

Iuſta

15 *Iuſta ætas, alias nubilis ætas, quando incipiat.*
16 *Verba teſtatoris ſunt intelligenda ſecundum conſuetudinem loci.*
17 *Nubilis ætas etiam ante duodecimum annum incipit: quando malitia ſupplet ætatem.*
18 *Tutor pubertate pupilli, tenetur tutelam reddere, id eſt, tutelæ rationes reddere.*
19 *Tutela abſentis finita, tutor tenetur legitimis ejus hæredib. rationem reddere.*
20 *Tutor non poteſt abſentis bona retinere ſub prætextu mortis ejuſdem puberis, & ſubſtitutionis, niſi probata morte.*
21 *Abſentia longa æquiparatur morti.*
22 *Pubertas quomodo probetur & præſumatur.*
23 *Fœminæ cur citius pubeſcant, quam maſculi.*
24 *Anno duodecimo, puellæ Romæ nuptui dabantur.*
25 *Spartæ adultiores demum virgines, & plenis nubiles annis, viris in matrimonium collocabant.*
26 *Quæ inferiora ſunt, ea celerius perficiuntur.*
27 *Romani nomina fœminis octavo die imponi conſueverunt, maſculis vero nono.*
28 *Hodie præſumptio juris, & de jure eſt, quod pubertas in fœminis præſumatur, & probetur ex complemento* 12. *annorum, & in maſculis* 14. *annorum, non admittens probationem in contrarium, ut in tutelis finiendis, & teſtamentis.*
29 *In materia contrahendi matrimonii probatio contraria admittitur, quo ad præſumptionem & probationem pubertatis.*
30 *Pubertas in cauſa alimentorum extenditur in fœmina, uſque ad quatuordecim, in maſculis, uſque ad octodecim annos.*
31 *Spado pubeſcit anno decimo octavo.*
32 *Conſuetudo, vel ſtatutum poteſt taxare ætatem.*
33 *Iure veteri pubertas æſtimatur ex inſpectione corporis.*
34 *Platonis de æſtimanda pubertate lex.*
35 *Lycurgus nudas voluit exhiberi virgines puberes.*
36 *Cur leges antiquæ marem nudum inſpici juſſerunt, fœminam nudam nequaquam.*
37 *Quid habitus corporis ſit.*
38 *Caſſianorum & Proculianorum diverſæ opiniones de pubertate.*
39 *Puberes qui ſecundum Priſcum.*
40 *Cujus ſententia obtinuerit circa definitionem pubertatis.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

41 *Antiquitus apud Romanos, maſculis uſque ad decimum quartum annum comæ ſolebant nutriri.*
42 *Annus completus quando dicatur.*
43 *Si per errorem tutor in officio duraverit, caret periculo.*
44 *Tutela finitur pubertate furioſi, vel mente capti.*
45 *Pubertate ilico finitur tutela ipſo jure, & ſine facto hominis.*
46 *Puberes poſſunt facere teſtamentum.*
47 *Puberes habiles ſunt, ad dicendum vel ferendum teſtimonium.*
48 *Puberes habiles ſunt ad jurandum.*
49 *Pubes decimo quarto anno, poteſt in judicio agere, vel ſe defendere, per ſe vel procuratorem: in cauſis beneficialib. & ſpiritualib. ſine Curatore.*
50 *In beneficialib. & ſpiritualib. annus completus, reputatur ætas 25. annorum. Ampliatur num. 51.*
52 *An ætas 14. annorum completa, reputetur integra & diſcreta, ſicut ætas 25. annorum. num. 58.*
53 *Fictio eſt, quando id arguitur eſſe quod non eſt.*
54 *Dictio,* acſi, *fictionem importat.*
55 *Fictio in his, quæ ſunt juris, non habet locum.*
56 *Filius ætate quatuordecim annorum, poteſt invito patre ingredi religionem, & ſe eximere à patria poteſtate.*
57 *Major quatuordecim annis, poteſt facere votum ſacri ordinis, & ſibi eligere ſepulturam.*
58 *Major 14. annis, poteſt in cauſa matrimoniali agere, & ſe defendere.*
59 *Pubes factus torqueri poteſt, non ante.*
60 *Pubes tenetur pœna legis Iuliæ, non ante.*
61 *Pubes deferens habitum novitiorum per annum, cenſetur profeſſus.*
62 *A decimoquarto anno in Syria mares tributo obligantur.*
63 *Completa ætate 14. annorum, evaneſcit ſubſtitutio pupillaris.*
64 *Anni 14. ſubtrahuntur de medio ex omni præſcriptione longiſſ. temporis.*
65 *Pubes poteſt præſtare fidelitatem domino.*
66 *Si duob. impuberib. fratrib. tutor datus fuerit, pubertate alterius fratris finitur tutela dativa, & impubes reincidit in poteſtatem fratris. Limitatur num. 67.*
68 *Tutela regis, an finiatur pubertate, & quamdiu ei dandus ſit curator. n. 70.*
69 *Intellectus conſilii Oldradi.*
71 *Autoris opinio.*
72 *Tutores Principis non debent eſſe Imperioſi.*
73 *Rufinus & Stilico perfidioſi tutores Arcadii & Honorii.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

74 *Tutor poſt finitum tempus ſui officii, cauſam cœptam ante pubertatem proſequi poteſt, etiam poſt pubertatem.*

75 *Dominus litis cauſam cœptam etiam finito officio, proſequi poteſt, ſine aliquo ſpeciali mandato.*

76 *Poſt completam tutelam cogitur quis litem cœptam perficere maxime quãdo nondum rationes reddiderit, vel inſtrumenta.*

77 *Tutor poſt completam tutelam, non poteſt agere judicati.*

78 *Syndicus, vel Procurator fabricæ Eccleſiarum parochialium, finito eorum officio, lite pendente ſubrogare debent modernos Procuratores, & Syndicos.*

79 *Curator ſeu Rector Eccleſiæ, finito officio, licet deſinat illius eſſe Rector, tamen tenetur perſiſtere.* 80 *Tutoris hæredes tenentur inchoata explicare.*

81 *Tutor etiam quo ad cauſas non inchoatas, tenetur periculo tutelæ, ſi finita tutela non curaverit puberi dari curatorem, & in eum adminiſtrationem transferri.* 82 *Novus intellectus l.* fin. C. de uſur. pupilli.

83 *Tutela finita, quarum obligationum jus maneat.*

84 *Quando concurrunt duæ, cauſa una naturalis, & alia accidentalis, prævalet naturalis.* 85 *Prodigis & furioſis curatores quando tribuantur.*

86 *Adminiſtrotio tutoris pubertate non finitur, de generali conſuetudine omnium regionum.*

87 *Statuto Vltrajectino maſculi fiunt puberes anno decimo octavo, & fœminæ anno vigeſimo: ſed neuter eorum poteſt bona alienare, vel vendere ante vigeſimum annum ſine conſenſu tutorum vel propinquorum.*

88 *An vigore hujus ſtatuti, minores poſſint alienare poſt vigeſimum annum.*

HActenus vidimus ſatis tutelæ ingreſſum, & progreſſum: nunc autem ſequiter, ut de egreſſu ipſius videamus, hoc eſt, de fine nempe de liberatione à tutela. Quod ut fiat commodius, duas regulas primo conſtituemus, ac deinde ſeparatim dicemus de ſingulis, modis, quibus tutela finiatur

1 Sciendum itaque eſt conſtituendo primam*regulam, tutelam finiri anno ætatis pupilli decimo quarto, alias pubertate, duodecimo in fœminis, & decimo quarto in maſculis, *l. 1. & fi. C. quam. tut. vel cur, eſſe deſin. l. niſi, in prin. ff. de t. & rat. diſtr. §. 1. Inſtit. quib. mod. tutel.* ſequiter Dec. *conſil.* 476. *num.* 2. & *conſil.* 460. *num.* 22. & ratio eſt, cum enim tutela ſit vis, & poteſtas, ſequiter eam temporariam eſſe, & ætatis progreſſu finem accipere pubertate. Nam cum pupillus pubertatem attigerit, per ætatem jam ſe defendere poteſt, ad maturitatem aliquam ejus judicium pervenit, & incipit ſapere, ut ei amplius non poſſit rebus ſuis interdici ſine injuria; ideoque relin-
2 quenda eſt ei ſui ſuorumque bonorum libera poteſtas: qui enim*ad progenerandum apti ſunt, etiam creduntur ad tuitionem ſui idonei.

3 Quam quidem ætatem * pupillarem Dd. dicunt ad 14. annum excurrere, *l. Æmilius, ff. de minorib. l. ait Divus, ff. de jur. fiſci l. 1. C. qui leg. perſon. hab. ſtand. in jud. l. 1. C. de Carbon. l. 3. C. de teſt. tutel. l. pen. C. quand. ex fact. tut & l. ſi prædium, C. de præd. minor.*

Am-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Ampliatur regula primo, ut * procedat, etiam in Actore per tutorem conſtituto; ut quemadmodum officium tutoris pubertate finitur, ita etiam officium actoris §. *interdum*, *in verbo*, *idoneus. Inſtit. de curat* & *l. potuit*, & *l. propter, C. in quib. cauſ. tut. vel cur. dat. ab his.* nam finito officio principalis, etiam finitur illud coadjutoris conjuncti, *l. 1. C. quand. tut. vel curat. eſſe deſin.* Dec. *de conſ.* 460. *num.* 22. dicens, citationem * factam de tali actore finito officio, non inducere litis pendentiam, per ea quæ habentur, *in clem. 2. ut lit. pend.* ſed Molinæus ibidem contrarium tenet de actore, & adjuncto, *per tit. C.* & *forum ut cauſ. poſt. pubert. adſit. tut.* 4 5

Secundo ampliatur etiam * in curatore tutori adjuncto, ut videlicet pubertate finiatur utriuſque poteſtas; ſic enim Imperator Antonius, *in d. l. 1: C. quand. tut. vel curat. eſſe deſ.* reſcripſit in hæc verba: Si curatores tutoribus adjuncti ſunt, pubertate pupilli, tam tutorum quam curatorum adjunctorum officium finiri, ideoque alios propter ætatis infirmitatem eſſe dandos, manifeſtiſſimum eſt. Et Paul. *in l. curatorem*, 25. *ff. de tut.* & *curat, dat. ab his.* Curatorem inquit, perſeverare in diem pubertatis, in eadem cura reſpondi; ergo poſt pubertatem alium curatorem ſibi petere debebit. Hic etiam pubes * factus, dicitur venire in ſuam tutelam, & ſuæ tutelæ effici, *l. cum filio familias, in princ. ff. de legat.* 3. *l. quoties*, §. *nequaquam*, *ff. de adminiſtr. tut. l. cum ex filio, ff. de vulg.* & *pupil. l. pater filio*, *in fin. ff. de hæred. inſtit. l. ult. ff. de jur. delib. l. ſi quis*, *ff. de legat.* 1. *in princ.* 6 8

Sic in edicto Prætoris † de miſſione in poſſeſſionem, verba hæc: *Si pupillus in ſuam tutelam venerit*, accipienda ſunt, *l. hæc autem*, §. *ait prætor*, *ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat.* 9

Proinde ſi filiæ familias ita legatum fuerit: *Cum in tutelam ſuam pervenerit* tunc debebitur, cum viri potens facta fuerit, *l. cum filio familias*, & *l. ſi filiæ familias, ff. de leg.* 3. Quod tamen non procedit, quando conſtat de contraria mente teſtatoris: quo quidem caſu etiam de viginti quinque annis intelligi poterit, *d. l. cum filio familias.* 10

Idem quoque † pubes, eo tempore dicitur recipere tutelam, ut tradit Suetonius *in Claudio cap.* 2. dicens: *Diu etiam, atque poſt tutelam receptam, alieni juris*, & *ſub Pædagogo fuit*, id eſt, poſt pubertatem. Quam † etiam tutelam pubes, tutore invito, exigere ſeu repoſcere poteſt, id eſt, tutelæ rationes repoſcere, *l. ſi tutor, ff. de tut.* & *rat. diſtr. l. maximeque, ff. de adminiſt. tut.* 11 12

Amplius etiam † ætas pupillaris, id eſt, 14. annorum, dicitur ſecunda ætas, ſecundum Dec. *in l. bonorum*, 7. *n.* 2. *C. quid admit. ad bon. poſſ. per l. cum quidam, in fin. C. de impub.* & *aliis ſubſtit.* 13

Et in hac ætare, uſque ad * vigeſimumquintum annum, paſſim vocantur Minores vel Puberes, aliqui vocant Adoleſcentes, quod cum ſanguine ſimul perturbationes animi effrenatius creſcant, & adoleſcant, *toto tit. ff orum de minor* & facit §. *fin.* 1. *Inſt. quib ex cauſ. manumit. et.* §. 1. *Inſt. quib. mod. tut. fin.* 14

Eadem quoque * ætas dicitur juſta ætas quæ ad nuptias, alias nubilis ætas, idque ſtatim poſt completum duodecimum ætatis annum *l. minorem*, *ff. de rit. nupt l. ſi uxor*, §. *fin. de adult. l.* 2. §. *fin. ff. de privileg. cred. c. continuatur*, *de deſponſ. impub.* §. 1. *Inſtit. de nup.* Alexand. *conſil.* 20. *num.* 8. *lib.* 4. Niſi † conſuetudo 15 16

ſuetudo loci eſſet in contrarium, ut tradit idem Alexand.*conſil.77.num.1.lib.*
17 *5.* Vel niſi*malitia ſuppleret ætatem: quia tunc etiam ante dicerentur nubiles, *d. c. continebatur*, *& c. 1. de deſponſ. impub.*
18 Tutor quoque † pubertati pupilli tenetur tutelam reddere, id eſt, tutelæ rationes reddere, alias reſtituere tutelam, *l. 2. §. ei quoque ff. de judic. l. cum pupillus, ff. de tutel. et rat. diſt.* l. *vn. in fin. ff. ſi penult. appel. l. tutor qui §. fin. l. tutor, pro pupillo, §. 1. ff. de adminiſtr. tutor. l. 1. §. vlt. ff. de uſur. l. liberto ſuo. §. pater duos, in fin. ff. de ann. legat. l. 1. §. ex illa, ff. ad leg. Cornel. de falſ. & l. pen. C.*
19 *de ſuſpect. tut.* Idque non ſolum pubere jam facto petente, ſed etiam eo forte abſente, ejus legitimis hæredibus, per notata *in* l. *ab hoſtibus, ff. ex quib. c auſ. major. &* l. *hæc autem, §. 1. & 2. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat. &.* in l. *nec eos, ff. de c. et poſt. reverſ.* & ita tenet Bald. *conſ.* 256. *lib.* 2.
20 Adeo, ut nec*idem tutor poſſit ſub prætextu mortis ejuſdem puberis, & ſubſtitutionis, eadem bona retinere, licet ignoretur, an ſit mortuus, niſi probata morte: Quia interim non debent legitimi hæredes impediri, ut tradit Bald. *conſil. 12. verſic. ſequitur aliud dubium, et conſil. ſeq. lib. 3.* cum longe abeſſe*æquiparetur morti, *l. mulcta, in princ. ff. de cond. et demonſtrat.* Bald. *in* l.
21 *mater, colum. vlt. vers. idem longe abeſſe, ff. de cond. et demonſt.*
22 Eadem quoq; pubertas præſumitur, & probatur ex conplemento 12. annor. in fœminis, & 14. in maſculis, l. 2. *C. quā. tut. vel cur. l. 5. ff. qui teſt. fac. poſſ. l. 2, ff. de vulg. et pup.* Coraſ. *ad l. precib. in verb.* 14. *annis, C. de imp. et al. ſubſt.*
23 Cur autem fœminæ † citius exiſtimentur, ſintve citius puberes, & nuptiis idoneæ, quam maſculi, Macrobius rationem adfert *lib. 1. Commentar. de ſomnio Scipionis:* videlicet fœminas propter votorum feſtinationē maturius biennio legibus liberari, atque ita anno 12. pubertatem fœminas auſpicari prudentibus placuiſſe, eo quod tempore illo Romæ † puellæ nuptum da-
24 bantur; id quod ea ratione factū Plutarchus interpretatur in Numa ut celerius conjugum mores tenella adhuc ætate inbiberent, & ad obſequium virorum facilius flecti fingique poſſent, aliter* atque Spartæ ſervabatur, in qua
25 adultiores demum virgines, & plenis nubiles annis viris in matrimonium collocabantur. Ego vero id naturæ potius aſſigno, quæ mulieres citius admonet generationis, veluti naturæ inferioris: ut exilia poma celerius matureſ-
26 cunt, robuſta ſerius, ut dicit idem † Macrobius, *lib. 7. Saturnal. cap. 7.* quæ enim infirmiora ſunt, ea facilius celeriuſque perficiuntur, ut ſcribit Theophraſt. *de cauſis plantarum, lib. 4. cap. 9. et 11.* Natura enim (ut Plutarchus in Problematibus tradit) cauſam ſuſtinet, & augetur fœmina, & creſcit, & adulta perficitur ante quam maſculus; ideo fœminis octavo die veteres Romani nomina*imponere conſueverunt, quamquam in maribus in nonum differrent.
27 Et quod * pubertas præſumatur, & probetur ex complemento duodecim
28 annorum in fœminis, & quatuordecim in maſculis, eſt hodie præſumptio juris, & de jure, non admittens probationem in contrarium, ſecundum gloſſ. *in l. fin. ff. quod met. cauſ.* & facit *c. is qui fidem, extr. de ſponſal.* Maximè in mateaia tutelarum finiendarum, vel teſtamentorum *l. qua ætate ff. de teſt.*
29 Quod tamen locum * non habet, primo in materia matrimonii contrahendi; ubi probatio in contrarium admittitur, Juxta *c. puberes, c. de illis, extr. de deſponſ. impub.*
Se-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Secundo * non procedit in cauſa alimentorum, in qua pubertas exten- 30
ditur in fœmina, uſque ad decimumquartum, in maſculo, uſque ad decimum octavum annos, idque pietatis intuitu, *l. Mela, ff. de aliment. & cibar. legat.* ut dicunt Lud. Roman. *ſing.* 600. & Franciſ. Cremonenſ. *ſing.* 77. quos ſequitur Mynſ. *Obſervat.* 12. *cent.* 3. quæ conſtitutio etiam rationem habet; ante enim eam ætatem, ut plurimum videmus non ſufficere pueris ſuam ipſorum artem, vel induſtriam, ut ſe alant, & tunc (ut Modeſtinus inquit) plenæ pubertatis eſſe incipiunt, *l. arrogato, §. non tantum, ff. de adopt. §. minorem Inſtit. eod.* & Paulus, *lib.* 5. *ſent. tit.* 4. §. *ult. Inſtit. quib. ex cauſ. manumitt.*

Tertio non * procedit in ſpadone, qui pubeſcit demum anno decimo- 31
octavo, ut tradit Iul. Paulus, *lib.* 3. *recept. ſentent. tit.* 4. *l.* 2. *de teſtament.* et Iac. Cujac, *de feud. lib.* 4. *tit.* 13.

Quarto non * procedit extante ſtatuto, vel conſuetudine contraria, ut
tradit Cuiac. *d. tit.* 13. 32

Quinto non * procedit jure veteri, quo jure pubertas æſtimatur ex in-
ſpectione corporis ſi lanuginem habet, *c. puberes, de deſponſ. impub.* ſic enim 33
conſtituit Plato *lib.* 11. *de legib.* dum ſcribit, ætatem * ad nuptias idone-
am æſtimari inſpectione nudi corporis etiamſi virginum pudenda nolit om- 34
nino nudari. Et apud Lacedæmonios, Lycurgus * etiam virgines omnimo 35
nudas proponebat oculis omnium in publicis ſpectaculis. Sic apud Romanos olim obſervatum fuiſſe, teſtatur Iuſtinian: *in* §. 1. *inſti. quib. mod. tutel. fin. et l. un. C. quan. tut. vel. cur. eſſe deſ.* Nec abs * re antiquæ leges marem 36
tantum inſpici nudum juſſerunt, ut proinde cognoſceretur pubeſne eſſet, an impubes: fœminas vero nudas ob id conſpici non patiebantur, impudicum illud atque indecorum judicantes, *d. l. ult. et d.* §. 1. cum impudica ſuorum corporum nuditate, multos ad furorem turpis amoris & libidinis adigerent.

Verum Hieron: Maginus *Miſcellan. primo, cap.* 2. & *Cujac in* l. *major.* 2.
verbo, decreto, ff. de minor. hanc opinionem † rejiciunt, & contrarium te- 37
nent, intelligentes habitum corporis, non obſcœnam quandam indagationem: ſed de eo, qui habitu corporis major fuiſſet declaratus, videlicet univerſi corporis diſpoſitionem, figuram, ac formam, ſive aliquam corporis totius ad liberorum procreationem, natura prorſus idoneam commoditatem referentes: Nec enim autores veteres uſquam hujuſmodi improbitatis meminiſſe, ſed puberes ex corporis habitu, vel ex certo annorũ numero, vel ex utroque judicandos. Puberem inquit † Vlpianus, Caſſiani eum 38
eſſe dicunt, qui habitu corporis pubes apparet, & generare poſſit per ætatem; quaſi dicat Ulpianus: Is ex Caſſianorum ſententia pubes appellandus eſt cujus univerſa corporis diſpoſitio ſatis ad liberorum procreationem facile videri cuiuis poteſt idonea. Proculiani autem eum dicebant eſſe puberem, qui quatuordecim annos expleverat. Verum Priſcus, ejuſque ſectato- 39
res in quem utrumque concurrit & habitus corporis, & annorũ numerus puberem definiunt, Et licet Vlpianus non expreſſerit, cujus ſententia obtinuerit, tamen receptam fuiſſe Proculianorum ſententiam, non obſcure do- 40
cuit Tertullianus *in lib: de virginib. veland.* cujus verba recenſet Balduin, *Inſt. quib. mod. tut. finit. in verbis; noſtra ſancta conſtit.* Quam opinionẽ etiam con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Macrob. *in ſom. Scip. lib*. 1. & Vlp. *in l. 2. ff. de vulg. & pupil.*
41 Hinc etiã * antiquitus apud Romanos maſculis uſque ad decimumquar-
tum annum, comæ ſolebant nutriri, idque clariſſime teſtatur ſic Martialis.

Et Pædagogo non jubente, laſcivi
Parere gaudent villico capillati.

Tempore vero pubertatis, hoc eſt ſtatim lapſo decimoquarto annorum
ſpatio, comæ, in ſignũ pubertatis, pueris præcidebantur, & detonſas comas
aris alicujus Dei fuiſſe conſecratas, ut tradit idem Martial. *lib. 6. Epig.* & Per-
ſius *Satyra* 3. Nec non Jul. Sabinus *in Virgilium.*
42 Tertio regula * ampliatur, ut procedat, quod etiam ſatis pupillum artigiſſe
ultimum diem decimi quarti anni, idq; favore pupilloaum, aſpirantium ad
honeſtam libertarem, quos longa premit cuſtodia, & invidioſa vis tutorum
l. qua ætate ff. de teſtam. ubi Cuiac. *& in l. 2. ff. de excuſ. tut.* dicit, id ſpeciale eſſe
in teſtamenti factione, & pupillari ſubſtitutione *argum. d. l. quæ ætate.* Verum
Boerius *ad conſuetud, tit.* 1. §. 8. *verſ, accomplis*, dicit, non ſufficere annũ deci-
mum quartum inceptum eſſe, ut habeatur pro completo ad tutelam finien-
dam: ſed opus eſſe, ut totus decimus quartus annus ſit completus, per textũ,
Inſtit. quib. mod. tut. fin in verbis, annum completum, & ibidem Angel. Aretin. *l. ſi
cui, in princ.* & ibi Bart. *ff. de legat.* 1.
43 Quarto ampliatur * regula, quod etiam ſi tutor poſt finem tutelæ per erro-
rem in officio duraverit, & rerum adminiſtrationem retinuerit, non præſtet
periculum nominũ paternorum, quæ poſt pubertatem adoleſcentis idonea
fuerunt, quia actionẽ inferre non potuerit, *l. tutor. qui poſt, ff. de adminiſtr. tut.*
44 Quinto ampliatur, quod * etiam finiatur tutela pubertate furioſi, vel men-
te capti: quia potius conſideratur, & inſpicitur cauſa naturalis, quam acci-
dentalis: veluti inſanitas, *arg. l. qui habent, §. ſi pupillus, ff. de tutel.* Adeo ut e-
45 tiam * ilico adveniente perfectione decimi quarti anni in maſcnlo, finiatur
tutela ipſo jure, & ſine facto hominis, ut notat Bart. *in l. Imperator, ff. de jnr.
fiſc.* & gl. *in l. in criminali.* & ibi Dd. C. *de juriſd. omn. jud.* & Tiraq. *in l. ſi un-
quam, verbo, revertatur, num.* 115. C. *de revoc. donat.*
46 Eadem quoq; * ætas quem facit habilem ad teſtandũ, *l. quæ ætate, ff. de teſt.
l. ſi pater,* C. *qui teſtam. fac. poſſ.* Et ad * dicendum vel ferendum teſtimonium,
47 *l. 3. §. Iulia, ff de teſtib. & §. teſtes autem, Inſt. de teſtam.* Similiter & ad † juran-
48 dum; cum impubes non incidat in perjurium, *l. qui juraſſe, ff. de jurejurand.
ca. parvuli, & ca. pueri, 22. quæſt.* 5.
49 Idem quoque † major quatuordecim annorum, poteſt in judicio agere,
vel ſe defendere, per ſe, vel per Procuratorem, in cauſis beneficialibus & ſpi-
ritualib. ſine curatore, ut tenent Dominicus, & alii omnes, & ita ad hoc tex-
tum, *in l. elarum,* C. *de autorit. præſt.* allegat Abbas, *in c. fin. num.* 8. *de confeſſ.*
50 Quo caſu annus completus † reputatur ætas viginti quinque annorum, ut
dicit textus, *in c. ſi unnum, de judic. lib.* 6. Et hoc eſt regulare in ſpiritualibus, ut
51 notat Iaſ. *in auth. Sacramenta puberum,* C. *ſi adverſ. vendit.* qui textus * etiam
extenditur ad laicum: puta, ad decimas, & earum fructus, ad cauſam matri-
monii, & dotis, Rota *in deciſ. 46. cap. ſi annum, in novis,* Abb. *in c. ex parte, n. 7. de
reſtit. ſpol,* ubi major quatuordecim annis, poteſt eſſe in judicio, in omnibns

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

cauſis ſpiritual. perinde ac ſi major viginti quinq; annis eſſet, & ideo in tali ætate dolus nō præſumitur interveniſſe, Abb. *in cap. cum cōtingat. de jurejur.*

Eadem quoque * ætas quatuordecim annorum reputatur pro plena, caſu prædicto vere, non ficte, ut tradit Bartol. *in l. ſi is qui pro emptore, verſ. circa* 52
prædicta. ff. de uſu cap. & ita ad hoc textum adducit Cardinalis *in clem. quia circa, quæſt. 17. de elect.* licet tamen non ſit ſine dubio: quia quamvis Princeps in materia juris liberam poteſtatem habeat, per hoc tamen non infertur, quin fictionem inducere poſſit: Nam nemini † dubium eſt, quando illud 53
quod verum non eſt, arguitur eſſe, illud dicitur fictio, ut colligitur, *ex d. c. ſi annum, in illis verbis, ac ſi, quæ fictionem important, l. ſi alterius, ff. de hæred. inſtit.* Nec obſtare videtur † doctrina Bart. *in d. l. ſi is, qui pro empt.* Quia Bar- 54
tolus loquitur * in fictione privativa, quæ non habet locum in his quæ ſunt 55
juris; per illam rationem, quod Princeps habeat liberam voluntatem, ſecus vero eſt in fictione inductiva, quæ bene fieri poteſt per Principem.

Hac quoque * ætate 14. annorum filius poteſt invito patre, intrare reli- 56
gionem, & ſe eximere à patria poteſtate, ſecundum gloſſ. *in c. 1. 20. quæſt. 2.* & Dd. *in c. conſtitutus, de reſtit. in integr.* Abbatem *in c. ex parte, ſuper gl. 3. num. 11. de reſtit. ſpol.* Et idem quoque * dicendum erit in voto ſacri ordi- 57
nis, & electione ſepulturæ, ſecundum Abbat. *in d. c. ex parte, num. 11.* & facit *c. licet pater num. 1.* cum. gl. *in verbo, filius familias, de ſepult. lib. 6.* Fred. de Senis, *in reſponſione, quæ eſt poſt conſil. 253. num. 3. verſic. Præterea, quod ad jus Parochiale.* Quia † in omnibus prædictis, talis ætas quatuordecim an- 58
norum pro plena & integra reputatur. Et propterea in cauſa matrimoniali agere poterit, & defendere, ut dicit Dominic. *in c. licet, verſ. Quid ſi Sejus de ſent. excom.* quia legitimam perſonam habet ſtandi in judicio, ut tradit idem Dominic. *in. c. qui generaliter, §. final. ff. de proc. in 6.* quia reputatur major 25. annorū, ut dicit text. *in d. c. ſi annum,* & ſupra quoq; diximus, *n. 52.*

Item pubes * factus poterit torqueri, non ante, *l. de minore, ff. de quæſt.* Et 59
tenetur pœna * legis Iuliæ, de adulteriis, non ante, *l. minor annis, ff. de* 60
adult l. auxilium, §. ſed ad leges & ibi gl. *verb. minor, ff. de minor.* Et quod deferens * habitum novitiorum, per annum cenſeatur profeſſus, *clem. eos,* & 61
ibi gl. *verb. ætate de regularibus.*

A decimo quarto quoque * anno, in Syria mares tributo † obligantur *l.* 62
ætatem, ff. de cenſib. & evaneſcit ſubſtitutio pupillaris, §. *maſculo,* & ibi 63
Balduin. *in verb. exceſſerint. Inſtit. de pub. ſubſtit.*

Præterea quoque tempus * pupillaris ætatis, id eſt, anni quatuordecim 64
ſubtrahuntur de medio ex omni præſcriptione longiſſimi temporis. Bald. *in l. cum notiſſimi, poſt princ. num. 1. verſ. nota, quod in omni præſcriptione longiſſimi temporis, ætas pupillaris ſubtrahitur. C. de præſcript 30. vel 40. ann.* Bald. *in tract. præſcript. in 1. parte, 6. part. princ. num. 34.*

Eadem quoque † ætas pubertatis, facit tempus idoneum ad fidelita- 65
tem præſtandam *l. imperialem, §. præterea, ſi quis, ſi de feud. defunct. controverſ. ſit. int. dom. & agn. in uſib. feudor.*

Pubertate quoque * alterius fratris, finitur tutela dativa & * impubes re- 66
incidit in poteſtatem fratris niſi teſtamento datus fuerit tutor: quo caſu 67
non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

non deſinit eſſe tutor ejus, qui adhuc eſt impubes, quia ſemper legitima tutela teſtamentariæ cedit, *l. ſi tutor*, §. *ſi duobus*, *ff. de tut.* & *rat. diſtra. l. ſi. tutores*, *Cod. de teſtam. tutel.*

68 Declaratur prædicta* regula, ut non procedat primo, ſecundum Oldradum *conſil.* 52. in tutela Regis, quæ non finitur pubertate, ſive decimoquarto anno ſed quod eo invito dandus ſit curator uſq; ad vigeſimum quintum annum, dicitque nedum jurisdictionem, ſed ne reliquam bonorum, jurium & negotiorum regni adminiſtrationē per ſe exercere poſſe, niſi poſt vigeſimum quintum annum completum, idq; hac ratione: quod fragile & infirmum ſit hujus ætatis conſilium, multis captionibus & multorum inſidiis expoſitum, ideoq; iis rerum ſuarū adminiſtratio committi non debeat, etiamſi rem ſuam bene gerant, *l. 1. ff. de minor.* & multo minus negotia publica: puta, imperialia, quia ubi majus eſt periculum, cautius eſt agendum, l. 1. §. *ſed ſi quis*, *ff. de Carb. edict.* Cum enim ſtabilem mentem nondum adeptus fuerit, in tam tenera ætate, nō debet ſapientium hominum jura pertractare, *l. fin. C. de teſtam. milit.* quam opinionem ſimpliciter, & expreſſe quoq; tenent Iohan. Andr. *in addit. ad Speculat. in rubr. de tutore*, Alber. *in rubr. C. quand. tut vel cur.* Verum recte † per-
69 pendendo verba Oldradi non loquuntur generaliter de quocunq; Rege, ſed de certo Rege, ſcil. Legionis & Caſtellæ ut patet *in d. conſilio ibi*, *et maxime iſte in quo diſcretio; et ibi, in lib. Legionis*, ubi citat leges, & capitula conſtitutionum regni Legionis. *l. 3. C. de Orphanis*, l. 1. & *fin.* & *in. 1. par. lib. 3. c. 15. leg.* 3. ubi dicitur, quod tutela regis finiatur vigeſimo demum anno, atque ita reſtitui debeat, litera vulgo corrupta.

70 Sunt quoque * qui teneant pubertate finiri tutelam regis, quos refert & ſequitur Boer. *tit. 1. §. 8. circa fin. in conſuet.* Sunt etiam quidam, qui dicant puberem poſſe ea facere, quæ ſunt ſimplicis juriſdictionis, non vero ea, quæ concernunt adminiſtrationem regni: In qua opinione invenitur Bartol. *in l. quidam conſulebant, ad fin. ff. de re iud.* & Panormit. *in c. cum vigeſimum, in fin. de offic. et poteſt. jud. deleg.* & cum opinione Bart. tranſeunt Anton. Corſet. *in tractat. de excellent. et poteſtate regia, quaeſt.* 16. Jaſ. *in* l. *fin. C. de teſt. milit.* & late Guil. Benedict. *in c. Raynutius, in verbis, adjecta impuberi, num.* 12. *de teſtament.* gl. pragmatica *in Proemio, verbo ſuſceptione, fol.* 4. *verſ.* Sed mihi videtur † utilius & conſultius quod tutela regis finiatur pubertate, ita ut
71 non ſit ei dandus curator, ſive Regens aut alius quocunque nomine loco regis adminiſtrator, ſive unus, ſive plures: Non tamen quod ſolus debeat per ſe proprio motu & conſilio adminiſtrare, ſed per ſe, & nomine ſuo, cum conſilio & directione delectorum prudentum & fidelium virorum, ut ſcilic. ceſſet invidioſa illa tutorum vis, poteſtaſque; & adoleſcens Princeps potius nitatur communi ſuorum Principum conſilio: & pro uno, plu-
72 res habeat tutores, ſed moderatiores, nec † eo poteſtatis evectos, ut quicquid iis lubeat, liceat: Periculoſum enim eſt uni alicui tantam, tamque diuturnam eſſe poteſtatem in res alienas; idq; hac ratione ſtatutū fuit, ne per longiorem tutelam, occaſio incideret malevolis res novas excitandi id quod etiam refert gloſſ. pragmat. *in Prœm. in verbo, ſuſceptione*, & ſequitur Bald.

in

in princ. tit. quib. mod. tut. fin. ubi optime id exemplificat † in Stilicone & 73
Rufino, perfidis tutoribus Arcadii & Honorii : qui cum diutius libere domina-
rentur, ſua perfidia autores fuere evertendi imperii Romani.

Secundo non † procedit regula, quo ad cauſas cœptas ante pubertatem, quas 74
tenetur proſequi tutor uſque ad finem, ut tradit Boer. *ad conſuet. tit. 1. §. 8. l.*
un. C. ut cauſæ poſt pubert. adſit tutor : quia eſt † dominus litis, unde poteſt hoc 75
facere, etiam ſine ſpeciali mandato, ſecundum Alexand. *conſil. 135. num. 2.*
lib. 2. Maxime, quando nondum rationes † redditæ ſunt, nec ad cauſam perti- 76
nentia inſtrumenta : quo caſu fidei, ac verecundiæ curatorum convenit, ut
conſilio ſuo cœptam litem perficiant, *l. ita autem, §. poſt completam, ff. de adm.*
tut. ſed non † poterunt agere actione judicati, *l. tutores, ff. eod. l. negotiorum,* 77
§. curator, & l. tutor, ff. de appellat. l. un. in fin. ff. ſi pend. appel. mors interven.

Idem quoque † dicendum erit in Syndico vel Procuratore fabricæ Eccleſia- 78
rum parochialium, ut finito eorum officio, pendente lite, ſubrogari faciant mo-
dernos Procuratores & Syndicos, ſecundum Bart. *in l. fin. §. fin. & l. negotio-*
rum, §. fin. ff. de appellat. Maxime † ſi non reddiderunt rationem, *d. l. tutor,* 79
ff. de appellat. Et idem quoque in Rectore ſeu curatore alicujus Eccleſiæ, qui
finito officio, licet deſinat illius eſſe Rector, tamen tenetur perſiſtere : ut tradit
Rota, *deciſ. 78. tit de Procurat. in novis.* & Innocent. *in c. gratum, de offic. de-*
legat. Adeo, ut etiam † tutoris hæredes teneantur inchoata explicare, *l. 1. de* 80
fidejuſſ. & hæred. tut. Niſi poſt finitam tutelam curarint puberi dari curato-
rem, & in eum adminiſtrationem transferri, *l. tutores, §. patruus, ff. de admin.*
tut. & tradit Joan. Fab. *in l. 1. C. ut cauſæ poſt pubert.* & Angel. Aret. *in §. fin.*
Inſtit. quib. mod. tut. fin.

Tertio non † procedit regula, etiam quo ad cauſas non inchoatas, quando 81
non curavit puberi dari curatorem, & in eundem adminiſtrationem tranferri.
Quo caſu non liberatur periculo tutelæ: ut tradit Boer. *ad conſuet. d. §. 8.* Dec.
in c. ex parte 2. num. 2. in 3. notab. de appell. & noviſſime Rænardus *variorum*
1. c. 17. & facit *l. à tutoribus, §. officium, & l. ita autem, §. ſi tutor, ff. de adminiſtr.*
tut. l. admone, C. qui pet. tut. vel cur. Et non ſolum † tutor admonere debet pu- 82
berem, ut ſibi curatorem petat; ad quod ſimpliciter tenetur; ſed etiam, ſi uſu-
ras vitare velit, & moram irregularem, debet non ſolum offerre ſe paratum ra-
tiones reddere, & reliqua ſolvere, ſed etiam denunciationibus frequenter inter-
poſitis, puberem ad judicium provocare : Quod ſi pubes contemnat, & tem-
pus extrahat, debet tutor apud acta in judicio proteſtari, per ſe videlicet non
ſtare, quo minus tutelam reſtituat, qua ſolemni, ſeria, & judiciali oblatione,
& interpellatione, vel proteſtatione ſecurus erit tutor ab uſuris, *l. fin. C. de*
uſur. pup.

Quarto non † procedit regula, quo ad jus obligationum recte contractarum, 83
quarum vis collata eſt in tempus finitæ tutelæ. Itaque ſi tutor recte crediderit
pecunias pupilli nomine, pupillus quantumvis pubes, & à tutore liber, non po-
terit prius eas exigere, quam venerit dies earum exigendarum, *l. ſi tutelæ, ff. de*
adminiſtr. tut.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

84 Quinto non procedit, quando pupillus † inceperit furere, quo caſu ceſſat cura, ſi tutela indigeat; quia concurrente cauſa naturali & accidentali, prævalet naturalis: ut tradit Ulp. *in l. 3. ff. de tutelis*, quia (inquit) in pupillorum furioſorum perſona, agnatos curatores non admittimus: Idcirco putamus, ſi minor viginti quinque annis furioſus ſit, curatorem ei non ut furioſo, ſed ut adoleſcenti dari, quaſi ætatis ſit impedimentum, & ita definiemus ei, quem ætas curæ vel tutelæ ſubjicit, non eſſe neceſſe, quaſi dementi curatorem quæri: & ita Imperator Auguſtus reſcripſit: cum magis ætati quam dementiæ tantiſper ſit conſulendum. Et tradit Chriſtoph. Port. *Inſtit. de curat. num.* 13. & ibi Angel. Aret. *in*
85 *princ. verb. ex inquiſitione*. Unde Imperator † Antoninus quoque reſcripſit, *in l. 1. C. de curat. furioſi*. Curatores impleta legitima ætate prodigis vel furioſis tribui.

86 Sexto & ultimo, non † procedit de generali conſuetudine omnium regionum; qua officium adminiſtrationis, & per conſequens periculum futuri temporis continuatur, & porrigitur uſque ad legitimam ætatem adultorum: puta, viginti quinque annos. Nam qui ſemel legitimi dati ſunt tutores, iidem plerumque & curatores permanent, & rebus minorum præſunt, uſque ad majorem ætatem. Quam conſuetudinem Andr. Gail. Cæſ. Majeſt. Conſiliarius, in Germania præcipue vigere dicit, *lib. 2. pract. obſervat. obſer. 96. num.* 1. Et
87 ex † ſtatuto noſtro Ultrajectino, maſculi demum fiunt puberes decimo octavo anno: fœminæ vero anno vigeſimo. Verum neuter eorum poteſt bona ſua alienare vel vendere ante vigeſimum annum, niſi cum conſenſu ſuorum tutorum vel propinquorum, ut conſtat ex *Rubric.* 28. *artic.* 6. & *Rubr.* 31. *artic.* 1.
88 Nec etiam † vigore hujus ſtatuti poterunt minores alienare, poſt vigeſimum annum, non ſervata ſolemnitate ſtatuti; ſecundum Dec. *conſil.* 386. *num.* 4. *verſ. ubi concludit, quod ſtante ſtatuto*, & Petr. Rebuff. *tit. de reſtit. gloſſ.* 2. *artic.* 2. *in fin.* In agro vero Ultrajectino, maſculi fiunt puberes decimo quinto anno, & fœminæ duodecimo: ſed neuter eorum poterit bona ſua vendere ante vigeſimum annum, niſi cum conſenſu ſuorum propinquorum, juxta ordinationem jurium pagorum ſitorum in provincia Ultrajectina, vulgo, Het Landt-recht/ de anno 1529. 23. Martii.

SUMMARIA.

1 *Curatio finitur anno vigeſimo quinto.*
2 *Puberes qui dicantur.*
3 *Puberes ab impuberibus & pupillis ſeparantur.*
4 *Adoleſcens quis, Cenſorino.*
5 *Ætas viginti quinque annorum, legitima ætas appellatur, & quare.*
6 *Unde appellatio legitimæ ætatis fluxerit.*
7 *Minores viginti quinque annis ſtipulari non poſſunt.*
8 *Parvuli dicuntur uſque ad annum vigeſimum quintum.*

9 *Cu-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

9 *Curatores ſunt ſecundæ ætatis moderatores, & tutorum ſucceſſores.*
10 *Legitimus curator quibus detur.*
11 *Honorarius curator quis, à quo detur, & quibus.*
12 *Cura furioſorum & prodigorum finitur, quando apparet eos ad ſanitatem, vel ſanos mores rediiſſe.*
13 *Prodigi & furioſi, ſi ad ſanitatem vel ſanos mores redierint, an ipſo jure deſinant eſſe ſub cura, vel opus ſit judicis declaratoria.*
14 *Magis communis opinio, quod furioſi & prodigi cura finiatur ipſo jure, ſi redierint ad ſanos mores. Ampliatur num. 15.*
16 *Licet aliquis fuerit aſſumptus inter primores civitatis, non cenſetur per hoc ſublatum interdictum adminiſtrationis.*
17 *Licet is, cui facta fuerit interdictio, non fuerit prodigus, valet tamen interdictio.*
18 *Communis opinio.*
19 *Minor viginti quinque annorum, non poteſt habere Eccleſiam parochialem.*
20 *Collatio facta Eccleſiæ minori, non valet tanquam facta inhabili.*
21 *Collatio facta minori 25. annorum, non convaleſcit, licet, lite pendente, fiat major & habilis.*
22 *Ut cura finiatur, requiritur extremum momentum anni 25. eſſe elapſum.*
23 *Minores ante annum 25. curatorum auxilio reguntur, nec eis committitur ſuæ rei adminiſtratio, licet rem ſuam bene gerant.*
24 *Virilis vigor poſt annum vigeſimum quintum completur.*
25 *Minor viginti quinque annis non admittitur ad honores.*
26 *Ætas legitima ſtatus appellatur, & quare.*
27 *Ætas legitima dicitur perfecta, plena, integra, & robuſta ætas, & quouſque duret.*
28 *Ætas viginti quinque annorum, finis pubertatis dicitur.*
29 *Anno vigeſimo quinto dicitur quis ſuæ ætatis fieri.*
30 *Minor viginti quinque annorum, dicitur Exephebus Cuiacio.*
31 *Juſta ætas dicitur tempus viginti quinque annorum.*
32 *Adoleſcentes ante ætatem vigeſimi quinti anni, nec beneficio liberorum, ſuarum rerum adminiſtrationem recipiunt à curatoribus.*
33 *Decreta Conſulum vel Præſidum, quibus conceditur minoribus maturius res ſuas recipere à curatoribus, dicuntur ambitioſa.*
34 *Ambitioſa decreta quæ dicantur.*
35 *Tutorum curatorumque datio olim ad Prætorem pertinuit.*
36 *Princeps veniam ætatis concedit.*
37 *Puberi viginti quinque annorum, reſtitutio non competit, qui veniam ætatis obtinuit antequam contraheret; & quæ ſit ratio. Limitatur num. 38. 39. 40. 41. ſublimit. num. 42.*
43 *Facti majores ficte reſtituuntur.*
44 *Simpliciter habilitatus, ut pro majore habeatur ad contrahendum, non eſt habilitatus ad alienationem bonorum immobilium, vel illorum bono hypothecanda.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

45 *Princeps de plenitudine poteſtatis, poteſt habilitare minorem viginti quinque annis ad contrahendum, obligandum, & alienandum bona immobilia.*
46 *Civitas ſuperiorem non recognoſcens, an concedere poſſit alienationem bonorum immobilium minori.*
47 *Statutum an poſſit minorem habilitare ad alienandum.*
48 *Reſervata Principi exercere poſſunt officiales perpetui.*
49 *Dux Mediolani habet plenitudinem poteſtatis ſicut Imperator.*
50 *Quando ultra prohibitionem juris concurrit prohibitio patris teſtatoris, qui voluerit liberos manere ſub cura, uſque ad annum vigeſimum quintum, non poteſt Princeps ſine cauſa magna concedere minoribus viginti quinque annis alienationem bonorum immobilium.*
51 *Venia ætatis à maſculo impetrata ante annum vigeſimum, & à fœmina ante annum decimum octavum, eſt nulla.*
52 *Reſcriptum veniæ ætatis, ab ipſo impetrante præſentari debet, & non per procuratorem.*
53 *Veniam ætatis impetrans, debet probare honeſtatem morum, vitæ, animi probitatem, & mentis ſolertiam.*
54 *Præfectus Vigilum, de quibus olim cognoverit.*
55 *In locum Præfecti Vigilum, Iuſtinianus ſubſtituit Prætorem plebis.*
56 *Venia ætatis, quis uti non poteſt, quamdiu literæ non fuerint comprobatæ, vel interinatæ.*
57 *Gratia impetrata à Principe intelligitur, ſi preces veritate nitantur.*
58 *In gratia incumbit onus probandi de veritate eorum, quæ dicta ſunt in ſupplicatione.*
59 *Veniæ ætatis impetratio, licet ad quædam proſit, non tamen ad munera publica ſubeunda prodeſt.*
60 *Ætatis legitimæ appellatione non venit ætas diſpenſata.*
61 *Vbi fit mentio legitimæ ætatis, intelligitur de ætate naturali viginti quinque annorum, non de ætate diſpenſata à Principe per reſcriptum.*
62 *Adultus curatorem habens, æquiparatur pupillo, vel ei, cui bonis interdictum eſt. num. 66.*
63 *Curatoris poteſtas quæ.*
64 *Lex taxative loquens de pupillo, habet etiam locum in adulto, & e contra.*
65 *Taxativa nunquam excludit caſus ſimiles.*
67 *Adultus curatorem habens, pupillo non æquiparatur, quando agitur de adultis liberandis.*
68 *Adultus poteſt ſuo curatori, ac etiam extraneo abſque alicujus autoritate, hæreditatem reſtituere.*
69 *Adultus ſine curatore teſtamentum facere poteſt.*
70 *Adultus non reſtituitur adverſus teſtamentum ſuum; & quæ ſit ratio.*
71 *Adulto doloſe inducto ad teſtandum, datur venienti ab inteſtato actio de dolo contra hæredem ſcriptum; vel in factum ad intereſſe.*
72 *Communis opinio.*
73 *Adultus habens curatorem, poteſt etiam per viam teſtamenti alienare, & executoribus poteſtatem dare alienandi bona immobilia ſine decreto.*

74 *Ad-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

74 *Adultus teſtari poteſt etiam invito curatore.*
75 *Adultus curatorem habens, poteſt facere contractus, qui ſapiant ultimam voluntatem ſine curatoris autoritate: ut dedicare ſe, & ſuo monaſterio.*
76 *Curator nuptias cur impedire non poſſit.*
77 *Autoritas curatoris non eſt neceſſaria, in negotiis publicis, ut in nunciatione novi operis, cauſa juris publici.*
78 *Curatoris autoritas non requiritur in his, quæ contra ipſum curatorem aguntur.*
79 *In his, quæ concernunt ſalutem animæ adulti, ut in obſervatione juramenti, non curatur poteſtas curatoris.*
80 *Adultus ſi juraverit conventa adimplere, poteſt conveniri ex juramento ſine curatore.*
81 *Adulto non datur curator, niſi volenti.*
82 *Adultus poteſt agere contra curatorem pro mala adminiſtratione, ante finitam tutelam ſecus in pupillo.*
83 *Puberi datur curator ab eiſdem Magiſtratibus, à quibus datur tutor.*
84 *Judex delegatus poteſt dare tutorem, quando is movetur adulto coram delegato.*
85 *Iudex delegatus in beneficialibus, dat curatorem.*
86 *Judex delegatus poteſt in integrum reſtituere, quando reſtitutio in integrum venit coram eo incidenter.*
87 *Ante reſcriptum D. Marci invitis nulli curatores dabantur, niſi redditis cauſis.*
88 *Curatorem minori 25. annis à Præſide, vel à Conſulibus poſtulans, veteri jure cauſam, cur eum dari deſideraret exprimere debebat.*
89 *Quæ erant cauſæ juſtæ lege Lætoria expreſſæ.*
90 *Laſcivia quid.*
91 *Dementia quid.*
92 *Hodie curatores dantur etiam non redditis cauſis.*
93 *Curatores hodie non dantur invitis adultis, ſed poſſunt illi, ſi volunt arbitrio ſuo adminiſtrare, ſalvo beneficio reſtitutionis.*
94 *Curator ad certam cauſam vel negotium datus, eo finito finitur cura.*
95 *Pupillus ſi furere cœperit, non dabitur ei curator, ſi tutorem habeat.*
96 *Statuta aliter loquentia de pupillis, & aliter de furioſis, quænam ſervari debeant.*
97 *Adoleſcenti furioſo curator datur ut adoleſcenti, non ut furioſo, & quæ ſit ratio.*
98 *Tutela finitur arrogatione impuberis.*
99 *Arrogatus tranſit in poteſtatem arrogantis.*
100 *Arrogatio dicitur minima capitis diminutio.*
101 *Quomodo quis arrogatus eſſe debeat, ut tutela arrogatione impuberis finiatur.*
102 *Quod omnes tangit, ab omnibus debet comprobari.*
103 *Deportatione pupilli finitur tutela; & quæ ſit ratio.*
104 *Deportatio eſt media capitis diminutio.*
105 *Tutela legitima tollitur capitis minutione pupilli.*
106 *Tutela finitur omnibus capitis pupillaris diminutionibus.*
107 *Servitute pupilli finitur tutela.*
108 *Pupillo ab hoſtibus capto, finitur tutela.*
109 *Item ingratitudine pupilli, vel pro delicto in metallum dato.*
110 *Morte pupilli tutela finitur, & quæ ſit ratio.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

111 *Relativorum talis eſt natura, ut poſita ſeponant, & ſepoſita ſe perimant.*
112 *Pupillo mortuo, tutor ſtatim debet hæredibus pupilli reddere rationem, eoque nomine poterunt hæredes tutorem convenire.*
113 *Minore mortuo abſque hæredibus, & venientibus ab inteſtato, quis ſuccedat, fiſcus ne, an tutor vel curator*
114 *Communis opinio, quod fiſcus ſuccedat.*
115 *Autoris opinio.*
116 *In dubio contra fiſcum in favorem privati eſt judicandum. Ampliatur num.* 117.
118 *Tutoris capitis diminutione, per quam libertas vel civitas amittitur, perit tutela, & quæ ſit ratio. num.* 120. *Ampliatur num.* 122. 123.
119 *Item tutore bannito cum confiſcatione bonorum.*
121 *Civitatis jure pereunte, perit & tutela.*
124 *Tutoris minima capitis diminutione legitima tantum tutela perit, cæteræ non pereunt.*
125 *Ubi agnationis non habetur ratio, non finitur tutela minima capitis diminutione tutoris. Ampliatur num.* 126.
127 Ex Novella *Juſtiniani* 118. *tutelæ, nec minima capitis diminutione pereunt.*
128 *Exilio tutoris quando tutela finiatur.*
129 *Morte tutoris finitur tutela.*
130 *Lex* Platonis *de petendo tutorem in locum mortui tutoris; & non petentis, pœnæ.*
131 *Pluribus exiſtentibus tutoribus, ſi unus decedat, an inter eos ſit jus accreſcendi, vel inter ſuperſtites.*
132 *Tutela non tranſit ad hæredes.*
133 *Hæres defuncti tutoris inchoata ab eo debet explicare.*
134 *Tutore mortuo, pupillus non liberatur, ſed datur alius.*
135 *Remotione tutoris, ut ſuſpecti, deſinit eſſe tutor: & declaratur num.* 136.
137 *Furore vel alio ſimili morbo vel vitio ſuperveniente, non finitur tutela, ſed datur curator in locum furioſi, muti, & ſurdi tutoris.*
138 *Curatio data ob furorem ceſſat, ceſſante furore. Limitatur num.* 139.
140 *Captivitate tutoris apud hoſtes non finitur, ſed ſuſpenditur tutela, propter ſpem poſtliminii, & interim datur Attilianus tutor, & quare.*
141 *Capto pupillo, finitur tutela, & quæ ſit ratio.*
142 *Pupilli captivi bonis datur curator.*
143 *Secundo matrimonio matris tutricis, ipſo jure perit tutela ejuſdem matris: & quæ ſit ratio.*
144 *Prætor ſequi debet liberorum utilitatem, non ſcripturam teſtamenti vel codicillorum.*
145 *Conventione in manum finitur tutela fœminarum: & quæ ſit ratio.*
146 *Mulier in manum viri veniens, cum capite fortunas ſuas in familiam ac domum mariti transfert.*
147 *Mulier in manum viri veniens, transfert omnia in virum dotis nomine.*
148 *Mulier maritum habens, tutorem non habet.*
149 *Arreſtum Curiæ Ultrajectinæ.*

150 *Fœ-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

150 *Fœminæ poſt conventionem in manum non obligantur civiliter, ne marito quidem autore, ſed neceſſaria eſt tutoris autoritas.*
151 *Pupillus patre autore cujus in poteſtate eſt, non obligatur, tutore vero autore ſic.*
152 *Fœminæ olim liberabantur tutela, quando virgines Veſtales eſſent captæ.*
153 *Finita conditione, ad quam fuit tutor datus, tutela finitur.*
154 *Voluntas teſtatoris ubique ſervanda eſt.*
155 *Propter voluntatem teſtatoris ſervandam, receditur quandoque à verborum proprietate.*
156 *Vt mens teſtatoris ſervetur, diſpoſitio facta in uno caſu, trahitur ad ſimilem. Ampliatur num.* 157.
158 *Finito tempore, ad quod fuerunt dati tutores finitur tutela.*
259 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*
160 *Ad tempus permiſſa, poſtea cenſentur prohibita.*
161 *Excuſatio tutoris juſta, finit tutelam.*

SEcunda regula eſt; quod † curatio non finiatur, niſi anno demum vigeſimo 1
quinto, §. 1. *Inſtit. de curat.* & *l.* 1. *ff. de minor.* ut † puberes, id eſt, adoleſ- 2
centes, juvenes, ſive adulti, *l. ſi judex, l. ſi res pupillaris, ff. de minor. l. ſi ſine, §. interpoſito, l. tutores qui, §. adoleſcens,* & *§. ult. ff. de admin. tut. l. quod ſi minor, § non ſemper, l. patri, §. prædium, ff. de minor l. Papinianus, in fin. eod. l. ult. §. ult. ff. de appell.* & *l.* 1. *§. in cauſis, ff. de adminiſtr. tut.* Et ideo † hi 3
ab impuberibus pupilliſque ſeparantur, *tot. tit. rem pupil. vel adoleſ. ſal. for. l. impuberibus, ff. de ſuſpect. tut. l.* 1. *§.* 1. *ff. de cont.* & *util. act. tut. l.* 5. *§. ſi actor, ff. de conſtit. pec. l. penult. ff. de appell.* Cenſorinus † tamen in libro die 4
natali, adoleſcentem à decimo quarto anno, ad trigeſimum dici ſcribit, ab eo, quod ad id uſque tempus adoleſcat. Et hæc quoque ætas viginti quinque an- 5
norum legitima ætas appellatur, *l. ex duobus, ff. de negot. geſt. l. quæro, in fin. ff. de teſtam. tutel. l.* 1. *ff. de fidejuſſ. tut.* Idque hac ratione, quod lege aliqua adoleſcentibus id ſpatium ætatis ad res ſuas recipiendas præſcriptum fuerit, inductumque id fuit lege † Lætoria, quam de minoribus viginti quinque annis 6
ſcriptam, totamque in eo argumento verſatam, ex ejus legis capitibus, quæ ad nos pervenerunt, facilis conjectura capi poteſt, ut colligi poterit ex Cicerone *lib.* 3. *Offic.* quo circumſcriptio adoleſcentium vindicabatur, ætatique fraudibus expoſitæ ſuccurrebatur. Et ex Spartiano in M. Antonini Philoſophi vita, quo minoribus viginti quinque annis curatores dandos continebatur. Nec non ex Suetonio *lib.* 4. *Prætorum,* quo minores † viginti quinque annis ſtipu- 7
lari vetabantur, id eſt, ſpondendo obligari, ut noſtri autores loquuntur: in qua quidem † ætate conſtituti parvuli adhuc dicuntur, *l.* 2. *C. de fund. patrimon.* 8
lib. 11. Vocantur etiam † ſecundæ ætatis curatores, & quaſi tutores in officio 9
naturalis erga minorem ætatem pietatis: ut tradit Juſtinian. *in Novell.* 155.

Ampliatur autem hæc regula primo, ut procedat, quod etiam hæc cura ſive 1
curatio, duret uſque ad annum vigeſimum quintum, tam † in legitimo cura- 11
tore, id eſt, eo, qui datur iis, quibus lex 12. Tabularum † dari jubet, nempe furio-

furioſis & prodigis, quam in honorario, ſcilicet, qui à Prætore datur ei, qui nuper pubes factus idoneè ſua negotia gerere non poteſt, item ſurdis, mutis, & perpetuo morbo affectis: ut tradit Harmenopulus, *tit. de curat.* & Hotoman. *de verb. ſignif. in verbo, curator.*

12 Verum hæc ampliatio † non procedit, ſi furioſus vel prodigus ante vigeſimum quintum ætatis annum, ad ſanos mores redierit: quo caſu ſtatim eorum cura finitur, §. *furioſi, Inſtit. de curat. l.* 1. *ff. de curat. furioſ.* & ibi hoc pulchre tenet Bald. per illum textum celebrem, & Angel. Aret. *in* §. *item prodigus, in ult. quæſt. Inſtit. quib. non eſt permiſſ. fac. teſt.* Cynus *in l.* 2. *C. quand. provoc.*
13 *non eſt neceſſ.* & Boerius late *ad conſuetud. tit.* 1. §. 8. Quod procedit † etiam ipſo jure, abſque declaratione judicis, ſecundum Jacob. de Aretio, & Bartol. *in l. is cui bonis, ff. de verb. obligat.* Quorum opinionem ſequuntur aſſeveran-
14 tes eſſe magis communem, Jaſon ibid. & Jaffredus *deciſ.* 62. & Dd. poſt † Bald. *in l.* 1. *C. de curat. furioſi.* & ibi text. de furioſo. & idem Bald. *in l. humanitatis,* & ibi Dd. *C. de impub. & aliis ſubſtit.* Guid. Pap. *dec.* 240. & noviſſime Cuiac. *in ſentent. Pauli, in l. prodigus, de teſtament.* Soares *lib. commun. opin. lit. P.*
15 *num.* 328. Maxime quando † biennio aut triennio poſt ſteterit prudens & diſcretus: ut tradit Guid. Pap. *d. deciſ.* 240. Verum Decius *conſil.* 274. *num.* 1. *verſ. nec admitti debet, & verſ. & hoc, cum verſ. & in tantum,* dicit non ceſſare curam, ex eo quod quis per aliquod tempus ſteterit prudens & ſapiens, poſtquam alicui interdictum fuerit bonis, & curator datus ſit ut prodigo: niſi prius adhibita cauſæ cognitione hoc per ſententiam judicis declaretur, allegans Bartol. poſt Angel. *in d. l. is cui bonis.* Et hoc procedit, quando non eſt notorium, ſecundum Paul. de Caſtrenſ. Alexand. & moderniores, *in d. l. is cui bonis,* argum. text. *in c. cum ad ſecundam, de hæret. in* 6. *& in l. ejus qui delatorem,* ubi Bart. *ff. de jure fiſci.* Sed Rebuffus, *de ſentent. proviſional.* dicit, quod in regno Franciæ præſentetur judici ſupplicatio, ut removeatur illi curator, qui auditis teſtibus & conſanguineis & vocato curatore, decernit, *artic.* 3. *gloſſ.* 2. *num.* 13. Quia omnis, inquit, res, per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem
16 & diſſolvitur, *per c. primum, de regul. jur.* Et hoc in tantum † procedere, dicit idem Decius *d. loc.* ut licet ille, cui fuit, uti prodigo, bonis interdictum, poſtea ſit aſſumptus inter primores civitatis, non per hoc videatur tolli interdictum adminiſtrationis, quaſi ad ſanos mores pervenerit, ſecuudum Bartol. *in l.* 1.
17 *in final. C. qui & adverſ. quos.* Imo † quod plus eſt, etiamſi is, cui facta fuit interdictio, non fuiſſet prodigus: valet tamen datio curatoris, & interdictio, ſecundum Bartol. *in d. l. is cui bonis,* poſt gloſſ. ibi *in verbo, ego diſtinguo.* & idem Bartol. *in l. Seiæ egreſſæ, in fin. de tut. & curat. dat. ab his.* Bald. *in l.*
18 1. *in fin. C. de curat. furioſ.* Dicens, iſtam eſſe communem † opinionem Advocatorum. Sequitur Angel. Aret. *in* §. 1. *Inſtit. de tutel* & Alex. *conſil.* 182. *in princ. lib.* 5.

19 Secundo ampliatur, quod † etiam minor viginti quinque annorum non poſſit habere Eccleſiam parochialem, *c. licet canon.* & ibi gl. & Dd. *de elect. in* 6.

& no

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

& notatur *in cap. cum in cunctis, §. inferiora, eod. tit. in antiq.* unde ſi fiat † col-
latio Eccleſiæ minori, non valet tanquam facta inhabili ſecundum Bald. *in l. 2.* 20
C. de his, qui ven. ætat. Quinimo etiamſi † lite pendente major fiat, & habilis,
non convaleſcit collatio ei facta, ſecundum Bart. *in l. excuſantur, in princ. ff.* 21
de excuſ. tut.

Tertio ampliatur, quod † etiam requiratur extremum momentum vigeſimi
quinti anni eſſe elapſum, ut cura finiatur: ſecundum Balduin. *in §. 1. Inſtit. de* 22
curat. in verb. completum, & in tit. quib. mod. tut. fin. in verbo, completum, l. 3.
§. minorem autem, ff. de minor.

Quarto ampliatur, quod etiam † ante annum vigeſimum quintum, minores 23
curatorum auxilio regantur, & eis ſuæ rei adminiſtratio non committatur,
quamvis rem ſuam bene gerentibus, quas demum recipiebant legitima ætate
completa, qua ætate † virilis vigor conſtat, idque inductum videtur lege Læ- 24
toria, de qua ſupra diximus, & facit *l. 1. §. ult. ff. de minor.* & conſtat *ex l. 2.*
C. Theodoſiani, de donat. In qua ita ſcriptum eſt; *donec annos Lætoriæ legis*
egreſſus, legitimam compleverit ætatem.

Ante hanc † etiam ætatem viginti quinque annorum, minor non admittitur
ad honores, *l. ad Rempublicam, ff. de mun. & hon.* & Bart. *in l. de ætate, ff. de* 25
minor. Ideo hæc † ætas legitima ſtatus appellatur, *l. cum pater, §. curatoris, ff.*
de legat. 2. Quia ſcil. ſit creſcendi finis, *l. cum de ætate, ff. de probat. l. pen. C.* 26
quan. dies leg. ced. Quamobrem etiam dicitur † perfecta, *l. minor 25. annis, ff.* 27
de mino. l. cum de indebito, §. 1. de probat. l. ſi in rem, C. ſi alien. res pign. & §.
ult. Inſtit. de Attil. tut. & plena, integra, & robuſta ætas, alias conſtans, *l. ſi*
maritus, §. lex Julia, ff. de adult. idque multis in locis. Hotom. *de verb. ſignif.*
in verb. ætas. quæ durat uſque ad annum quinquageſimum. Eadem quoque
ætas † viginti quinque annorum autore Hippocrate, dicitur finis pubertatis, 28
dum *lib. 5. Aphoriſ.* ait, comitiales morbos accidentales ante pubertatem,
ætatis mutatione ſanari, accidentes anno vigeſimoquinto non item. Ideo
etiam eo † tempore dicitur quis ſuæ ætatis fieri, niſi conſtet de contraria mente 29
diſponentis, *l. ex duobus fratribus, ff. de neg. geſt. l. cum filiofamilias, ff. de le-*
gat. 3. In hac ætate † conſtitutus dicitur Exephebus, ſecundum Cuiac. *tit. de*
præſcript. c. 27. Hæc † quoque ætas juſta appellatur, *l. quod ſervus, ff. de con-* 30
dit. cauſ. dat. 31

Quinto ampliatur, quod † etiam ante vigeſimumquintum annum adole- 32
ſcentes, nec beneficio liberorum, ſuarum rerum adminiſtrationem recipiant à
curatoribus: Quod enim legibus cavetur, ut ſinguli anni, per ſingulos liberos
remittantur: ad honores D. Severus pertinere ait, non ad rem ſuam recipien-
dam, *l. 2. ff. de minorib.*

Sexto ampliatur, quod † nec ex decretis conſulum, vel Præſidum minores 33
maturius res ſuas à curatoribus recipiunt; ſed quod eadem decreta Severi &
Antonini conſtitutione pro ambitioſis cenſeantur, *l. denique, ff. de minorib.*
Ambitioſa † ibidem pro gratioſis intelligens, *l. ambitioſam, ff. de decret. ab ord.* 34
fac. l. ſervo, §. cum Prætor, ff. ad Trebell. Ideo autem Conſulum non Præto-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

rum ſit mentio, quoniam ad † conſulem olim tutorum curatorumque datio pertinebat, *l.* 1. *ff. de confir. tut. l. tutores*, §. *tutores*, *ff. de adminiſtr. tut.* §. *ſed ex his legib. Inſt. de Attil. tut.* & Sueton. *in Claudio*: *Sanxit*, inquit, *ut pupillis extra ordinem tutores à conſulibus darentur*.

36 Declaratur hæc ampliatio, ut † non procedet, quando minor à Principe obtinuiſſet veniam ætatis; quod poteſt, & plerunque faciunt maſculis vigeſimo anno, & fœminis decimo octavo. Cujus formula extat apud Caſſiodor. *lib.* 7. *varior.* & facit *l.* 2. *C. de his, qui ven. æt. imp.* Quæ declaratio etiam procedit, quod licet minor curatorem habens vel non habens, læſus, facile reſtituatur,
37 non tamen † reſtituatur is, qui obtinuit veniam ætatis: ut tradit Balduin. *Inſtit. de curat. in* §. *dantur, cum* §§. *ſeqq. in verbis, inviti adoleſcentes*, *Inſtit. de curat.* ne beneficio Principis quis decipiatur, *l.* 1. *C. de his, qui ven. ætat.*
38 Niſi quis læſus † fuerit in impetrando veniam ætatis, ſecundum gl. *in d. l.* 1. *C.*
39 *de his, qui ven. ætat.* Vel † ſi fuerit læſus poſt impetrationem, tamen ante purificationem, ſive interinationem literarum, ſecundum gl. & Dd. *in d. l.* 1. quia reſcriptum non verificatum, & ut dicunt Romani non fulminatum, & Galli, in-
40 terinatum, non prodeſt. Sicuti etiam † minores 25. annis reſtituuntur, uſque ad annum utilem, computandum à venia ætatis, ſecundum gl. & Dd. *in l. ea*
41 *quæ, C. de temp. in integ. reſtit. pet.* Et pariter † etiam, quando ſtatutum, vel conſuetudo aliter taxaret legitimam ætatem, eo etiam caſu reſtituitur intra quadriennium, ab eo tempore, quo reputatur major, quia illa ætas taxata eſt loco ætatis legitimæ, videlicet viginti quinque annorum: ut tradit Rebuff. *in*
42 *tract. de reſtit. artic.* 2. *gl.* 2. dicens † tamen id non procedere, quo ad ea, quæ quis geſſiſſet, pendente dicto quadriennio, non ante; ſed contrarium idem Rebuff. *d. loc.* dicit ſe vidiſſe obſervari, videlicet, literas reſtitutionis conceſſas fuiſſe, etiam de his, quæ quis geſſiſſet, poſtquam factus fuiſſet major ficte,
43 allegans Caſtr. *conſil.* 161. *lib.* 2. Licet † enim (inquit) conſuetudo faciat eum majorem, & contractum ab eo factum validum, tamen non excludet reſtitutionem, ſi intra 25. annos factus ſit, ſecundum gl. *in l.* 1. *C. ſi de moment. poſſ. fue. app.*

44 Verum hæc declaratio † ampliationis ſextæ, loquens de venia ætatis, & ejus effectu, locum non habet, primo, quo ad alienationem bonorum immobilium, quæ alienare, vel hypothecare non poteſt, *l.* 1. & 3. *C. de his, qui ven. æt. imp.* Caſtrenſ. *in l.* 2. *C. eod.* & *conſ.* 102. Dec. *conſil.* 403. *num.* 10. niſi
45 † Princeps de plenitudine poteſtatis ei ſpecialiter conceſſiſſet ad contrahendum, obligandum, & alienandum bona immobilia: ut notat gl. *in rubr. C. quæ*
46 *ſit long. conſuet.* & Angel. *conſil.* 63. & Alex. *conſil.* 101. *lib.* 1. Vel † ſi conceſſiſſet civitas ſuperiorem non recognoſcens, ſecundum Dec. *d. conſ.* 403. *n.* 1.
47 2. 3. & 8. & Angel. Aret. *Inſt. de curat. n.* 4 Vel ſi ſtatutum † minorem habilitaret, cenſetur enim generalis conceſſio veniæ ætatis: ut tradit Dec. *d. conſil.* 403. *n.* 2. Verum Angel. Aret. *d. n.* 4. quo ad conceſſionem factam à civitate ſuperiorem non recognoſcente, & ſtatutum minorem habilitantem, contrarium tenet, cujus argumenta & rationes Dec. *d. loc.* ſolvit, dicens, *n.* 6. & 7. idem
eſſe,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

eſſe, ſi conceſſiſſet † officialis perpetuus, ut Comes, Marchio, vel Dux, nemi- 48
nem recognoſcens; cum iſti Domini conſtituantur, & reſervata Principi exercere poſſint, ſecundum Caſtr. *conſil.* 227. *ſuper primo dubio, in fin.* & idem concludit Angel. Aret. *conſil.* 217. *verſ. unde ſicut Imperator*, ubi loquitur † de 49
Duce Mediolani, qui habet plenitudinem poteſtatis, ſicut Imperator: ut in ſimili tradit Roman. *conſil.* 59. Sed hæc, quæ de ſpeciali Principis conceſſione diximus, non † procedunt, quando ultra prohibitionem juris communis, con- 50
curreret prohibitio patris teſtatoris, qui voluerit liberos manere ſub cura, uſque ad vigeſimum quintum annum, quo caſu ex tali concurſu legis & teſtatoris, prohibitio fortior videtur, ita ut alienatio, quæ in alios in quibuſdam caſibus fieri permittebatur, non obſtante juris depoſitione, quando concurrit diſpoſitio teſtatoris, talis prohibitio redditur præciſa, ut nullo modo alienatio fieri poſſit à Principe, ſine magna cauſa: ſecundum gl. *in c. verum, de condit. appoſit.* & notat Imol. *in l. filiusfamilias, §. divi, ff. de legat.* 1.

Secundo † non procedit prædicta declaratio ſextæ ampliationis, de venia æ- 51
tatis, quando ea eſſet impetrata à maſcula ante annum vigeſimum, vel ante decimum octavum à fœmina, *l. 2. C. de his, qui ven. æt.* quia non poterant ad honores aſpirare minores in tam tenera ætate, qua facta eis fuit proviſio, propter defectum naturæ: ut tradit doctiſſimus Roderic. Suares Hiſpanus, *allegat.* 12. *verſ.* 1. *per d. l. 2. in fin. ibi, hi vero, qui contra memoratam diſpoſitionem, veniam ætatis à principali clementia impetraverunt, ſciant illas nullas vires obtinere.*

Tertio non procedit, quando † non præſentaverit per ſe, ſed per Procurato- 52
rem, ſuum beneficium ad hoc allegaverit, *c. 1. de judic. in 6.* ubi dicit textus, quod ubicunque venit examinanda qualitas perſonæ, utpote an ſit literatus, honeſtæ vitæ: quod tunc teneatur perſonaliter comparere. Nam licet regulariter, quis poſſit præſentare ſuum reſcriptum per procuratorem, hoc tamen locum non habet in veniæ ætatis reſcripto.

Quarto non procedit, quando † non probaverit honeſtatem morum, vitæ & 53
animi probitatem, & mentis ſolertiam: de quibus † olim cognoſcebat Præfe- 54
ctus Vigilium, *l. 1. C. de Theodoſ. qui ven. æt. impetrar.* Pro † quo Juſtinianus 55
ſubſtituit Prætorem plebis, *ut Novella* 13 & ibi optime Cuiac. *& l. 2. C. eod.* ſed hodie cognoſcunt ſumma tribunalia.

Quinto non procedit, quando literæ non fuerint comprobatæ vel interina- 56
tæ, *l. ea quæ. C. de temp. in integ. reſtit. pet.* Ruin. *conſ.* 126. *num.* 1. *lib.* 5.

Sexto non procedit † multo magis, quando preces veritate non nitantur, & 57
gratia in ſupplicatione contenta fuerit ſubreptitia, quæ ipſo jure non valet, *c. 2. de reſcript. l. præſcriptione, C. ſi cont. jus vel util. publ. c. ad aures, in fin. c. ad audientiam, de reſcript.* ubi Abbas poſt alios, Bald. *conſil.* 495. *lib.* 4. Oldrad. *conſil.* 81. & facit textus *in c. ſi motu proprio, de præbend. in 6. in clemen.* 1. *de præbend.* Unde in gratia † incumbit onus probandi de veritate eorum, quæ di- 58
cta ſunt in ſupplicatione, ſecundum Jo. Andr. *in c. 1. de litis conteſt. in 6.* Abbatem *in c. 2. de reſcript. & in c. quia circa, de conſang. & affin.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

59 Septimo non procedit, quod † licet impetratio veniæ ætatis proſit, quo ad
adminiſtrationem ſui patrimonii, & quo ad judicia, ad hoc ut admittatur ut
major, non tamen prodeſt quo ad munera publica, licet de facto aliquando id
fiat, ſecundum gl. *in l. 1. C. qui ætat. lib. 10.* & facit *l. 2. C. de his, qui ven.*
æt. impet.

60 Octavo non procedit, quod etiam † ætas iſta diſpenſata non veniat appella-
tione ætatis legitimæ, ſecundum Alex. *conſ. 2. n. 1. & 16. lib. 1. per l. fin. C.*
61 *de his, qui ven. æt.* Ubi quando † fit mentio de legitima ætate, intelligitur de
ætate naturali 25. annorum, non autem de ætate diſpenſata à Principe per
reſcriptum.

62 Septimo ampliatur † ſecunda regula ſuperius poſita, quod adultus habens
curatorem, æquiparetur pupillo, *l. ſi curatorem habens, C. de in integr. reſtit.*
63 maxime, quando † agitur de obligando; ita ut nihil poſſit ſine curatoris autori-
tate, eaque niti debeat, *l. cum quædam, C. de adm. tut.* ut communiter tenent
Dd. *in l. 1. §. fuit quæſitum, ff. ad Treb. & in l. impuberibus, ff. de acq. hæred.*
64 Imo etiam lex taxative loquens de † pupillo, habet etiam locum in adulto; &
65 è contra: quia † taxativa nunquam excludit caſus ſimiles, ſecundum gloſſ.
66 vulgatam, *in l. ob æs, C. de præd. min.* Adeo, ut † etiam æquiparetur prodigo,
cui bonis interdictum eſt, *d. l. ſi curatorem habens.*

67 Declaratur ampliatio, ut non † procedat primo, quando agererur de eis li-
berandis, ſecundum gl. *in d. l. 1. §. fuit quæſitum.* Quæ hanc declarationem
videtur voluiſſe comprobare per quinque ſimilia.

68 Secundo non procedit, quando † agitur de reſtitutione fideicommiſſariæ
hæreditatis, quam etiam ſuo curatori poſſint reſtituere, abſque alicujus auto-
ritate, *d. l. 1. §. fuit quæſitum, verſic. curatori.* Idque non ſolum reſtituere
poteſt ſuo curatori, ſed etiam cuivis extraneo, *l. regula, §. cum quis, ff. de jur.*
& facti ignor.

69 Tertio non † procedit in actibus morientium, ut in teſtamento, quod ſine
curatore facere poſſunt, *l. cum pater, §. curatoris, ff. de legat. 2.* Quia non per-
tinet ad adminiſtrationem bonorum, cui adminiſtrationi præficitur curator,
70 *l. in copulandis, C. de nupt.* Adeo, ut etiam adverſus † ſuum teſtamentum adul-
tus petere non poſſit reſtitutionem in integrum: quia minori adverſus teſta-
mentum ſuccurſum eſt remedio ordinario, ut poſſit revocare, *l. 3. ff. de ali-*
ment. legat. ita ut ei non debeat competere remedium reſtitutionis ſubſidia-
rium, *l. in cauſæ, ff. de minor.* nec etiam læditur ex factione teſtamenti, cum
poſſit illud ad lubitum revocare, *l. ſi quis, in princ. ff. de legat. 3. & per tot. tit.*
71 *de teſtam & quib mod. teſtam. infirm.* Niſi minor † dolo fuiſſet inductus ad te-
ſtandum, quo caſu datur venienti ab inteſtato actio, de dolo contra hæredem
ſcriptum, vel in factum ad intereſſe, *l. Lucius, §. Sempronia, ff. de legat. 2. l non*
eſt enim, ubi Angelus dicit ſe ita conſuluiſſe & obtinuiſſe, *ff. de inoffic. teſt.*
72 Quæ eſt † communis ſententia Dd. *in d. l. 1. §. fuit quæſitum, & in l. ſi frater,*
C. qui teſtam. fac. poſſunt. Quam etiam firmat gl. & Cyn. *in l. quicquid, C.*
73 *arbit. tut.* Adeo, ut etiam † hoc caſu adultus habens curatorem, poſſit per
viam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

viam teſtamenti etiam alienare, & executorib. dare poteſtatem alienandi bona immobilia ſine decreto, ſecundum Bald. *in l. 2. C. quand. decret. op. non eſt. & in l. 1. ff. de reb. eor.* & quod † etiam teſtari poſſit, invito & contradicente curatore, ſecundum Bald. Caſtrenſ. & alios *in d. l. ſi frater*, ut optime tradit Tiraq. *poſt leges connub. gl. 3. n. 66. 67.* Sicut etiam † poteſt facere contractus, qui ſapiant naturam ultimæ voluntatis; ut dedicare ſe & ſua monaſterio, ſecundum Alb. de Roſat. & ibi Jaſon. & moderni, *in authent. ingreſſi, C. de Sacroſ. Eccleſ.* Quia talis dedicatio cenſetur fieri per modum ultimæ voluntatis: ut dicunt Dd. prædicti. 74 75

Quarto non procedit, quantum ad ea, quæ non concernunt adminiſtrationem, ſed ſunt extra eandem adminiſtrationem, *d. l. in copulandis, C. de nupt.* juncto textu *in* § 1. *Inſtit. de nupt.* & facit text. *in c. fin. de judic.* loquens in copulandis nuptiis, in quibus nihil ſit autoritas curatoris, utpote † qui ſolam rei familiaris ſuſtineat adminiſtrationem. 76

Quinto non procedit, etiam † in negotiis publicis, ut in nunciatione novi operis cauſa juris publici, *l. popularis, ff. de popul. act.* Vel in his, quæ aguntur † contra ipſum curatorem, *l. non quaſi, §. hanc ſtipulationem, ff. rem pup. ſal. fore, §. impuberes. Inſtit. de ſuſp. tut.* 77 78

Sexto non procedit in his, quæ † concernunt ſalutem animæ, ut in obſervatione juramenti; in quibus non curatur poteſtas curatoris, quia in his obligatur adultus habens curatorem, etiam ſine conſenſu ipſius curatoris; tamen non obligatur pupillus, *authent. Sacramenta puberum, C. ſi adverſ. vendit. l. ſi quis major, C. de tranſact. c. quamvis, de pact. in 6.* Et ideo, ſi † adultus juraverit conventa adimplere, valet contractus, & poteſt conveniri, non obſtante *d. l. ſi curatorem habens,* ſecundum Geminian. *conſ.* 68. quia juramento legatur anima, quæ extra curatoris autoritatem eſt. 79 80

Septimo non procedit, quantum † ad dationem curatoris ipſi adulto, cui non datur curator niſi volenti, non autem invito, *§. item inviti, Inſtit. de curat.* 81

Octavo non procedit, quia † adultus poteſt agere contra curatorem, pro mala adminiſtratione, ante finitam tutelam, non autem pupillus, *l. non quaſi, §. hoc autem, ff. rem pupil. ſal. for.* Quod tamen Cyn. *in d. auth. Sacramenta puberum,* diſtinguit. 82

Octavo ampliatur † prædicta ſecunda regula, quod etiam puberi detur curator, ab iiſdem Magiſtratibus, à quibus datur tutor: ut tradit Porc. *Inſtit. de curat. n. 2. in princ. in verſ. dantur.* Adeo, ut † etiam Judex delegatus poſſit dare tutorem, quando lis movetur adulto coram delegato, *arg. l. fin. §. 1.* ibi Bart. & Dd. *C. de adminiſtr. tut.* & quod † etiam in beneficialibus indiſtincte curator per delegatum dari poſſit, *c. ſi annum quartum decimum, de judic. in 6.* quia † poteſt in integrum reſtituere, quando reſtitutio in integrum venit coram delegato incidenter, *ut l. fin. C. ubi & apud quos.* 83 84 85 86

Hæc autem ampliatio † non procedit primo, jure veteri ante reſcriptum D. Marci, quo tempore iis invitis nulli curatores dabantur, niſi redditis cauſis. Proinde, qui † curatorem minori viginti quinque annis a Præſide vel Conſulibus 87 88

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

poſtulabat, cauſam cur eum dari deſideraret, exprimere debebat, eaque cognita, ſi juſta videretur, dabat Magiſtratus curatorem: ſin injuſta, denegabat.
89 Cauſæ juſtæ † erant expreſſæ, ut videtur lege Lætoria, inter quas cauſas con-
90 tinebantur, ſcilicet neceſſaria rerum † alienatio, lites, & jurgia neceſſaria, aſci-
91 via † etiam, hoc eſt, prodigalitas, & dementia, id eſt, manifeſtus furor. Verum
92 † hodie dantur etiam non redditis cauſis, idque magis ætatis, quam alicujus actus ratione, *l.* 3. §. 1. *ff. de tutel.* Quia hæc ætas multorum obnoxia eſt captionibus & inſidiis, eoque ſpectat quod Cajus *Inſtit. lib.* 1. ſcribit; ſub curatore ſunt minores ætate, majores everſores, inſani.

93 Secundo non procedit; quia † etiam hodie non dantur etiam invitis adultis, ſed poſſunt ſi volunt, ſuo arbitrio adminiſtrare, ſalvo beneficio reſtitutionis, ut tradit Balduin. *ad tit. Inſtit. de curat. in princ. in verbis, inviti adoleſcentes.*

94 Tertio non procedit, quando † datus fuit tutor vel curator, ad certam cauſam vel negotium; quo finito etiam finietur tutela, Boer. *in conſuet. tit.* 1. §. 8. & facit §. *fin. Inſtit. de autor. tut.*

95 Quarto non procedit, quando † pupillus furere cœperit, quo caſu ei non dabitur curator, ſi tutorem habeat, *l.* 3 *ff. de tutel.* etiam ſi furor acceſſerit pupillo non habenti tutorem, nihilominus tutor datur, *d. l.* 3. & Chriſtoph.
96 Port. *tit. de curat. n.* 13. ubi infert † ad ſtatuta, aliter de pupillo, & aliter de furioſo loquentis, quod debeat ſervari ſtatutum de pupillis loquens. Imo etiam
67 adoleſcenti furioſo † curator datur, ut adoleſcenti, non ut furioſo: quia magis conſideratur cauſa naturalis, quam accidentalis: ut tradit Port. *d. n.* 13. & Angel. *in princ. gloſſ. verb. ex inquiſitione.*

98 Nunc deveniendum † eſt ad reliquas cauſas & modos, quibus tutela finitur. Et finitur ſecundo, arrogatione impuberis, §. *item finitur*, juncto §. *ſed pupilli, Inſt. hoc tit.* & ibi gl. *in verb. adhuc impuberes*, *l. ſi arrogati. ff. de tut. & §. illud, Inſtit. de adopt.* Et ratio eſt, quia † arrogatus tranſit in poteſtatem
99 & familiam arrogantis, cujus cura gubernari poſſit, ideo non habet neceſſe opera tutoris, ſed ejus poteſtatem egreditur, *d.* §. *illud, de adopt. l. cum in adoptivis*, §. *fin. C. de adopt.* Tutorem autem habere aliena res eſt ab his, qui in aliena poteſtate ſunt, §. 1. *Inſtit. de tutel.* ut optime tradit Joan. Ramus *lib.* 2. *tit.* 22. *quib. mod. tut. fin fol.* 63. Eaque arrogatio dicitur mini-
100 ma † capitis diminutio, §. *minima, & ibi gl. verbo, licet minima, inſtit. hoc tit. l.* 1. & ibi gloſſ. *ff. de legit. tut.* Verum tamen id, quod de arrogatione
101 diximus, locum non habet, quando † quis arrogatus non fuerit de conſenſu omnium tutorum. Qui conſenſus ideo requiritur, quia cum hac arrogatione finiatur tutela, ne aliis ignorantibus tutela pereat, omnium autoritas
102 neceſſaria eſt: ut quod † omnes ſimiliter tangit, ab omnibus comprobetur: ut inquit Juſtinianus, *in l. ult. C. de autor. præſt.*

103 Tertio finitur † tutela deportatione pupilli, *l. ſi arrogati, ff. de tutel.* Quia cum cives eſſe deſinant, non poſſunt amplius habere tutores. Tutela autem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

autem juris civilis eſt, & inter cives introducta, *ut Inſtit. de tutel. in princip.* Eaque dicitur † media capitis minutio: ut tradit Balduin. *Inſtit. hoc tit. in verbis, item finitur.* 104

Quarto finitur † tutela capitis minutione pupilli, etiam ea, quæ ſalva civitate fit, *l. 2. ff. de legit. tut.* Nec ſolum legitima, ſed etiam cæteræ, *d. l. 2.* & ibi gloſſ. Imo etiam omni capitis minutione pupilli: ſive ea ſit † minima, ut eſt arrogatio: ſive media, ut eſt deportatio: ſive maxima, ut eſt ſervitus: ut tradit Balduin. *in d. verb. item finitur.* 105 106

Quinto finitur tutela † ſervitute pupilli, ſecundum Portium, *Inſtit. hoc tit. num. 7.* & ibi † in additione loquitur de ingratis, vel ab hoſtibus captis, ad quod facit text. *in l. ſi arrogator, ff. de adopt.* & gloſſ. *in l. curatores, C. de cap. & in l. ab hoſtibus, in princip ff. ex quib. cauſ. major. l. ſi arrogati, de tutel.* & ibi gloſſ. *in verbo, redigatur*, ubi exemplificat in ingratitudine, vel pro delicto in metallum dato; veluti † ſi libertus pupillus, quod eſſet erga ſuum patronum ingratus, in priſtinam retrahatur ſervitutem. 107 108 109

Sexto finitur tutela † morte pupilli, *§. ſimili modo Inſtit. hoc tit.* Idque ea ratione, quod mors omnia ſolvat, *§. deinceps, in authen. de nupt.* & quia † relativorum talis eſt natura, ut poſita ſe ponant, & perempta ſe perimant, *l. finali, C. de indict. viduit. toll.* & Baldus *in l. conventicula, C. de Epiſcop. & cleric.* Quorum † hæredibus ſtatim reddenda erit à tutore ratio, eoque nomine poterunt hæredes pupillorum tutorem convenire, *l. 2. C. communia, de ſucceſſ.* 110 111 112

Sed hic dubitari contigit, quis † debeat ſuccedere minori mortuo abſque hæredibus & venientibus ab inteſtato; an tutor vel curator, an fiſcus? Et gloſſa quidem *in l. quo tutela, ff. de reg. jur.* tenet tutorem, & non fiſcum ſuccedere debere, quam ſequuntur Bald. *ſing. 8.* Pet. de Ravenna *ſingul. 590.* & Tiraq. *in tract. Le mort ſaiſit le vif, in 2. part. 14. declarat. num. 4. & 5.* ubi quamplures allegat. Bartolus vero *in d. l. quo tutela, & in ſingulari 57.* tenet fiſcum, & non tutorem ſuccedere debere, quem ſequitur Cagnol. *in d. l. quo tutela, num. 6. ver. infertur etiam*, dicens, opinionem † Bartoli eſſe communem contra gloſſam, & *d. l. quo tutela*, loqui de tutela legitimæ, quæ defertur venientibus ab inteſtato, & non de † tutela dativa & teſtamentaria. Verum ego putarem & judicarem, ſi cauſa mihi commiſſa eſſet, hæreditatem hanc dividendam fore, inter tutorem & fiſcum, propter varietatem Doctorum & gloſſæ, cum utraque opinio gravioribus autoritatibus munita ſit: quamvis plerumque fiſcus omnia pro ſe rapiat, & in dubio velit reportare ſententiam in ſui favorem, contra regulas juris; cum in † dubio contra fiſcum in favorem privati ſit judicandum: ut tradit gloſſ. *in l. 1. C. de pact.* & Jaſon. *in l. 2. num. 38. C. de jure emphyt.* Et maxime in cauſa † lucrativa, ut tradit Anton. Niguſ. *in tract. de pign. & hypoth. in 2. part. 4. memb. num. 117.* & Suares *in prœmio fori, num. 28.* Unde bonus judex in tanta varietate Doctorum, poterit judicare cum bona 113 114 115 116 117

con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

conſcientia in favorem utriuſque per medium, ut conſuluit Petr. Anchor *conſil.* 20. Nicol. Boerius *deciſ.* 42. *num.* 39. *& deciſ.* 155. *num.* 27. *& ſeq.* Capit. *deciſ.* 176. *n.* 34. & noviſſime Gualdenſis *de art. teſtandi, tit. de ſubſtit. cautel.* 6. *num.* 3.

118 Septimo finitur † tutela tutoris capitis minutione, per quam libertas vel civitas amittitur, *§. ſed & capitis, Inſt. hoc tit. l. ad agnatos, C. de leg. tut.*
119 veluti † ſi tutor banniatur, & ſic definat eſſe tutor, dummodo omnia bona banniti publicentur, ut dicit Bartol. *in l. tutores, ff. de adminiſt. tut.* & eſt text. *in l. ſi tutor, §. fin. ff. de tutel. & rat. diſtrah. & l. ſi quis tutor, ff. de tutelis*, & gl.
120 *in § interdum, Inſtit. de curat.* Ratio autem eſt, nam † cujuſcunque tandem generis tutela ſit, ſemper ex jure civili eſt, & inter cives introducta, cujus capite minuti non ſunt participes, ut cum civitatis jure, non poſſit non perire.
121 Quod procedit, ſive ſit † teſtamentaria, ſive † dativa tutela: ut tradit gl. *in § ſi-*
122 *mili, in verbo, omnis Inſtit. hoc tit.* Nec prodeſt eum eſſe delatam † ante omnem
123 capitis diminutionem, quia tractum habet & continuam actionem: ut tradit Balduin. *in d. §. ſimili, in. verbo, omnis tutela.*

124 Inſuper quoque tutoris minima † capitis minutione legitima tutela tantum perit: cæteræ non pereunt, *§. ſed & capitis Inſtit. hoc tit.* Quia agnatio perit
125 minima capitis diminutione, *§. fin. Inſtit. de legit. agnat. tut.* & legitima † tantum inter agnatos conſiſtit, ſed ubi agnationis non habetur ratio, non finit tu-
126 telam ea † capitis diminutio, etiamſi ab aliqua lege deferatur tutela, modo non nitatur agnationis jure: Et maxime hodie ubi ita cognatis, ut agnatis defertur
127 tutela, cum *Novel. Inſtin. conſtitut.* 118. tollatur † diſcrimen agnationis & cognationis, & tam agnatos, quam cognatos vocet ad tutelam; unde nulla tutela peribit minima capitis diminutione.

128 Octavo ſolvitur tutela † exilio tutoris, modo in perpetuum exilium datus fuerit tutor, *l. tutor petitus, cum l. ſeq.* & ibi gl. *verbo, tempus, ff. de excuſ. tut.* ubi dicit hoc non procedere in exilio temporali quo caſu dicit dandum eſſe curatorem.

129 Nono finitur tutela † morte quoque tutoris, *§. ſimili modo, Inſtit. hoc tit.* id-
130 que ratione ſuperius allegata de morte pupilli. Sed ex † legibus Platonis *lib.* 6. ſi orphanorum tutor obierit, cognati, & affines ex utriuſque parentibus uſque ad conſobrinos & patrueles, qui præſentes ſunt, alium intra decem dies conſtituere jubentur, alioqui drachmate ſinguli, ſingulis quibuſque diebus mulctantur, donec tutorem præficiant. Et non ſolum prædicta præcedunt in morte tu-
131 toris, verum etiam † in morte contutoris, quo ad ſuam partem, nec accreſcit ſuperſtiti, maxime ſi teſtator hoc teſtamento expreſſerit, ſecundum Specul. *tit. de inſtrum. edit. § nunc vero aliqua, n.* 13. *& ibi in addit. litera D.* Et hac
132 † ratione tutoris hæredes erunt liberati, ad quos annus tutelæ non tranſit, *l. tutela plerunque, ff. de tutel.* Niſi quo † ad negotia per defunctum inchoata, quæ
133 per hæredem, ſi legitimæ ætatis & maſculus ſit, explicari debent, *l.* 1. *ff. de fidejuſſ. & hæred. tut.*

Sed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Sed ea, quæ de morte † tutoris diximus, non procedunt, quo ad pupillum, qui non liberatur, ſed datur alius; ſæpe enim diverſi generis ſunt tutores, ut ſi teſtamentarius moriatur tutor, ſuccedat legitimus vel dativus. 134

Decimo finitur tutela † remotione tutoris ut ſuſpecti, *§. ſi Inſt. hoc tit. l. arrogati, ff. de tut.* Quod † intelligi debet de vero ſuſpecto; nam ſi aliquis tutor faceret ſe allegari tanquam ſuſpectum, ad hoc, ut non cogeretur ad tutelam ſuſcipiendam, nihil ageret, ſecundum Ang. *in l. quamvis, n. 1. C. de decur. lib.* 10. Vel niſi detur adiunctus ob augmentum facultatum, quo caſu prius dati tutores ab adminiſtratione non liberantur, *l. cum ob augmentum, C. in quib. caſib. tut. hab.* 135 136

Furore vero, vel alio † ſimili morbo, vel vitio ſuperveniente, tutela non finitur, ſed in locum furioſi, muti & ſurdi tutoris, alii tutores dantur, *l. complura, ff. de tutel.* Ceſſante † ergo cauſa furoris, ipſo iure deſinit, *l. 1. ff. de curat. furioſi*, niſi † habeat dilucida intervalla, *l. cum aliis, C. de curat. furioſi.* Quo caſu non deſinit curator eſſe tempore, quo ille ſanæ mentis efficitur, ſed exercitium adminiſtrationis ei non competit; & poteſt tunc ille, cui curator eſt datus, omnia per ſe agere, ſed furore ſuperveniente, exercitium reſtituitur curatori, *d. l. cum aliis.* 137 138 139

Nec etiam captivitate tutoris † apud hoſtes finitur, ſed ſuſpenditur tutela, propter ſpem poſtliminii, & interim providetur pupillo de Attiliano tutore, *l. muto, §. ult. verbo ſubſtantiæ, ff. de tutel. §. ab hoſtib. Inſt. de Attil. tut.* ne ſcilicet medio tempore bona pupilli pereant; quando enim captus eſt tutor, pupillus domi permanens, adhuc indiget tutore, qui ſuæ perſonæ curam ſuſcipere debeat, & ideo lex aſſignavit ei Attilianum tutorum, donec ſit ſpes, ut reverſurus recuperet tutelam, à qua, nec culpa, nec facto ſuo ceciderit. 140

Sed hoc † non procedit in pupillo, cujus captivitate ſtatim finitur tutela, *§. item finitur, Inſtit. hoc tit.* Nihil enim pupillus habet iuris in tutorem, quod poſſit recuperare poſtliminio reverſus: Pupillus enim captus non indiget amplius tutore, quia datur perſonæ liberæ, & qui ſui iuris ſit; & ille ſervus hoſtium efficitur, *§. ſi ab hoſtib. Inſtit. quib. mod. ius pat. poteſt. ſol.* Plerunque tamen ‡ curator bonis pupilli datur, ne medio tempore pereant, *l. ab hoſtibus, §. 1. ff. ex quib. cauſ. maior. & d. l. muto, §. ult. ff. de tutel.* 141 142

Vndecimo finitur † tutela ſecundo matrimonio matris tutricis, ipſo iure *§. quia vero, in auth. ut ſine prohibit: matres, & debit: & credit. tutel. minor. gerant; ibi, mox, ut ſecundas nuptias contraxit, eam repente expelli à tutela, & auth. Sacramenta, C. quand. mul. tutel. offic. fung. pot.* idque hac ratione, quod lex plus de ea non confidat, imo præſumat quod vitæ liberorum inſidiabitur, *l. lex quæ tutores, §. fin. C. de adminiſt. tut.* & ita quotidie etiam ſervatur in iudiciis. Nec iudex quoque hoc caſu debet ſequi voluntatem teſtatoris, qui eam conſtituit tutricem teſtamento, quamdiu vixerit; quia lex tali caſu de matre diffidit, *l. in confirmando, & l. utilitatem, ff. de confir. tut.* Vtilitatem enim † liberorum Prætor ſequi tenetur, & non ſcripturam teſtamenti, vel codicillorum: ſi enim teſtator cogitaſſet quod 143 144

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

ipſa ad ſecundas nuptias conuolaſſet, ipſe ſic de ea quamdiu viveret, non providiſſet: Quia igitur in eodem ſtatu non remanſit, ei tutela remanere non debet, *arg. l. cum quis, in princ. ff. de ſolut.* De qua re late diximus ſupra *cap. 15. regula, tutela eſt officium virile.*

145 Duodecimo finitur † etiam tutela fœminarum, per conventionem in manum viri, autore Boetio: Nec mirum quidem, erat enim conventio in manum ſpecies capitis minutionis, quæ omnes tutelas ſoluit. Cum enim eo modo capite minuerentur, ſtatum ac familiam mutabant, & in virorum mancipium redigebantur, in quorum manu eas fuiſſe, etiam Cato apud Livium, *lib. 44.*
146 dicit. Quin etiam † in manum conveniendo mulierem, cum capite, fortunas quoque ſuas in familiam ac domum mariti tranſtuliſſe ſciendum eſt. Nam, ut
147 † Cicero *in Topic. in loco ab effectis.* ſcribit, cum mulier viro in manum conveniebat, omnia quæ eius fuerant, viri fiebant dotis nomine. Vnde Boetius, uxore defuncta, quæ in manum conveniſſet, bona eius ad virum pertinuiſſe, bene
148 collegit; adeo, ut † etiam mulier quæ maritum habeat, & in eius manu eſt,
149 tutorem non habeat; & ita arreſto † quoque Curiæ Vltraiectinæ Provinciæ deciſum fuit 9. *Maii, Anno* 1580. *inter Joannem, & Paulum Goſewini actores ex una, contra Jaſparum Martini tutorem, neptis ſuæ reum, ex altera partibus.* Amplius etiam
150 † poſt conventionem in manum, quia tutore carebant, & ea in re tutoris autoritas neceſſaria erat, non obligabantur civiliter, ne marito quidem autore, exemplo pupilli, qui patre, cuius in poteſtate eſt, autore, non obligatur. Tu-
151 tore † vero autore bene, *l. 2. §. his qui, ff. de capit. diminut. & l. ult. §. pupillus, ff.*
152 *de verb. oblig.* Fœminæ quoque † liberabantur tutela, quando virgines Veſtales eſſent captæ, teſte Boetio *in Top. Ciceronis.* Quo quidem iure, etiam Pauli & Vlpiani temporibus uſum fuiſſe populum Romanum, ſatis ex Vlpiani fragmentis conſtat.

153 Decimotertio, tutor † quoque teſtamento datus ſub conditione ea eveniente, deſinit eſſe tutor, *§. ſed etſi,* & ibi gl. *verbo. teſtamento, Inſtit. hoc. tit. l. tutor datus, §. ſi tutorem, ff. de teſt. tut. l. ſi tutor, §. ſi teſtamento, ff. de tut. & rat. diſt. l. ſi*
154 *arrogati, ff. de tutel.* Idque hac ratione: quia voluntas † teſtatoris ſemper eſt ſervanda, veluti regulatrix diſpoſitorum in teſtamento, *l. in conditionibus, ff. de cond. & demonſt. & §. diſponat, in auth. de nupt.* Quinimo propter voluntatem te-
155 ſtatoris † ſervandam, receditur quandoque à verborum proprietate, ſecundum Bart. *in l. ambiguo, ff. de reb. dub.* Dec. *in l. non omnis, n. 3. ff. ſi cert. pet.* & ad hoc,
156 ut mens † teſtatoris obſervetur, diſpoſitio facta in uno caſu, trahitur ad ſimi-
157 lem, *l. fin. C. de inſtit. & ſubſt.* Quod maxime † procedit, ſi non contrarietur iuris diſpoſitioni, *l. nemo poteſt,* ubi Jaſ. *n. 2. ff. de legat.* 1. Dec. *in l. 1. num. 6. C. de pact.* & Guid. Pap. *deciſ.* 515.

158 Decimo quarto etiam ‡ finitur tutela, ſi ad certum tempus datus fuerit tutor, quia eo finito, deſinit, *§. præterea,* & ibi gl. *& §. ſed etſi. Inſt. eod. l. ſi arrogati, ff. de tut.* quod quidem tempus tam ad eſſe, quam ad non eſſe ſe habere poteſt, *§.*
159 *conditione, Inſtit. de verb. oblig.* Quia † limitata cauſa, limitatum producit effe-

ctum.

ctum: & tutela, quæ ad certum tempus reſtringitur, ulterius progredi non debet, *l. in agris, ff. de acquir. rer d om. et l. age.* ubl Baldus, Iaſon, & cæteri Scribentes, *C. de tranſact.* vel quia † ad tempus permiſſa ab eo tempore, poſtea cenſentur prohibita, *l. ſi ita, ff. de vulg. et pupil.* 160

Decimo quinto † finitur tutela, vel quia ſuſpecti viſi ſunt, vel quia ex iuſta cauſa ſe excuſant, & onus adminiſtrandæ tutelæ deponunt ſecundum ea, quæ diximus ſupra, *c.* 35. & facit *§. fin. Inſtit. hoc tit.* 161

CAP. XXXVIII.

Adminiſtratores alienarum rerum, quomodo rationem reddere, quid in reddendis rationibus obſervare, an ſemel redditæ rationes, iterum reddi debeant, & an remitti poſſint, vel quando, plena manu declaratur.

SUMMARIA.

1 *Actus ſui rationem reddere, tenetur tutor finita tutela.*
2 *Ratio reddi debet finita tutela, ſive finiatur morte pupilli, tutoris, vel alias.*
3 *Nomine rationum continentur rationes in ſcriptis redacta & non ſcripta.*
4 *Tutor debet rationes legendas offerre, cum univerſi actus ſui inſtrumento.*
5 *Rationes in ſolle exhibere quid ſit.*
6 *Tutor rationes reddens, tenetur edere adverſaria, id eſt, volumina rationum.*
7 *Tutor an teneatur libros rationum tradere, quos ipſe confecerit propria pecunia.*
8 *Tutor tenetur cautiones & inſtrumenta omnia actus ſui exhibere. Ampliatur nu.* 9.
10 *Tutor licet à teſtatore liberatus fuerit à rationibus exigendis, tenetur tamen reddere chartas, in quibus rationes conſcripta ſunt.*
11 *Conditio reddendarum rationum non impletur, niſi de iis quæ ſcripta ſunt in Codice rationum, fiat omnib. fides, quæ ab eo geſta ſunt.*
12 *Judicis arbitrio reliquitur, quando perfecte dicuntur reddita rationes.*
13 *Tutor rationem reddens, debet ſolvere reliqua.*
14 *Reliquorum appellatione, quid veniat remiſſive.*
15 *Reliquorum illatio & perſolutio, annexa eſt redditioni rationum.*
16 *Reliquatio, & reliquatum facere, quid. num.* 17. *Et reliqua quæ. num.* 18. 19. 20. 21. 22. & 23.
24 *Reliquari, & reliquis obnoxium eſſe.*
25 *Reliquare amplam ſummam, quid.*
26 *Liberatione facta tutori generaliter, an conueniri poſſit ratione reliquorum.*
27 *Tutori à teſtatore liberato à redditione rationis non cenſentur remiſſa quæ dolo, vel fraude facta ſunt.*
28 *Liberatio etiam ampla ſe non extendit ad dolum futurum, & verum.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

29 *In generali liberatione non venit id quod poteſt vendicari, & apud tutorem adhuc eſt.*
30 *Liberatio facta tutori generaliter, non impedit, quo minus conueniri poſſit ratione doli, qui conſiſt t in faciendo.*
31 *An mater tutrix non obſtante prohibitione teſtatoris, de redditione rationis teneatur ſoluere reliqua.*
32 *Tutor cui vltra liberationem vel prohibitionem legatum factum fuit à teſtatore, quo remittit ei id in quod eum contingeret condemnari, an teneatur etiam ad reliqua.*
33 *Prohibitio ſiue liberatio teſtatoris de non reddendis rationibus non releuat, quando quis adminiſtrauit ante inuentarii confectionem, vel decretam adminiſtrationem.*
34 *Licet vni relicta fuerit liberatio reddendarum rationum, non tamen prohibetur pupillus ex eius perſona conuenire contutorem, ſi eum ſuſpectum facere neglexerint.*
35 *Damna quæ caſu contigerunt ad reliquorum onus non pertinent.*
36 *Liberatio, vel prohibitio de reddenda ratione, non excuſat tutorem à dolo vel fraude. Ampliatur num. 38. 39. 40.*
37 *Communis opinio.*
41 *Stante ſtatuto, quo quis tenetur de dolo, & lata culpa, ſufficit dolus in omittendo tantum, non in faciendo.*
42 *Expromiſſor minoris non obligatur tutori pupilli, ex quitatione iniqua & doloſa à pupillo extorta.*
43 *Dolus præſumptus conſiſtens in omittendo, cenſetur remiſſus, ſtante liberatione & prohibitione teſtatoris tribus concurrentibus.*
44 *De iure tenetur tutor reddere rationem, etiam non requiſitus.*
45 *Magis communis opinio.*
46 *Pactum non valet quo promittit quis nunqam exigere rationes.*
47 *Conuentio facta cum pacto, quod non poſſum reuocare adminiſtratorem, non valet.*
48 *Procurator conſtitui non poteſt cum pacto, quod reuocari non poſſit, etiam iuramento interueniente.*
49 *Pœna promiſſa in caſu reuocationis procuratoris non debetur.*
50 *Redditio rationis, etiam heredem tutoris vel adminiſtratoris aſtringit.*
51 *Heres vniuerſalis tenetur reddere rationem fidecommiſſario, de rebus hereditatis, ſi illis ſe immiſcuerit, & fructus receperit.*
52 *Curator tenetur reddere rationem adminiſtrationis.*
53 *Curator ad lites, geſtorum rationes reddere tenetur.*
54 *Filius familias patris ſui curator rationes reddit.*
55 *Communis opinio.*
56 *Mater quæ filii negotia tractauit, tenetur reddere rationem filio, & tenetur de dolo & negligentia. Ampliatur num 57. 58. Limitatur num. 59.*
60 *Aduerſus matrem datur reſtitutio in integrum, ſi liberos in geſtu circumuenerit*
61 *Matris bona filiis tacite ſunt obligata pro adminſtratione.*
62 *Pro adminiſtratione bonorum filii, dos matris retineri poteſt.*

63 *Auia*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

63 *Avia etiam rationem reddere tenetur.*

64 *Frater, qui fratris ſui negotia geſſit, rationem reddere tenetur. Ampliatur num. 65. 66.*

67 *Patruus, qui adminiſtravit bona nepotis, vel neptis, tenetur reddere rationem.*

68 *A Conſanguineis, quomodo exigenda ſit ratio.*

69 *Præceptor, ſive Pædagogus, quomodo & quando rationem reddere teneantur de receptione pecuniæ, à patre pupilli.*

70 *Theſaurarius ſive exactor plene reddere debet rationem, licet habuerint liberationem à Rege.*

71 *Procurator ad negotia, rationem reddere tenetur.*

72 *Socius adminiſtrans bona communia, rationem reddere tenetur.*

73 *Negotiorum geſtor, rationem reddere tenetur.*

74 *Gubernatores hoſpitalium, tenentur reddere rationem, & cui.*

75 *Conſules & Scabini rationem reddere tenentur, de pecuniis civitatis recepti.*

76 *Inſtitores & factores, tenentur reddere rationem, & librum rationum habere; & quid continere debeat.*

77 *Factores tenentur, mortuo rationem domino, reſtituere libros & omnia, & exhibere heredibus debita, & credita, apothecæ ſui magiſtri.*

78 *Sequeſter tenetur reddere rationem de fructibus, quos percepit ex beneficio apud eum ſequeſtratis, & perceptis.*

79 *Curatus in Synodo Epiſcopo reddere debet rationem de animabus parochianorum, & cura.*

80 *Idem in coadiutore.*

81 *Capitulum gerens negotia, ſede vacante, reddere tenetur rationem novo Epiſcopo.*

82 *Omnis Proviſor, receptor, ſive bonorum adminiſtrator, rationem reddere tenetur, ſicut quoque heredibus eorum tenentur.*

83 *Executor ultimæ voluntatis, rationem reddere tenetur, Ampliatur num. 85.*

84 *Idem in executore ſententiarum, qui fructus ſeu bona recepit.*

86 *Actores, qui mandato curatoris adminiſtraverunt, & omnis alius ſubſtitutus à tutore vel alio adminiſtratore, rationem reddere tenentur.*

87 *Tutor rationem non reddens, dicitur eſſe in dolo præſumpto, imo etiam vero; & quando.*

88 *Pluribus exiſtentibus tutoribus, unus non poteſt rationem reddere ſine altero.*

89 *Cui ſit reddenda ratio.*

90 *Tutor rationem fructuum & redituum, bona fide perceptorum reddere debet.*

91 *Ratio reddenda eſt in loco, ubi bona geſta ſunt.*

92 *Argentarius rationem reddere debet argentariæ, ubi illam exercuit.*

93 *Ratio plene reddenda eſt, non pro parte.*

94 *Redditio rationis eſt quid individuum, quod pro parte præſtari non poteſt.*

95 *Tutor etiam rationem reddere tenetur de non geſtis, ut quia omiſerit culpa, negligentia, vel alias.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

96 *Tutor etiam reddere debet rationem de geſtis, poſt finitam tutelam, ſi probetur eum adminiſtrationem continuaſſe.*
97 *Nomina debitorum à tutore totaliter præſtari debent, quod fuerint idonei tempore, quo illis creditum eſt.*
98 *Tutor tenetur, ſi bona nomina ob eius negligentiam, vel non exactionem mala facta fuerint non ſolvendo debitores poſt finitam tutelam.*
99 *Tutor tenetur reddere rationem poſt viginti vel triginta annos.*
100 *Tutor vel curator, pupillum in tutela fraudans, vel rem pupilli ſibi approprians, tenetur actione de rationibus diſtrahendis in duplum.*
101 *Tutor pupillum in tutela fraudans, ſi non eſt ſolvendo, punitur extra ordinem, & ſi furandi animo facit, tenetur furti.*
102 *Tutor non iure datus, non tenetur, ſi pupillum in tutela fraudaverit.*
103 *Quibus detur hæc actio de rationibus diſtrahendis.*
104 *Actio de rationibus diſtrahendis in heredem, cæteroſque ſucceſſores non datur, quia pœnalis eſt.*
105 *Hæc ratio de rationibus diſtrahendis in duplum eſt, licet in ſimplo rei perſecutionem contineat.*
106 *Quando hæc actio competat, & quamdiu. num.* 107.
108 *Athenienſes moram quinquennii tribuebant rationibus tutorum.*
109 *Pater non tenetur reddere rationem adminiſtrationis filio, de adventitiis, & quæ ſit ratio, num.* 111.
110 *Pater in rebus filii, actu & habitu, plenam habet adminiſtrationem.*
112 *Pater doloſe adminiſtrans bona filii, rationem reddere debet.*
113 *Pater adminiſtrans res filii, in quibus non habet uſumfructum, rationem reddere tenetur.*
114 *Pater adminiſtrans ut tutor filii emancipati bona, rationem reddere tenetur.*
115 *Pater tenetur reddere rationem, quando pleno iure bona perveniunt ad liberos.*
116 *Ad removendum patrem ab adminiſtratione, ſufficit negligentia & culpa.*
117 *Magis communis opinio.*
118 *Rationem ſemel reddens, non tenetur iterato reddere.*
119 *Sermo ſimpliciter prolatus intelligitur de primo.*
120 *Probatio affirmative concepta, recipit conſumationem in primo actu, qui celebratur.*
121 *Diſpunctio rationis, non niſi ſemel concedenda eſt. Limitatur num.* 122.
123 *Qui reddidit rationem, & abſolutus fuit, non poterit ulterius moleſtari.*
124 *Qui reddidit ſemel rationem, ſi liberationem iuramento firmatam conſecutus fuerit, ad iterum reddendas rationes, compelli non poteſt.*
125 *Stante ſtatuto iurata, de non iterum reddenda ratione, minor læſus non reſtituitur.*
126 *Communis opinio.*
127 *Liberatio geminata & ratificata ex intervallo à minore, facit, ut tutor qui ſemel reddidit rationem, non teneatur iterato reddere.*

128 *Ratiha-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

128 *Ratihabitio & ratificatio facta ex intervallo, tollit omnem nullitatem, & allegationem doli ex propoſito.*

129 *Tranſactio facta in præſentia iudicis, vel amicorum, tollit omnem ſuſpicionem & fraudem.*

130 *Conſiliario Principis emente rem à ſubdito in præſentia Principis, non præſumitur venditor in aliquo deceptus.*

131 *Antoritas & præſentia Principis tollit omnem obligationem deceptionis, etiam ſi eſſet ultra dimidium iuſti pretii, & excludit omnem ſuſpicionem doli, & fraudis.*

132 *Tutor habens apocham à redditione rationum, non tenetur iterum rationem reddere.*

133 *Ratio dolo reddita, pro non reddita habetur, & de novo reddi debet. Ampliatur num.* 134.

135 *Liberatio rationum dolo obtenta, eterum reddi debet, licet fuerit iurata.*

136 *Communis opinio.*

137 *Dolus liberationis quomodo probetur. num.* 138. 140. 141. 142. 144.

139 *Dolus quid.*

143 *Dolus ex propoſito, & reipſa à pari procedunt.*

145 *Error calculi ſemper poteſt allegari & deduci.*

146 *Calculatio & computatio erroree facta denuo, & reiterato eſt revidenda.*

147 *Calculatio male compoſita & facta denuo reducenda eſt ad rectam compoſitionem & veritatem.*

148 *Error calculi ſemper poteſt allegari, etiamſi ſæpius rationes initæ proponantur.*

149 *Errantis nulla voluntas.*

150 *Error calculi, quomodo probabitur.*

151 *Error calculi etiam in facto proprio poteſt adaptari.*

152 *Error calculi etiam in facto proprio, facit computationem ipſo iure nullam.*

153 *Communis opinio.*

154 *Error calculi poteſt allegari in cauſa appellationis, ſive ſit deductus in cauſa appellationis, ſive non.*

155 *Pro errore calculi, non competit actio criminalis.*

156 *Ceſſat error ealculi, quando poſt illam calculationem fuerit deventum ad pactum & ſtipulationem. Limitatur num.* 157.

158 *Error calculi ceſſat, quando eſt tranſactum.*
Item quando eſt ſententiatum. num. 159.

160 *Iuramentum interpoſitum in contractu, facit quod calculus non poſſit retractari.*

161 *Non conceditur abſolutio a iuramento, maxime ubi iuratum fuit, omnia vera eſſe.*

162 *Error allegari non poteſt, quando confeſſio eſt geminata.*

163 *Confeſſio geminata inducit probationem etiam inter abſentes, licet verba ſint enunciativa.*

164 *Confeſſio geminata tollit præſumptionem erroris iuris.*

165 *Gratioſa computatio retractari non poteſt.*

166 *Curator*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

166 *Curator Reipublicæ, Procurator, tutor, vel alius adminiſtrator, non poſſunt facere gratioſas computationes, & quæ ſit ratio.*
167 *Computatio à iudice probata, non retractatur.*
168 *Decretum interpoſitum, ſine cauſæ cognitione, nullum eſt.*
169 *Error in calculo temporis, non vitiat computationem.*
170 *Confirmata calculatio non retractatur. Limitatur numero 171.*
172 *Calculator à iudice datus, impedit retractationem.*
173 *Liberans debitorem ex intervallo poſt calculum factum, non poteſt retractare computationem: ſecus ſi incontinenti remiſeret.*
174 *Liberatio generalis doloſe facta, nihil valet, nec comprehendit ea, quæ exſtant penes liberatum, & quæ tenebatur reſtituere.*
175 *Etiamſi liberatio iuramento eſſet vallata.*
176 *Etiamſi facta eſſet per actum inter vivos.*
177 *Et quando contineret iniquitatem, ad illam non extenditur.*
178 *Nec comprehendere debet exorbitantia.*
179 *Promittens non contraueuire, tenetur obſervare quæ geſſit.*
180 *Qui non reperitur, nec eſt debitor, non tenetur rationes reddere.*
181 *Socius ſemel reddens rationem adminiſtrationis ſocietatis, non tenetur iterum illam reddere. Ampliatur numero 182.*
183 *Confeſſio extorta per dolum, & deceptive, nihil operatur.*
184 *Pro laudo præſumitur.*
185 *A laudo poſt modum emologato, non eſt recedendum.*
186 *Laudum & arbitramentum emologatum, habetur ut tranſactio.*
187 *Calculatores electi de conſenſu partium, dicuntur legitime electi.*
188 *Calculis, & computationibus factis à deputatis, & electis, quandoque non eſt ſtandum.*
189 *Ex ſtatuto Vltraiectino, tutor ſingulis annis tenetur reddere rationem amicis, & proximioribus pupilli, vel deputatis civitatis.*
190 *Actio tutelæ demum exercetur finita tutela, & quæ ſit ratio.*

PEracta & finita tutela & cura, reſtat nunc, ut diſcutiamus, qui teneantur rationem reddere; quæ in rationibus exigantur: an is, qui ſemel reddidit rationem, iterum teneatur reddere: an rationes remitti poſſint, ut non reddantur; & quando. Quod caput, ut plenius cognoſcatur, una regula expediemus,
1 videlicet: Quod † actus ſui rationem reddere teneatur tutor, finita tutela, actione tutelæ, *§. fin. Inſtit. de Attil. tut. l.* 1. *§. officio, ff. de tut. & rat. diſtr.* Bartholom. Socin. *conſ.* 92. *num.* 5. & 17. *lib.* 4. Dec. *conſil.* 100. *num.* 7. *in tutore, curatore, & omni adminiſtratore, & conſ.* 178. *num.* 1. Idem cum Molinæo *conſ.* 274. *num.* 3. & *conſ.* 533. *n.* 2. Gratus, ponens regulam in omni adminiſtratore, *conſ.* 135. *num.* 29. 30. *lib.* 1. Chaſſan. *tit. des enfans, §.* 6. *verbo, de rendre compte.* Berous *quæſt.* 15. & Pariſ. *conſ.* 96. *num.* 12. 34. *lib.* 1. Et ratio huius eſt, ne cum aliena jactura tutor locupletur, *l. nam hoc natura, ff. de condict. indebit. l. iure naturæ, ff. de reg. iur.*

Amplia-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Ampliatur primo, ut † procedat quod ratio reddenda ſit, finita tutela, ſive 2
ea finiatur morte pupilli, vel tutoris, vel alias, ſecundum Balduin. *in §. fin in verb. poſt pubertatem*, *Inſtit. de Attil. tut.*

Secundo ampliatur, quod † tutor teneatur, non ſolum ſcriptam tantum ra- 3
tionem reddere, ſed & eam, quæ ſine ſcriptura ab eo adminiſtrata fuerit, *l. libertate*, *ff. de ſtat. lib.*

Tertio ampliatur, quod † etiam non ſufficiat ſola editio, id eſt, inſpiciendi 4
facultas, ſed quod debeat tutor rationes legendas offerre, & diſcutiendas, cum univerſi actus ſui inſtrumento, ut examinari poſſint computationes probe an improbe referantur, & an accepta recte relata, an non recte ſint, *l. cum ſervus*, *l. qui ſub conditione*, *ff. de cond. & demonſt. l. ſi ſtatu libera*, *§. ult. ff. de ſtat. liber. l. ſi ita fuerit*, *§. quæſtio hæc*, *ff. de manumiſ. teſt.* Bartol. Socin. *conſil. 92. num. 7. lib. 4.* Barbat. *conſ. 62. num. 1. lib. 2.* & Chaſſan. *§. 6. tit. des enfans des plusieurs litz*, *in verbo*, *d'en rendre compte*, *num. 6. uſque ad* 19. Non autem in † folle, id eſt, inexplorate, 5
inexplicate, atque confuſe rationes exhibere tutor debet, quales ſolent ii, qui pecunias in marſupio oſtentant, nec qualis quantave ſit, ſciri volunt, ut egregie exponit Alciat. *lib. 4. de verb. ſign. num. 4.* & Eraſ. Roterod. *cent. 9. Chiliad. 4. Proverb. 37.*

Quarto ampliatur, quod † tutor ad eundem etiam finem cogatur edere ad- 6
verſaria, id eſt, volumina rationum, *l. ſi ita fuerit*, *§. quæſtio*, *in fin. ff. de manumiſſ. teſt.* Maxime ſi librum † rationum fecerit ex pecuniis pupilli, vel domini: 7
ſecus vero ſi ex propria pecunia; quia tunc ſi ſua intereſſet, non teneretur illos libros tradere, niſi ſoluto eo, quod intereſt, & facto ſibi acceptilationis publico inſtrumento, ut tradit Barbat. *conſ. 91. lib. 3. per l. 1. §. penult. ff. de edendo.*

Quinto ampliatur, quod etiam † teneatur tutor cautiones, & inſtrumenta 8
omnia actus ſui exhibere, *l. cum ſervus*, *ff. de cond. & demonſtr. l. fin §. inter cætera*, *ff. de liberat. legat. l. ſi ita fuerit*, *§. quæro*, *ad fin. ff. de manumiſ. teſt. & l. ſi cui libertas*, *ff. de cond. & demonſtr.* Maxime autem † tenetur edere tutor inſtrumenta, quæ 9
pertinent ad res adminiſtratas, *d. l. ſi cui libertas*, *ff. de condit. & demonſt.* quæ ſi dolo, lata culpa, vel levi non reſtituat, adverſus eum in litem iurare poterit, *l. is qui*, *C. de in lit. iur.*

Sexto ampliatur, quod † etiamſi vetitum fuerit ab eo rationes exigi, quod 10
nihilominus teneatur reddere chartas, in quibus rationes conſcriptæ ſint, *d. §. inter cætera*: & quod etiam † docere debeat, conſtare fidem omnibus, quæ ab eo 11
geſta fuerint, ut neque ſubtraxerit quid ex iis, quæ acceperit, neque expenſum rationibus præſcripſerit, quod non dederit, *l. qui ſub conditione*, *ff. de cond. & demonſtr.*

Quando autem † recte ac perfecte rationes redditæ cenſeantur, in dubium 12
revocatur, & tandem Bald. *in l. voluntatis*, *n. 2. C. de fideicommiſſ.* Pariſ. *conſ. 82. n. 21. & conſ. 84. n. 17. & conſ. 87. n. 16. & conſ. 96. n. 31. lib. 1.* Judicis arbitrio id relinquendum putant, *per l. Thais*, *§. ſorore*, *ff. de fideic. libert. & c. contingit*, *de fide inſtrum.*

 Septimo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

13 Septimo ampliatur, quod † etiam tutor reliqua ſolvere debeat, l. quamvis,
l. cum ſervus, l. qui ſub conditione, ff. de cond. & demonſtr. l. qui libertatis, §. ſervus, ff. de
evict. l. ſi ſtatu liberum, in fin. l. ſi ſervo, ff. de ſtatu liber. l. 4. C. de teſt. manumiſſ. l. non
ſolum, §. is qui, ff. de liberat. legat. Chaſſan. d. tit. des enfans, §. 6. in verbo, & reliqua,
14 num. 3. & 4. & ibi, quid ‡ reliquorum appellatione contineatnr, & Alc. in l.
15 poteſt, ff. de verb. ſign. Reliquorum ‡ enim illatio, & perſolutio omnino annexa
eſt redditioni rationum, nec eæ aliter redditæ videntur, l. non ſolum, §. is qui
16 reddere, ff. deliberat. leg. Eſt enim ‡ reliquatio reſiduum illud, quod poſt redditas
rationes apud ipſum adminiſtratorem ſupereſt, l. ſi cui libertas, ff. de cond. & de-
monſtr. l. Julius Paulus, & l. qui ſub conditione. eod. l. Sticho libertas, & l. ult. §. inter, ff.
17 de liberat. leg. & l. 3. C. de ſuſcept. lib. 10. Inde etiam † reliquatum facere, id eſt,
paria facere, d. l. Sticho libertas, §. ult. & l. ſemper §. conductores, ff. de jur. immun. Re-
18 liqua etiam ‡ ſunt debitæ præteriti temporis penſiones, ſic † reliqua colonorum,
19 ſunt penſiones à colonis debitæ, l. quæſitum eſt, §. peto, & l. Offidius, & l. qui habe-
bat, in fin. ff de legat. 3. l. Seiæ, in princ. & l. prædia, §. affini ſuo, ff. de inſtruct. vel in-
20 ſtrum. legat. Sic & reliqua conductionis † accipiuntur, in l. ſi adverſarius, C. ad
21 Vell. Sunt & reliqua † vectigalis, l. Moſchis, ff. de iur. fici. Et reliqua pro reliquis
22 † cenſuum debitorum, in Rubr. ſine cenſu, vel reliquis, & reliqua † collegarum, in
23 l. Lucius Titius, ff. ad munici. Inde reliquari, & reliquis † obnoxium eſſe, l. con-
24 ſtitutionibus, ff. ad municip. l. reſcripto, §. ſed eos demum. ff. de muner. & honor. Vnde
25 quoque † dicimus, reliquatus eſt amplam ſummam, iſt eſt, manſit amplæ
ſummæ reliquator ac debitor, l. ſi quis ratione, ff. de liberat. legat.

26 Prædicta autem ampliatio † procedit, etiamſi vetitum fuerit rationes exigi;
eo enim non obſtante, non impedietur reliqua exigere, quas quis ſe relinqua-
vit, l. non ſolum, in fin. cum l. ſeq. ff. de liber. leg. l. Thais, §. Stichus, & Damas, ff. de
fideic. lib. l. cum tale, §. quid ergo, ff. de cond. et demonſt. Grat. conſil. 23. num. 9. lib. 1.
Ruin. conſil. 70. n. 8. lib. 4. Corn. conſil. 313. num. 7. et 8. lib. 1. Pariſ. 21. num. 57.
27 lib. 2. quia cenſetur † tantum ſcrupuloſa inquiſitio remiſſa, non autem ut id re-
mittatur, quod dolo, vel fraude factum fuerit, l. ſi ſervus vetitus, ff. de legat. 1.
28 l. non ſolum debitorem, §. ult. ff. de liber leg. Vnde ſi teſtator legaverit ‡ liberatio-
nem tutori, ſeu uxori, vel prohibuerit ne redderet rationem, & reliqua; Imo,
ſi contingeret dictum adminiſtratorem in quoquam condemnari, id leget
dicto adminiſtratori, gravando heredes, ut habeant hoc reſtituere, adhuc ſi
condemnetur ex dolo futuro, & vero, non ſe ad hoc extendet liberatio, ut
conſuluerunt Ang. conſil. 175. & Anch. conſil. 117. Io. de Anan. conſil. 80. &
29 Salic. in l. cum neceſſitatem, C. de fideicom. Adeo ut etiam † hoc caſu quis non im-
pediatur petere pecuniam, quæ tutori remanſerit, l. ult. §. inter cætera, et §.
Titia, ff. de liber. legat. l. ſi ſervus, ff. de legat. 1. & eleganter Alex. conſ. 62. num. 9.
30 lib. 4. Idem quoque dicendum erit in eo, quod † apud tutorem non remanſe-
rit, ſed tamen abeſſe deſierit eius dolo, qui conſiſtat in faciendo, ut optime
31 tradit ſubtilis Decius, conſil. 394. in fin. Amplius † etiamſi mater eſſet tutrix, ea

non

non obſtante tali prohibitione, reliqua ſolvere debet, ut tradit Alex. *conſ.62.*
num.3.9.10.et 11.lib.4. Bald. *in l. cum oportet, §. ſed cum tacitas, C. de bon. quæ lib.*
Verum Menoch. *de arbit. iud. lib.2. cent.3. caſ. 209. num. 26. et 27.* in patre ma-
tre, & patruo, relinquit arbitrio iudicis. Etiam ad reliqua tenetur † tutor, ſe- 32
cundum quoſdam; ſi ultra liberationes, vel prohibitionem legaverit tutori,
id in quod eum contingeret condemnari, ut tradit Alex. *conſ.192. in fin. lib. 7.*
Molin. ad Alex. *conſil. 54. num.5. lib.2. et §. gl.6. num.29.* licet non ſit ſine du-
bio, cum inveniam eundem Alexandrum, *d. conſil.192. in fin. lib.7. conſil. 54.*
num.5. lib.2. et conſil.164. nnm.1. et 2. lib.5. contrarium tenere, qui *num. 3. et*
trib. ſeq. d. conſil.164. ampliat id etiam procedere, ſi promiſiſſet rationem redde-
re, ad quem Lectorem remittimus.

Denique eadem † quoque prohibitio, ſive liberatio, tum maxime non pro- 33
deſt, quando quis adminiſtravit ante Inventarii confectionem, vel decretam
adminiſtrationem, quod facere non potuit tutor, *l.4. ff. de auth. tut. l. fin in fin.*
C. arbit. tut. & plene per Bartolum, *in l. legitimos, in princ. ff. de legit. tut.* Quia
cum ſpreverit legem ſibi datam à teſtatore in teſtamento, conficiendo inven-
tarium, indignus eſt beneficio ipſius teſtamenti, *l. Neſennius, §. fin. ff. de exeuſ.*
tut. c. qui fruſtra. de uſur. & optime tradit Ruin. *conſ.70. num.7. lib. 4.* Nec
etiam eadem prohibitio ‡ prodeſt contutoribus, ut Papinian. ſcriptum reli- 34
quit, *in l. qui plures, ff. de admin. tut.* Qui plures, inquit, tutores habuit, unum,
qui ſolvendo non fuit, rationem actus ſui vetuit reddere, quoniam eius libe-
ratio, quod ex tutela percepit, aut dolo contraxit, non eſt relicta: contutores,
qui ſuſpectum facere neglexerunt, ex culpa recte conveniuntur.

Verum hæc † ſeptima ampliatio non procedit, quoad damna, quæ caſu con- 35
tigerunt, quæ ad onus reliquorum non pertinent, ſed debet ratio ita compu-
tari, *l. Thais, §. Titius Sticho, ff. de fideic. libert.*

Octavo ampliatur † regula, quod etiam liberatio vel prohibitio relicta tu- 36
tori teſtamento, de non reddendo rationem, non ſe extendat ad ea, quæ
dolo, vel fraude commiſſa ſunt per tutorem, *l. non ſolum, cum l. ſeq. ff. de liberat.*
leg. l. cum tale, quid ergo, ff. de cond. et demonſtrat. l. ſi ſervus, ff de legat. 1. Barbat.
conſ.68. lib.1. Dec. *conſ. 178.* dicit † communem, & ibi Molinæ. Chaſſan. *tit.*
des enfans, §. 6. verbo, d'en rendre compte, n. 21. late Berous *quæſt. 21.* Crauet. 37
conſil. 193. num. 9. & Nic. Euerar. Præſes, *conſ. 211.* quia dolus talis futurus
non potuit à teſtatore remitti tutori, ne daret materiam delinquendi, *l. quidam*
decedens, ff. de adminiſtr. tut. & plene per Bart. *in l. Aurelio, §. Caius, ff. de liber. legat.*
in verſ. ſed quid ſi relinquitur liberatio. Etiamſi † dictum fuerit per teſtatorem, quod 38
non teneretur reddere rationem, & quod omne velit reſtitui per heredem, in
quod fuerit condemnatus, ut tradit Dec. *d. conſ.349. in fin.* Alex. *conſ.52.num.*
5. lib.2. Idem *conſ.164. num.2. verſ. tamen.* Salicet *lib.5.* Molin. ad Dec. *con.192.* &
noviſſime Alciat. *in tract. præſumt. reg.1. præſum.6. num.2.* dicens communem. Sed
contrarium tenet idem Alex. *d. conſ.164. nu.1. lib.5.* Grat. *conſ.23. nu.1. et 2. lib.1.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

39 Dec. *d. conſil.* 192. *nu.* 1. Verum † communis opinio procedit etiamſi mater
eſſet tutrix, quæ non excuſatur à tali dolo, ſecundum Alex *d. conſ.* 62. *num.* 9.
40 10. *&* 11. *lib.* 4. Maxime quando † ſtatutum dicit, tutorem teneri de dolo, &
41 lata culpa, non obſtante tali liberatione, vel prohibitione. Imo ſtante ‡ tali
ſtatuto, ſufficit dolus in omittendo tantum, non in faciendo, ut tradit Gra-
42 tus, *conſil.* 23. *n.* 10. 11. *&* 12. *lib.* 1. Nec etiam † eo caſu obligatur expromiſ-
ſor minoris, maxime ſi conſtiterit minorem dediſſe tutori ſuo quitationem ini-
quam, quæ in ſe reipſa dolum habeat: nam conuentus, ex ſua promiſſione,
poterit excipere de dolo, & iniquitate obligationis principalis, ſicut fideiuſſor
conventus poſſet excipere, & principaliter agere de reſciſſione ſuæ fideiuſſio-
nis, ſi minoris obligatio propter dolum irritaretur, ut conſuluit Anchor. *conſ.*
330. *n.* 7. *&* 8. *verſ. moueor principaliter.*

43 Sed hæc ampliatio † non procedit in dolo præſumpto, niſi tria concurrant,
ſcilic. coniunctio ſanguinis, quo non ſit factus locupletior, & quod arguatur
de dolo præſumpto tantum, ut optime tradit Crauet. *conſil.* 193. *n.* 9. allegans
Dec. *conſ.* 607. & noviſſime Gozadin. *conſ.* 47. *& conſ.* 94.

44 Nona ampliatur † regula, quod quando ex ſtatuto eſt præfixum tempus, (ut
de iure finita tutela) ad reddendam rationem, *l.* 1. *in fin. & l. ſi finita, & l. ſi
tutor, in fin. ff. de tut. & rat. diſtr.* tutor teneatur rationem reddere etiam non re-
45 quiſitus, ut voluit gloſſ. *in verbis, ſingulis annis*, quam approbant magis † com-
muniter Dd. *in clem. quia contingit. de relig. domib.*

46 Decimo ampliatur, quod † etiam non valeat pactum, quo promittat quis
nunquam exigere rationes, ut tradit Alexand. *conſ.* 18. *lib.* 2. ubi inquit, quod
47 ‡ non valeat conuentio, per quam conſtituam aliquem adminiſtratorem cum
pacto, quod non poſſum illum revocare, allegans Bartol. *in l. cum precario, ff.*
48 *de precar.* Angel. *in l. Stichum, §. uſumfructum, ff. de ſolut.* ubit dicit idem † eſſe in
Procuratore, qui eo modo conſtitui non poſſit, quo revocari non poſſit; etiam-
ſi juramentum intervenerit, per gl. *in c. fi. de proc. in* 6. & late tradit Ang. *conſ.*
49 225. ubi in fine † concludit, quod pœna promiſſa, in caſu revocationis non
debeatur, per *l. non dubium, C. de legib.*

50 Vndecimo ampliatur etiam in herede † tutoris vel alterius adminiſtratoris,
contra quem actio tranſeat, quæ contra adminiſtratorem competebat, *l. tutela,
& l. omnes, C. arb. tutel. l.* 3. *§. hec autem actio, ff. de neg. geſt.* Roman. *conſ.* 413. &
51 Dec. *conſ.* 110. *nu.* 7. Adeo, ut † etiam heres univerſalis teneatur reddere ratio-
nem fideicommiſſario, de rebus hereditatis, ſi in illis ſe immiſcuit, & fructus
receperit, ut eſt text. *in l. cum tali, §. Titius*, ubi gl. & Bart. *ff. de cond. & demonſt.
l. mulier, §. ſed etenim, ff. ad Trebell.* & Bald. *in l. filium, in fin. C. famil. erciſ.*

52 Duodecimo ampliatur etiam † in curatore, *l. rationes, l. adverſus, C. de adminiſt.
tut.* gl. *in c. fin. de ſtat Monach. in verb. & eorum.* Specul. *in tit. de iudic. in §. ſecundo,
verſ. ſequitur videre, de act. tutel.* Quod etiam † procedit in curatore ad lites, ut
53 geſtorum rationem reddere teneatur, ut tradit Socin. *conſ.* 46. *lib.* 1. *& conſ.* 213.
lib. 2. ſed hoc finita cura, per text. & ibi gl. *in d. l. adverſus*, quam ſequitur Bald.
conſ. 211.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

conſ. 211. *lib.* 2. Etiam † filiusfamilias patris ſui curator, non minus rationes red- 54
dere cogitur, quam quivis alius extraneus, qui ‡ eo officio fungitur, ut commu- 55
ne poſt Firmianum, de Epiſcopo, *nu.* 64. præclarus iuris Doctor Arius Pinellus
in l. 1. *part.* 2. *nu.* 39. *C. de bon mater*. Bart. Soc. *conſ.* 92. *nu.* 5. *lib.* 4. Bertach. *in tract.*
de Epiſc. lib. 4. *part.* 6 *quæſt.* 29. *n.* 34. & facit gl *in l. is qui, ff. de tut. & curat. dat. ab his.*

Decimo tertio ampliatur † etiam in matre, quæ etiam tenetur reddere ratio- 56
nem filio, & tenetur de culpa, & negligentia, *l. hac edictali*, *§. his illud*, *C. de ſec.*
nupt. gl. *in l. is qui*, *ff. de tut. & curat. dat ab his.* Alex. *conſ.* 110. *lib.* 3. Chaſſan. *in*
§. 6. *tit. des enfans*, *in verbo*, *D'en rendre compte*, & gloſſ. notab. *in l. ſi quis prioris*, *§.*
fin. in fin. C. de ſec. nupt. Corn. *conſ.* 198. *n.* 11. *et* 21. *lib.* 1. Sive ea † fuerit tutrix, 57
ſive non: quia eadem eſt ratio; vel adminiſtraverit non obſervata iuris forma,
ut tradit Bald. *in l. cum oportet*, *§. fin. C. de bon. quæ lib.* & late Petr. de Anchor. in
matre, *conſil.* 317. & late Molinæ. *in conſuetud. Pariſ. §.* 6. *gl.* 7. Maxime autem,
† tenetur reddere rationem mater, quæ conuolavit ad ſecunda vota, quo caſu 58
etiam de modicis debet reddere rationem, *Novell.* 22. *et* 155. & ibidem latiſſi-
me Cuiac. Ioan. de Garronib *in rubr. C. de ſecund. nupt. et in auth. eiſdem, num.* 35.
eod. tit. Niſi mater † habitaret in montibus, ſeu locis remotis à peritorum con- 59
ſilio, quo caſu excuſatur ab omiſſis circa tutelam, ut tradit Bart. *in l.* 1. *ff. ſi ta-*
bul. teſtam. nul. ext. per text. *in auth. ſed novo iure*, *in fin. ibi*, *in agris autem*, C. *ſi cert*
pet. et in l. 1. *ff. de exercit. act. ibi*; *nam interdum locus*, *vel tempus non patitur plenius deli-*
berandi conſilium. & Paul. de Caſtr. *in l.* 2. C. *de in ius vocando*, dicit ſe alias ita con-
ſuluiſſe, & voluit etiam Boer. *deciſ.* 124 *n.* 20.

Adeo, ut etiam † adverſus talem matrem, quæ liberos in geſtu circumvene- 60
nerit, detur reſtitutio in integrum, contra *l.* 2. C. *qui et à quib. et d. Novell.* 155.
Amplius etiam bona † matris pro ea adminiſtratione ſunt tacite obligata libe- 61
ris, *l. ſi mater*, C. *in quib. cauſ. pign. tac. cont.* & notanter Dec. *conſ.* 591. & facit
l. pro officio, C. *de adm. tut.* & dos etiam † ipſius matris pro tali obligatione reti- 62
neri poteſt, ut tradit Barthol. Socin. *conſ.* 180.

Decimo quarto ampliatur † regula etiam in avia, ut concluditur, *in auth.* 63
matri et aviæ, *quand. mul. tut. offic. fung. pot* & tradit Socin. *conſ.* 2. *lib.* 1. Corn.
conſil. 198. *in fin. lib.* 1. Anchor. *conſil.* 316. Bald. *in l. cum oportet*, *§. ſed cum taci-*
tas, C. *de bon. quæ lib.*

Decimo quinto † ampliatur etiam in fratre, ut tradit Dec. *conſ.* 110. *num.* 7. 64
& ibid. Molin. *conſil.* 255. *num.* 1. *et conſil.* 274. *num.* 3. Hippol. *ſingul.* 493. Ay-
mo *conſ.* 218 *in princ.* maxime † frater maior, pro quo facit text. *in l. fin. ff. de fid.* 65
inſtr. Et nominatim ſcribit Curt. ſen. *conſ.* 67. *quæſt.* 3. *num.* 44. & Socin. *conſil.*
72. *quæſt.* 3. *lib.* 3. & latius *conſil.* 40. *lib* 4. Qui ſi ſpecialiter id promiſerit, te-
nebitur ad ſtrictiorem, & magis diligentem rationis redditionem, ut tradit
Dec. *conſ.* 274. *nu.* 3 & ibi Molin. etiamſi † adminiſtraverit vivo patre, ſecun- 66
dum Panorm. *conſ.* 12. *quæſt.* 16. *lib.* 1. & ſequitur Jaſ. *in l. ſi heres*, *in fin ff. de cond.*
cauſ. dat. ubi refert ſe ita conſuluiſſe in civitate Piſauri, licet de eo aliqui dubi-
tent, quando vivo patre adminiſtrat, ex eo, quod quemadmodum pater non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

tenetur rationem reddere de aduentitiis bonis filiorum, *l. cum oportet*, *§. cum autem*, *C. de bon. quæ lib.* ita quoq; nec frater; ſed in his, in quibus rationem pater reddere tenetur, frater quoque teneatur.

67 Decimo ſexto ampliatur, quod ‡ etiam patruus, qui adminiſtrauerit bona nepotis, vel neptis, tenetur reddere rationem ſuæ adminiſtrationis, vt tradit Cuman. *conſil.* 87. Purpurat. *in l.* 1. *in fin. C. de edend.* Dec. *conſ.* 178. *& conſil.* 192. Quæ autem veniant, & debeant conſiderari in tali redditione rationis, proſequitur Roman. *conſil.* 413.

68 Ab his tamen † conſanguineis non ita ſtricta exigenda eſt ratio, ſicut ab extraneis, ſed ſatis erit, quod generaliter oſtendatur quantum in familia, & aliis ſumtibus veriſimiliter potuerint expendere, vt firmat Parnormitan. *d. conſil.* 12. *lib.* 1. vbi dicit. hoc non procedere, quando coniuncta perſona adminiſtraret, vt tutor vel curator: nam tunc diligentem tenetur reddere rationem, vt quiuis alius, vt tradit Socin. *conſ.* 190. *& conſ.* 213. *lib.* 2. Poterit tamen Iudex multa capita rationis, neceſſitudinis ergo recipere, quæ extraneis non eſſent concedenda.

69 Decimo ſeptimo tenetur † quoque rationem reddere pædagogus, ſiue Præceptor, qui recepit pecuniam à patre pupilli, vt aleret ſe, & pupillum in ſtudio, dum audirent iura, atque conficere librum rationum, *l. ſi ita*, *verſ. in reliquis* & ibi Angel *ff. de manumiſſ. teſt.* niſi conventum eſſet, vt ſingulis annis certa ei pecunia daretur: quo quidem caſu de illa rationem non reddet. Quemadmodum etiam ſi plus expenderet, non tenetur pater ei redere, poſtquam ita conuentum eſt, vt plus non daret; ait enim Prætor, pacta ſeruari debere, *l. iuris gentium*, *§. Prætor ait*, *ff. de pact.* & hoc ita conuenire tutius foret vtriſque.

70 Decimo octauo qnoque † procedit in Theſaurario ſiue exactore, *l. apparitores & per tot. tit. C. de exact. trib: lib.* 10. qui plene reddere debet rationem, licet habuerit liberationem à Rege, *arg. l. quoties*, *ff. qui ſatiſd. cog.* Luc. de Pen. *in l. ordinariorum*, *C. de codortal. lib.* 12.

71 Decimo nono etiam † procedit in procuratore ad negotia, *l. qui proprio*, *§. Procurator*, *ff. de procurat. l. ſi remunerandi*, *& l. ſi Procuratorem*, *§.* 1. *ff. mandat.* & Socin. *conſil.* 73. *num.* 1.

72 Vigeſimo ampliatur † etiam in ſocio adminiſtrante bona communia, *l. quædam*, *in princ. ff de eden. l. ſi quando*, *ff. de compenſat.* Bero. *q.* 15. *n.* 1. Bald. *conſ.* 152. *lib* 3. & Cornæus *conſ.* 24. *in fin lib.* 1. *& conſ.* 196. *lib.* 2. & Pariſ. *conſ.* 89.

73 Vigeſimo primo † ampliatur etiam in negotiorum geſtore, *l.* .2. *§. & ſane*, *ff. de neg geſt.* Corn. *conſ.* 255. *n.* 3. *lib.* 1. & vt compellatur, competit actio negotiorum geſtorum, ſecundum Bald. *conſ.* 449. *lib.* 2. & tenetur edere librum ratinum, ſecundum Alex. *conſil.* 32. *lib.* 5. & Corn. *d. conſ.* 255. *lib.* 1. & Barbat. *conſ. vlt. lib.* 3.

74 Vigeſimo ſecundo † ampliatur etiam in gubernatoribus Hoſpitalium, qui tenentur etiam reddere rationem præſidentibus illi hoſpitali, vt Conſulib. Scabinis, fundatoribus, ſeu Epiſcopo loci, *§. fin. in auth. de Eccleſiaſt. titul. & in §.*

Oecono-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Oeconomus, in auth. de ſanct. Epiſc. & in clem. 2. de relig. dom. l. Orphanotrophos, C. de epiſc. & cler. ſed non pauperibus, ſecundum gloſſ. *in d. clem. 2. §. 1.*

Vigeſimo tertio † ampliatur in Conſulibus & Scabinis, qui etiam rationem reddere tenentur, de pecuniis ciuitatis receptis: bonumque foret, ſi in ſingulos annos redderent, vt concludit Socin. in ſocio, *conſ. 73. in prin. lib. 1.* ſed quoniam in hac ciuitate Vltraiectina, non recipiunt pecunias ciuitatis Scabini, ſed habent ſuos receptores, iſti in locum Conſulum, & Scabinorum rationes ſingulis annis reddunt, & in locum eorum, alii ſingulis annis ſubſtituuntur. 75

Vigeſimo quarto † etiam ampliatur in Inſtitore & Factore, qui etiam tenētur reddere rationem adminiſtrationis, & diligenter libros rationum habere debent, in quibus clare appareant data & accepta, introitus & exitus, *l. 1. §. officio, ff. de tut. & rat. diſtr.* & ibi Bart. in quo libro ſigillatim omnia deſcribenda ſunt, & non per compendium, *arg. l. cum ſeruus, ff. de cond. & demonſt.* & Bart. *conſ.* 150. quo loco dicit librum debere eſſe conſcriptum ſic: *Tantum ex tali fundo recepi.* Item, *Tantum à tali colono*, vt probat Socin. *conſ. 46. in 2. quæſt. verſ. ſecunda pars, & conſ. 190. lib. 1.* alioqui falſitas non poſſet apparere, ſi ſub nube, & generaliter affirmaretur ſic eſſe, vel non, *l. argentarius, §. edi, ff. de eden* plene Bart. *in l. comperimus*, C. *de nauicul. lib. 10.* Debet ergo † de ſingulis inſtruere, *l. ſi pater, §. fin. ff. de fideicom. hered.* mortuoque rationum domino, poterit factor compelli ad reſtituendum libros, & alia, teneturq; exhibere heredib. debita & credita apothecæ ſui magiſtri, *l. cum in teſtamento*, & ibi gl. C. *de teſtamen. manumiſſ.* 76 77

Vigeſimo quinto † ampliatur etiam in Sequeſtro, qui etiam tenetur reddere rationem de fructib. quos percepit ex beneficio apud eum ſequeſtratis, vel ex alia re, vt notatur *in clem. vn. de ſequeſt poſſ. & fruct. & in l. ſequeſter, ff. de verb. ſign.* 78

Vigeſimo ſexto † ampliatur etiam in Curato, in Synodo, qui etiam tenetur rationem reddere Epiſcopo, non de rebus prophanis vel temporalibus, ſed de animabus Parochianorum & cura, *c. ſane is, diſt. 2.* 79

Vigeſimo ſeptimo ampliatur † etiam in coadiutore, *c. vnic. §. præſenti, de cler. ægrot. lib. 6.* Et † capitulum gerens negotia ſede vacante, tenetur etiam reddere rationem nouo Epiſcopo, ſecundum Rubæum *conſ. 131. num. 3.* Et generaliter † omnis prouiſor, ſeu receptor, atque omnis alius bonorum adminiſtrator, & non ſolum iſti, ſed etiam heredes illorum, ſi ipſi rationem non reddiderint, ſecundum Angel. *in l. ſi ita, verſ. in reliquis, ff. de manumiſſ. teſt. l. 1. §. idem Principis, ff. de falſ.* 80 81 82

Vigeſimo octauo ampliatur † etiam in executore vltimæ voluntatis, *c. tua, de teſtam. & in l. ſi heres*, & ibi Bald. & Iaſ. *ff. de cond. cauſ. dat.* Et in executore † ſententiarum; facit *l. executorem, C. de exec. rei iud.* qui fructus vel bona recepit. Socin. *conſ. 46. lib.* 1. & eſt text. *in clem. 1. de teſt.* adeo, vt etiam † executor teſtamentorum teneatur reddere rationem Epiſcopo, & conſocio executori, vt tradit Bald. *in l. nulli, C. de epiſc. & cler.* & Spec. plene *in tit. de inſtr. edit. §. nunc aliqua, verſ. ſed. an ſimplex, quæſt. 47.* 83 84 85

Vigeſimo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

86 Vigeſimo nono ‡ ampliatur etiam in actore, qui mandato curatoris adminiſtravit, & omni alio ſubſtituto à tutore, vel alio adminiſtratore, ſecundum Barb. *conſ. ult. lib.* 3. per tex. *in l.* 1. §. *item eorum, &* §. *ſi decuriones, ff. quod cuiuſq. univerſ. nom.*

87 Trigeſimo ampliatur, quod tutor non reddens rationem, dicatur eſſe in dolo præſumpto, imo etiam vero, *l.* 1. §. *officio, ff. de tut. & rat. diſtr. l. ſi procuratorem,* §. *fin. cum l. ſeq. ff. mand.* maxime ſi miſcuerit ſuas rationes cum rationibus pupilli, quas ſeparatas à rationibus pupilli tenere debebat, ſecundum Innoc. Imol. & Ant. de But. *in c. cum in officio, de reſtit.*

88 Trigeſimo primo † ampliatur, quod ſi plures ſint tutores, unus nõ poſſit reddere rationem ſine altero, ne ratio dividatur, ſed quod tota debeat reddi ab omnib. ſecundum Bald. *in l. ſi plures, C. de cond. inſert.* & Chaſſan. §. 6. *tit des enfans, verb. d'en rendre compte, n* 3.

89 Trigeſimo ſecundo † ampliatur, quod non ſolum pupillo reddi debeat ratio, ſed etiam agnatis, eius heredibus ab inteſtato ſucceſſuris, ut tradit Chaſſan. *d. loco, n.* 4. *l. ſi pater,* & ibi Bald. *C. com. de ſucceſſ.*

90 Trigeſimo tertio † ampliatur, quod etiam tutor rationem reddere debeat de fructibus & reditibus, qui bona fide percipi potuerunt, *l. ſi ſine,* §. *Modeſtinus, ff. de admin. tut.* Bald. *in l. cum teſtamento, ff. de teſt. man.*

Trigeſimo quarto † ampliatur, quod etiam reddi debeat ratio in loco, ubi
91 bona geſta ſunt, *l.* 1. & ibi gl. & Dd. *C. ubi de ratiocin. agi oport.* Vnde † argen-
92 tarius ibi cogitur rationem reddere argentariæ, ubi exercuit illam, *l. Prætor,* §. *his etiam, ff. de eden.*

93 Trigeſimo quinto † ampliatur, quod etiam reddi debeat plene, & non pro parte, ſecundum Bald. *in l. ſi plures, n.* 17. *C. de condit. inſert. l. cui fundus, ff. de*
94 *cond. & demonſt.* Eſt enim rationes reddere quid † individuum, quod pro parte præſtari non poteſt, ut tradit idem Bald. *in d. l. ſi plures.*

95 Trigeſimo ſexto † ampliatur, quod etiam tutor rationem reddere debeat eorum, quæ adminiſtrata non fuerunt; ut quia omiſit culpa, negligentia, vel alias, *l.* 1. *in prin.* & ibi gl. *ff. de tut. & rat. diſt. & l.* 1. *&* 2. C. *de hered. tut. l.*2. C. *ſi tut. vel curat. non geſſ.* Bartol. Soc. *conſ.* 92. *n.* 7. *verſ. quinto, l.* 4. *et ibi verſ. ſeptima ratio.* Chaſſ. *tit. des enfans,* §. 6. *in verb. d'en rendre compte, n.* 14. Dec. de fructibus, *conſil.* 274. *num.* 4.

96 Trigeſimo ſeptimo † ampliatur, quod tutor quoque reddere rationem debeat de geſtis poſt finitam tutelam, ſi probetur eum adminiſtrationem continuaſſe, ſecundum Cornæ. *conſ.* 255. *n.* 2. 3. 6. 7. *et* 8. *lib.* 1. ubi optime declarat.

97 Trigeſimo octavo † ampliatur, quod etiam nomina debitorum debeant præſtari taliter, ut eſſent idonei, tempore quo illis creditum eſt, hoc eſt, quod diligens paterfamilias illis crediturus fuiſſet, *l. qui ſub conditione. verſ. cæterum, ff. de cond. et demonſt.* Bartol. Soc. *conſil.* 92. *num.* 7. *verſ.* 3.

98 Trigeſimo nono ampliatur, quod † etiam ſi bona nomina mala facta ſunt ob eius negligentiam, ſeu non exactionem, ipſe tutor præſtare debeat, *l. ſi*

tutor

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

tutor petitus, *ff. de admin. tut.* ubi dicitur, quod ſi tutor non exegit à debitoribus,
& per hoc minus idonei efficiantur, tutor ipſe teneatur, *l. 2. C. arb. tut.* Ro-
man. *conſ. 425. verſ. octavo.* Niſi facti fuerint non ſoluendo demum poſt finitam
tutelam, ſecundum Roman. *d. conſ. 425.* ad quod facit text. *in l. litis, §. ſi pecuniæ,*
ff. de neg. geſt. Ubi ille, qui credit pecunias domini, non tenetur, ſi à principio
debitores erant idonei, licet poſtea efficiantur non ſolvendo: ad quod facit
etiam text. *in l. negotium alienum, C. de neg. geſt. & l. ſive hereditaria, ff. de neg. geſt.*

Quadrageſimo ampliatur, quod † etiam teneatur reddere rationem tutor, 99
poſt 20. vel 30. annos, ut notatur *in l. maxime, ff. de admin. tut.* & eſt bonus text.
in l. tutores, & ibi Dd. *C. arbit. tut.* Bald. *in rubr. ext. de procur. verſ. nunquid poſt lon-*
gum tempus.

Quadrageſimo primo † ampliatur, quod ſi tutor vel curator pupillum in 100
tutela fraudarit, teneatur actione de rationibus diſtrahendis in duplum: ut
quia pupilli rem ſibi appropriat, vel de bonis pupilli intervertat, ut tradit
Corn. *conſ. 1. n. 11. lib. 1. l. 2. ff. de tut. & rat. diſtr.* Eoque † caſu ſi non eſt ſol- 101
vendo, punitur extra ordinem, & ſi furandi animo fecerit, tenetur etiam fur-
ti, *d. l. 2.* Nec refert cuius † generis tutor ſit, niſi tutor fuerit non iure datus, *l.* 102
1. §. rationibus, ff. de tut. & rat. diſt. Et hæc quidem † actio de rationibus diſtra- 103
hendis, tanquam perpetua, datur heredibus, ſimilibuſq; perſonis, ex eo, quod
vivo pupillo captum eſt; ſed † in heredem cæteroſque ſucceſſores non datur, 104
quia pœnalis eſt, *d. l. 1. hanc actionem 2.* Denique † hæc actio quoque in duplum 105
eſt, licet in ſimplo rei perſecutionem contineat, nec tota dupli pœna ſit *d. l. 2.*
§. fin. Verum rei pretium duplicatur, non quanti intereſt pupilli, ſed rei tan-
tum æſtimatio, *d. l. 1. §. conſiderandum.* Eaque † actio tunc demum competit, 106
cum & tutelæ actio eſt, hoc eſt finita demum tutela, *d. l. 1. §. fin. verſ. hæc actio.*
Eaque quoque perpetua † eſt, *d. l. 1. §. hanc actionem*, quod tamen non proce- 107
dit, quando eo nomine, vel tutelæ actum fuerit, vel de rationibus diſtrahendis,
quo caſu altera conſumitur, *d. l. 1. §. in tutela.*

DECLARATUR prædicta † regula, ut non procedat primo, ex ligib. Plato- 108
nis, *lib. 9.* quibus iubetur, finita tutela, rationis reddi, ſed tribuit moram quin-
quennii. Idque legib. Athenienſium publicis olim etiam tributum fuiſſe tra-
dit Balduin. *in §. fin. in verbis, poſt pubertatem, Inſtit. de Attil. tut.*

Secundo declaratur † non procedere, in patre, qui non tenetur reddere ra- 109
tionem adminiſtrationis filio de adventitiis, ſecund. Dec. *conſ. 55. n. 1.* dicen-
tem, hoc ſpeciale eſſe in patre, *per l. cum oportet, §. non autem*, & ibi Dd. &
Bart. *C. de bon. quæ lib.* & quod † pater habeat plenam adminiſtrationem actu & 110
habitu: licet eam non recipiat iudicis decreto, nec faciat inventarium, ſub-
dens pro ratione, quod inventarium concernat eos, qui rationem reddere te-
nentur, non alios, *arg. l. Orphanotrophos, C. de epiſc. & cler.* & idem in patre tenet,
Alex. ponens regulam *conſ. 110. n. 18. lib. 3.* Chaſſ. *ad conſuet. Burg. §. 7. n. 3. in*
rub. des enfans, & Tiraq. *in præfat. l. ſi unquam, n. 29.* & noviſſime Mynſ. *cent. 2.*
obſ. 93. Et ratio † huius eſt, quia cum pater in rebus filii, ſolus ſit legitimus ad- 111

 miniſtrator,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

miniſtrator, in quibus habet vſumfructum, non eſt veriſimile, quod illa temere alienabit, cum ſuum vſumfructum amitteret, *arg. l. cum de indebito, ff. de probat.* & ſic vltra affectionem paternam concurrit etiam ſui ipſius commodum.

112 Verum † hæc declaratio locum non habet, primo, quando pater doloſe adminiſtrauit, quo caſu rationem reddere tenetur, vt tradunt Bart. Bald. Angel. & alij, *in d. l. cum oportet, §. non autem, C. de bon, quæ lib.* & Ang. Aret. *conſ. 72. in 6. dub.* & Socin. *conſ. 34. n. 15. & ſeq. lib. 1.* Alex. *in l. Imperator, ff. ad Treb.* & nouiſs. Crauet. *conſ.* 218. *in prin.* & facit gl. notab. *in l. ſi quis prioris, in fin. C. de ſec. nupt.* & Bero. *q. 15. n. 1.*

113 Secundo, declaratio non † procedit, ſi pater adminiſtraret res filii, in quibus ipſe non habet vſumfructum, vt notat Bald. *in d. l. cum oportet, §. fin. & n l. filiæ cuius, C. fam. erciſ.* Angel. Aret. *conſ. 72,* Socin. *conſ. 2, lib. 1,* Bart. Bald. & Angel. *in l. litis, §. pater, ff. de neg. geſt.* Bero. *d. quæſt. 15, n. 1,* & nouiſſime Crauet. *d. conſ. 218, in princ.*

114 Tertio declaratio non † prædit, quando pater adminiſtraſſet, vt tutor filii emancipati, *l. Aurelius, §. Titio, ff. de liberat. leg. l ſi ſuperſtite, C. de dolo* Bald. *in l. licet, C. ad leg. Falcid. & in l. Orphanotrophos, C. de Epiſc. & cler.* Gloſ. & Bart. *in l. ſi is qui, ff. de tut. & curat. dat. ab his.* & Boer. *deciſ. Burdegal. quæſt.* 61, vbi plus di-
115 cit, quod † vbi pleno iure bona perueniunt ad liberos, quod tunc pater rationem adminiſtrationis reddere teneatur.

116 Quarto non procedit, quoad † remouendum patrem ab adminiſtratione,
117 quo caſu ſufficit negligentia & culpa, ſecundum † magis communem reſolutionem: vt tradunt Bart. & alii, & maxime Alex. *in d. l. Imperator*, & gl. *in d. l. ſi quis prioris, §. fin ibi; de fraude,* vt eleganter tradit ſubtilis Arius Pinel. *in 2, part. legis 1, n. 33, & trib. ſeq* dicens communem, ſoluens contraria, & declarans exemplificando.

118 Tertio declaratur † prædicta regula, vt non procedat, quando quis ſemel reddidit rationem, quo caſu non tenetur iterum reddere, *l. ſemel,* & ibi Bart. C. *de apoch. pub. lib.* 10. Ioan. Andreæ & cæteri, *in c. vn. de cler. ægrot. lib. 6.* quem ſecuti ſunt Soc. ſen. *conſ. 92. num. 1. lib. 4.* Dec. *conſ. 94. num. 4.* & Chaſſ. *tit. des enfans, §6. verbo, d' en rendre compte, nu. 5.* facit *l. quamuis, ff. de ond. & demonſt.* Bart. *in l. fin ff. de pact.* Idque hac † ratione, qua ſermo ſim-
119 pliciter prolatus, intelligitur de primo, *l. boues, §. hoc ſermone, ff. de verb. ſign.* & probatio † actus affirmatiue concepta, recipit conſummationem in primo
120 actu, qui celebratur, *l. fideicommiſſa, §. ſi quis decem, ff. de leg. 3.* vt ſcilicet infinitum euitetur, *c. 2. de reſcript. in 6.* Vnde pulchre ſcribit Ulp. *in l. fin. ff. de bon. authoritat. iud. poſſ.* Amplius quam ſemel † diſpunctionem non eſſe conce-
121 dendam, niſi quis † iurauerit ſe non calumniæ cauſa poſtulare, neq; habere
122 quæ diſpunxerit; & tunc iterum ei faciendam poteſtatem ait, ſed non amplius quam bis. Id quod † maxime procedit, quando ſecuta fuerit abſolutio ſiue li-
123 beratio, & pactum de non contraueniendo Quo caſu, prætextu ſolius erroris, rationis iterũ reddẽdæ nõ ſunt: vt tradunt Bart. *in l. 2. in fi* C. *de iur. fiſc. lib.* 10 Soc. ſẽ. *d. cõſ 92. n 4. lib. 4.* Rui. *cõſ. 16. in fin. lib. 5* Paul. de Caſtr. in l. 1 *in. princ. C. de error calc.* Bald.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

calc. Bald. *conſ.* 47, *et conſ.* 264, *lib.* 2, & Dec. *conſ.* 94, *nu.* 4. Et idem † multo magis, quando intervenerit liberatio iurata etiam à minore: iuxta notab. gloſſ. *in l.* 3, §. 1, *in verb. liberationem*, *ff. de contrar. et ut. act. tut.* quam citat Caſtrenſ. *conſ.* 242, & facit *auth. ſacramenta puberum*, C. *ſi adverſ. vend.* Quam conſtitutionem in hiſce liberationib. locum habere cenſuit, & illam ſingularem dixit Tiraq. *de legib. connub. gl.* 3, *n.* 7. Imo etiam ‡ ſtante tali liberatione iurata, minor læſus non reſtituitur: ut tradunt Bart. & Dd. *in d. auth. Sacramenta puberum*, per gl. *in l.* 3, §, *contrario*, *ff. de contrar. iud. tut.* cum aliis adductis, per Jaſonem *in dict. authentic.* & facit gloſſ. communiter † approbata, *in l. ſi quis major*, *C. de tranſact.* Idque maxime ſi ea fuerit geminata & ratificata ‡ ex intervallo: ut eſt deciſio in terminis dominor, de conſilio Neapolitano, *deciſ.* 220, *in* 3. *dub. in fin.* ubi dicunt ita fuiſſe iudicatum: cum ratihabitio & ratificatio † facta ex intervallo, tollat omnem nullitatem, & allegationem doli, etiam ex propoſito: ut tradit Bart. *in l. ſi mater.* §, *hoc iure*, *ff. de excep. rei iud. et in l. Pomponius*, *verſ. venio*, *ff. de neg. geſt.* quæ ratificatio valde operatur, & talis geminatio actus facta ex intervallo, etiam valde operatur, *arg. l. Baliſta*, *ff. ad Treb. c. fin. extr. de offic. deleg.* & multo ‡ magis prædicta procedunt, quando deſuper fuit tranſactum in præſentia iudicis vel amicorum, cuius præſentia tollit omnem ſuſpicionem & fraudem, *argum. l. omnium*, C. *de teſtam. et in c.* 1, *de conſtit. lib.* 6, Bald. *in l. fin.* C. *de contrah. empt.* ubi vult, quod ſi conſiliarius princips † emat rem à ſubdito in præſentia Principis, non præſumatur venditor in aliquo deceptus, cum præſentia & autoritas Principis tollat omnem allegationem deceptionis; etiamſi eſſet ultra † dimidiam iuſti pretii, & excludit omnem ſuſpicionem doli, & fraudis: ſecundum Bart. *in l. frater à fratre*, *ff. de cond. indeb. verſ.* 3, *quæro*, *quid de contractu emptionis.* & Alex. *in l. pacta noviſſima*, C. *de pact.* Amplius † etiam prædicta procedunt, quando tutor, qui reddidit rationem, habet apocham de ratione reddita, *l. ſemel etiam*, & ibi Bart. C. *de apoch. publ.* ut tradit Chaſſ. *tit. des enfans*, *verbo*, *d'en rendre compte*, *nu.* 5.

124 125 126 127 128 129 130 131 132

Verum hæc tertia † regulæ declaratio, non procedit primo, quando conſtat dolo eſſe redditam rationem, quo caſu habetur pro non reddita, & de novo reddi debet, *arg. l. quoties*, *ff. qui ſatiſd. cog. l. et per ſalutem*, *cum ibi notatis*, *ff. de iureiur. et l.* 1. C. *de err. calc.* Iaſ. *conſ.* 219, *nu.* 2, *lib.* 2, *et conſ.* 14, *lib.* 3, Barbat. *conſ.* 62, *num.* 2, *lib.* 2, Dec. *conſ.* 110, *nu.* 9. Maxime † ubi conſtiterit de dolo vero; ſecundum Barth. Soc. *conſ.* 92. *lib.* 4. & Rol. à Valle, *conſil.* 49. *num.* 22. & 23. Idem quoque ‡ dicendum, quando probatur liberationem fuiſſe dolo obtentam: ſecundum gl. *in l.* 3. §. 1. *ff. de contr. iudic. tut* etiamſi † talis liberatio eſſet iurata: prout voluit gloſſa communiter approbata, *in d. l.* 3. §. *contrarium*, conſuluit Caſtrenſ. per illam gl. *in ſuo conſil.* 360.

133 134 135 136

Probatur autem † dolus liberationis primo, quando non exhibentur rationes calculatæ: ut tradit Barth. Socin. *conſ.* 29. *nu.* 9. 10. & 11. *verſ. quinto & ultimo*, & *nu.* 13, idem *conſ.* 190. *n.* 4. *verſ. probatur.* Etiam non obſtante aſſertione majoris, quando ea non eſt veriſimilis ex qualitate aſſerentis rationem eſſe redditam, 137

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

ex vicinitate & breuitate temporis, & qualitate negotii, ſaltem aduerſus eum
reſtituitur: vt optime tradit Barth. Soc. d. conſ. 92. n. 10. verſ. confirmatur: & n.
11. & 12. lib. 4. idem late conſ. 190. n. 4. verſ. 3. & verſ. 4. lib. 2.
138 Secundo probatur dolus † liberationis, ex præcedente adminiſtratione, vt,
quia non confecit librum rationum de acceptis, & datis; propter quod verſa-
tur in dolo, l. 1. §. officio, ff. de tut. & rat. diſtrah. Barth. Soc. d. conſ. 92. num. 12.
verſ. quarto, ex præcedente adminiſtratione, lib. 4. & conſ. 190. n. 1. & 2. lib. 2. Vel ſi
quidem confecit librum rationum, ſed confuſe, in ordinate & defectuoſe, ex
quibus deceptoria, & doloſa oſtenditur adminiſtratio, in damnum dominorum
139 ſuorum: Eſt † enim dolus falſa aſſeveratio ſcienter facta, cum intentione fal-
lendi, l. 1, ff. de dolo, ut tradit Socin. d. conſ. 190. num. 2, verſ. 2. lib. 2.
140 Tertio probatur dolus † liberationis, ſi conſtat, quod multa omiſerit, quæ
ponere debuiſſet, iuxta notata per gl. & omnes, in l. 2, C. de errore advoc & Bart.
& alios, in l. fin. C. de reb. cred. & in l tutor, qui repertorium. ff. de admin. tut. Socin. d.
conſ. 190. n. 2, verſ. 3, & 4, verſ. confirmatur, & n. 5, verſ. poſtremo reſpondetur. Dec.
conſ. 94. in princ. de debito non comprehenſo in calculo.
141 Quarto probatur † dolus liberationis, quando adultus, vel etiam maior fecit
liberationem, non viſis inventario, nec rationibus: ut tradunt Caſtreenſ. conſ.
342, lib. 1, Anchor. conſ. 330, Alex. conſ. 186, lib. 6, Iaſ. conſ. 219, lib. 2, & Ruin.
conſ. 135, lib. 1, arg l. cum Aquiliana, ff. de tranſact.
142 Quinto probatur † dolus liberationis, vel rationis, quando non eſt obſervata
forma ſtatuti, in his & ſimilibus requiſita: Et ideo non valet, etiam ſi deſuper
eſſet iuratum, vel tranſactum: ſecundum communem opinionem Bartoli &
aliorum, in l. omnes populi, in 3. quæſt. princip. ff. de inſtit. & iur. cum aliis plene addu-
ctis, per Iaſonem in d. authent. Sacramenta puberum, colum. 13. verſ. quid tenendum, &
per Canoniſtas, in c. cum cauſa, extr. de empt. & vend. Iuramentum enim non
debet eſte vinculum iniquitatis, c. cum cætera, 22. quæſt. 4. c. advertendum, & c.
quinto, extr. de iureiur. Non enim firmatur iuramento tranſactio doloſa ex pro-
poſito; cum dolo futuro non poſſit renunciari, l. ſi unus, §. illud, ff. de pact. & l.
143 4. ff. de pact. con. Quoniam † dolus ex propoſito, & re ipſa à pari videntur pro-
cedere ſecundum Panorm. in c. pen. extr. de empt. & vend. Barth. Socin. d. conſ. 92.
n. 14, 15, & 16, verſ. præterea, lib. 4.
144 Sexto probatur † dolus liberationis, quando conſtat de enormi læſione; ut
tradunt Pet. de Anch. in diſput. ſup. c. Laicus, & in repetit. can ſtatuta. in 11. quæſt. princ.
Dec. conſ. 216. Corn. conſ. 27, et conſ. 147, in lit. D. lib. 4. Etiamſi iuratũ & tranſactũ
eſſet: ut optime tradit Pariſ. conſ. 96; n. 21. et 48. ubi declarat uſque ad n. 112 lib. 1.
145 Secundo non procedit † predicta tertia regulæ declaratio, quando probatur
error calculi, l. 1. C. de error. calcul. l. emptor. §. Lucius, ff. de pact. Vbi liberatio facta
ratione calculi, non excludit, quo minus quis conveniri poſſit ad debitum, quod
in calculo comprehenſum non fuit, & in ſimili caſu de tutore tradit Paul. de
Caſt. in conſ. 206, per tot. Dnm allegat gl. in l, quæſitum, ff. quan. act. de pec. eſt annal.
146 & late Pet. de Anchor. conſ. 331. cum enim † calculatio & computatio reddi-

ta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

ta fuerit inſufficienter, & erronee, denuo & reiterato revidenda eſt, ſecundum
Io. Andreæ, Gemin. & alios modernos, *in c. unic. de cler. ægrot. lib. 6.* & per La-
pum, Cardinalem, & Imol. *in clem. quia contingit, de relig. domib.* & plene per So-
cin. *conſ. 190. lib. 1, & conſ. 82. num. 8, lib. 4.* Calculatio enim ‡ male compoſita 147
& facta, denuo reducenda eſt ad rectam compoſitionem, & veritatem, *l. error,*
C. de iur. & fact. ignor. l. calcula, ff. de adminiſtr. rer. ad civit. pertin. Socin. *conſ. 25.*
n. 6. lib. 4. Adeo, ut etiam † talis error ſemper poſſit allegari, etiamſi ſæpius 148
rationes initæ proponantur, *l. unic. ibi, veritati non afferre præiudicium; & ibi: ſæpe*
computatis, C. de err. calc. eaque ſententia receptiſſima eſt ex Bart. Angel. Jaſon.
& Dec. *n. 2. ad illam legem,* ex gl. *in l 2. C. de jur. fiſc. lib. 10,* & tradunt Alex. *conſ.*
145. n. 7. lib. 6, Iaſ. *conſ. 210, lib. 2,* & ibidem, quid in aliis erroneis calculi ra-
tionibus: & noviſſime Cuiac. *in l. 2. C. de jur. fiſci, lib. 10.* & Borg. Caualcan. *in*
tract. ſuo de tut. & cur. num. 205. Ratio † autem hujus eſt, quod errantis nulla ſit 149
voluntas, *l. nihil conſenſui.* & ibi Dec. *ff. de reg. iur. & in l. ſi per errorem.* ubi Alex.
ff. de iuri dict. om. iud. Quam regulam late exornat Sebaſt. Medic. *in tractat ſuo de*
caſib. fortuit. quæſt. 2. primæ patris. Probabitur enim error † eo ipſo, quod contra- 150
rium oſtenditur, ſcilicet rem aliter ſe habere, *l. poſt diviſionem, C. de iur. & fact.*
ignor. ubi Bald. & alii, late Mantica, *de coniect. ult. volunt. lib. 3, tit. 13, num. 5,* &
Maſcard. *concl.* 638, 641, 642, 643, 645, *& ſeq.* qui quidem error etiam in † 151
facto proprio poterit adaptari, cum quis calculando poſſit errare, *d. l. unic. C.*
de error. calc. & facit † talis error computationem ipſo iure nullam: ut eſt gloſſ. 152
communiter recepta, *in l. 2, C. de iur. fiſci, lib. 10.* Amplius † etiam error calcu- 153
li poterit allegari in † cauſa appellationis, ſive ſit deductus in cauſa principali, 154
ſive non, ſecundum Paul. de Caſtr. *in conſ. 34, quod incip. In caſu præſenti.*

Verum hæc, quæ de ‡ errore calculi diximus, non procedunt primo, quando 155
quis velit intentare actionem non civilem, ſed criminalem: Quæ actio pro
dicto errore non competit: ut probatur *in l. un potiſſime in fin. C. de err. calc. & C.*
ubi de rat. agi oport. per tot. non enim patitur æquitas, ut quis proſequatur cauſam
criminis, & inſtet conventionem impleri; repellitur enim tanquam contra-
rius, ut dicit text. *in l. 1. C. de furt.*

Secundo non † procedunt, quando poſt calculationem deventum eſt ad pa- 156
ctum & ſtipulationem per partes, expreſſe volentes ſtandum eſſe prædictis,
quo fit ut prætextu erroris non poſſit ulterius calculus, & computatio retracta-
ri, ſecundum Ruin. *conſ. 134, nu. 1. lib. 1, argum. l. emptor, l. Lucius, ff. de pact. & l.*
ſiquidem, C. de tranſact. Bart. *in l. 2. C. de iur. fiſci, lib. 10.* Iaſ. *in d. l. unic. C. de err.*
cal. n. 6. Niſi pacta ‡ & ſtipulationes fuerint evidenter iniqua, & doloſe extor- 157
ta: ut tradit Socin. *conſ. 92. n. 19. & conſ. 190. lib. 2.* & in continenti appoſita,
quæ non obſtant, cum eodem errore, quo facta fuerit calculatio cenſeantur etiã
iſta appoſita, & ſic utrumq; retractabitur, *l. doli mali, §. diverſum, ff. de novat.*

Tertio non procedunt, quando † intervenit tranſactio, *d. l. unic. C. de error. calc.* 158
Corn. *conſ. 62. lib. 4.* Bart. & alii *in l. 2. C. de iur. fiſci, lib. 10.* Socin. *conſ. 92. n. 4. lib. 4.*
Ruin. *conſ. 134. n. 1.* & Dec. *conſ. 350. n. 2.* & limitat *n. 7.* Quando non fuit lis
ſuper calculo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

159 Quarto non procedunt, quando deſuper † lata eſt ſententia, quo caſu ulterius de errore calculi dici non poteſt, ut tenent omnes, *in d. l. 2. C. de iure fiſci, lib. 10. & l. unic. C. de err. calc.* & plene Corn. *conſ. 62. lib. 4. d. conſ. 350. n. 7. in fin.*

160 Quinto non procedunt, quando † intervenit iuramentum de non contraveniendo & obſervando: quo caſu propter iuramentum calculus retractari non poteſt, ſecundum Dec. *conſ.* 350. *nu.* 8. Quia poteſt ſervari ſine interitu ſalutis
161 æternæ, *c. cum contingat, de iureiur. & c. quamvis, de pact. in 6.* Et tanto magis ‡ procedunt prædicta, ſi iuraverint partes, omnia & ſingula fuiſſe & eſſe vera: quia dicto caſu iurans, errorem non poteſt allegare, quia contra propriam confeſſionem iuratam veniret, & ſic ſuam turpitudinem detegeret: ut notatur & probatur per Ant. de Butr. *in c. cum contingat, in 7. memb. de iureiur.* cum quo tranſit Imola, *ibi, in 8. memb. & in c. ad noſtram, circa fi. de empt. & vend.* & Bart. *in l. fin. C. de non num. pec.*

162 Sexto non procedunt, quando † confeſſio eſſet geminata; quo etiam caſu error allegari non poteſt, cum præſumatur deliberata confeſſio, iuxta notata,
163 *in c. ex literis, de divort.* per gl. & Dd. *in c. fin. de iureiur. lib. 6.* Vnde ex tali † confeſſione geminata, inducitur probatio, etiam ſi facta fuiſſet parta abſente: ſecund. Bart. *in l. cum ſcimus, C. de agric. & cenſit. lib. 11.* Quod procedit, etiamſi verba eſſent enunciativa: ſecundum Bart. *in d. l. cum ſcimus*, & Angel. *in l. 1. C. de plus petit.* & Abbat. *in c. per tuas. de arbitr* Et quia talis geminatio præſupponit deliberationem, *c. ſi quis*, & ibi gl. *verbo, reiterata, 2. quæſt. 3.* Tollitur etiam
164 ex hoc præſumptio † erroris iuris; & non præſumitur confeſſio erronea, ſed facta ex certa ſcientia: Saltem eo caſu non eſt ſatis probare errorem in genere, ſed debet probari cauſa erroris, ſecundum Bald. *in l. error, C. de iur. & fact. ignor. & in l. iuſiurandum, & ad pecunias, ff. de iureiur.*

165 Septimo † non procedunt, quando calculatio & computatio facta fuiſſet per gratiam à parte: utpote tutor meus remanſerat mihi vere obligatus, ex adminiſtratione tutelæ vel curæ: Ego major factus computando cum eo, gratiam facio illi multorum capitum quæ cancellare poteram: tamen computatio concluditur: poſtea eius me pœnitet, & volo illam calculationem gratioſam retractare, prætextu gratiæ illi factæ, quia forte remiſeram ei multa, an poſſim? & text. *in l. calculi, verſ. ſed etſi gratioſæ, ff. de adminiſt. rer. ad civit. pert.* reſpondet retractari non poſſe; quæ lex ſic intelligenda eſt, quicquid ibi ſcribant gloſſ. & Dd. *& in l. 2. C. de iure fiſci, lib. 10.* Quia ius non prohibet gratiam facere vel donare, imo permittit bonis ſuis uti & abuti, *l. ſed etſi lege, §. conſuluit, ff. de petit. hæred.* Et res iudicatæ, ſi ſub prætextu minus iuſtæ computationis infringantur, nullus erit litium finis, *l. res iudicatæ, C. de re iud.*

166 Quod tamen † non procedit in curatore Reipublicæ, Procuratore, tutore, vel alio adminiſtratore, qui non poſſunt gratioſas computationes facere, in quibus multa remittantur; & ſi fecerint, non nocebit civitati, minori, vel domino, qui huius rei poteſtatem non fecit, *l. pactum curatoris, C. de pact. l. præſes, de tranſact.* Quia iſta remiſſio foret donatio, quæ non poteſt fieri per habentem

etiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

etiam generalem adminiſtrationem, *l. contra*, *§. fi. ff. de pact.* Iaſ. & alii, *in d. l. præſes*, facit *l. 2, §. ſi plures, ff. de uſucap. pro emp.* nec donatio alieni fieri poteſt, quin ſit ſpecies furti, *l. ſi pignore*, *§. 1, ff. de furtis.*

Octavo † non procedunt, quando calculatio fuit à iudice approbata, quæ retractari non poterit, ſecundum Bart. *in l. 2*, C. *de iur. fiſci*, *lib. 10*, & Innoc. *in c. 1, de confirm. util.* ubi dicit, quod poſtquam Iudex approbaverit aliquid tanquam rite factum, illud non poſſe poſtea retractari: ideo ſolent cauti, poſt computationem factam curare, ut iudicis autoritas interveniat ad approbandum eam, & confirmandum: & eſt utile; habet etiam vim ſententiæ talis computatio, & quando ſententia prolata eſt, ulterius de errore calculi dici non poteſt: ut firmant omnes, *in d. l. 2*, C. *de iure fiſci*, *lib. 10*, *& l. un.* C. *de err. calc.* Quod tamen † locum non habet, quando calculatio à iudice non fuit approbata cum cauſæ cognitione, ſed ex abrupto, & præcipitanter: ut tradit Pariſ. *conſ. 89. num. 58, lib. 1.* 167 168

Nono non procedunt, quando † erratum fuit in calculo temporis, quæ calculatio etiam non vitiat computationem, *l. fin. §. & cum antea*, C. *de temp. appell.* Vnde cum fieret computatio Calend. Aprilis, ſi ſcribam factam eſſe Idibus, non ob hoc retractabitur, quia quo tempore facta ſit, non intereſt, dum tamen ſit concluſa. 169

Decimo non procedunt, quando † allegatus fuit error, & iterum fuit calculatum & confirmatum, quo caſu non poteſt iterum retractari; nam ſemel cognitio & diſpunctio concedenda eſt, *l. fin. ff. de bon. aut. iud. poſſid.* Alioqui in infinitum procederetur, contra *c. 2, de reſcript. in 6.* Niſi eſſet appellatum ab ‡ illa ſententia confirmationis, quo caſu Iudex appellationis poterit primam confirmationem iniuſtam pronunciare, *l. eos*, C. *de appell.* Et imputetur ei, qui appellationis remedium ordinarium non eſt proſecutus: Ideoque ab hoc extraordinario repelletur, *l. in cauſa*, *ff. de minor.* 170 171

Vndecimo non procedunt, quando ‡ præſtitutus fuit calculator à iudice de conſenſu partium, quo caſu ſtabitur illius calculo, donec probetur error, *l. 2*, C. *de uſur. & fruct. rei leg. l. penult. ff. de confeſſ.* Bart. *in l. 2*, C. *de iur. fiſc. lib. 10.* Debebit tamen hic calculator electus iurare, officium ſuum legitime & fideliter ſe exequuturum, *l. hac edictali*, *§. is illud*, C. *de ſecund. nupt.* & ibi Bald. 172

Duodecimo non procedunt, ſi poſt calculum † factum, ex intervallo pars remiſerit aut liberaverit debitorem. Quo caſu non poteſt ex poſtfacto computatio retractari, quia cenſetur deliberate proceſſum, & non erronee, *l. ſi mulier, ff. ad Velleian.* & Bart. *in d. l. 2.* Id quod tamẽ locũ non habet, ſi incontinenti remiſerit; quia tunc eodẽ errore cenſetur actus ſecundus factus, ſicut primus, *arg. l. doli, §. diverſum, ff. de novat. l. 3*, ubi Dd. *C. de non num. pec.* Nec † etiam quoad geſta dolo, fraude & deceptive per tutorem, nec ad ea quæ remãſerunt penes eum, & quæ tenebatur reſtituere: nam à prædictis nõ videtur libaratus, nec abſolutus etiam ſi liberatio iuramento fuiſſet vallata, *l. 1, §. officio*, ubi Bart. & † Bald. *ff. de tut. & rat. diſt. et l. creditor*, *§. Lucius*, *ff. mandat.* & traditur *in auth. Sacramenta puberum*, C. *ſi adverſ. vend. et in c. quamvis, de pact. lib. 6.* Etiamſi † facta eſſet 173 174 175 176

eſſet per actum inter vivos, tamen non extenditur ad iſta, ſecundum Bart *in l. Aurelio*, §. *Caius*, *ff. de liber. leg.* & per Dd. *in l. actione*, *& in l. ſub prætextu ſpecierum*, *C.*
177 *de tranſact.* Continet † enim manifeſtam iniquitatem & errorem, ad quæ extendenda minime eſt, ſecundum Pet. Anchoran. *conſ.* 175. & Dec. *conſ.* 178. qui aſſerit hanc eſſe communem, quando dolus conſiſtit in faciendo, ſequitur
178 Socin. *conſ.* 159. *verſ. ex quibus*, *& conſ.* 214. *lib.* 2. Maxime, cum talis † liberatio reduceretur exorbitantiſſima, ſi ad prædicta referenda eſſet, & per eam ipſe doloſus conſequeretur lucrum, & commodum, cum damno, & incommodo minorum, contra regulam *l. nemo*, *ff. de reg. iur.*

179 Decimo tertio non † procedunt, quando quis promiſit expreſſe rationibus redditis non contravenire, additis aliis verbis & clauſulis generalibus: ut tradunt Dd. *in l.* 2. *C. de reſcind. vend.* Bart. & alij, *in l. ſi ſocietatem*, §. *arbitrorum*, *ff pro*
180 *ſoc.* Canoniſtæ *in c. Quintavallis*, *de iureiur.* Idque maxime † locum habet, quando ille qui reddidit rationem ſuæ adminiſtrationis, non invenitur debitor illius, cuius bona adminiſtravit, ſed creditor: quo caſu alia computatio, ſeu rationum redditio, non venit exigenda, cum ceſſet cauſa, propter quam diſpoſitum fuit rationem reddi debere: ſecundum gloſſ. Bald. & alios, *in l. cum teſtamento*, *C. de teſtam. manumiſſ.* Quod tamen limitatur, quando rationes redditæ fuerunt doloſæ, erroneæ, plenæ iniquitatis & fraudis: ut tradunt Io. Andræ & Gemin. & alii moderni, *in c. un de cler. ægrot. lib.* 6. Imol. *in clem. quia contingit*, *de relig. domib.*

181 Decimo quarto non † procedunt, in ſocio adminiſtrante ſocietatem, qui ſemel reddidit rationem ſuæ adminiſtrationis: ſecundum Io. Monach. Archidiac. Io. Andreæ, & alios, *in c.* 1. *de cler. ægrot. lib.* 6. & Lapum, *in clem. quia con-*
182 *tingit*, *de relig. dom.* Bart. & alios, *in l. fin. ff. de pact.* maxime, quando † fuerunt plene redditæ & ſufficienter, bona fide, & ſine fraude, & quando conſtitit de ratione reddita, per publicum inſtrumentum & confeſſiones partium, quæ probant, iuxta notata *in l. cum precib. C. de probat.* & per canoniſtas, per illum text. *in l. licet cauſam*. *cum ſimilib. eod. tit.* iunctis notatis *in l. un. C. de confeſſ. & in l.*
183 *generaliter*, *C. de non. num. pec.* niſi confeſſiones fuiſſent extortæ † doloſe, & fraudulenter, quæ non præiudicant minoribus ignorantibus, tanquam ex illis enormiſſime læſis: ſecundum Socin. *conſ.* 92. *nu.* 10. *& trib. ſeq. & n.* 20. *lib.* 4. *& conſ.* 190. *lib.* 2. & ea quæ ſuperius diximus.

184 Decimo quinto non procedunt, quando † conſtat de laudo arbitratorum electorum & deputatorum per ipſas partes, pro quo præſumendum eſt, ſecun-
185 dum Bald. *in l. fin. C. de contrah. empt. c. niſi eſſent*, *de præb.* Et tale laudum † fuerit ab ipſis partib. emologatum & approbatum, à quo recedendum non eſt, *l. ne*
186 *in arbitris*, *l. cum antea*, *C. de arbit.* Cum tale † laudum per dictam approbationem habeatur, ut vera tranſactio, ſecundum Pet. de Anch. *in ſua diſput. c. cum Laicus*, & Io. Bapt. Caccialup. *in tract. de tranſact. quæſt.* 3. *circa fin.*

187 Vltimo prædicta non † procedunt, quando calculatores & computatores electi fuiſſent de conſenſu partium legitime, ſecund. Bart. & alios *in l. ſi cui libertas*, *ff. de*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

ff. de cond, & demon. & l. 2. C. de iur. fiſci, lib. 10. Vbi tamen Bart. dicit talem † 188
calculationem per ipſos electos factam, officio iudicis retractandam eſſe & revocandam, & denuo reiterandam, quem ſequitur ibidem Io. de Plat. *q.* 3. volens talem calculationem non debere exequi docto de errore, vel quando adeſtalia legitima defenſio, per *l.* 1. *C. de apoch. publ.* Vel etiam quando adverſus talem computationem petiter reſtitutio, per *l. ſervo invito, §. cum Pretor, ff. ad Treb.* Vel calculatores deputati fuiſſent decepti per tutorem, non plene, ſed inſufficienter, in fraudem & doloſe exhibentem rationes, nec notificando lucra, pecunias, & bona per eum recepta, inque proprium uſum converſa, in damnum ipſorum minorum; & talis deceptiva & doloſa calculatio & computatio per ipſos deputatos facta, nulla fuerit: cum in omni actu & diſpoſitione dolus dicatur exceptuatus, *l. creditor, §. Lucius, ff. mandat.*

Quarto non procedit regula † principalis ex ſtatuto Vltraiectino, quo tutor 189
dativus de bonis pupilli ſingulis annis rationem reddere debet amicis, & proximiorib. pupilli, vel deputatis à civitate, ut patet *rub. eiuſdem ſtatuti* 31. *art.* 4.
Idque contra ius; cum † illa actio demum exerceatur finita tutela. Abſurdum 190
enim erat à tutore adminiſtrationis rationem negotiorum pupilli expoſcere, in qua adhuc perſeveraret, *l. ſi tutor Reipublicæ, §. ſi teſtamento, & l. niſi finita. ff. de tut. & rat. diſt.*

CAP. XXXIX.

De actione tutelæ directa & utili.

SUMMARIA.

1 *Actio tutelæ directa datur contra tutorem, qui non fecit officium ſuum.*

2 *Tutor ſtatim quis efficitur, atque ei innotuit ſe tutorem datum.*

3 *Tutor, qui ſcit ſe tutorem datum, & adminiſtrare ceſſat, ſuo periculo ceſſat, indemnemque pupillum ſervare tenetur.*

4 *Tutor abſens datus decreto, ſciens, & ſe non excuſans, tenetur.*

5 *Tutor ſciens ſe tutorem, ſtatim periculo tutelæ obligatur, etiam nulla præcedente interpellatione.*

6 *Curator ceſſans vel negligens convenire tutores, finita tutela, tenetur periculo tutelæ.*

7 *Tutor vel curator, debet petere et inſtare, ut ſibi decernatur adminiſtratio, alioqui ſuo periculo ceſſat.*

8 *Qui tutelam non geſſit, etiamſi fuit verus tutor, non tenetur actione tutelæ directa, ſed utili.*

9 *Tutor ante confectionem inventarii, vel decretum, tenetur omnia facere, quæ non admittunt dilationem, & concernunt commodum pupilli.*

10 *Tutor, quo ad diſtractionem rerum, quæ dilationem non admittunt, poteſt contemnere volunta-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

voluntatem defuncti, nec excuſatur, ſi contutores differentes, vel ſe excuſare volentes expectaverit.

11 *Temporarius tutor, quando detur.*

12 *Tutor ceſſans gerere vel adminiſtrare tutelam, extra ordinem ad hoc cogi poteſt officio iudicis. Limitatur num.* 13.

14 *Geſſiſſe dicitur, qui modicum attigit per ſe, vel per alium, & ſi ceſſat, ut ſuſpectus poterit accuſari.*

15 *Tutor tenetur de dolo, lata vel levi culpa, quando quid omiſit, vel cum poſſet non acquiſivit, cum conditio quærendi exiſteret.*

16 *Tutor pecuniam pupilli in ſuos uſus convertens, vel negans ſe pecuniam pupilli penes ſe habere, convictus de mendacio, legitimis uſuris mulctatur.*

17 *Tutor negans ſe habere pecunias ad alendos pupillos, mulctatur graviſſimis uſuris, quo ad negata.*

18 *Magis delinquit, qui delinquit circa perſonam, & vitam pupilli, quam ſi res male adminiſtrat.*

19 *Tutor negans ſe habere pecunias ad alendos pupillos, ad Præfectum urbi remittitur puniendus. Limitatur numer.* 20.

21 *Tutor, quando teneatur periculo tutelæ, remiſſive.*

22 *Tutor tenetur, faciens contra præceptum patris pupilli.*

23 *Tutor vel curator negligens tueri corpus, ac ſalutem pupilli, vel furioſi tenetur.*

24 *Protutor eandem fidem & diligentiam præſtare debet, quam præſtat tutor.*

25 *Quis dicatur pro tutore negotia gerere.*

26 *Adverſus dominum utile datur iudicium, ſi ſervus quaſi tutor egerit. Et ante pubertatem agi poteſt contra protutorem, n.* 27. *Et contra eum, qui cum tutor non eſſet, tamen geſſit, putans ſe tutorem, num.* 28.

29 *Etiam patronus tutor liberti tenetur. Item mater, num.* 30.

31 *Tutoris heres de quibus teneatur, & num.* 85.

32 *Tutor in rebus pupilli de dolo, lata culpa, & levi tantum tenetur.*

33 *Omnis adminiſtrator rei alienæ, de levi culpa tenetur, Ampliatur num.* 34.

35 *Curator bonorum, an teneatur de levi culpa.*

36 *Tutor, quando teneatur de leviſſima culpa, numero* 41. 42.

37 *In contractibus nullum verbum debet eſſe ſuperfluum.*

38 *Tutor etiam non legitimus, tenetur de leviſſima culpa, qui promiſit tenere bonum computum, & reddere rationem adminiſtrationis.*

39 *Tutor non legitimus, ſi debita mineris ad tempus non ſolverit, ipſe, & non minor erit conſtitutus in mora.*

40 *Negligentia tutoris, quomodo articulanda & probanda remiſſive.*

43 *Tutoris officium eſt neceſſarium, non voluntarium.*

44 *Quando tutor teneatur de caſu fortuito.*

45 *Tutor tenetur ad lucrum ceſſans, Ampliatur num.* 46.

47 *Tutor, quando de dolo, & lata culpa teneatur.*

48 *Statutum loquens indiſtincte de dolo, & lata culpa, debet ſibi vendicare locum, tam*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

in dolo commiſſo, & lata culpa commiſſa in omittendo, quam in faciendo, Ampliatur num. 49.

50 *Heredes tutorum, de lata culpa tantum tenentur, non de levi.*

51 *Tutor, nec eius heres, tenetur de levi culpa, ſi liberatus fuerit à redditione adminiſtrationis tutelæ.*

52 *Tutor non tenetur de re minoris furto ſubtracta, licet fuerit in levi culpa, niſi probetur dolus eius, vel lata culpa.*

53 *Tutor adminiſtrans propria autoritate ante decretam ſibi adminiſtrationem, omnino tenetur de mala adminiſtratione.*

54 *Qui tutor verus non eſt, ſi adminiſtrat negotia pupilli, obligatur ut tutor verus.*

55 *Tutor emens prædia minus idonea, præſtat tantum latam culpam.*

56 *Tutor tenetur de lata culpa, quando nomina debitorum eius negligentia minus idonea eſſe ceperint.*

57 *Tutor tenetur de damno dato in re alterius provinciæ, niſi curaverit ibi dari alium tutorem.*

58 *Tutor ſimpliciter datus, cenſetur ad univerſum patrimonium datus.*

59 *Tutor tenetur de damno dato in augmento pupillo obveniente, etiamſi ad id augmentum alius tutor datus fuerit.*

60 *Tutor tenetur ex die creationis, licet appellaverit, & eius appellatio iniuſta fuerit pronunciata.*

61 *Periculum temporis currentis, pendente appellatione, fruſtra interpoſita, ad heredem tutoris pertinet.*

62 *Tutor, ſi antequam vere tutor eſſet, pro tutore tamen negotia geſſerit, deinde cœperit ut tutor gerere, tenebitur periculo tutelæ.*

63 *Tutor finita tutela, tenetur curare, ut pupillo provideatur de curatore, alias tutelæ iudicio tenebitur.*

64 *Tutor poſt completam tutelam cogitur litem cœptam perficere, inſtrumenta litis, & rationes reddere, alioqui tenetur negotiorum geſtorum iudicio.*

65 *Pupillus heres tutoris, non tenetur ad perficienda negotia per tutorem cœpta.*

66 *Tutor qui poſt pubertatem gerit negotia connexa, negotiis inceptis ante pubertatem, poterit conveniri actione tutelæ, etiam de his, quæ tutela finita geſſit.*

67 *Quas uſuras tutores pecunia pupilli utentes debent, eaſdem finita tutela, eadem pecunia utentes, pendere coguntur, donec ſolverint ſortem.*

68 *Actor datus in locum tutoris abſentis, vel alias impeditus, datur periculo tutoris.*

69 *Tutor qui adminiſtravit negotia pupilli, obligatur, licet in nullo autoritatem interpoſuerit.*

70 *Tutor ſi alteri tutelam gerendam mandavit, & is geſſerit, tenetur actione tutelæ directa: Idem ſi alium ſubſtituerit.*

71 *Ex duobus tutoribus, ſi cum altero actum fuerit, alter non liberabitur. Ampliatur num. 72.*

73 *Tranſactio facta cum uno ex tutoribus, non liberat alium, cum quo non fuit tranſactum. Ampliatur num. 74, Limitatur n. 75. 76.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

77 *Adultus debitorem ſuum procuratorem conſtituens, non videtur eum, ut debitorem idoneum, ex cauſa præambula, approbare, & curatorem ſuum liberare velle.*
78 *Cui detur, vel non detur hæc actio tutelæ directa. & nu.* 79. 80.
81 *Actio tutelæ directa adverſus quos detur.*
82 *Heres tutoris tenetur etiam de non geſto vel neglecto. Ampliatur num.* 83.
84 *Heres in arca tutoris pupilli pecuniam inveniens & conſumens, præſtat uſuras pecuniæ, donec tutelam reſtituerit.*
86 *Heres tutoris tenetur ex proprio dolo, iudicio tutelæ.*
87 *Actio tutelæ de rationibus diſtrahendis in heredem non datur, quia pœnalis eſt.*
88 *Negligentia propria, ſine culpa levi heredi non imputatur.*
89 *Heres tutoris non tenetur de levi culpa, ſed tantum de dolo & lata culpa. Limitatur num.* 90.
91 *Heres tutoris non iure datus, neque dolum, neque culpam præſtat.*
92 *Heredes tutorum idoneorum, periculum alter alterius non præſtant.*
93 *Omnes & ſinguli tutores in ſolidum tenentur. Limitatur nu.* 121. 122. 123. 124.
94 *Quilibet tutor regulariter habet poteſtatem in ſolidum adminiſtrandi, etiamſi eſſent mille.*
95 *Tutela individua eſt, etiamſi à teſtatore, vel iudice diviſio fiat.*
96 *Contutoris factum imputatur collegæ, qui potuit & debuit ſuſpectum facere, vel ſatis petere.*
97 *Plures commiſſarii deputati authoritate iudicis, tenentur ſinguli in ſolidum. Limitatur num.* 98.
99 *Plures commiſſarii deputati à privato cum poteſtato adminiſtrandi, in ſolidum ſinguli tenentur ad ſolidam adminiſtrationem.*
100 *Unus ex plurib. Commiſſariis conventus, non poteſt opponere beneficium ordinis, excuſſionis, vel diviſionis. Limitatur n.* 101.
102 *Triplici via ſuccurritur ei, qui ex pluribus tutoribus ſolus convenitur.*
103 *Tutores vel actores, non iure creati, tutelam vel curam gerentes, in ſolidum obligantur.*
104 *Plures actores, ab uno vel pluribus tutoribus conſtituti, in ſolidum tenentur ut tutores.*
105 *Tutores in communi, ſive adminiſtraverint, ſive non, æquo in ſolidum tenentur. Ampliatur n.* 107. 108. 109.
106 *Communis opinio.*
109 *Licet adminiſtratio tutelæ diviſa ſit ab ipſis tutorib. vel curatoribus, poteſt tamen quilibet eorum in ſolidum conveniri. Limitatur n.* 110. 111. 113.
112 *Diviſione adminiſtrationis à tutoribus facta, unus alium admonere, & notificare debet ſua negotia.*
114 *Tutor in ſolidum conventus, tenetur ad uſuras eius, quod à contutore debebatur, vel pro contutore debet.*

115 *Eodem*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

115 *Eodem modo, quo unus tutor tenetur pro alio, eodem modo tenetur fideiuſſor eius, Ampliatur n.* 116. 117.

118 *Heres pupilli poteſt unum ex pluribus tutoribus eligere.*

119 *Plurib. exiſtentib. tutoribus, ſi quidam ex eis idonei non ſint, cæteri ſine dubio onerabuntur.*

120 *Tutores teſtamento inutiliter dati, nec decreto Prætoris confirmati, ſi negotia pupilli geſſerint, tenentur tutelæ iudicio.*

123 *Tutores improprii, ut ſunt Præfecti alicuius civitatis, habent beneficium ordinis; ut prius veri tutores, vel eorum heredes, & deinde fideiuſſores, ſi qui forte acceſſerint, conveniantur.*

125 *Tranſigens cum aliquo, videtur eius perſonam approbare, & eum pro idoneo habere.*

126 *Uno ex duobus tutoribus tranſigente cum pupillo, & ex vi tranſactionis aliquid ſolvente pupillo, ea tranſactio alteri tutori proderit.*

127 *Pupillus pubes factus, ſi unum ex tutoribus liberaverit, alterum non poterit convenire, etiamſi tempore fuerit liberatus.*

128 *Liberatio tutoris à reddendis rationibus non extenditur ad dolo quæſita.*

129 *Tutor munitus exceptione tranſactionis, ſi non excipiat de tranſactione ſed patiatur ſe conveniri, & excuſſus reperiatur non ſolvendo, alter non liberabitur.*

130 *Tutor non tenetur ex facto contutoris, qui fuit ſolvendo tempore depoſitæ, ſive finitæ adminiſtrationis.*

131 *Beneficium cedendarum actionum, eſt tertium remedium: quo tutore convento ex culpa contutoris, competit exceptio, ut ſibi cedantur actiones.*

132 *Exceptioni cedendarum actionum non cenſetur renunciatum ex generalis renunciatione omnium beneficiorum, & omni iuris auxilio.*

133 *Nec etiam iuramento renunciatur exceptioni cedendar. act.*

134 *Exceptio hæc etiam opponi poteſt in executione ſententiæ.*

135 *Et opponi poteſt, licet ſtatutum dicat, quod contra inſtrumentum publicum nulla defenſio admittatur.*

136 *Uni tutorum in ſolidum exacto, competit ipſo iure utilis actio tutelæ contra collegas. Ampliatur num.* 137.

138 *Utilis actio tutelæ eiuſdem eſt poteſtatis, cuius eſt directa.*

139 *Beneficium cedendarum, cur introductum.*

140 *Habens ius in dendarum, ſimpliciter ſolvens, cenſetur ſolvere ſub reſervatione ceſſionis.*

141 *Fiſco urgenti pro alio ſolvens, poteſt ex intervallo petere à fiſco perſecutionum bonorum eius, pro quo ſolvit.*

142 *Convento pro culpa alterius tantum, ceſſio fieri debet in ſolidum, convento autem pro communi, pro parte.*

143 *Beneficium cedendarum datur contutoribus, uno non exiſtente ſolvendo, licet forte poſt fiat ſolvendo.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

144 *An exceptio cedendarum competat, ei, qui ex communi dolo convenitur, & num. 146.*
145 *Communis opinio.*
147 *Tutori convento ex propria culpa, non competit beneficium cedendarum.*
148 *Ceſſio, quando fiat.*
149 *Beneficium deviſionis competit tutoribus & curatoribus conventis pro communi adminiſtratione.*
150 *Beneficium diviſionis eſt ſecundum remedium tutoribus competens.*
151 *Adminiſtratores civitatis habent beneficium diviſionis,*
152 *Ex perſona tutoris, qui fuit ſolvendo tempore finiti officii, non poteſt quis conveniri.*
153 *Exceptio diviſionis æquiſſima vocatur à Juriſconſulto.*
154 *Exceptio diviſionis, an poſſit opponi in executione, qua omnes ſunt in ſolidum condemnati.*
155 *Tutoribus de dolo conventis, an competat beneficium diviſionis, controvertitur.*
156 *Licet diviſio adminiſtrationis ab ipſis tutoribus facta fuerit, ea tamen non obſtante in ſolidum conventus, poteſt proponere beneficium diviſionis.*
157 *Tutores habent beneficium diviſionis, ſive omnes adminiſtraverint, ſive non.*
158 *An beneficium diviſionis tutoribus ſtatim competat, antequam conveniantur.*
159 *Tutores habent beneficium diviſionis, ſive ſint teſtamentarii, legitimi vel dativi.*
160 *Tutor non habet beneficium diviſionis, quando ex pr prio dolo, vel culpa convenitur.*
161 *Communis opinio.*
162 *Tutor conventus ex communi dolo, ſi non excipiat de beneficio diviſionis, ſed per viam petitionis, petat tale beneficium, implorando ad hoc officium iudicis, an habeat beneficium diviſionis.*
163 *Cauſa naturalis, & originalis magis conſideranda eſt, quam accidentalis.*
164 *Tutor conventus ex communi dolo, an babeat beneficium diviſionis.*
165 *Magis communis opinio.*
166 *Juramentum in tutelis interpoſitum, facit ut locus non ſit beneficio deviſionis.*
167 *Diviſione adminiſtrationis facta à iudice, quilibet tutorum tenetur pro parte adminiſtrationis tantum, nec unus pro facto alterius convenitur.*
168 *Communis opinio.*
169 *Notificatio fieri debet tutori, ſi qua facienda eſt.*
170 *Si unus ex tutoribus non inſtruat alterum tutorem, ſuper eo, quod alter neſcit ad ſuam geſtionem pertinere, tenetur tutela iudicio in ſolidum.*
171 *Tutor non exigens ſatisdationem à contutore ſuo rem pupilli ſalvam fore, videns eum non eſſe ſolvendo, in ſolidum tenetur.*
172 *Tutor ſi contutorem ſuum ſuſpectum doloſum non faciat removeri, in ſolidum tenetur.*
173 *Tutor tarde rationem ſuſpicionis movens, cum alter contutor non eſt ſolvendo, in ſolidum tenetur.*

174 *Tutor*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

174 *Tutor ſi ſuſpicionis cauſam agendo, ſua ſponte jura pupilli prodiderit, colludendo cum ſuſpecto, & patienſſe ab eo ſuperari, in ſolidum tenetur.*

175 *Adminiſtratio diviſa per teſtatorem, quilibet tutorum pro parte tenetur.*

176 *Communis opinio.*

177 *Factum judicis, & teſtatoris æquiparantur.*

178 *Tutor, qui tutelam geſſit, prius eſt conveniendus, quam ille qui non geſſit. & eſt cummunis opinio. num.* 181.

179 *Beneficium ordinis eſt primum remedium tutoribus competens.*

180 *Hac exceptio ordinis non dicitur de apicibus juris, ſed eſt fundata in ſumma æquitate.*

182 *Vt Magiſtratus, qui tutores minus idoneos conſtituerunt, primo loco conveniantur, in uſu non eſt.*

183 *Exceptio ordinis competit conuento tutori, tam pro geſtis, quam pro non geſtis, vel quæ geſtis connexa ſunt.*

184 *Connexa quæ dicantur.*

185 *Vtrum tutor qui non geſſit, approbare poſſit ſententiam latam aduerſus eum, qui geſſit, ſic vt ipſi quoque præiudicet.*

186 *Adminiſtratores ciuitatis habent beneficium ordinis.*

187 *Si plures tutores omnes geſſerint, & vnius dolo damnum euenerit, perinde eſt, ac ſi vnus geſſiſſet, & alter non, ita vt locum habeat beneficium ordinis.*

188 *Communis opinio.*

189 *Honorarii tutores non poſſunt conueniri, niſi prius excuſſis iis, qui geſſerunt.*

190 *Honorarii tutores qui.*

191 *Tutor Reipublicæ cauſa abſens, licet periculo obſtringatur, quod ſe ad tempus non excuſauerit, excutietur tamen prius is, qui geſſerit.*

192 *Pacto non obſtante prius conuenitur gerens, & eius heres, quam non gerens.*

193 *Adminiſtrantes ſi geſſerint tutelam de mandato eorum, qui non adminiſtrabant, beneficio ordinis locus non eſt. Ampliatur num.* 194

195 *Tutore qui geſſit, ſoluendo non exiſtente, tenetur is, qui non geſſit, in ſolidum, nec eſt locus beneficio ordinis.*

196 *Mandans gerere, vel patiens alium gerere, cum ipſe facere debuiſſet, ſine illius diſcuſſione recta conueniri poteſt. & quæ ſit ratio num.* 197.

198 *Adminiſtratores voluntarii in ſolidum obligati, non habent exceptionem ordinis vel excuſſiônis.*

199 *Neceſſariæ & voluntariæ adminiſtrationis in plures collatæ diſcrimen.*

200 *Pro neglectis non coherentibus, ſiue connexis geſtis, quilibet tutorum æqualiter tenetur, & non gerens, non habet exceptionem ordinis.*

201 *Communis opinio.*

202 *An beneficia ordinis, diuiſionis, cedendarum. & vtilis actionis, competant tutori conuento neganti ſe eſſe tutorem, & poſtea de mendacio vincatur.*

203 *Tutor datus cauſa notitiæ, æque tenetur vt alius.*

204 *Cura-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

204 *Curatores tenentur, qui tutelam vel curam ſua negligentia, ad ſe non tranſtulerunt.*
205 *Pater conſentiens filio tutori dativo, in ſolidum tenetur.*
206 *Pater, quando tutelam filii tutoris agnoviſſe dicatur.*
207 *Pater tenetur de dolo filii tutoris commiſſo ante emancipationem, ſi filius continuaverit adminiſtrationem.*
208 *Pater non tenetur de dolo filii tutoris, quem commiſit, poſtquam emancipatus eſſet.*
209 *Pater non tenetur, niſi de peculio, vel de in rem verſo tantum, ſi filio tutori teſtamentario conſenſerit, ut tutelam adminiſtraret, eoque ſciente adminiſtraverit.*
210 *Pater intercedens pro filio, & expreſſe in ſe periculum recipiens, tenetur in ſolidum.*
211 *Filiusfamilias emancipatus, ſi tutelam adminiſtraverit, etiam directo tenetur.*
212 *Filiusfamilias non tenetur de actis ante emancipationem, niſi in quantum facere poteſt.*
213 *Tutor matri pupilli vel avo adminiſtrationem committens, & ab eis indemnitatis promiſſionem recipiens, officio finito, convenitur, ſed ipſe ab eis conſervabitur indemnis.*
214 *Contra tutorem debet pupillus agere, non contra eum, qui indemnitatem promiſit.*
215 *Fiſcus ſuccedens tutori per confiſcationem, tenetur creditoribus confiſcati, pro ea parte, qua ſuccedit.*
216 *Tutores omnes, & eorum heredes coram uno eodemq; iudice debent conveniri ex eadem tutela.*
217 *Ratio adminiſtrationis reddi debet à tutore coram iudice loci ubi adminiſtratio geſta eſt.*
218 *An coram iudice domicilii.*
219 *Quid veniat in hanc actionem.*
220 *Intereſſe pupilli, quomodo æſtimetur.*
221 *Tutor obligatur in ſingulas res & tempora.*
222 *Tutor tenetur ad uſuras, ſi per eum ſteterit quo minus fœneraret, vel prædia compararet.*
223 *Protutor qui geſſit, tenetur ad uſuras, tam de geſtis, quam non geſtis.*
224 *Heres tutoris tenetur ad uſuras eius pecuniæ, quam ipſe agitaverit, arbitrio iudicis.*
225 *Actio tutelæ non datur contra tutorem durante tutela, ſed ea finita.*
226 *Actio tutelæ datur finita tutela, licet adhuc quis tutor maneat fratris & coheredis impuberis.*
227 *Actiones inter tutorem & pupillum ceſſant, quarum cauſa & origo poſt tutelam demum orta fuit.*
228 *Durante adminiſtratione, tutor non poteſt petere à contutore, ut reddat ſibi rationem adminiſtrationis, ſed poteſt eum ſuſpectum poſtulare.*

229 *Durante*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

229 *Durante adminiſtratione, curator non cogitur rationes reddere.*
230 *Tutor non tenetur reſtituere pecuniam, quam credidit finita tutela, niſi adveniente die pecuniæ creditæ, ſi non eſt quod tutori imputetur.*
231 *Curator furioſi tenetur rationem reddere durante cura, licet ſecus ſit in curatoribus aliorum: & quæ ſit ratio, Ampliatur num. 232.*
233 *Officiales perpetui poterunt per ſuperiorem ſemper ſyndicari, ſecus vero in officialibus temporalibus, qui demum ſyndicantur, finito officio.*
234 *Cum eo qui pro tutore negotia geſſit, etiam ante pubertatem agi poteſt tutelæ.*
235 *Quando actio eſt vetuſtior tutela, non deſcendens ex adminiſtratione, tutor conveniri poterit etiam durante officio.*
236 *Item ſi tutor promiſerit rationem reddere in annos ſingulos, poterit ex tali promiſſione cogi reddere rationes, durante officio tutelæ.*
237 *A tutela remotus tutor, in eo ſtatu eſt, ac ſi pubertate pupilli finita eſſet tutela.*
238 *Qui tutoris ob Rempublicam abſentis vicarius fuit, tutelæ conveniri, reverſo tutore poteſt.*
239 *Tutela finita per captivitatem tutoris, poteſt conveniri eius defenſor; ſi tamen tutor poſtliminio reverſus fuerit, recipiet priſtinam tutelam.*
240 *Actiones furti, damni, iniuriæ condictio, exerceri poſſunt adverſus tutorem, etiam durante tutela.*
241 *Actio tutelæ directa perpetua eſt, nec præſcribitur longo tempore.*
242 *Tutor inutiliter teſtamento datus, per errorem gerens, ſi alium dari curaverit, non tenebitur de periculo futuri temporis.*
243 *Tutor inutiliter, vel non iure datus teſtamento, nec confirmatus, non tenetur ſi non adminiſtraverit, ſi vero adminiſtraverit, tenetur actione negotiorum geſtorum.*
244 *Tutori non imputatur damnum abſque ſua culpa contingens.*
245 *Tutor allegans iuſtam & neceſſariam cauſam non confecti inventarii, excuſatur.*
246 *Tutor ignorans ſe tutorem datum, periculo tutelæ non ſubjicitur.*
247 *Tutor datus patrimonio ſupervenienti, non tenetur de anteriori, ſed prior tenetur de augmento obvenienti.*
248 *Tutor datus inutiliter teſtamento, non tenetur de periculo ante confirmationem contingente.*
249 *Tutore gerente negotia puberis, vel eius qui nondum natus eſt, non agitur adverſus eum pro tutela, ſed actione negotiorum geſtorum. Limitatur num. 250.*
251 *Tutela finita, finitur periculum adminiſtrationis.*
252 *Adminiſtrata poſt finitam tutelam prioribus connexa, veniunt in actione tutelæ.*
253 *Tutor poſt finem tutelæ, per errorem in officio durans, non tenetur de periculo, quo ad ea quæ idonea fuerunt poſt pubertatem adoleſcentis.*
254 *Tutor licet finita tutela cauſam cœptam peragere teneatur, tamen iudicatum non proſequens, periculo culpæ non ſubjicitur.*
255 *Fideiuſſor tutoris non tenetur ad ea, quæ tutor poſt pubertatem ſponte geſſit.*
256 *Si mortuo pupillo nomen pupilli deſinat eſſe idoneum, liberatur tutor à periculo.*

257 *Pupillo ſine tutore ſtipulante rem pupilli ſalvam fore, & poſt pubere eo facto ratificante tollitur tutelæ actio.*

258 *Tutor datus poſthumo, qui natus non fuit, ceſſat tutelæ actio, vel protutelæ & negotiorum geſtorum, & datur in eum actio utilis.*

259 *Curator datus certæ rei vel liti, non tenetur de alia geſtione.*

260 *Periculum tutelæ non ſpectat ad eum, cuius excuſatio fuit approbata.*

261 *Poſt remotionem non ſpectat ad tutorum periculum tutelæ.*

262 *Curator non tenetur pro tutore, nec econtra.*

263 *Qui nomina, quæ ſibi à priore adminiſtratore aſſignantur, agnoſcit, eorum periculo eſt aſtrictus.*

264 *Mater licet petat tutorem dari filio eius periculo, non tamen tenetur ex illo facto, niſi hoc expreſſum fuerit iudicis decreto.*

265 *Contra Magiſtratum non agitur actione tutelæ, niſi excuſis tutoribus collegis & fideiuſſoribus.*

SUpereſt ut nunc agamus de actione tutelæ directa, & utili: quæ actiones, ut
pleniſſime intelligantur, una regula expediemus; & hæc eſt, quæ ſequitur:
1 Quod actio † tutelæ directa datur contra tutorem, qui non fecit officium
ſuum, id eſt, qui non fecit quod debuit facere, vel fecit quod facere non de-
buiſſet, *l. ſi pater, C. de teſt. tut. l. 1. ff. de tut. & rat. diſtr.* Et tutor quidem ſtatim
2 eſt; atque † ei innotuit ſe tutorem datum, nec excuſationem oppoſuit, *l. 1. in*
3 *prin. ff. de adm. tut.* Et † ideo, ex quo ſcit ſe tutorum datum, ſi ceſſet tutor, ſuo
periculo ceſſat. Idem enim à D. Marco conſtitutum eſt, ut qui ſcit ſe tutorem
datum, nec excuſationem, ſi quam habet, allegat intra tempora præſtituta,
ſuo periculo ceſſet, *l. quidam decedens, §. fin. ff. eod.* ac indemnem pupillum ſerva-
re teneatur, *l. qui juſſus*, cum gl. & *l. tutor vel curator.* & ibi Bart. *l. eeſi ſciſſes, C.*
4 *eod.* Id quod etiam † procedit, etiamſi abſens decreto datus fuerit tutor, modo
ſciat, nec ſe excuſet: nam æque obnoxius erit adminiſtrationi, *l. tutor, C. de*
5 *adminiſt. tut.* Denique etiam hoc caſu † non ſufficit, nec requiritur interpella-
tio, ſed ſufficit quomodocunque innoteſcere, non utique teſtato eum conve-
niri, ſed ſatis eſt, ſi citra teſtationem undecumque cognoverit, *l. ita autem, in*
6 *fin. ff. de adminiſt. tut.* Idem quoque † dicendum erit in curatore ceſſante, vel
negligente convenire tutores, finita tutela, *l. tntor, qui repertorium, §. pecuniæ,*
7 *quæ in arca, & l. Æmilius, ff. de adminiſt. tut.* Qui etiam † petere & inſtare debet,
ut ſibi decernatur adminiſtratio, alioqui ſuo periculo ceſſat, *d. l. ita autem, in fin.*
ff. de admin. tut. & notat Bart. *in l. legitimos, in princ. ff. de adminiſt. tut.* Bald. *in l. ſi*
tutor, in princ. C. in quib. cauſ. in integr. reſtit. non eſt neceſſ. Fulgoſ. *conſil.* 51. & *conſil.*
8 149. & Angel. *conſil.* 103. Sed ſciendum eſt, eum † qui non geſſit, non tene-
ri actione tutelæ directa, ſed tantum utili actione conveniendum eſſe; quia
9 ſuo periculo ceſſavit, *l. non quaſi, §. illud, ff. rem pupil. ſalvam for.* Amplius †
etiam tutor ante confectionem inventarii, vel decretum tenetur omnia facere,
quæ non admittunt dilationem, ut diſtrahere res tempore perituras, alias ſuo
periculo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

periculo ceſſat, atque etiam omnia ea facere, quæ concernunt commodum
pupilli; alias tenetur, *l. fin. C. de tut. qui non ſatiſd.* & Bart. *in l. qui duos, ff. de reb.*
dub. Adeo, ut etiam † quo ad earum rerum diſtractionem, quæ dilationem 10
non admittunt, tutor poſſit contemnere voluntatem defuncti, *l. quidem decedens,*
§. uſque adeo, ff. de admin. tut. Nec excuſetur, ſi contutores differentes, vel ſe
excuſare volentes, expectaverit, *l. tutor, qui repertorium, §. ſi tutor, verſ. quid ſi*
contutores, ff. de adminiſt. tut. Et ſi omnes † ſe excuſant, vel quidam, aliis abſen- 11
tib. interim datur temporarius tutor, quod tutela fungatur, ſi tutoris autoritas
ſit neceſſaria, alias curator, *l. 2. ff. de tut. & cur. dat. ab his, l cum in una, §. 1. ff. de app.*

Ampliatur primo, quod tutor ‡ ceſſans gerere vel adminiſtrare, extra ordi- 12
nem, ad hoc cogi poſſit officio iudicis, prævio ſcilicet iuramento, ſatiſdatione
& confectione inventarii, *l. 1.* & ibi gloſſ. *verb. extra ordinem & effectum creationis,*
ff. de adminiſtr. tut. & l. non quaſi, §. illud. ff. rem pupil. ſal. fer. Niſi tutor quid † 13
pupillare attigerit, quo caſu etiamſi modicum ſit, ceſſant partes cogentis, id
eſt, eorum, qui ſolent ceſſantes cogere adminiſtrare. Videtur enim † geſſiſſe, 14
ſive per ſe, ſive per alium attigerit, atque etiam geſtu abſtinens poſtquam ſemel
gerere cœperit, poſtulatur, ut ſuſpectus, *l. ita autem, §. geſſiſſe, & §. quid ſi*
quis, ff. de admin. tut.

Secundo ampliatur, quod ‡ etiam tutor teneatur, ſi quid omiſerit, vel cum 15
poſſit, non acquiſierit dolo, lata culpa, vel levi, *l. quicquid,* & ibi gloſſ. *C. arbit.*
tut. Quam gloſſam ad hoc notabilem eſſe dicit Nic. Euerard. *in loc. legalib. loco,*
à pupillo, ad eccleſiam, num. 6. vel ſe pecuniam pupillarum † in uſus ſuos conver- 16
terit, & multo magis, ſi negaverit pecuniam pupillarem penes ſe eſſe. Quo
caſu victus de mendacio, pendet legitimas uſuras. *l tutor, qui repertorium, §. ſed*
etſi, & ſeq. ff. de adminiſt. tut. & Balduin. *Novell. 18. verſ. porro Juſtinianus.* Niſi † 17
negaverit ſe habere ad alendos pupillos, quo caſu pendet graviſſimas uſuras
quo ad negata, *d. l. tutor, §. idem:* quia † hic magis delinquit, quia delinquit 18
circa perſonam & vitam pupilli, quam ſi res male adminiſtraret; quia dene-
gando alimenta, videtur necare pupillum, *l. vel necare. ff. de lib. agnoſ. l. ſi victum ff.*
de re iud. unde non mirum ſi gravius puniatur; Adeo, ut etiam eo caſu † ad Præ- 19
fectum urbi remittatur puniendus, *l. 3. §. tutor, ff. de ſuſpect. tut.* & ut ſuſpectus
removeatur, *d. §. tutor.* Cæterum, ſi † propter aliquam iuſtam cauſam opi- 20
nione ſua falſus fuerit, eo caſu etiam negatio ſua fraudi ei non erit, *l. de ætate, §.*
ſi cum eſſet, ff de interrog. act.

Tertio ampliatur, quod etiam † tutor teneatur, ſi non adhibuerit eandem 21
diligentiam in rebus pupilli, quam bonus paterfamilias in ſuis adhibuiſſet:
Vel ſi non egerit nomine pupilli, vbi opus fuerit, & debitores pupilli exege-
rit: Si contutorem ſuſpectum non fecerit, vbi debuerit; Si non defenderit
pupillum, vel adultum: Si non ſoluerit creditoribus minorum: Si dona-
uerit alicui rem pupilli: Si erogauerit, vel ſumptus fecerit, vbi non debuit:
Si res tempore perituras, non diſtraxerit: Si pecuniam pupillarem non fœ-
nerauit, vel depoſuit ad honeſtum lucrum: Si pecuniam pupillarem non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

converterit in emptionem idoneorum prædiorum: Si non redemerit pecunia
pupillari res pupilli aliis obligatas, cum expediret: Si adverſns ſeipſum non
præſtiterit, quod adverſus alios præſtare debuiſſet: Si non ſubminiſtraverit
alimento pupillo: Si non curaverit pupillum liberaliter inſtitui: Si ædificia
deformata non curaverit refici, *l. lex qui tutores*, *§. erg. domus*, C. *de adminiſt. tut.*
Si hereditatem damnoſam adierit, vel lucroſam repudiaverit: Si non coegerit
heredem ut adiret, & reſtituerit: Si aliquid fecerit contra utilitatem pupilli,
vel data occaſione non acquiſierit: Si non appellaverit vel appellationem de-
22 ſeruerit, *l ſi bonam fidem*, C. *de admin. tut.* Si aliquid † fecerit contra præcep-
tum patris pupilli, *l. tutor*, *§. uſque adeo*, *ff. de adminiſt. tut.* & *l. tutelam*, C. *eod. de*
alienante contra formam teſtamento datam. Et ſi fuerit † negligens in tuendo corpe-
23 re, & ſalute pupilli vel furioſi, *l. conſilio*, *ff. de cur. fur.* de quibus omnib. late,
diximus, ſupra *c.* 32.

24 Quarto ampliatur, quod etiam † is teneatur, qui pro tutore negotia geſſit,
licet eſſe non poſſit, qui eandem fidem & diligentiam præſtare tenetur, quam
25 tutor præſtaret, *l. qui pro tutore*, *ff. de eo qui pro tut.* & *l.* 1. C. *eod.* Pro tutore †
autem negotia gerere videtur, qui munere tutoris fungitur in re impuberis,
ſive ſe putet tutorem eſſe, fingit tamen eſſe, *l.* 1. *§. pro tutore*, *ff. de eo qui pro tut.*
26 Proinde etſi † ſeruus quaſi tutor egerit, D. Severus reſcripſit dandum in domi-
27 num utile iudicium, *d. l.* 1. *§. proinde*, *ff. de eo qui pro tut.* Adeo, ut etiam † ante
pubertatem agi poſſit tutelæ contra protutorem, detecto errore, quia tutor
28 non eſt, *d. l.* 1. *§. cum eo.* Et multo ‡ magis dabitur contra eum, qui cum turor
non eſſet, tamen compulſus geſſerit tutelam, putans ſe tutorem, *d. l.* 1. *§. ſi*
29 *quis tamen.* Sicuti etiam tenetur † patronus, tutor liberti ſui, *l. patronus*, *ff. de*
30 *tutelis*, atque etiam † mater, *ut Novell.* 155. Et pariter etiam tutoris heres, quo
31 ad impleta, quæ ‡ fuere inchoata per defunctum tutorem, *l. ſi tutoris*, *ff. de*
adm. tut. & *l.* 4. *in princ. ff. de fideiuſſ.* & *mand. l. tutor*, *ff. de appell.* & *l. un. §. ſi tutor*,
ff. ſi pend. appell. mors.

32 Quinto ampliatur, quod etiam † tutor in rebus pupilli de dolo, lata & levi
culpa tantum teneatur, *l. contractas*, & ibi Dec. *num.* 32. *ff. de reg. iur. l. quicquid*,
C. *arbit. tut. l. tutori*, C. *de neg. geſt. l.* 3. *§. tutores*, *ff. de ſuſp. tut.* Alex. *conſil.* 45.
num. 1. ponit regulam, *lib.* 1. *l. tutor*, *qui repertorium*, *§. competit*, *ff. de adminiſt. tut.*
Bart. *in l. quod Nerva*, *in* 10. *quæſtione*, *ff. depoſ.* Ruin. ponit regulam, *conſil.* 70.
num. 3. *lib.* 4. Purpurat. *in l.* 1. *num.* 32. C. *de tranſact.* & Canoniſtæ, *in c. bona*
33 *fides*, *extra depoſ.* Adeo, ut etiam † omnis adminiſtrator rei alienæ, de levi culpa
teneatur, ſecundum Dec. de curatore prodigo, *conſil.* 274. *num.* 3. *d. l. tutori*,
34 C. *de neg. geſt.* Id quod † procedit etiam in quocunque adminiſtratore, ſive
generali, ſive particulari, ſive privatum officium, ſive publicum munus ge-
rente; ex eo quod cum ſuſceperit tale officium, ſcire debuerit, ſe ſuſcipere cu-
ram rei alienæ, ad commodum alienum, atque ita ſe obligare ad cuſtodiam,
& gubernationem fidam & diligentem, & culpam à ſe exigendam, *l. etiam*
35 *§. licet*, *l. ſi conſtante*, *§. maritus*, *ff. ſol. mat.* Niſi fuiſſet curator † bonorum, ma-
xime

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

xime iuvitus ex cauſa factus, *arg. l. 2. in fin. ff. de curat. bon. dand. l. ſi fideiuſſor, §. ſi neceſſaria, ff. qui ſatiſd. cog.* Quæ communis eſt, ſecundum Molin. *ad conſuet. §. 6. gl. 7. n. 9.* ſed contrarium tenet, *d. loco, num.* 10. ad quem Lectorem brevitatis cauſa remittimus.

Amplius etiam ‡ tutor tenetur de leviſſima culpa, quando promiſit tenere 36
bonum computum, & reddere rationem: *argum. l. ſi quando, in princ. ff. de legat. 1. c. ſi Papa, de privileg. in 6.* Vnde dicit Bald. *in rubr. Cod. de contrah. empt. in 9. quæſt.* quod in † contractibus, nullum verbum debeat eſſe ſuperfluum, & ſe- 37
quuntur Ruin. *conſil. 89. num. 8. lib. 5. & conſil. 108. lib 1.* Crauet. *conſil. 18, num. 15.* ubi dicunt, hoc † etiam procedere in tutore non legitimo, qui non debeat 38
eſſe melioris conditionis; cum contra eum omnia iura exclament, & maxime cum hoc fiat in favorem pupillorum, pro quibus facienda eſt interpretatio, ut per Dec. *conſil. 232. in fin. num. 6.* Vnde ſi debita ‡ minoris ad tempus non 39
ſolverit, ipſe, & non minor erit conſtitutus in mora, ſecundum Iaſ. *in l. qui Romæ, §. coheredes, nu. 14. ff. de verb. oblig.* Quæ quidem † negligentia, quomodo 40
ſit articulanda, & probanda, tradit Menoch. *de recup. poſſ. in 7. remed. quæſt. 5. verſ. quæro quinto, qualis eſſe debeat, num. 18. & ſeq.* Maxime autem † tenetur de le- 41
viſſima culpa tutor, quando ſe obtulit, *l. 1. §. ſæpe, ff. depoſ. c. 2. extr. depoſ.* ubi Abbas notat, per gloſſ. *in l. contractus, ff. de reg. iur.* & tradit Bart. *in d. l. quod Nervæ, verſ. 12. quæro,* quia contra affectantem eſt ſiniſtra ſuſpicio, *l. ſcire, §. final. ff. de tut. & curat. dat. ab his.*

Præterea quoque tutor † tenetur de leviſſima culpa, quando culpa præceſſit 42
caſum, ſecundum Ioan. Igneum, Gallum, olim Præſidem Rothomagienſem, doctiſſimum *in l. contractus, num. 27. ff. de reg. iur. per l. ſi pupillaris, C. de peric. tut. & l. negotium, C. de neg. geſt.* Licet non ignorem multos eſſe, qui teneant tutorem nullatenus de leviſſima culpa teneri, inter quos eſt Bartol. & Alex. *in apoſtilla, ad d. l. quod Nerva,* & Aretin. *in §. actionum, Inſtit. de act. verſic.* & latius, in *§. ſuſpectus autem, Inſtit. de ſuſpect. tut.* Idque ea † ratione quod, tutoris officium 43
ſit neceſſarium, non voluntarium, quos ſequitur noviſſime Hieron. Cagnol. vir ſane doctiſs. *in d. l. contractus, num. 61.*

Denique quoque † tenetur tutor de caſu fortuito, quando dolus vel culpa 44
præceſſit caſum, *l. in rebus, in princ. ff. commod. l. ſi ut certo, §. commodatum, ff. eod.* & ibi gl. *l. ſi res, cum l. ſeq. C. de peric. tut. l. ſi res,* & ibi gl. *ff. de adminiſt. tut.*

Amplius etiam tutor † ad lucrum ceſſans, *l. pupillorum, C. de adminiſt. tut. & l.* 45
quicquid, C. arbit. tut. Maxime, quando ex re pupilli lucrum † provenerit, vel 46
occaſione pupilli aliquid detur. Quo ſiquidem caſu ſi impediatur lucrum per tutorem, tenebitur ad intereſſe pupillorum, actione tutelæ, vel actione iniuriarum, *d. l. pupillorum, & d. l. quicquid.* Tutor quoque dolo & lata † culpa tene- 47
tur, ſi ei relicta fuerit liberatio à reddendis rationibus, & factum legatum de omni eo, in quo contingeret illum condemnari ratione tutelæ, ſecundum communem opinionem, ut late tenent Pet. de Anchor. *conſil. 117.* Alexand. *conſil. 62. lib. 4.* Angel. *conſil. 180.* Ioan. de Annan. *conſ. 8.* Fulgoſ.

 conſil.

conſil. 103. Iaſ. *in l. actione*, *de tranſact.* & hanc atteſtatur eſſe communem opi-
48 nionem Dec. *conſil.* 179. *&* 192. Quæ communis opinio † maxime procedit, ſtante ſtatuto, quod tutor teneatur de dolo & lata culpa, non obſtante tali liberatione, & legato: quod ſtatutum etiam intelligi debet, non ſolum de dolo, & lata culpa commiſſa in faciendo, ſed etiam in omittendo; Maxime, quando
49 † loquitur generaliter, quo caſu etiam generaliter debet intelligi, etſi maior ratio militaret in uno caſu, quam in alio, *l.* 1. *§. quid autem*, *ff. de alcat.* & præcipue quando eſſet favorabile, ut evitentur fraudes, ut tradit Hier. Grat. *conſ.* 23. *nu.* 11. *&* 12. *lib.* 1.

50 Verum prædicta non † procedunt primo in heredibus tutorem, qui tantum de lata culpa conveniri poſſunt, *l.* 1. *&* 2. *& per tot. C. de hered.* & tradit Dec. *in d. l. contractus*, *nu.* 32. & ibi Cagnol. *n.* 6.

51 Secundo non procedunt † ubicunque relicta fuiſſet liberatio à redditione adminiſtrationis tutelæ, quo caſu non tenetur pro culpa, ſecundum Alexand. & ibi Molin. *conſ.* 45. *lib.* 1. *l. ſi ſervus vetitus*, & ibi notat Bartolus & Angel. *ff. de*
52 *legat.* 1. *& l. cum tale*, *§.* 1. *ff. de condit. & demonſt.* qui ex hoc † concludit, quod ſi res minoris ſint furto ſubtractæ, quod non teneatur tutor etiamſi fuerit in levi
53 culpa, ſi non probetur dolus eius, vel culpa lata, eo quod fuerit liberatus: Niſi tutor adminiſtraverit † propria authoritate ante decretam ſibi adminiſtrationem, qui tenetur de mala adminiſtratione; quia melioris conditionis eſſe non
54 debet tutor delinquens, quam non delinquens, imo deterioris. Vnde videmus, quod † ille, qui non eſt tutor vere, ſi adminiſtrat negotia pupilli, obligetur perinde ac ſi tutor vere fuiſſet, *l.* 1. *& ibi notat. ff. De eo qui pro tut.*

55 Tertio † non procedunt, quando Tutor emiſſet prædia minus idonea, quo caſu tantum latam culpam præſtat Tutor, *l. Si Tutor*, *§. Competit.* ubi gl. & Bart. *ff. de adminiſt. tut.*

56 Quarto, † & ultimo non procedunt, quando nomina debitorum eius negligentia minus idonea eſſe cœperint, quo caſu tenetur ſolum de lata culpa, *l.* 2. ubi gl. & Dd. *C. arbit. tut.* de quo vide Decium, plura allegantem, *in l. periculum*, *ff. Si cert. pet.* & Barbat. *conſil. ultim. lib.* 3. Socin. *conſil.* 2. *lib.* 1. *& conſil.* 122. *& conſil.* 132, *lib.* 2.

57 Sexto † ampliatur regula, quod etiam tutor teneatur de damno dato in re alterius provinciæ, niſi curaverit ibi dari alium tutorem, *l. Tutores*, *§. Rerum*, *& §. Patruus*, *ff. de adminiſt. tut.* quia ſimpliciter datus, cenſetur ad † uni-
58 verſum patrimonium datus, *§. Inſtit. d. excuſ. tut. l. non ſolum*, *§. ei qui teſtamento*, *l. illud. l. propter litem*, *ff. de excuſ. tut.*

59 Septimo ampliatur regula, quod † etiam tutor teneatur de damno dato, quod pupillo poſtea obuenit, etiamſi ad id alius tutor datus fuerit, quia cenſentur coniunctim dati, *l. quoties*, *§. conſtat. ff. de adminiſt. tut. l. cum furioſus*, *§. tali*, *C. de curat. furioſ. l. cum ob augmentum*, *C. in quibus cauſ. tut. haben.*

60 Octavo ampliatur, quod † etiam tutor teneatur ex die creationis, licet appellaverit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

la verit, & eius appellatio iniuſta fuerit pronunciata, *l. tutor, l. tutores, §. tutor, ff. de adminiſt. tut.* Quo † loco dicit Papinianus; heredem quoque tutoris poſtea 61
victum, præteriti temporis currentis periculum, pendente appellatione, fruſtratorie à tutore interpoſita, præſtare, cum non videatur levis culpa, contra iuris authoritatem mandatum tutelæ officium detrectare, *d. §. tutor.*

Nono ampliatur, quod etiam † tutor teneatur, ſi antequam vere tutor eſſet, 62
pro tutore negotia geſſit, poſt deinde cœpit ut tutor gerere, *l. 1. §. cum eo, verſ. ſed et ſi, ff. de eo qui pro tut.*

Decimo ampliatur, quod etiam † tutor teneatur finita tutela, ſi non curave- 63
rit dari pupillo curatorem, *l. ita autem, §. ſi tutor, ff. de admin. tut.* Vel ſi poſt † 64
finitam tutelam, nondum reſtituta tutela, & inſtrumentis ad cauſam pertinentib. cœptam litem non perfecerit, *d. l. ita autem, §. poſt completum, & l. un. C. ut cauſ. poſt pubert.* Niſi pupillus fuerit heres † tutoris, qui non tenetur cœpta per 65
tutorem perficere, ſed tutor proprio nomine negotiorum geſtorum convenietur, *l. qui aliena, §. tutoris, ff. de neg. geſt.* Idem quoque tutor, ſi poſt finem tutelæ † adminiſtrationem retinuerit, tenebitur quo ad actus poſteriores, prioribus 66
cohærentes, *l. tutorem, in princ. ff. de adminiſt. tut. l. ſi tutor, & l. ſi poſt pubertatem, ff. de tut. & rat. diſtr.* Sicuti etiam ‡ idem tutor, ſi durante tutela aliquid in ſe 67
verterit ex re pupillari, eadem finita, ſolvere debebit ſimiles uſuras atque ante ſolviſſet, donec obtulerit ſortem, *l. Lucius, §. quæſitum. ff. de adm. tut.*

Vndecimo ampliatur, quod etiam † tutor tenetur, ſi tutore abſente, vel alias 68
impedito, actor datus fuerit, quia cenſetur tutoris periculo datus, *l. tutorem, C. qui dar. tutor.*

Duodecimo ampliatur, quod † etiam tutor teneatur, quo adminiſtraverit 69
negotia pupilli, licet in nullo actu authoritatem ſuam interpoſuerit; quid enim prohibet ita patrimonium pupilli compoſitum eſſe, ut nihil gerere neceſſe ſit, in quo tutoris authoritas interponi debeat, *l. qui tutor, ff. de admin. tut.*

Decimo tertio ampliatur, quod † etiam teneatur tutor tutelæ actione, qui 70
non geſſit per ſe, ſed per alium; ut quia alteri mandavit gerendam tutelam, geſtaque fuerit ab eo, cui mandatum fuit, *l. ita autem, §. quod ſi quis, ff. de adminiſt. tut.* Vel ſi alium ſubſtituerit, *l. curator, C. qui dar. tut.*

Decimo quarto ampliatur, quod † etiam duobus exiſtentibus tutoribus, ſi 71
eo nomine cum uno tutore actum fuerit, alter non liberetur, *l. qui tutor, in fi. ff. de adm. tut. l. convento, ff. de tut. & rat. diſt.* Etiamſi tutor conventus † abſolutus 72
fuerit, vel per dolum, vel qua nulliter actum, idque nondum finita tutela, *l. Lucius, §. tutelæ, ff. de admin. tut. & l. niſi, ff. de tut. & rat. diſtr.* Vel ſi ex † duobus 73
tutoribus cum altero quis tranſegiſſet. Etiamſi † tranſactum eſſet ob dolum 74
communem; talis enim tranſactio nihil alteri proderit: nec immerito, cum unuſquiſque doli ſui pœnam ſufferre debeat, *l. qui tutor,* & ibi gl. *ff. de adminiſt. tut. l. ſi ex duob. ff. de tutel. & rat. diſtr.* Niſi actum † vel tranſactum, & totum 75
exactum, vel ſolutum fuiſſet: quo caſu alter tutor in totum liberatur, *d. l. qui tutor,* & ibi gl. *in verbis, non liberabitur, & d. l. ſi ex duobus,* quia, inquit ſufficit

unum

76 unum ſatisfacere. Vel niſi † pupillus pubes factus, alterum ex tutoribus eo
nomine, authoritate curatoribus liberaverit, quo caſu alterum improbe cona-
retur interpellare, *l. ſi pupillus, ff. de adminiſt. tut.*

Decimo quinto ampliatur, quod † etiam teneatur curator, licet adultus ma-
77 ior factus debitorem ſuum procuratorem conſtituerit, quia eo ipſo non cenſe-
tur liberare curatorem, *l. Lucius, in prin ff. de admin. tut.*

Decimo ſexto ampliatur, quod † etiam actio tutelæ directa competat here-
78 redibus pupilli, & ſimilib. perſonis, *l. 1. §. hanc actionem, 1. & §. fin. ff. de tutel.
& rat. diſt.* Verum non datur † heredibus pupilli, cum privilegio pupilli,
79 quod in perſonalibus cæteris creditoribus præferatur; non enim cauſæ, ſed
perſonæ ſuccurritur, quæ meruit præcipuum favorem, *l. ex pluribus, ff. de ad-*
80 *miniſt. tut.* Nec † etiam datur heredi minori viginti quinque annis, ſine cu-
tore agenti, *l. de iis, C. de adminiſt. tut.*

81 Decimo ſeptimo ampliatur, quod etiam † hæc actio tutelæ directa detur ad-
verſus heredes tutoris, *l. tutelæ, C. arbit. tut l. 1, §. hanc actionem, ff. de tut. & rat.*
82 *diſtr.* Etiam † de non geſto, vel neglecto; nam & ceſſationis ratio reddenda
83 eſt, *l. pater veſter, cum duab. ll. ſeq. C. de hered. tut.* Maxime, quando heres † per-
ſeveraverit gerere negotia, *l. cum oſtendimus, ff. de fideiuſſ. nomin. & hered. tut. &*
84 *curat.* Adeo, ut † etiam præſtent uſuras pecuniæ, quæ in arca eſt, donec tute-
lam reſtituerint, *l. tutor, qui repertorium, §. pecuniæ, quæ in arca, ff. de adminiſt. tut. &
d. l. cum oſtend mus, verſ. quam in arca invenit.* Amplius etiam, ſi heres executus
85 † fuerit, quæ tutor inchoaverit, eo nomine quoque tenebitur, *l. ſi tutoris, ff. de
admin. tut. & d. l. cum oſtendinus, verſ. vel eam pecuniam, quam tutor ſtipulatus fuerat,
exegerit.* Et multo † magis tenetur heres tutoris de proprio dolo, *d. l. cum oſtendi-*
86 *mus, verſ. apparet enim.*

Verum hæc ampliatio † non procedit primo in actione tutelæ de rationibus
87 diſtrahendis, quæ in heredem cæteroſque ſucceſſores non datur; quia pœnalis
eſt, *l. 1. §. hanc actionem, 2. ff. de tut. & rat. diſt.*

Secundo non † procedit, quia heres non tenetur de propria negligentia, ſive
88 levi culpa, *d. l. cum oſtendimus*, & ibi gl. *verbo, negligentia, l. non ſimiliter, ff. de Ma-
giſtrat. con.*

Tertio non procedit, quia † ex perſona defuncti non tenentur de levi cul-
89 pa, ſed tantum de dolo, & lata culpa, *d. l. non ſimiliter*, & ibi gl. *verb. negligen-
tia, & l. 1.* & ibi gl. *verb. non oportet, & de hered. tut.* Niſi lis fuiſſet inchoata cum
90 † tutore, vel ex damno pupilli lucrum captaverint, vel aliquid gratiæ præſti-
tum fuerit: ut quia potuit aliquid acquirere pupillo, & alii permiſit, *l. 1.* & ibi
gl. *verbo, præſtitum. C. de hered. tut.*

Quarto non procedit, quando † tutor non iure datus, ſe non immiſcuiſſet:
91 quo caſu culpam, & dolum heres eius præſtare non debet, *l. heres, ff. de fide-
iuſſ. mandat. & hered. tut. & cur.*

Quinto non procedit, quia † unus heres non tenetur ex perſona ſua, ſi non
92 exegit heredem alterius, qui fuit ſolvendo, tempore finitiæ tutelæ, *l. tutoris, §. tu-
torib. ff. de adminiſt. tut.*

Decimo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Decimo octavo † ampliatur regula, quod omnes, & ſinguli tutores teneantur in ſolidum, *l. 1. C. de tranſact. l. Divus, l. tres tutores, in princ. ff. de admin. tut. l. 2. C. de divid. tut. l. 1. §. nunc tractemus, ff. de tut. & rat. diſtr.* & optime Cuiac. 93
de muner. & Magiſt. tit. 36. lib. 11. Cod. Idque quatuor † rationibus, quarum prima eſt, quod quilibet tutor habeat poteſtatem in ſolidum adminiſtrandi regulariter, etiamſi eſſent mille, ideo earum obligatio eſt individua, l. 1. C. *ſi ex plurib. tut.* & declarat Bart. *in l. 1. §. ſi plures, ff. de exercit. act. verſ. ut igitur liqueat,* Angel. *in §. actionum; in materia actionis tutelæ. Inſtit. de act.* Secunda ratio eſt, quod 94
tutela † ipſa individua ſit, etiamſi à teſtatore, vel iudice diuiſio fiat, *l. inter tutores, ff. de admin. tut.* & ibi Bart. qui declarat etiam quos effectus pariat huiuſmodi diviſio à tutoribus facta. Tertia ratio † eſt, quod unius factum imputetur 95
collegæ, qui potuit, & debuit ſuſpectum facere, vel ſatis petere, *l. etiam contutoris, ff. de admin. tut. l. 2. C. de uſur. pupill. l. cum interdicta, §. 1. C. arbit tut.* Quarta ratio eſt, ut magis conſultum foret pupillis, propter maiorem exigentiam & facilitatem, & quod ei debebat, ut tradit Ronchegall. *in l. 9. num. 218. de duob. reis.* 96

Quæ ampliatio procedit primo, etiam † in Commiſſariis deputatis per Iudicem adminiſtrationi rei, ſeu rerum præhenſarum: quia habent munus authoritate publicum, licet utilitate privatum, & ſinguli poſſunt agere, & gerere in ſolidum, *l. 2. in fin. cum l. ſeq. ff. de curat. bon. dand.* Niſi in † ipſa commiſſione eſſet diviſa adminiſtratio, vel aliter cautum, *d. l. 2. §. ſi plures.* 97
98

Secundo etiam † procedit in Commiſſariis deputatis, non authoritate, publica, ſed privata, cum poteſtate adminiſtrandi in ſolidum, vel ſi ex qualitate rei, vel aliis circumſtantiis appareat, talem poteſtatem eis fuiſſe datam, quamvis ea in commiſſione non fuerit expreſſa, ut tradit Bart. *in l. ſi plures, ff. de curat. bon. dand. & in l. 1. §. ſed ſi duo, ff. depoſ.* 99

Tertio procedit, quod † etiam unus ex his Commiſſariis conventus, non poſſit opponere beneficium ordinis, excuſſionis, vel diviſionis, quæ non habent locum in hoc caſu, ut eſt textus *in d. l. 2. in fin.* & tradit Aretin. *conſ. 29.* Niſi ‡ invitus quis per ſuperiorem conſtitutus fuerit una cum alio, qui ſolus geſſit. Quo quidem caſu is, qui ſolus geſſit prius urgeri, & excuti debebit, & alius qui non geſſit, tenebitur tantum in ſubſidium, ut tradit gl. *in d. l. 2. verbo, veriorem.* Et ſi ille, qui non ‡ geſſit & de ſocio gerente confidat pro rationibus reddendis, & reliquis ſolvendis; forte iam captus, & incarceratus fuerit, triplici via iuris ſuccurri poterit; Primo ſatisfaciendo actori, mediante ceſſione actionum, & ſic ſtatim liberabitur, & dictum ſocium, ceſſis actionibus, per incarcerationem perſonæ, velo levato, urgebit & compellet, ſicut fieri potuiſſet à domino: Secundo ſummando, & requirendo eum, qui adminiſtravit ad reddendas rationes, vel ſe exonerandum, ad quod poterit habere brevem dilationem, ſine alia retardatione proceſſus: Et poterit ad hoc coram eodem iudice, & per eandem viam & capturam perſonæ, per quam compellitur, urgere ſocium, qui ſolidum adminiſtravit. *arg. l. 2. C. ubi cauſ. fiſcal.* Et hoc 100
101
102

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

iudicis officio, etiam ſine ceſſione actionum actoris, etiam ceſſante cautione,
qua adminiſtrans ſpecialiter obligatus fuit non gerenti, ad omne onus rationis
reddendæ, eumque exonerandum & indemnem reddendum, prout ſolent ſi-
bi cavere, qui omnem adminiſtrationem ſociis relinquunt. Tertio ex æquita-
te, *l. unde quæritur, ff. commod.* ſi offerat actori, & requirat illum qui geſſit, ſuo
periculo, & impenſis urgeri & compelli, & ad hoc offerat, & ſubminiſtret
impenſas. Hoc enim remedium debet admitti, & habet locum, etiam ubi
ceſſat beneficium ordinis, ſecundum Bart. & Bald. *in d. l. unde quæritur.* Ca-
ſtrenſ. *in l. ſed & Julianus, ff. ad Maced. & in l. ſi pro patre, in fin. ff. de in rem verſo.*
Dummodo id fiat cum ſecuritate actoris, & ſine aliquo eius in commodo:
Vnde is qui non geſſit, hoc prætextu, non liberabitur à carcere, niſi alter qui
geſſit, ſit ſolvendo, & ſit captus, vel cœperit, quod rationum redditio expoſcit
facere, ita ut æque plene ſit conſultum actori.

103 Quarto procedit † decima octava ampliatio regulæ principalis, etiam quo
ad eos, qui vere tutores vel actores non ſunt, putant tamen, licet falſo, ſe eſſe
tutores, & ita adminiſtrant bona alicuius pupilli, qui vice mutua periculum
præſtare coguntur, cum officium ſponte citra iuris adminiculum intulerint, *l.
tutores, §. curatores, 2. ff. de admin. tut.*

104 Quinto procedit etiam † in pluribus actoribus, ab uno vel pluribus tutori-
bus conſtitutis, *argum. l. ex facto, in fin. ff. de neg. geſt.* ut tradit Ronchegall. *in d.
l. 9. nu. 215. & ſeq. de duob. reis.*

105 Sexto procedit maxime, quod, licet † tutores adminiſtraverint ſimul, vel
non adminiſtraverint, æque teneantur in ſolidum, ſive inter ſe diviſerint ad-
miniſtrationem, & exercitium tutelæ, ſine non, *l. 1. C. de divid. tut. & l. 1. §.
nunc tractemus, ff. de tut. & rat. diſt.* gloſſ. Cynus, Ioan. Faber, Bald. Angel. Al-
106 beric. Salic. & Iaſon communiter † ſequuntur, *in l. 1. C. de tranſact.* Adeo, ut
107 etiam † hoc caſu non habeant beneficium ordinis: ſive tales tutores admini-
ſtraverint cum dolo, ſive abque dolo: quia carentia doli non parit huiuſmodi
108 beneficium ordinis, ut dicit Bart. *in l. 1. C. de tranſact.* Etiamſi aliqui † ſine
dolo, vel culpa adminiſtraverint, aliqui cum dolo: quia carentes dolo non
poſſunt excipere, ut prius doloſi excutiantur, niſi peterent doloſos, prius excu-
ti ſuo periculo; quo caſu exceptio ordinis competit; maxime quando illi, qui
culpa carent, oſtenderent probationibus, quod unius, quem excuti poſtulant,
culpa, vel dolo tantum, damnum evenerit: atque ita intelligi debet dictum
Pauli de Caſt. *in l. 1.* & ibi Alexand. *C. de tranſact.* Ut in pluribus reis, adquo-
rum alterum tota pecunia pervenit, iuxta *l. unde quæritur, ff. commod.* & tradit
109 Bartol. *in l. 3. §. 1. in 7. quæſt. ff. de duob. reis.* Et hoc † procedit, etiamſi diviſio
adminiſtrationis tutelæ ab ipſis tutoribus vel curatoribus facta fuiſſet, *l. 2. C.
de divid. tutel. l. duo tutores, ff. de Magiſtr. conven.* Quia diviſio tutelæ non iuris, ſed
iuriſdictionis eſt, *l. inter tutores, ff. de adminiſtr. tut.* id eſt, licet dividatur admini-
ſtratio ſola, tamen ius tutelæ remanet in ſolidum & individuum apud quem-
libet tutorum. Et ideo, ſi agatur per unum ex tutoribus, cui aſſignata fuerit
admini-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

ſtratio certi loci, contra debitorem illius loci, poterit opponere compenſationem de eo, quod ſibi debetur ex adminiſtratione alterius loci: quia quo ad effectum iuris, maxime contra ius actionum, active & paſſive, nihil immutatur, per dictam diviſionem adminiſtrationis, ut tradit Salic. *in l. cunctos populos, C. de ſum. Trin. & fid. Cathol.* Hoc tamen quod † de diviſione adminiſtrationis 110
diximus, non procedit, quando conventi peterent malum adminiſtratorem, vel negligentem præſentem excuti eorum periculo, ut late tradit Barbat. *conſ.*
43. *lib.* 2. quæ videtur æqua opinio; Vel quando ‡ non eſſent omnes eiuſdem, 111
ſed diverſi ordinis: quo caſu ſi dativus male adminiſtravit, prius ille conveniatur, qui adminiſtravit, & ſecundo Magiſtratus, à quo datus eſt, antequam ad legitimum vel teſtamentarium perveniatur, *l. Lucius, 2. §. cum teſtamento, ff. de adminiſtr. tut.* & Alexand. & omnes communiter approbant, *in l. 2. C. de tranſact.* Illud hic omittendum non eſt, quod ſi à tutorib. † diviſio facta fue- 112
rit in diverſas Provincias, quod opus ſit notificare ille, cuius Provinciam negotium reſpicit, *l. 2.* & ibi Io. Faber, *C. de peric. tut. & l. ſi pluribus, ff. de authorit. tut.* Verum ſi adminiſtratio ſit in eadem Provincia, tunc ſufficit alterutri notificare, cum non ſit in conſideratione diviſio ab ipſis facta, *d. l. 2.* dummodo tamen denuncians careat fraude. Præterea etiam † ea, quæ de di- 113
viſione adminiſtrationis diximus, non procedunt his, qui negotia Reipublicæ adminiſtrant, quorum ſi aliqui deſierint eſſe idonei, alii non conveniuntur, ſed Magiſtratus. Alia enim cauſa eſt tutorum, alia eorum qui Reipublicæ negotia adminiſtrant, *l. Lucius Titius, §. Semproonii,* & ibi gloſ. *in verb. conveniri, ff. de adminiſtr. tut.*

Septimo procedit decima octava † ampliatio regulæ, quod conventus in 114
ſolidum, etiam ad uſuras eo nomine teneatur, *l. tutor, qui repertorium, §. ſi tutor, ff. de admin. tut. & l. 2. C. de uſur. pupill.*

Octavo procedit, quod † etiam eodem modo, quo unus tutor tenetur pro 115
alio, eodem modo & fideiuſſor eius, *l. ſine herede, in princ. l. ſi duo, ff. de admin. tut. l. etiam, ff. de fideiuſſ. tut. l. 1. §. uſque adeo, & ibi gl. verb. accipiendum, ff. de tut. & rat. diſtrah.* Etiamſi † ſtipulatio non fuerit interpoſita, ſed paſſus fuerit nomen 116
ſuum in acta referri: quo caſu atque tenetur, ac ſi iure legitimo ſtipulatio fuiſſet interpoſita, l. *cum oſtendimus, §. fideiuſſores, ff. de fideiuſſ. nom. & hered. tut & cur.* ubi textus † etiam hoc procedere dicit in affirmatoribus, qui ſcilicet cum 117
idoneos eſſe tutores affirmaverint, fideiuſſorum vicem ſuſtinent.

Nono procedit, quod † etiam heres pupilli poterit unum ex tutoribus eligere, in potiſſimum conſiſtere velit, quia non eſt privilegium, *l. à tutoribus, §. heredibus, ff. de admin. tut.* 118

Decimo maxime † procedit, quando quidam ſunt inidonei, quo caſu cæteri ſine dubio onerantur, neque inique, cum ſingulorum contumacia pupillo damnum in ſolidum dederit, *l. ſi plures, ff. de admin. tut.* 119

Vndecimo procedit, etiamſi † fuerint inutiliter teſtamento dati tutores, nec 120
decreto Prætoris confirmati; modo tamen negotia pupilli geſſerint, tutelæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

iudicio tenentur, *l. tutores qui*, *§. curatores teſtamento*, *& ibid.* gl. *ff. de admin. tut.*

121 Declaratur decima octava † ampliatio regulæ, ut non procedat primo, quando unus tutor eſt dativus, in locum defuncti datus, alter vero alterius ſpeciei; puta teſtamentarius, quo caſu teſtamentarius non adminiſtrans, non tenetur de mala adminiſtratione illius dativi, ſecundum Alex. *in l. 3. C. de tranſact.* & facit *l. Lucius*, *§. cum teſtamento*, *ff. de adminiſt. tut.* ſed convenitur Magiſtratus.

122 Secundo declaratur non ‡ procedere, quando unus eorum adminiſtraſſet finita tutela, quo caſu, quo ad eam adminiſtrationem, non poterit conveniri, niſi adminiſtrans; quia tunc incipit gerere ex privato: *arg. l. tutores*, *C. de neg. geſt.* & eſt caſus *in l. Divus*, *ff. de adm. tut.* & facit *l. 1. & 2. C. ſi tut. non geſſ.*

123 Tertio declaratur, non † procedere in tutore improprio, qualis hodie eſt Præfectus alicuius civitatis, qui Flandrice dicitur **Opper-voocht**/cui competit beneficium ordinis, ut prius veri tutores conveniantur, vel eorum heredes, & deinde fideiuſſores, ſi forte acceſſerunt, ut optime tradit Nic. Everardi, olim Præſes Parlamenti Mechlinienſis meritiſs. *conſ. 91.* per *§. ſciendum*, & ibi gl. Ioan. Faber, & Dd. *Inſt. de ſatiſdat.* & Bart. & Dd. *in l. 1. C. de tranſact.* & facit text. *in l. ſi plures*, *1. §. ſi parens*, *ff. de adminiſt. tut.*

124 Quarto declaratur non † procedere, quando adultus tranſegit cum aliquo tutorum, quem prius convenire debuiſſet: quo caſu alii non tenentur, ſecun-
125 dum Alex. *in l. 1. C. de tranſact.* quia † tranſigendo cum aliquo, videtur eius perſonam approbare, & eum habuiſſe pro idoneo, ut voluit Cyn. *in d. l. 1. C. de tranſact. arg. l. vir ab eo*, *ff. de iur. dot.* quod intelligendum eſt, quatenus in veritate primus ſolvendo reperiatur: quia alter non poteſt conveniri eatenus, quatenus primus eſt ſolvendo, ut tradit Dec. cum Mol. *in d. l. 1. n. 5. & 6.* ubi idem Dec. in contrarium multa allegat.

126 Verum prædicta † declaratio, maxime procedit, quando ex vi tranſactionis aliquid fuiſſet ſolutum, quæ quidem ſolutio proderit tertio ratione extenuationis debiti, ad quod omnes in ſolidum tenebantur, *l. ſi ex duobus*, *ff. de tut. & rat. diſt.* & ita gloſſ. Bart. & omnes concludunt, *in d. l. 1. C. de tranſact.* quia ſolutio ſolidi unius alios liberat, ſecundum Cornæ. *conſil. 33. nu. 21. lib. 2.* Sed eo tamen caſu confeſſio ſola de ſoluto non proderit tertio tutori abſenti, ſecundum Dd. *in d. l. 1. C. de tranſact.* licet hoc tamen non ſit ſine dubio. Et idem ‡ dicendum
127 erit, ſi pubes factus alterum tutorem liberaverit, quo caſu non poterit ex eius facto alios interpellare, etiamſi tempore fuerit liberatus: quia licet male geſſerit tempore, liberatus tamen alter pro eo non convenietur: quia perinde eſt, ac
128 ſi ſoluiſſet pro parte ſua tempore liberatus: Quod tamen † non procedit quo ad dolo quæſita, ad quæ liberatio non extenditur, ut dicit Papinianus, *in l. qui plures*, *ff. de adminiſt. tut.* in hæc verba: Qui plures tutores (inquit) habuit, ſi unum, qui ſolvendo non fuit, rationem actus ſui vetuit reddere, quoniam eius liberatio, quod ex tutela percepit, aut dolo contraxit, non eſt relicta, contutores qui ſuſpectum facere neglexerunt, ex culpa recte conveniuntur. Nec etiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

etiam procedit † quando non exciperet de tranſactione, ſed pateretur ſe con- 129
veniri, & excuſſus reperiretur non ſolvendo, ſecundum Bartol. & Alex. *in d.*
l. 1. C. *de tranſact.*

Quinto declaratur † non procedere, quando tempore depoſiti officii omnes 130
eſſent idonei, *l. ſi plures*, *ff. de adminiſt. tut. l.* 1. *C. de divid. tutel.* vitium enim
alienæ ceſſationis ad diſpendium alterius pertinere iuris ratio nō patitur, *d.l.* 1.

Sexto declaratur † non procedere, quando convento in ſolidum, compete- 131
ret beneficium cedendarum, ut tradit Alexan. *conſil.* 196. *num.* 9. *lib.* 6. & opti-
me Ronchegall. *in l.* 9. *num.* 219. *de duob. reis*, per *l.* 1. §, *nunc tractemus*, *ff. de tut.*
& rat. diſt. & l. 2. C. *de divid. tut.* ubi dicit hoc eſſe tertium remedium; quod
procedit, ſive conveniatur ex culpa contutoris, ſive ex culpa communi, *d. l.* 1.
§. *nunc tractemus*, *verſic. etſi forte.* Adeo, ut etiam huic † exceptioni non cenſea- 132
tur renunciatum per generalem renunciationem omnium beneficiorum, &
omni iuris auxilio, ut probat Bald. *in l ſi diviſa*, *C. locati.* Alex. cum Molin. *conſ.*
196. *num.* 9. *lib.* 6. *& conſ.* 196. *eod. lib.* ubi Molinæus contrarium tenentes alle-
gat, *num.* 9. ſed reprehendit Decius cum Molinæo, *conſil.* 27. *num.* 1. *& ibid.*
num 2. *&* 6. *ſeqq.* tradit, quando dicatur ſpecialiter renunciatum, & quod non
requiratur individua. Idem Dec. *conſil.* 99. *num.* 3. *& conſil.* 104. *num.* 3.
Idem *conſil.* 446. *num.* 1. & nominatim in exceptione cedendarum, tradit
Lud. Roman. *conſ.* 472. & Marſil. *de fideiuſſ. num.* 29. *& trib. ſeqq.* Id, quod
etiam amplius † procedit, ſi fuiſſet renunciatum cum iuramento: huic enim 133
beneficio non videtur eſſe renunciatum, ut tradit Ludovic. Roman. *d. conſil.*
472. Angel. *in l.* 2. C. *de fideiuſſ.* Dec. *d. conſil.* 27. & Marſil. *ubi ſupra*, *num.* 33.
Imo etiam † talis exceptio opponi poteſt in executione ſententiæ, *l. alterius*, §. 134
fin. ff. de tut. & rat. diſt. & ibi Bald. notat, Aretin. *in l. ex duobus*, 2. *ff. de duob. reis.*
Dec. *conſil.* 99. *num.* 3. *& conſil.* 446. *num.* 1. & ibi Molin. Idem *de uſur. nu.* 677.
& in Lectura, *l. error*, C. *de inr. & fact. ignor.* Etiam ſtante † ſtatuto quod contra 135
inſtrumentum nulla defenſio admittatur, tamen ius petendi ceſſionem à cre-
ditore, cui ſolvitur, non videtur tolli, ſecundum Bald. *in auth. præſente*, *verſ.*
quæro, *dicit ſtatutum*, C. *de fideiuſ.* quia nunquam videtur remota exceptio, quæ ex
eodem fonte cauſatur, ut tradit Bart. *in l. eum qui*, §. *qui ita*, *ff. de verb. oblig.* &
facit quod notat Bald. *in l. ex prædiis*, *C. de evict. ibi*, *pone quod dicit ſtatutum.*

Amplius etiam ‡ uni tutorum in ſolidum exacto, competit ipſo iure utilis 136
actio tutelæ, contra collegas, & adverſus tutorem perperam, vel calumnioſe
abſtinentem pupillum ab hereditate paterna, non ita damnoſa, *l. cum tutor*, *ff.*
de tut. & rat. diſt. Etiam ſi nihil actum † ſit de ceſſione; quæ eſt eiuſdem pote- 137
ſtatis, cuius † eſt directa, *l. actio*, *ff. de neg. geſt. l.* 1. §. *nunc tractemus*, *ff. de tut. &* 138
rat. diſt. l. 2. *in fin.* C. *de contr. iud. tutel.* Et hoc, inquit Fulgoſius, eſt quartum
beneficium hac in re à iure proditum, ut tradit Ronchegall. *in l.* 9. *num.* 219.
de duob. reis, cuius utilitates & effectus tradit Jaſ. *in l.* 1. *num.* 8. C. *de tranſact.*
Quod ‡ beneficium cedendarum introductum fuit contra eos, qui tanquam 139
ſibi debitum, & exigibile recipiunt, & receperunt, & his, qui quod ſive in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

totum, ſine in parte ab aliis, & ſe exigi poteſt, vel poterat, ſolvunt, vel ſol-
140 verunt. Hinc ſimpliciter ſolvens cenſetur † tacite paciſci de omni alio iure ſuo reſervando, id eſt, reſervato iure ceſſionis: & ſic ſemper ineſt tacitum pactum; cum hoc ſit de natura actus, *l. ſi uno, in princ. ff. locati*, *l. Papinianus*, *ff. mand. l. cum is*, *ff. de fideiuſſ.* ubi habens ius cedendarum, præſumitur ſolvere animo ceſſionis habendæ, & nominis emendi. Cui ſimile eſt, quod traditur *in l. in*
141 *fraudem*, *§. qui alio*, *ff. de iur. fiſci*, ubi qui fiſco † urgente, pro alio perſoluit, poterit etiam ex intervallo petere à fiſco perſecutionem bonorum eius, pro quo ſoluit; ergo & ceſſionem iurium fiſcalium. Nam ſi pactum privatum extranei de cedendo ſufficit ad conſervandam actionem, & ad ceſſionem ex intervallo faciendam; multo fortius hoc poterit pactum tacitum, & obligatio legis, per quam non minus creditor obligatur ad cedendum actiones, quam per pactum expreſſum extranei Et ſic quoque ſive contutor, vel alter correus principalis, ſive confideiuſſor, vel alter correus acceſſorius interveniant, eo ipſo cenſentur ab initio tacite paciſci de omni remedio iuris, ſibi ſemper ſalvo,
142 & ſic de cedendis actionibus. Denique † etiam ceſſio fieri debet convento pro culpa alterius tantum, in ſolidum, convento vero pro communi, pro parte, non ſolum dimidia, ſed pro ea parte, ſeu partibus, pro quibus ex aliorum facto, vel neglecto convenitur, *l. nomen*, *§. portionis*, *ff. de verb. ſignif.* quia cauſa ceſſionis attendi debet: *arg. l. cum pater*, *ff. de legat.* 2. Adeo, ut etiam
143 contutorib. † non exiſtendo ſolvendo, detur beneficium cedendarum, licet forte poſt fiat ſolvendo, ut tradit Nic. Euerar. *conſil.* 91. *circa fin.* per *d. l.* 1. *§. nunc tractemus*, *ff. de tut. & rat. diſt.* ubi pulchre Paul. Caſtrenſ. hoc declarat.

144 Declaratur hæc ampliatio, † ut non procedit, primo in eo, qui ex communi dolo convenitur, cui talis exceptio cedendarum non competit, *l.* 1. *§. plane*, *ff. de tut. & rat. diſtr.* quia proprii delicti pœnam ſubiit, quæ res indignum eum fecit, ne à cæteris quid doli patricibus conſequeretur; nec enim ulla ſocietas eſt maleficiorum, vel iuſta communicatio damni ex maleficio; quem textum notabilem dicit Alexand. *in l. ſi quis*, *nec cauſam*, *ff. ſi cert. pet.*
145 quam † communem eſſe, dicit Boer. *deciſ.* 59. adverſus Azonem, allegans *l.* 1. *C. de tranſactio.* & authoritatem Joan. Fabri & Alberici, *in l.* 2. *ff. de divid. tutel.* & noviſſime Ronchegall. *in dict. l.* 9. *numero* 221. dicit communem, *ff. de duobus reis*, dicens tamen eodem loco contrariam opinionem eſſe magis communem: Sed communis procedit, etiamſi dolus tantum ſit in omittendo, *d. l. ſi*
146 *plures*, *in fin.* quæ ‡ talem dolum contumaciam appellat, & per eam dicit Alex. *in l. ſi mora*, *ff. ſolut. matr.* quod contumacia dicatur maleficium.

147 Declaratur ſecundo, ut non † procedat etiam in eo, qui ex propria culpa convenitur, cui tale beneficium cedendarum non competit, ut tradit Bart. *in l.* 1. *C. de tranſact.* & eſt indubitatum; quia nullus eſt contra quem ceſſio fieri poſſet, niſi contra ipſum conventum, in quo cadere etiam non poteſt; tum quia actio & paſſio non ſtant in eodem ſubiecto, & eodem reſpectu, *l.*

deb.tori,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

debitori, *C. de tranſact.* tum, quia ceſſio † fit cum ſolvitur id, ad quod quis conventur, *l. Modeſtinus, ff. de ſolut.* qua ſolutione facta, ſolvens amplius conveniri non poteſt, *ut Inſtit. quib. mod. toll. oblig. in princ.* 148

Septimo declaratur † prædicta decima octava ampliatio regulæ, ut non procedat; quia inter plures tutores vel curatores, qui pro communi adminiſtratione conveniuntur, competit beneficium diviſionis, ut ſcilicet actio dividatur inter eos, qui ſolvendo ſunt, pro portionibus virilibus, *l. 1. §. nunc tractemus, ff. de tut. & rat. diſtr. argum. l. ſi contendat fideiuſſor, ff. de fideiuſſ.* & tenet Angel. *in l. 1. C. quo quiſq. ord. conven. lib. 11.* & facit *l. 1. & 2. C. ſi unus ex plurib. appell.* Et hoc eſſe † ſecundum remedium, dicit Ronchegall. *in d. l 9. num. 219. de duob. reis.* 149 150

Ampliatur hæc † declaratio, ut procedat primo, etiam in pluribus adminiſtratoribus alicuius civitatis, ſecundum Boer. *deciſ. 60. num. 1. & 2.* Bart. & Alberic. *in l. Imperatori, cum duab. ll. ſeqq. ff. ad municip.* qui dicit ita arreſto concluſum fuiſſe in Curia, *die 23. menſ. Junii, Anno 1523.* Adeo, ut etiam † ſufficiat tutori convento probare contutores ſuos ſolvendo fuiſſe tempore finitæ tutelæ, *l. ex perſona, C. de probat.* Licet non probet eos fuiſſe ſolvendo tempore lites conteſtatæ, ut tradit Franciſc. Aretin. *conſil. 66.* & ſequitur Ronchegall. *in d. l. 9. num. 223.* Quæ ‡ quidem exceptio, *in l. 1. §. nunc tractemus. ff. de tut. & rat. diſtr.* per Iureconſultum æquiſſima vocatur, & ratio æquitatis eſſe poteſt, ſecundum Aretin. *d. conſil. 66. col. 6. verſ. confirmatur.* Quia quantum ad effectum, idem eſt beneficium diviſionis, quo ad gerentem, qui pro facto alterius convenitur, quod eſt beneficium ordinis, quo ad non gerentem, *l. quæ de tota, ff. de rei vendic.* 151 152 153

Secundo ampliatur, quod hæ † exceptionis diviſiones, excuſſionis, vel ordinis, poſſint etiam opponi in executione ſententiæ, qua omnes ſunt in ſolidum condemnati, ut voluit Bartol. *in l. Paulus*, quem ibi ſequuntur Bald. Angel. Paul. de Caſt. Alex. & Iaſ. *ff. de re iud.* & ita quoque fuiſſe iudicatum per Arreſtum, menſe Iulii, Anno 1519. dicit Boer. *deciſ. num. 9.* ſed *num. 10.* dicit, ſibi videri opponi debere has exceptiones diviſionis vel excuſſionis, ante litem conteſtatam. 154

Tertio ampliatur, quod † etiamſi tutores de dolo conveniantur, nihilominus hæc exceptio competat, ſive is ſit in committendo, ſive in omittendo, ſecundum communem opinionem Bart. & Bald. *in d. §. nunc tractemus*, & facit *l. ſi plures, ff. de admin. tut.* Boer. *d. deciſ. 59. num. 3.* Verum Purpurat. *in l. 1. C. de tranſact.* quantum ad dolum in omittendo, dicit contrariam opinionem eſſe magis communem, ſecundum Alex. Bald. Caſtrenſ. Salic. & Iaſ. *in d. l. 1. & in l. ſi Inſulam, ff. de verb. oblig.* pro qua opinione adducunt textum *in l. in Magiſtratus, ff. de Magiſtrat. conven.* Idque ex eo, quod *l. ſi plures, ff. de adminiſt. tut.* ſolum loquatur de dolo in omittendo, qui adeo gravis non reputatur, ſicut in committendo, ſecundum gl. *in l. ſi mora, in verb. culpam, ff. ſol. mat.* & gloſſ. *in d. §. nunc tractemus.* 155

Quarto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

156 Quartò ampliatur, ut † procedat, etiamſi diviſio adminiſtrationis facta fue-
rit ab ipſis contutoribus, quod fieri poteſt, *l.* 2. C. *de divid. tut. l.* 3. §. *ult. cum l.*
ſeq. ff. de adminiſtrat. tut. Quia cum eo non obſtante in ſolidum teneantur, po-
terit tamen tutor in ſolidum conventus de beneficio diviſionis excipiere, *d. l.*
2. & ibi gl. *verbo*, *in ſolidum*, ſecundum Bald. *in d. l.* 1. C. *de tranſact.* Pro quo
facit regula, NON *præſtat impedimentum*, *lib.* 6. Quod procedit etiam, ſive ‡ omnes
157 adminiſtraverint, ſive non, ſecundum Boer. *Boer. d. deciſ.* 59. *n.* 2. *&* 3.

158 Quinto ampliatur, quod † etiam tale beneficium tutoribus ſtatim competat,
antequam conveniantur. Unde quod dicitur, *in l. ſi teſtamento*, §. 1. *ff. de fide-
iuſſ.* in tutoribus non procedit, licet aliqui contrarium teneant, ex eo quod fi-
deiuſſor, etſi habeat beneficium *authent. præſente*, C. *de fideiuſſ.* tamen dicatur de-
bitor, *l. & magis*, *ff. de ſolut.* ut tradunt Bartol. & Alex. *in l.* 1. *ff. ſi cert. pet.* &
noviſſime Molinæus *de divid. part*, 2. *num.* 55.

Sexto ampliatur, ſive † omnes ſint teſtamentarii, legitimi vel dativi, ſe-
159 cundum Boer. *deciſ.* 39. *n.* 3. *per l. ſi plures*, 2. *de adminiſt. tut.*

160 Declaratur prædicta ſeptima † declaratio, ut non procedat ſecundum com-
munem opinionem gloſſ. & Dd. in eo, qui convenitur, non ex communi, ſed
ex proprio dolo, vel culpa, ut tradit Boer. *d. loc. num.* 4. & Ronchegall. *in d. l.*
161 9. *num.* 220. *& ſeq.* dicens, communem † eſſe opinionem.

162 Secundo declaratur † non procedere, quando conventus ex communi dolo
non excipit, ſed per viam petitionis petit, implorando officium iudicis, quod
163 non poteſt: & hoc caſu limitatur gloſſa *in l. ſi contendat*, *ff. de fideiuſſ.* Verum †
hoc dictum Alexand. *in l.* 1. *C. de tranſact.* reprobat, ex quo talis petitio, quæ
fit implorando officium iudicis, tendat ad eundem effectum, ad quem exceptio
diviſionis; pro quo facit, quod cauſa naturalis & originalis, quæ defenſio-
nem procurat, ſit magis conſideranda, quam cauſa accidentalis, *l.* 3. §. *qui ha-
bet*, *ff. de tut.* & in ſpecie tradit Alexan. *conſil.* 103. *lib.* 5.

164 Tertio declaratur non † procedere, quando convenitur ex communi dolo
vel culpa: quia niſi in ſolidum delinqui non poteſt, ut tradit Ronchegall. *in*
165 *d. l.* 9. *num.* 221. *de duob. reis*, dicens, tamen † contrariam opinionem eſſe magis
communem.

166 Quarto declaratur non † procedere, quando in huiuſmodi tutelis adeſſet
iuramentum, quod ſervandum eſt in ſua forma ſpecifica, nec adimpleri poteſt
per æquipollens. Propter huiuſmodi enim iuramentum cenſetur expreſſe con-
ventum, de non petendo beneficium diviſionis, ſecundum Bald. *in l.* 1. *C.
quemad. teſt. aper.* & ita quoque tradit Franciſc. Marc. *deciſ.* 217.

167 Octavo declaratur † prædicta decima octava ampliatio regulæ principalis,
ut non procedat, quando adminiſtratio fuiſſet diviſa per iudicem, quo caſu
quilibet tenetur pro parte ſua, nec unus pro facto alterius convenitur, ut com-
muniter tradunt Dd. eſt caſus, *in l. ſi duo*, *ff. de adminiſtr. tut. & in l.* 2. *C. de divid.*
168 *tutel.* & tradit † Fulgoſ. *conſil.* 178. *nu.* 1. & Zaſ. *in l. periculum*, *num.* 7. *ff. ſi cert.*
169 *pet.* Adeo, ut etiam † huic tutori notificatio ſive denunciatio fieri debeat, ſi
qua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

qua facienda ſit, ſecundum Molinæ. *ad conſuetud.* §. 13. *gl.* 11. *n.* 10.

Verum hæc † declaratio non procedit, primo, quando unus tutorum non inſtrueret alterum, ſuper eo, quod alter neſcit ad ſuam geſtionem pertinere, ut tradit gloſſ. *in d. l.* 2. *in verb. providerunt*, *C. de divid. tut.* & facit *l. Titium*, §. *tutores*, *ff. de adm. tut.* 170

Secundo † non procedit, quando tutor non exegit ſatiſdationem rem pupilli ſalvam fore à contutoribus, cum videret eos fieri non ſolvendo, *d. l.* 2. & ibi gl. per *l. tres tutores*, *ff. de admin. tut.* 171

Tertio † non procedit, ſi per dolum alium ſuſpectum removeri non fecerit, 172
d. l. 2. *C. de divid. tutel.* Vel † ſi tarde ſuſpicionis rationem moverit, cum alter 173
non ſolvendo effectus eſſet; Aut ſi † ſuſpicionis cauſam agendo, ſua ſponte 174
iura pupilli prodiderit, colludendo cum ſuſpecto, & patiente ſe ab eo ſuperare, *d. l.* 2. *C. de divid. tutel.*

Nono declaratur prædicta ‡ decima octava regulæ ampliatio, ut non procedat, quando adminiſtratio diviſa fuiſſet per teſtatorem, quo caſu quilibet pro parte ſua tenetur, nec unus pro facto alterius conveniri poteſt, *l. ſi duo*, *ff. de adminiſt. tut.* & *d. l.* 2. *C. de divid. tut.* quæ eſt ‡ communis Dd. opinio. Pro 175
qua facit regula; quod † factum iudicis, & teſtatoris æquiparentur, *l. non eſt* 176
mirum, *ff. de pignorat. act.* Alex. *in l. filiusfamilias*, §. *Divi*, *ff. de legat.* 1. 177

Decimo declaratur † prædicta decima octava regulæ ampliatio, ut non procedat, quando unus ex pluribus tutoribus geſſerit, quo caſu ſi alii conveniantur, habent beneficium ordinis, ut ſcilicet is, qui geſſit, & ſolvendo eſt, prius conveniatur, *l.* 3. *ff. de adminiſt. tut.* & *l. fin. C. ſi tut. non geſſ. l.* 2. §. *fin. ff. de cur. bon. dan.* Nicol. Euerar. *conſ.* 91. & Marſil. *conſil.* 191. idem Marſil. *de fideiuſſ. num.* 371. & ibidem in duobus reis exemplificat, facit *l.* 1. §. *nunc tractemus*, *ff. de tut. & rat. diſtr.* Ronchegall. *in d. l.* 9. *num.* 219. *de duob. reis*, dicit, eſſe ‡ primum 178
remedium ſive beneficium tutoribus competens. Et hæc quidem † exceptio in quadam naturali æquitate fundatur, nec dicitur de apicibus iuris, ſecundum Bald. *in l.* 1. *C. de tranſact.* & Bart. *in l. Quintus*, *ff. mand.* Quæ æquitas ſuggerit, ut ad gerentem manus prius porrigantur, & primo reddat rationem qui adminiſtravit, deinde adverſus eum, qui non geſſit, & tertio loco Magiſtratus, *l.* 1. §. *nunc tractemus*, *ff. de tut. & rat. diſt.* id quod etiam communiter approbatur. Niſi † quod Ronchegall. *in d. l.* 9. *num.* 224. *de duob. reis*, dicat, contra Magiſtratum hodie de conſuetudine non ſervari, ut Magiſtratus qui tutores minus idoneos conſtituerunt, primo † loco conveniantur, ut ante eum tradit Aret. *conſ.* 29. Et ideo cum moribus utentium non ſint receptæ huiuſmodi leges quod Magiſtratus conveniantur, videtur ſufficere, quod gerens excuſſus fuerit, ut non gerens poſſit conveniri, ut tradit Bartol. *in l. fin.* §. *ſed cum antiquitas*, *C. de curat. furioſ.* & Iaſ. *in l. rem non novam*, *C. de iudic.* 179 180 181 182

Ampliatur hæc † declaratio primo, quod hæc exceptio ordinis etiam competat convento, non ſolum pro geſtis, verum etiam pro non geſtis, quæ tamen geſtis connexa ſunt, *l. tutorem, qui tutelam*, & *l. tres tutores*, *verſ. Item in eo*, *ff. de* 183

adminiſtr. tut. & tradit Aretin. *conſil.* 29. *verſ.* 59. *num.*6.

184 Connexa autem † dicuntur in his terminis, quæ geſtis cohærent, & ſeparata propriam rationem non habent, ut dicitur, *in d. l. tutorem, qui tutelam, ff. de admin. tut.* Vel quæ geſtis ita ſunt coniuncta, ut ſeparari non debuerint, *l. tres tutores, verſ in eo, ff. de adminiſt. tut.* & ibi gl. *in verbo, ſeparari.* Ubi ponit exemplum hoc tempore oportunum, in labore excutiendorum granorum, qui actui collectæ ſegetis coniunctus eſt, de quibus connexis late Menoch. *de arbitr. iud. lib.* 2. *centur.* 1. *caſu* 95.

185 Secundo ampliatur, etiamſi † ſententia lata contra eum eſſet, qui geſſit, & tutor qui non geſſit, eam approbaſſet, & promiſiſſet ſe curaturum, ut eadem ſententia haberet effectum. Nam eo non obſtante, talis confeſſio non gerentis nihil ei præiudicabit: quia licet fateatur eam recte latam, tamen non fuit faſſus eam ſibi, uti res inter alios acta præiudicare, ut tradit Bald. *conſ.* 227. *lib.* 2. iuxta *tit. Cod. quib. res iudic. non prodeſt.* Et quia non potuit ratam habere ſententiam latam adverſus eum qui geſſit, cum nihil eius nomine actum foret, *l. ſi pupilli, §. ſed ſi ego, ff. de neg. geſt. & ibid* late Bald.

186 Tertio ampliatur, ut † etiam procedat in adminiſtratoribus civitatis, juxta allegata ſupra de beneficio diviſionis.

187 Quarto ampliatur, quando † omnes tutores geſſerunt, ſed tamen unius dolo damnum evenerit: quo caſu idem eſt, ac ſi unus geſſiſſet, alter non, ita ut ille qui geſſit, ſolum teneatur, *l.* 1. *§. nunc tractemus, ff. de tut. & rat. diſt. l. ſi plures,*

188 2. *ff de adminiſt. tut.* & ita conveniunt ‡ in hoc omnes Dd. *in l.* 1. & ibi Alex. *num.* 3. *C. de tranſact.*

189 Quinto † ampliatur maxime procedere in honorariis tutoribus, qui non poſſunt conveniri, niſi prius excuſſis iis, qui geſſerunt, *l. ſi plures, §. ſi parens, ff.*

190 *de adminiſt. tut. & Novell.* 118. *verſic. ſed ſi multi.* Dicti enim ſunt † honorarii, quaſi obſervatores actus eius, & cuſtodes, imputaturque eis quandoque, cur, ſi male eum verſari videbant, ſuſpectum non fecerint; quod notandum eſt contra Epiſcopos, qui tutores honorarios ſe creari lubenter patiuntur, ut ad prædicta quoque teneantur, ut dicit Rebuff. *in l. ſolvendo eſſe, verſ. ſexta cum tutores, & in l. Paulus, ff. de verb. ſign.*

191 Sexto ampliatur etiam † in eo, qui Reipublicæ cauſa abfuit, ſi ſe ad tempus non excuſavit, qui medii teporis periculo obſtringitur, excuſſo tamen

192 prius eo, qui geſſit, *l.* 1. *C. ſi tut. vel cur. Reipubl. cauſ.* Etiam † non obſtante pacto tutorum, tamen prius convenitur gerens, vel eius heres, *l. licet, C. de adm. tut l. tutores, §. in eum ff. de adm. tut. & l. cum interdicta, §.* 1. *C. arbit. tut.*

193 Verum hæc decima † declaratio non procedit primo, quando quis geſſiſſet mandato aliorum, ſcil. non gerentis, quo caſu ſi conveniantur non gerentes, non habent beneficium ordinis, *d. l. tres tutores, in verbis, non ſolum,* & Salic. *in l.* 1. *C. de tranſact.* quia omnes per alios geſſiſſe videntur: ſecundum Boer. *d. deciſ.*

194 59. *n.* 6. *in prin.* Adeo, ut etiam † ſufficiat tacitum mandatum, licet non ſimplex permiſſio, *l. qui patitur, ff. mand.*

Secundo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Secundo non † procedit, quando is, qui geſſit, non fuit ſolvendo, vel male 195
conſtat; quo quidem caſu non eſt locus beneficio ordinis, ut dicit text. *in l. 2. C. ſi tutor non geſſ.* ubi contutor tenetur pro contutore, pro geſtis in ſubſidium, ergo tutore gerente non exiſtente ſolvendo, habetur recurſus adverſus non gerentem, *l. Lucius, §. cum teſtamento, ff. de adminiſtr. tut.* Quibus etiam accedit, quod
† cum ambo fuerint conſtituti in ſolidum ad adminiſtrandum, eo ipſo quod 196
permiſerit non gerens, ſocium & collegam adminiſtrare, videatur ei mandaſſe adminiſtrationem, maxime ubi conſtiterit, eos ſimul habitaſſe per duos annos,
arg. l. Caius, ff. de pig. act. l. fideiuſſor, §. pater Sei, ff. de fideiuſſ. Sibi enim † imputare 197
non gerens debet, cur malam adminiſtrationem gerentis non accuſaverit, cum ſupra eius humeros iſta cuderetur faba. Cum ergo fuerit in culpa, non accuſando illius gerentis malam adminiſtrationem, tenebitur in ſolidum; quia ad officium eius non gerentis ſpectabat inveſtigare adminiſtrationem gerentis. Ideoque perinde eſt, ac ſi ſciviſſet: ut probat text. *in c. innotuit. ext. de elect.*

Tertio † non procedit in adminiſtratorib. voluntariis, in quibus non admit- 198
titur exceptio ordinis, vel excuſſionis: ſecundum Salic. ex mente gloſſ. *in l. 2. C. de divid. tut.* & Aretin. *conſ. 29.* & Barbat. *conſ. 91. lib. 3.* & eſt text. *in l. 2. §. fin. ff. de curat. bon. dand.* & Bart. *in l. 3. §. ubi duo, in penult. quaeſt. de duob. reis,* quatenus interpretatur, *d. §. fin. l. 2. C. de curat. bon. dand. & in l. ſi ut certo, §. ſi duob. ff. commod.* ubi conſtituit † diſcrimen inter reos ex voluntate, & ex neceſſi- 199
tate obligatos. Et late tradit Aret. *conſ. 66.* videlicet reos obligatos ex voluntate non habere beneficium prælationis, ſecus in obligatione ex neceſſitate, & ante eum Ioan. Andreæ, *in tit. de inſtrum. edit, §. nunc. verſ. aliqua.*

Quarto non ‡ procedit in neglectis non cohærentibus, ſive non connexis 200
geſtis: quia is, qui nullo modo geſſit, conventus in ſolidum, non habet exceptionem ordinis, *l. tutores qui tutelam, §. in eum,* & ibi gl. *in verb. æqualiter, ff. de admin. tut.* & Dd. ‡ ſequuntur communiter Bartolum, idque hac ratione, quia in 201
his neglectis, quæ à geſtis ſeparata ſunt, communis eſt culpa gerentis, *l. 2. in fin. C. ſi tut. vel cur.* Ideo nulla ratio eſt, propter quam unus prior altero poſſit conveniri; unde tali caſu magis de beneficio diviſionis, quam ordinis quærendum eſt.

Verum hæc, quæ dicta † ſunt de beneficiis, tutoribus vel curatoribus com- 202
petentibus, ſcilicet ordinis, diviſionis, cedendarum, & utilis actionis, non procedunt in tutore vel curatore convento: qui ſi negaverit ſe eſſe tutorem, vel curatorem, & poſtea convincatur de mendacio, non poterit excipere de aliquo ex dictis beneficiis, quia lex æquiparat tutores & fideiuſſores, *l. 1. §. nunc tractemus, ff. de tut. & rat. diſtr.* Sed fideiuſſor negans ſe fideiuſſiſſe, convictus de mendacio, perdit privilegia fideiuſſori à lege data, *l. ſi dubitetur, §. ita demum, ff. de fideiuſſ.* Ergo idem in tutore, *arg. gl. in l. ſciendum, ff. qui ſatiſd. cog.* maxime in caſib. in quibus æquiparantur tutores & fideiuſſores, arg. gl. *in l. ſi quis ſervo, C. de furt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

203 Decimo nono † ampliatur regula principalis; quod etiam tutor notitiæ cau-
ſa datus æque teneatur, vt alii, *l. quæro*, *§. idem Paulus*, *ff. de teſt. tut.* & *l.* 1. *C. de*
peric. tut.

204 Vigeſimo ampliatur; quod etiam † curatores teneantur, ſi tutelam, vel cu-
ram ſua negligenria, ad ſe non tranſtulerint, *l. tutores qui*, *§. adoleſcens*, *ff. de*
adm. tut.

205 Vigeſimo primo ampliatur, quod † etiam pater teneatur, ſi agnouit filii
tutoris dati tutelam in ſolidum, alias de peculio, *l. ſi filius familias*, *ff. de tutel.*
206 Agnouiſſe autem pater † videtur, ſiue geſſit, ſiue gerenti filio conſenſit, ſiue
omnino tutelam attigit, *d. l. ſi filius familias.* Id quod procedit, etiamſi filius
207 familias † poſtea emancipetur, & continuet adminiſtrationem, pater tenetur
208 de dolo commiſſo, ante emancipationem filii; niſi filius dolum † commiſerit
209 poſt emancipationem, quo quidem caſu, pater non ‡ tenetur de dolo filii ſui
tutoris, *l. ſi filius familias*, *ff. de tut. & rat. diſtr.* Sicuti etiam non tenetur pater,
ſi filio tutori teſtamentario conſenſerit: vt tutelam adminiſtraret, & admini-
210 ſtrauerit, niſi de peculio, vel de in rem verſo tantum: niſi forte ‡ contutore,
vel quo alio volente filium facere ſuſpectum, pater pro eo intercesserit, &
quaſi in ſe periculum ſuſceperit, eo ſiquidem caſu, pater in ſolidum tenebitur,
l. Lucius Titius, *ff. de admin. tut.*

211 Vigeſimo ſecundo † ampliatur, quod etiam filius familias emancipatus, ſi
tutelam adminiſtrauerit, directo teneatur, *l. niſi*, *ff. de tut. & rat. diſt.* Maxime
212 dolo commiſſo ante † emancipationem, *l. ſi filius familias tutelam*, *l.* 6. & *l. ſi filius*
familias, *l.* 11. *ff. de tut. & rat diſt.* & *l. tutorem ff. de admin. tut.* de quibus filius non
tenetur, niſi in quantum facere poteſt, *d. l. tutorem.*

213 Vigeſimo tertio ampliatur, quod etiam † teneatur tutor, qui matri vel auo
adminiſtrationem commiſit & ab eis habet indemnitatis promiſſionem, ſaluo
tamen ſuo regreſſu. *l.* 2. *C. ſi mat. indem. promiſ.* Adeo, vt ſi pupillus contra
214 promiſſionem † indemnitatis agere velit, nihil obtinere poſſit, ſed agere de-
beat aduerſus tutorem, *l. tutorem*, *C. arbit. tut.*

215 Vigeſimo quarto ampliatur, quod † etiam fiſcus ſuccedens tutori per con-
fiſcationem, teneatur creditoribus confiſcati, pro ea parte qua ſuccedit, *l.* 2.
C. ad. leg. Iul. de vi.

216 Vigeſimo quinto ampliatur, quod † omnes tutores, vel eorum heredes,
coram vno eodemque iudice vocari debeant, ne continentia cauſæ diuidatur,
217 *l. omnes*, *C. arbit. tut.* Adeo, vt etiam † coram eo iudice, ſiue eius loci, vbi
218 geſſerint, ratio reddi debeat, *l.* 1. *C. vbi de ratiocin.* Imo etiam † coram iudice
domicilii, vt Curia Traiectenſis pronunciauit *Anno* 73. *in Februario inter Fopum*
Cornelii, & *Arnoldum Iodoci.*

219 Vigeſimo ſexto ampliatur, quod etiam † in hanc actionem veniat, id quod
intereſt pupilli factum eſſe, vel non, *l. eum qui*, *C. arbit. tut. l. tutelæ*, *ff. loc. l.*
220 1. *§. conſiderandum*, *ff. de tut. & rat. diſtr.* Quod † quidem intereſſe æſtimatur per
iuramẽtum in litem, tam contra tutorem, quam eius heredem, *l. tutor qui reperto-*
rium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

rium, in prin. ff. de adminiſt. tut. l. tutores, l. 2. C. de adminiſt. tut. & tot. tit. C. de in lit. iur. Tutorem quoque, qui † tutelam gerit, Sabinus & Caſſius, prout gerit in 221
ſingulas res,& tempora, velut ex pluribus cauſis obligari putaverunt, *l. tutorem, in princ. ff. de admin. tut.* Eumque etiam † teneri ad uſuras, ſi per eum ſtetit, quo 222
minus fœneraret, vel pondia compararet, *l. tutor, §. ſi poſt, ff. de adm. tut.* Sicuti
† etiam protutor tenetur qui geſſit, ad uſuras, tam de geſtis, quod non geſtis, 223
ſi alius geſturus fuiſſet, *l. 1. §. in protutel. ff. de eo, qui pro tut.* Pari modo † etiam 224
heres tutoris eius pecuniæ uſuras præſtare debet, quam ipſe agitavit, arbitrio iudicis, *l. cum oſtendimus, §. uſuras, ff. de fideiuſſ. nom. & hered. tut. & curat.*

Vigeſimo ſeptimo ampliatur, quod † actio tutelæ non detur contra tutorem, 225
durante tutela, ſed demum ea finita, *l. niſi finita, ff. de tut. & rat. diſt. & l. tutores, §. tutelæ, ff. de admin. tut.* Abſurdum enim erat, à tutore adminiſtrationis rationem negotiorum pupilli expoſcere, in qua adhuc perſeveraret, *l. ſi tutor Reipublicæ, §. ſi teſtamento, ff. de tut. & rat. diſtr.* Etiam † finita tutela datur, licet 226
fratris & coheredis impuberis adhuc tutor maneat, *l. tutores, §. tutelæ, ff. de admin. tut.* Imo † etiam omnes actiones, quæ poſt tutelam primum ortæ ſunt, 227
ceſſant inter tutorem & pupillum, *l. ſed non dantur, ff. de tut. & rat. diſt.* Amplius † etiam contutor non poteſt agere ad rationem adminiſtrationis durante 228
tutela: ſed poterit, & debet tutorem ſuſpectum poſtulare, ſi nolit adminiſtrationis conſilia communicare, *l. ſi non, C. de ſuſpect. tut. l. cum plures, in princ. & l. ſui, ff. de adm. tut.* Nec etiam curator † rationes curæ adminiſtratæ ante imple- 229
tum quintum & vigeſimum annum, durante officio, reddere cogitur, *l. ſi cui, §. fin. ff. de tut. & rat. diſt. l. cum curatore, ff. de admin. tut.* Et quod † etiam finita 230
tutela, ſi tutor pecuniam crediderit, debeat expectari dies pecuniæ creditæ, ſi non eſt quod tutori imputetur, *l. ſi tutelæ,* & ibi gl. *verb. creditæ pecuniæ, & verb. credere, ff. de adminiſt. tut.*

Declaratur hæc ampliatio, ut ‡ non procedat primo in curatore furioſi, cum 231
quo nõ tutelæ ſed negotiorum geſtorum actio eſt, quæ competit etiam, dum negotia gerit: quia non idem in hac actione, quod in tutelæ actione (dum impubes eſt is, cuius tutela geritur) conſtitutum eſt, *l. niſi, §. cum furioſi, ff. de tut. & rat. diſt.* & ratio eſt ſecundum gloſſam & Dd. ibi: quia in pupillo & adulto eſt determinatũ & ſpecificatũ certũ tẽpus; ſecus vero in furioſo, cuius officium certũ finem annorum non habet: ut tradit Ruin. *conſ. 89. n. 14. lib. 5.* dicens hac ratione
† id etiã procedere in curatore dato bonis abſentis, & curatore prodigi. Unde 232
dicit Bald. *in d. §. cum furioſi.* quod † officiales temporales non debeant ſyndicari, 233
niſi in fine ſui officii, ſecus vero ſi ſint officiales perpetui, quia tunc poterunt ſyndicari per ſuperiorem.

Secundo non † procedit in eo, qui pro tutore negotia geſſit, cum quo etiam 234
ante pubertatem tutelæ agi poteſt, quia tutor non eſt, *l. 1. §. cum eo, ff. de eo qui pro tut. l. 1. §. finita, verſ. ſed ſi,* & ibi gl. *verb. hoc caſu, ff. de contraria act. tutel.*

Tertio non procedit, quando † actio eſt vetuſtior tutela, non deſcendens ex 235
adminiſtratione, quo caſu convenitur etiam tutor durante officio; veluti ſi tu-

tor inceperit quid debere ante tutelam vel curam, ut ex mutuo, vel furto: ut tradit optima gl. *in l. adverſus, in verb. non poteſt, C. de adm. tut. l. ſi plures ff. de teſtam. tut.*

236 Quarto non procedit, quando tutor † promiſit rationem reddere in annos ſingulos, quæ promiſſio valet; cum quilibet poſſit favori ſuo renunciare, *l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact. c. ad apoſtolicam, c. porrectum. de Regul.* Vnde etiam poteſt eſſe, & ſtare, quod quis conveniatur ante eventum diei, *l. cedere diem, ff. de verb. ſignif.* Et idem dicendum, quando hoc continet ſtatutum loci adminiſtrationis tutelæ, ut hic Ultraiecti, cuius ſtatuti mentionem fecimus *ſupr. c. 38. circa fin.*

237 Quinto ‡ non procedit, quando quis à tutela remotus fuiſſet tanquam ſuſpectus, is enim eo loco haberi debet, quo eſſet finita tutela, *l. à tutela, ff. de contr. tut. & util. act.*

238 Sexto † non procedit, ſi tutor Reipubl. cauſa abeſſe cœperit, ac per hoc fuerit excuſatus; quod Reipub. cauſa aberit, tutelæ iudicio locus erit, *l. ſi tutor Reipubl. ff. de tut. & rat. diſtr.*

239 Septimo † non procedit, quando tutor in hoſtium poteſtatem pervenerit, & habuerit aliquem, qui paratus fuerit iudicium tutelæ ſuſcipere; quo caſu recte convenietur; quia finita tutela intelligitur, quamvis iure poſtlimini tutelam pristinam poſſit redintegrare, *l. ſi pupillus, §. ſi tutor, & l. ſeq. ff. de tut. & rat. diſt.*

240 Octavo † non procedit in cæteris actionibus, veluti furti, damni, iniuriæ, *d. l. ſi tutor Reipublicæ, §. fin.* & ibi gloſſ. explicat, *ff. de tut. & rat. diſt. & l. cum curatore, ff. de adminiſt. tut.*

241 Vigeſimo octavo ‡ ampliatur regula, quod hæc actio perpetua ſit, cui non præſcibatur longo tempore, *l. tutores, C. arbit. tut. & l. neque, C. quib. non obſt. long. temp. præſcript.*

242 Sed hæc regula † principalis multis modis venit declarãda. Et primo quidem declaratur nõ procedere, quando tutor inutiliter teſtamento à patre datus fuiſſet, & per errorem ſe immiſcuiſſet impuberis negotiis; quo caſu, ſi poſt comperto errore, abſtineat, & alium dari curet, non tenebitur de periculo futuri temporis ille, qui poſtea nihil geſſerit, *l. tutores, §. curator, ff. de admin. tut. l. 1. in fin. ff. de eo, qui pro tut.*

243 Secundo declaratur non procedere, quando tutor eſſet inutiliter, vel non iure datus teſtamento, nec confirmatus, quo caſu non tenetur, ſi non adminiſtraverit, *l. impuberi, ff. de adminiſt. tut. l. ſcire, §. Divi Severus, ff. de excuſ. tut. l. heredes eius, ff. de fideiuſſ. nom. & hered. tut. & curat. l. 1. & l. mater, C. de teſtam. tutel.* Si vero adminiſtraverit, tenebitur: *l. 1. ſi curator, & §. ſi quis tamen, ff. de eo, qui pro tut. l. 2. C. de confir. tut. & d. l. 1. C. de teſt. tut.*

244 Tertio declaratur † non procedere, quando nulla culpa tutoris interveniſſet, *l. ſine herede, §. Modeſtinus 1. ff. de admin. tut.*

245 Quarto declaratur † non procedere, quando neceſſaria & iuſta cauſa allegatur, cur non fecerit inventarium tutor, *l. tutor, qui repertorium, in princip. ff. de adminiſt. tut.*

Quinto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Quinto declaratur † non procedere, quando tutor ignoravit ſe tutorem datum, *l. 1. §. ex quo, l. ita autem, §. ex quo innotuit, ff. de admin. tut. l. etſi ſciſſes, C. de admin. tut. & l. ſi tutor, C. quand. ex fact. tut.* 246

Sexto declaratur non † procedere in tutore dato ad augmentum, quod pupillo poſtea obuenerit, *l. quoties, §. conſtat, ff. de adminiſt. tut.* Qui non tenetur de anteriori, ſed prior tenetur de augmento obueniente. 247

Septimo declaratur, non † procedere in tutore dato ex teſtamento, quod ruptum videbatur, quod non tenet, niſi à die confirmationis, ſive iuſſu iudicis, *l. qui iuſſus, & l. qui negotiationem, §. teſtamento, ff. de adminiſt. tut.* 248

Octavo declaratur ‡ non procedere, quando quis geſſiſſet negotia puberis, vel eius, qui nondum natus eſſet: quo caſu ceſſat actio protutelæ, ſed datur actio negotiorum geſtorum, *l. 1. §. ſi quis quaſi.* & ibi gl. *in verbis, natus eſt. ff. de eo qui pro tut.* Niſi pater † teſtamento poſthumo tutorem dediſſet, & is interim tutelam adminiſtraſſet, nec poſthumus natus eſſet: quo caſu cum eo non tutelæ, ſed negotiorum geſtorum agendum erit: & ſi natus fuerit poſthumus, tutelæ erit actio, in qua utrumque tempus veniet, & quo antequam naſceretur infans, geſſit, & quo poſteaquam natus fuit, *l. cum pater, ff. de neg. geſt. & l. 1. §. cum eo, ff. de eo, qui pro tut.* 249 250

Nono declaratur † non procedere, quo ad acta finita tutela; quando enim quis deſinit eſſe tutor, transfert ad pupillum & actionem, & omnia, quæ contracta erant in adminiſtratione, *l. temporis,* & ibi gl. *In verb. tranſlationem, C. de peric. tut. l. 1. C. in quib. cauſ. tut. hab. l. tutor, & ibi* bona gl. *C. arbit. tut.* Niſi † connexa fuerit adminiſtratio, quo quidem caſu adminiſtratio, poſt finitam tutelam veniunt in actione tutelæ: ut tradit gl. *in d. l. temporis, per l. 1. C. ut cauſæ poſt pubert. & l. 1. ff. de hered. tut. & l. ſi tutor, ff. de tut. & rat. diſt.* 251 252

Decimo declaratur † non procedere in eo, qui poſt finem tutelæ per errorem in officio duraverit, qui non tenetur de periculo, quo ad ea, quæ idonea fuerunt poſt pubertatem adoleſcentis, *l. tutores, qui poſt, in prin. ff. de admin. tut.* 253

Undecimo declaratur † non procedere, ſi litem appellationis inchoatam iuſſu Conſulum; ob rei notitiam perfecerunt, nec iudicatum perſecuti ſunt, quia non potuerunt; quo caſu eius periculo non ſubjiciuntur, *d. l. tutores qui, §. tutores, ff. de admin. tut.* & quia etiam non ſunt connexa: ut tradit gl. ibid. *verb. Judicatum.* 254

Duodecimo declaratur † non procedere in fideiuſſore tutoris, qui non tenetur ad ea, quæ finita tutela tutor ſponte geſſerit, *l. Lucius, §. quaſitum, in fin. ff. de adminiſt. tut.* 255

Decimo tertio † declaratur non procedere, quando poſt mortem pupilli nomen deſinit eſſe idoneum, quo caſu tutor periculo eximitur, *l. cum poſt mortem, ff. de admin. tut. l. cum ad augmentum C. in quib. cauſ. tut. hab.* 256

Decimo quarto ‡ declaratur non procedere, quando pupillus ſine tutore ſtipulatus fuiſſet, rem pupilli ſalvam fore & poſt pubes factus, ratum habuiſſet, quo caſu tollitur tutelæ actio, *l. ſi pupillus, ff. de novat.* 257

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

258 Decimo quinto † declaratur non procedere, quando poſthumus, cui datus eſſet tutor, non fuiſſet natus, quo caſu ceſſat tutelæ actio, quia nullus pupillus eſt: vel etiam protutelæ actio, quia nulla ſignificati eſt protutelæ, neque etiam negotiorum geſtornm iudicio tenetur, quia adminiſtraſſe negotia eius, qui natus non eſt, non videtur, ſed dabitur in eum utilis actio, *l. poſthumo, ff. de tut. & rat. diſt. l. cum pater, ff. de neg. geſt.*

259 Decimo ſexto declaratur, non † procedere in curatore certæ rei, vel litis, qui de alio non tenetur, nec ſubjicitur periculo adminiſtrationis, *l. ad protegendam, C. de in lit. dand. tut.*

260 Decimo ſeptimo declaratur ‡ non procedere in eo, qui tutor nominatus decreto Præſidis, habens excuſationem, abſolutus fuit, ad quem non pertinet periculum adminiſtrationis tutelæ, *l. ſi tutor, C. de excuſ. tut.*

261 Decimo octavo etiam † periculum futuri temporis non timet, qui remotus fuit ut ſuſpectus, decreto Prætoris. Iniquum enim videretur removeri quem à tutela, vel cura, in futurum autem non eſſe ſecurum, *l. decreto Prætoris, ff. de ſuſpect. tut.*

262 Decimo nono declaratur non procedere † in curatore, qui non tenetur pro tutore, nec econtra tutor pro curatore, *l. 1. C. de adminiſt. tut. l. tutor, ſive curator, ff. de adminiſt. tut.* Niſi nomina † aſſignata agnoverint, vel ſuſceperint: quo
263 caſu ſuſcipiendo nomina, periculum in ſe transferunt, ſed tunc imminens, non vero ſi aliud ſuperveniat ſine eius culpa, ut eſt gloſſ. *in d. l. tutor, & l. qui nominib.* & ibi gl. *ff. de adminiſt. tut. l. ſi probatum eſt, ff. de tut. & rat. diſt.*

264 Vigeſimo declaratur † non procedere in matre, quæ licet tutorem petierit dari filio, tamen non tenetur, niſi hoc decreto magiſtratus fuerit comprehenſum, *l. 1. & 3. ſi mat. indem. promiſ.*

265 Vigeſimo primo declaratur † non procedere in nominatore tutoris vel curatoris minus idonei, ut magiſtratibus, adverſus quos non ante pervenire poterit, quam bonis nominati, itemque fideiuſſoris eius, nec non collegarum, ad quorum periculum conſortium adminiſtrationis ſpectat, excuſſis, *l. adverſus nominatorem, C. de magiſtrat. conven.*

CAP. XL.

De actione tutelæ contraria.

SUMMARIA.

1 *Tutor, ſi quid erogaverit de propria pecunia in gerenda tutela, illam repetit cum uſuris actione tutelæ contraria.*

2 *Quod à tutoribus vel curatoribus bona fide erogatur, potius iuſtitia, quam aliena authoritate firmatur.*

3 *Quo authore conſtet hac actio tutelæ contraria.*

4 *Officium*

4 *Officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum.*
5 *Tutor repetit, quod ipſe nomine cambiorum, pro aliis ſolvit: ſive vice ſortis, ſive intereſſe.*
6 *Tutor hac actione repetit, quod bona fide fecit, licet adverſum eventum habuerit, quod geſtum fuit.*
7 *Tutor cum pupillo habet contrariam tutelæ actionem, ſi impenderit aliquid in rem pupilli.*
8 *Tutor pro pupillo ſe obligans, habet contrariam actionem tutelæ, etiam antequam ſolvat.*
9 *Tutor rem ſuam creditoribus pupilli obligans, hanc actionem contrariam habet.*
10 *Pater pupilli, ſi tutori aliquid debeat, conſequitur tutor hac actione.*
11 *Tutor ſalarium ſibi à iudice conſtitutum, hac actione repetit.*
12 *Tutor finita tutela, agit pro pecunia, quæ ei abeſt, etiam cum uſuris.*
13 *Tutori agenti contrario tutelæ iudicio, caveri debet arbitratu iudicis, quod nomine tutelæ ei abeſt.*
14 *Expenſas repetit tutor à pupillo, quas in lite bona fide fecit, etiamſi ſuccumbat, modo iuſtam litigandi cauſam habeat, alias ſecus, num.* 16. 17.
15 *Defenſio pupilli eſt unum de ſubſtantialibus tutelæ.*
18 *Tutor in ratione pupilli reputabit etiam viatica.*
19 *Quando quis dicatur habere bonam vel malam cauſam, remiſſive.*
20 *Condemnatus in dubio præſumitur habuiſſe malam cauſam.*
21 *Pro ſententia præſumitur.*
22 *Doctorum virorum communis opinio eſt iuſta cauſa litigandi, & excuſat à calumnia præſumpta.*
23 *Tutor rerum Italicarum conventus à creditore provinciali, & ſolvens quod ad alterum tutorem pertinebat, tutelæ judicio reputari poteſt.*
24 *Hæc actio ei datur, qui pro tutore negotia geſſit.*
25 *Curatoribus adoleſcentis, furioſi, prodigi, datur hæc actio.*
26 *Idem in curatore ventris.*
27 *Heredibus quoque tutorum datur hæc actio.*
28 *Tutor etiam repetit hoc iudicio, quod ante tutelam impendit, modo verſum fuerit in rem pupilli; ſive connexum fuerit, ſive non.*
29 *Tutor etiam repetit, quod poſt tutelam impenſum fuit, modo connexum ſit.*
30 *Hæc actio quoque datur, etiamſi pupillus iudicio tutelæ non experiatur, quia forte ei nihil debeatur, ſed ipſe debeat.*
31 *Tutori ſuſpecto remoto, datur quoque hæc actio, ad repetendum quod in rem pupilli impendit.*
32 *Heredibus quoque datur hæc actio.*
33 *Fideiuſſoribus tutoris conventis ex ſtipulatione rem ſalvam fore, competunt eædem reſtitutiones ſive reputationes, quæ tutoribus.*
34 *Adverſus quos detur hæc actio.*
35 *Quid perſequimur hoc actione.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

36 *Tutor conſequitur uſuras à pupillo, etiam poſt finitam tutelam. Ampliatur n.* 37. *Limitatur n.* 38.
39 *Tutor pro pupillo ſe obligans, habet hanc actionem antequam ſolvat.*
40 *Tutor hac actione agit, ut mandentur ſibi actiones à pupillo adverſus contutores.*
41 *Quamdiu duret hæc actio.*
42 *Hæc actio non datur durante tutela.*
43 *Tutor ſumptus quos in rem pupilli mala fide impendit, hoc iudicio non repetit.*
44 *Tutor, ſi ſumptus non expedientes pupillo fecit, ipſi, non pupillo imputantur.*
45 *Impenſas magnas factas à tutore in cauſa pupilli, non ſemper Iudex admittit.*
46 *Impenſas immodicas à tutore factas in funere patris pupilli, non ſemper Judex admittit.*
47 *Impenſæ turpes à tutore, in cauſam pupilli factæ, à judice admittendæ non ſunt.*
48 *Impenſas ſimoniacas non repetit tutor, qui pro pupillo ſuo eas fecit.*
49 *Tutor non exigens à debitoribus pupilli, ubi poteſt, tenetur.*
50 *Tutor pro contutore iudicato pecuniam ſolvens, hac actione non repetit à pupillo, ſed ab eodem, vel eius heredibus.*
51 *Expenſæ factæ circa perſonam tutoris, non imputantur, niſi per iudicem ſalarium ei fuerit conſtitutum.*
52 *Quid ſi tutor in rem pupilli plus impenderit, quam eſt in facultatibus.*
53 *Judicis arbitrio relinquitur utilis ſit impenſa pupillo, & tutori computanda, nec ne.*
54 *Sumptuum petitio, ſi fuerit reiecta, & tutor acquieverit, Judex id reſarcire non poteſt contrario iudicio.*
55 *Actio tutelæ confunditur, quando pupillus tutori ſuccedit, pro ea parte, pro qua ſuccedit.*
56 *Heres non tenetur ſervare factum defuncti, niſi pro ea parte, pro qua eſt heres.*
57 *Quando dicatur confundi obligatio.*
58 *Confuſione actionis civiliter liberari dicimur.*
59 *Pro ea parte, qua debitor creditori ſuccedit, vel econtra confunditur obligatio, pro aliis vero partibus competit actio contra coheredes.*
60 *Confuſio ſolutionis exemplo liberat.*

DIximus Capite præcedenti de actione tutelæ directa, & utili, nunc reſtat, ut poſtremo videamus, de actione tutelæ contraria, in qua talis regula
1 conſtituenda eſt: Quod † tutor, ſi quid erogaverit de propria pecunia in gerenda tutela, illud repetat cum uſuris, actione tutelæ contraria, *§. tutores, Inſtit. de oblig. quæ ex quaſ. cont. l. quid ergo, §. contrarium iudicium, ff. de cont. tut. & ut*
2 *act.* Maxime, quando † erogavit tutor bona fide; nam id quod à tutoribus vel curatoribus bona fide erogatur, potius iuſtitia, quam aliena authoritate
3 firmatur, *l.* 3. C. *de adminiſtrat. tut.* Quam † quidem contrariam tutelæ actionem Prætor propoſuit induxitque in uſum, ut facilius tutores ad adminiſtrationem accederent, ſcientes pupillum quoque ſibi obligatum fore ex ſua adminiſtratione:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

niſtratione: quanquam enim ſine tutoris authoritate pupilli non obligentur, nec in rem ſuam tutor obligare pupillum poſſit; attamen receptum eſt, ut tutori ſuo pupillus, ſine tutoris authoritate, civiliter obligetur, ex adminiſtratione ſcil. Etenim provocandi erant tutores, ut promptius de ſuo aliquid pro pupillis impenderent, dum ſcirent ſe recepturos id, quod impendiſſent, *l. 1. ff. hoc tit.* Æqualitas enim ſervanda eſt inter tutorem & pupillum, ut ſicut tutor ad ſuſcipiendum onus quaſi publicum, plerumque compelli poteſt; ita viciſſim æquum erat, ut haberet hanc de indemnitate actionem, ad conſequendum id, quod expendiſſet: Alioquin ‡ enim diceremus, quod officium ſuum fuiſſet 4
ei damnoſum, contra *l. ſi quis ex ſignatoribus, ff. quemad. teſt. aper. & l. ſi ſervus, §. quod vero, ff. de furt. & l. ſi mandaſſem, in fin. ff. mand.*

Amplia regulam primo, ut † procedat, ſive tutor ſolverit quid aliis vice 5
ſortis, ſive, & multo magis, nomine cambiorum pro intereſſe. Adeo, ut etiam ſufficiat, ut tutor † hoc bona fide fecerit, etſi adverſum eventum habue- 6
rit, quod geſtum fuit, *l. quid ergo, §. ſufficit, ff. hoc tit.* ut in ſimili de mandatario dicitur, *in l. ſi quis alicui, §. impendia, ff. mand.*

Secundo ampliatur etiam, ſi † tutor aliquid impenderit in rem pupilli, *d. §.* 7
tutores, & d. l. 1. §. an in hoc, ff. hoc tit.

Tertio ampliatur etiam, ſi tutor † pro pupillo ſe obligaverit, ut liberetur ab 8
obligatione, *d. §. tutores, & d. l. 1. §. an in hoc, & l. 3. §. contrarium, ff. hoc tit.* quo quidem caſu habet tutor contrariam actionem, etiam antequam ſolvat, *l. ſi tutor, ff. hoc tit.* Quaſi nihilominus ei abſit, cuius nomine obligatus eſt, *d. l. 1. & 2. & l. ſi quis mandante, ff. de neg. geſt. l. ſi mandato, ff. mand.*

Quarto ampliatur, ut † procedat etiam, ſi tutor rem ſuam creditori pupilli 9
obligaverit, *d. §. an in hoc.* aut ſi tutori aliquid debeat † pater pupilli, quorum 10
exactionem ideo diſtulerit, quia tutor erat. Æquum enim eſt, ut indemnitatem conſequatur, niſi integram adhuc habeat actionem adverſus heredes, quæ adverſus parentem competebat, *d. l. 1. §. an in hoc. verſic. quid tamen.* Nam ſicuti quodcunque aliud quod geſſit pro utilitate pupilli, contrario iudicio conſequitur; ita etiam id, quod ſibi debetur, conſequi debet, vel eius ſecuritatem. Ergo etſi ex cauſa, quæ tempore finitur, obligatio aliqua fuit, tutelæ contrarium iudicium eſſe ei opinor.

Quinto ampliatur, quod † etiam tutor hac actione ſalarium petere poſſit à 11
iudice conſtitutum, *l. à tutoribus, §. fin. ff. de adminiſt. tut.* Et generaliter † ſi quid 12
tutori abfuerit propter tutelam, repetit cum uſuris, *d. l. quid ergo, §. contrarium, ff. hoc tit.*

Sexto ampliatur, quod † ſi tutelæ à tutore agatur, & incertum ſit, quantum 13
ab adverſariis debeatur, quod eo nomine tutori caveri debeat, mota lite, arbitratu iudicis, quod eo nomine ei abſit, *l. ſi tutelæ, ff. de tut. & rat. diſt.*

Septimo ampliatur, quod † etiam tutor agens cauſam pupilli, ſi iuſtam liti- 14
gandi rationem habeat, etiamſi ſuccumbat, expenſas, quas bona fide in lite fecit, à pupillo repetere poſſit, ſecundum Bart. *in l. 1. §. ſi pupillus, in 3. lectura, num. 1.*

num. 1. ff. de tut. & rat. diſt. l. quoties, §. ſicut, ff. de adminiſt. tut. l. 3. §. ſufficit, ff.
hoc tit. l. ſumptus, C. de adminiſt. tut. Idem Bart. *in l. ſi pupilli, ff. de neg. geſt. l. 4. C.*
de in lit. dand. tut. & ita quoque conſuluit Ruin. *conſil. 1. num. 23. & 24. lib. 3.*
15 Nam † cum unum de ſubſtantialibus tutelæ ſit, pupillum indefenſum non re-
linquere, *l. fin. & ibi not. C. de curat. fur. & l. fin. defenſionem, C. de admin. tut.*
Poteſt tutor pro defenſione pupilli, omnes opportunas impenſas tanquam de-
16 bitas, & utiles, imputare, quia adimplet id, ad † quod ex officio eſt obligatus,
& hoc ſi pupillus bonam & iuſtam cauſam fovebat: quo cauſa etiam, ſi con-
trariam ſententiam reportaverit, tenetur appellare, ſolemnia adimplere, alio-
quin ſi ceſſaret, iudicio tutelæ teneretur, *l. quoties, §. ſicut, ff. de admin tut.* & eſt
text. opt. *in l. ſi bonam, C. de adminiſt. tut.* & tradit Specul. *in tit. de Advocato, §.*
utriuſque quamquam, num. 15. verſ. item etiam caveat. & Ruin. *conſil. 119. lib. 5.* Se-
17 cus † vero ſi malam cauſam inſtitueret, quo caſu non debet talis impenſa ac-
ceptari, nec pupillo imputari, ut *in d. §. ſicut*, & eſt text. expreſſus, *in l. non eſt*
ignotum, C. de admin. tut. & notat Cyn. *in l. fin. eod. tit.*
18 Octavo ampliatur, quod etiam † tutor ſumptus litis, & viatica reputabit in
ratione pupilli, *l. 1. §. pupillus, ff de tut. & rat. diſt.* Quando autem dicatur habere
19 bonam, vel † malam cauſam litigandi tutor, tradit gloſſ. *in l. Herennius, ff. de*
20 *evict. in fin.* Vbi dicit, quod † in dubio, quando quis eſt condemnatus, præ-
21 ſumatur habere malam cauſam, *c. 1. de elect. in 6.* Quia præſumitur † pro ſen-
tentia, ſecundum Decium *in c. quoniam, num. 32. & aliquot ſeqq. ext. de probat.* Si
tamen ex evidentia facti aliud appareret, & omnis Doctorum ſententia contra
res prius iudicatas militaret, tunc aliud eſſet dicendum: quia diceretur habere
bonam cauſam, quantumcunque contrariam primam ſententiam reportave-
rit, forte ex imperitia iudicantis vel alterius motu; & hoc eſt, quod voluit
textus, *in d. l. ſi bonam cauſam*, C. *de adm. tut.* quæ tutorem inſtruit ut appellet.
22 Nam proborum † & eminentiorum Doctorum opinio communis eſt iuſta
cauſa litigandi, & excuſat alios à calumnia præſumpta, ſecundum Innocent.
in cap. ne innitaris, de conſtitut.
23 Nono ampliatur, quod etiam † tutor rerum Italicarum conventus à credi-
tore provinciali, ubi rem pupillus habuit, ſi ſolverit, quod ad alterum tutorem
pertinebat, id tutelæ iudicio reputari poteſt, *l. Titium & Mævium, §. fin. ff. de*
admin. tut.
24 Decimo ampliatur, quod hæc † actio non ſolum detur tutori, verum etiam
ei, qui pro tutore negotia geſſit, *l. 1. §. hæc actio, ff. hoc tit. & l. ei qui, ff. de eo, qui pro tut.*
25 Vndecimo ampliatur, quod † etiam hæc actio detur curatori pupilli, adole-
ſcentis, furioſi vel prodigi, *d. l. 1. §. hæc actio, verſ. ſed etſi, ff. hoc tit. & l. ait Præ-*
tor, §. 1. verſ. etſi furioſi, ff. de neg. geſt.
26 Duodecimo ampliatur etiam † in curatore ventris, hoc eſt, mulieris, propter
ſpem partus in poſſeſſionem miſſæ, quæ ſententia Sabini fuit, exiſtimantis cæ-
teris quoque curatoribus, ex iiſdem cauſis dandum contrarium iudicium, *d. l.*
1. §. hæc actio, verſ. idem in curatore.

Decimo tertio heredibus † quoque tutoris datur hæc actio contraria tutelæ, 27
ſi eam ſummam ſolverint, in quam obligati pupilli fuerunt, *l. heredem tutoris, ff. hoc tit.*

Decimo quarto ampliatur, quod † etiam iudicio contrario tutelæ præſtetur 28
id, quod in rem pupilli verſum fuerit ante tutelam, ſive connexum fuerit, ſive
non, *l. quid ergo, § iudicio*, & ibi gl. *verbo, ante impenſum, ff. hoc tit.* Vel † etiamſi 29
poſt tutelam impenſum fuerit, dummodo tamen connexum probetur, *d. l. quid ergo, §. iudicio contrario*, & ibi gl. *verb. ante, ff. hoc tit.*

Decimo quinto ampliatur, quod † etiam hæc actio detur, etſi pupillus iudi- 30
cio tutelæ non experiatur, quia forte nihil ei debeatur, ſed ipſe debeat, *l. 1. §. ult. ff. hoc tit. l. 3. C. eod.*

Decimo ſexto ampliatur, quod † etiam is contrario iudicio tutelæ agere po- 31
terit, qui ut ſuſpectus remotus fuit ad repetendum, quod in rem pupilli impendit, *l à tutela, ff. de contrar. & ut. tutel. act.*

Decimo ſeptimo ampliatur, quod hæc † actio etiam heredibus competat, *l.* 32
3. §. hanc actionem, ff. hoc tit.

Decimo octavo ampliatur, quod † etiam fideiuſſoribus tutoris ex ſtipulatio- 33
ne rem ſalvam fore conventis, competant eædem reſtitutiones ſeu reputationes, quæ tutoribus, *l. ſi cum fideiuſſoribus, ff. de fideiuſſ & nom. & hered. tut.*

Decimo nono ampliatur, quod etiam † hæc actio detur in heredes, cæteroſ- 34
que ſucceſſores pupillorum quorundam, vel adoleſcentium, & in eos quoque ad quos ea res pertinet, *l. quid ergo, §. ult hoc tit.*

Vigeſimo ampliatur, quod etiam † tutor repetit, quod impendit, cum uſu- 35
ris, quæ in regione obſervantur, vel his, quib. mutuatus eſt, (ſi neceſſe habuit
mutuare, ut pro pupillo ex iuſta cauſa erogaret) vel his à quibus pupillum li-
beravit, vel quibus caruit tutor, ſi nimirum profuit pupillo pecuniam eſſe exo-
lutam: Quas etiam † uſuras conſequitur tutor poſt finitam tutelam, quo ad ei 36
pecunia reddatur, nec enim debet ſterilis eſſe pecunia.

Quod procedit † etiam, ſi pupillus non habeat pecuniam promptam, vel 37
otioſam, ſed tantum depoſitam ad prædiorum comparationem, quam ille de-
ſideravit, ut promeretur, nec obtinuit, niſi tutor non poſtulaverit à † Præ- 38
tore, ut pecunia depoſita promeretur, vel hoc minus deponeretur: quo caſu ei imputari poterit, *d. l. 3. §. uſuras*, etiam ſi aliquid pecuniæ pupillaris debuit fœnerare, nec fecerit; Vel aliquid in ſuos uſus verterit, quo caſu nec ipſe uſuras conſequetur, nec pupillo præſtabit, *l. quid ergo, §. uſuras, & §. plane, ff. hoc. tit.*

Vigeſimo primo ampliatur, quod † etiam tutor agere hoc iudicio poterit, ad 39
liberationem obligationis, quam fecit pro pupillo, antequam ſolveret, *l. ult. ff. hoc tit.*

Vigeſimo ſecunde ampliatur, quod † etiam agere poſſit tutor, ut mandentur 40
ſibi actiones à pupillo, adverſus contutores, *l. ſi non ex propria, C. hoc tit.*

Vigeſimo tertio ampliatur, quod † etiam hæc actio perpetua ſit, *l. quid ergo,* 41
§. fin. ff. hoc tit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

42 Declaratur regula primo, ut non procedat † durante tutela, ſed demum finita cura, id eſt, finito tutelæ, vel curationis officio: Sed ſi pro tutore negotia geſſit, vel etiam curam adminiſtraverit, locus erit iudicio etiam ſtatim; quia hoc caſu in ipſum quoque ſtatim actio competit, *l. 1. §. finito, & l. à tutela, in princ. ff. hoc tit.*

43 Secundo declaratur † non procedere, ſi ſumptus mala fide impenderit in rem pupilli, *l. quid ergo, §. iudicio, verſ. deducuntur, ff. hoc. tit.*

44 Tertio declaratur † non procedere, quando fecerit ſumptus pupillo non expedientes, qui tutori, non pupillo imputantur, *l. 1. §. prætere a, ff. de tut. & rat.*
45 *diſt. & l. quid ergo, in princip. ff. hoc tit.* Sicuti † etiam non repetit tutor, nec admittet Iudex impenſas immodice factas in lite proſequenda, licet obtineat tutor, ut tradit Bart. *in l. 2. num. 1. ff. ubi pupill. educ. deb. ex gl. l. generaliter, C. de*
46 *epiſc. & cleric.* ſed Iudex eas taxabit. Nec pariter admittet Iudex † immodicas impenſas, quas fecit tutor in funere patris, vel aliorum, quorum impenſa ſpectabat ad pupillum, ut tradit gloſſ. *in d. l. 2. in verbo, pro modo facultatum*, citans *l. ſi quis ſepulchrum, §. ſumptus, ff. de relig. & ſumpt. fun.* Nec quoque iudex admit-
47 tet † impenſas, quas fecit tutor in re turpi: puta, in alendo fratrem ſpurium ipſius pupilli, quod in negotiorum geſtore, reſpondit Aretin. *conſil. 48. num. 3.* & facit gloſſ. *in l. quæ utiliter, ff. de neg. geſt.* quam notabilem dixit Corſetus *in ſuo ſingulari, in verbo; Simonia.* quo loci ſcribit; quod ſi quis ſimoniace impendit
48 etiam ex mandato, ut alteri beneficium conferatur, non poſſe eum impenſas illas repetere.

49 Quarto † declaratur non procedere, quando pupillus habuit multos debitores, quos tutor potuit exigere, & non exegit, ut optime tradit Mar. Soc. *conſ. 148. n. 24. & ſeq. lib. 1.* per text. expreſſum, *in l. quid ergo, §. uſuras, ff. hoc tit.* ubi clare probatur, quod ubi alioquo modo ex ſubſtantia, & facultatibus pupilli poteſt exſolvi æs alienum, numquam debeat pupillus uſuris gravari.

50 Quinto declaratur † non procedere, quando tutor pro contutore iudicato, pecuniam ſolverit, quo caſu ei nullum iudicium contra pupillum competit, ſed ab eodem, vel eius heredibus repetit, *l. 1. C. hoc tit.*

51 Sexto declaratur † non procedere, quoad ſumptus factos in ipſos tutores, excepto ſalario conſtituto à judice, *l. à tutoribus, in fin. ff. de admin. tut.*

52 Septimo declaratur † non procedere, quando tutor plus impendit, quam eſt in facultatibus pupilli, niſi tamen expediret pupillo, ita tutelam adminiſtrari: cæterum ſi non expedit, dicendum erit abſolvi pupillum oportere: neque enim in hoc tutelas adminiſtrari, ut mergantur pupilli, *l. quid ergo. in princ ff. hoc tit.*
53 Conſiſtit itaque in iudicis conſideratione, an expenſa, quæ excedit introitus & facultates pupilli, utilis ſit, & computanda tutori, nec ne, *d. l. quid ergo. in princ.*

54 Octavo † non procedit, quando horum ſumptuum reputatio vel petitio fuerit reiecta ſeu reprobata, & tutor ei acquieverit, quo caſu Iudex non debet contrario iudicio id ſarcire, *l. 1. §. præterea, ff. hoc tit.*

Nono

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Nono & ultimo non † procedit, quando pupillus tutori ſucceſſit, quo caſu 55
extinguitur actio tutelæ, & pro ea parte confunditur, *l. ſi pater, C. hoc tit. l. licet,*
C. ad leg. falcid. & l. ſi ab eo, C. de negot. geſt. quia heres non tenetur ſervare ‡ factum 56
defuncti, niſi pro ea parte, pro qua eſt heres, *l. cum à matre. C. de rei vendic.* nam
licet heres & defunctus dicantur una & eadem perſona, ut in §. 1. *in Authent. de*
iureiur. à morient. præſtit. Hoc tamen verum eſt pro ea parte, pro qua eſt heres, &
non ultra, ut eſt gloſſa finalis, *in l. 2. de heredit. act.* Confundi † autem dicitur 57
obligatio, quotiens debitor creditori, vel creditor debitori heres exiſtit: in
eandem enim perſonam utriuſque iure concurrente, in eum res redit locum,
ut manere obligatio non poſſit, *l. ſicut. l. Stichum. §. aditio. ff. de ſolution.* Alioquin
ſibi ipſe debere quis videretur, quod nec naturalis nec civilis ratio patitur, *l. de-*
bitori. C. de pactis. Sed eo modo † civiliter liberari dicimur, *l. penult. ff. de ſolut.* 58
nimirum, quod ſola iuris ratione, abſque naturali pecuniæ numeratione, vel rei
promiſſæ præſtatione, liberatio contingat, inefficaxque ita conſtituatur obli-
gatio, ut iam peti quod debetur non poſſit, *l. 3. ff. de ſeparat.* Verum † ſi debi- 59
tor heres à creditore relictus fuerit caſu quo ſupra, pro hereditaria tantum por-
tione debito liberatur, de reliquo ſalvæ manebunt coheredibus, & in coheredes
actiones, *dict. l. ſi ab eo, C. de negot. geſt. & l. ſi debitori. ff. de fideiuſſ.* & erogata à
tutore bona fide, poſſunt per coheredem pupillo compenſari, vel contrario
iudicio repeti, *dict. l. ſi pater. C. de contr. iud. tut.* Confuſio † autem ſolutionis 60
exemplo liberat, *l. ſi id quod. ff. de liberat. leg.* & quod plus eſt ſolutionis pote-
ſtate, *l. ſi debitori creditor. & l. Uranius, ff. de fideiuſſ.* Nam cum debitor creditori
ſuo heres exiſtit, ratio inter heredem & hereditatem ponitur, eoque am-
plior & locupletior hereditas, quaſi ſoluta pecunia, quæ debebatur,
ad creditorem perveniſſe intelligitur, *l. ſi ei cui, §. ſi is qui, ff. de evict.*
Et vice verſa, cum debitori ſuo creditor ſuccedit, minus
in hereditate eſſe videtur, tanquam ipſa heredi-
tas heredi ſolverit.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

INDEX VERBORUM ET RERUM OMNIUM LOCUPLETISSIMUS, QUÆ IN HOC tractatu continentur.

A

ABecedarii non excuſantur à tutela, cap. 35. reg. 1. n. 201.

Abeſſe Reipublicę cauſa, qui dicantur, c. 21. n. 10.

Abſens Reipublicæ cauſa ſuſceptam antea tutelam, deponere non poteſt, c. 21. n. 9.

Abſens tutor dari poteſt à judice, & quando, c. 23. n. 5.

Abſens Reipublicæ cauſa, tutor à judice non datur, c. 23. n. 35.

Abſentis conditio cauſa Reipublicæ, in nullo deterior fieri poteſt, aut debet, c. 26. n. 51.

Abſens cauſa Reipublicæ excuſatur à tutela, & ab omnib. muneribus. c. 35. reg. 1. n. 88.

Abſentes municipii cauſa, non habent annum vacationis expleto munere. c. 35. n. 93.

Abſentes cauſa Reipublicæ, non excuſantur in perpetuum à tutela cœpta, ſed tantum ad tempus, & interim ejus loco datur curator, c. 35. n. 96.

Abſens cauſa Reipublicæ petere debet curatorem dari, vel ſaltem proponere excuſationem. c. 35. n. 97.

Abſens Reipublicæ cauſa trans mare in perpetuum excuſatur c. 35. n. 98.

Abſens cõdemnatus videtur magis condemnatus ob cõtumaciam, quam malam cauſam. c. 36. regula. 8. num. 6.

Abſentia longa æquiparatur morti. c. 37. reg. 1. n. 21.

Acceptilatio facta tutori, vel curatori per pupillum durante tutela, an, & quando valeat, c. 30. n. 76.

Actio tutelę contraria, non idem jus habet, quod directa, ut tacita hypotheca procedat in bonis minoris. c. 31. effectu 2. num. 39.

Actiones ſubſidiariæ quæ, c. 32. regul. 7. n. 34.

Actio ſubſidiaria pupillo, vel adulto, quando competat. c. 32. num. 35.

Actio ſubſidiaria, unde introducta c. 32. n. 36.

Actio ſubſidiaria datur adverſus quem libet in ſolidum, niſi omnes fuerint ſolvendo, quo caſu datur beneficium diviſionis c. 32. n. 42.

Actio ſubſidiaria etiam datur contra heredes Magiſtratuum, qui omnio omiſerunt petere cautionem. c. 32. n. 45.

Actio ſubſidiaria datur heredibus pupillorum, in magiſtratus c. 32. n. 50.

Actio ſubſidiaria datur etiam in eum, qui electus fuerit ad æſtimandas tutorum ſatiſdationes. c. 32. n. 55.

Actio ſubſidiaria datur contra Scribam, vel alium Notarium, qui minoris quam debuit res minoris, vel veram ſubſtantiæ taxationem paſſus fuerit occultari, dolo vel negligentia. c. 32. num. 56.

Actione ſubſidiaria tenentur falſa renunciantes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

ciantes de tutorum facultatibus. c. 32. n. 58.
Actio ſubſidiaria, cur pupillis tantum competat in Magiſtratus minores, non autem majores, c. 32. n. 66.
Actio ex natura rei, in qua ipſa continetur, vel ad quam competit, mobilis vel immobilis judicatur. c. 33. n. 159.
Actio quæ datur ad aliquid mobile, computatur inter mobilia. c. 33. n. 160.
Actio perſonalis ex ſtatuto competens pro rebus immobilibus, cenſetur mobilis, c. 33. num. 161.
Actio competens ad rem, quæ ſervando ſervari non poſſit, cedi poteſt ſine decreto. c. 33. n. 164.
Actio ſuſpecti adverſus quos detur. c. 36. regula 6. num. 1. 5. 6. 7. 11. 12.
Actio ſuſpecti eſt quaſi publica, & omnibus patet. c. 36. regula 7. num. 1.
Actio ſuſpecti cur quaſi publica appelletur, c. 36. reg. 7. n. 2.
Actio ſuſpecti quibus detur, & adverſus quos. c. 36. reg. 7. n. 13. 19. 20.
Actio tutelæ & poſtulatio ſuſpecti non concurrunt, niſi ceſſante actione tutelæ. c. 36. reg. ult. num. 4.
Actio de rationib. diſtrahendis, quibus detur. c. 38. n. 103.
Actio de rationibus diſtrahendis in heredem, cæteroſque ſucceſſores non datur, quia pœnalis eſt. c. 38. n 104.
Actio de rationibus diſtrahendis, in duplum eſt, licet in ſimplo perſecutionem contineat, non tamen dnpli pœna. c. 38. n. 105.
Actio de rationibus diſtrahendis quando, & quamdiu competat. cap. 38. n. 106. 107.
Actio tutelæ demum exercetur finita tutela. c. 38. n. 190.
Actio tutelæ directa, datur contra tutorem, qui non fecit officium ſuum, cap 39. n. 1.
Actio pro tutelæ, quando exerceri poſſit, & adverſus quem competat, c. 39. n. 27. 28.
Actio tutelæ directa, cui detur vel non detur, & àdverſus quos detur. c. 39. n. 78. & 81.
Actio tutelę directa perpetua eſt, nec præſcribitur longo tempore, cap. 39. n. 241.
Actio utilis tutelæ ejuſdem eſt poteſtatis cujus eſt directa. c. 39. n. 138.
Actio tutelæ non datur contra tutorem durante tutela, ſed ea demum finita. c. 39. n. 225.
Actio tutelæ datur finita tutela, licet ad hoc quis tutor maneat fratris & cohæredis impuberis. c. 39. n. 226.
Actiones inter tutorem & pupillum ceſſant, quarum cauſa & origo poſt tutelā demum orta fuit. c. 39. n. 227.
Actio tutelæ contraria, qui authore conſtet. c. 40. n. 3.
Actio tutelæ contraria etiam eiſdatur, qui pro tutore negotia geſſerit. c. 40. n. 24.
Actio tutelæ contraria datur, etiam ſi pupillus judicio tutelæ non experiatur, quia forte ei nihil debeatur, ſed ipſe debeat c. eod. n. 30.
Actio tutelæ contraria adverſus quos detur, quid perſequamur, & quamdiu duret. c. eod. n. 34. 35. 41.
Actio tutelæ contraria non datur durante tutela, c. eod. n. 42.
Actio tutelę confunditur, quando pupillus tutori ſuccedit pro ea parte, pro qua ſuccedit, ca. eod. n. 55.
Actor vel curator datur pendente excuſatione non tutor. c. 21. n. 7.
Actor gerens nomine tutoris, & ejus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

ejus periculo conſtitutus, non tenetur conficere inventarium, ſed ſufficit tutorem confeciſſe. c. 32. Reg. 5. num. 91.
Actor qui mandato curatoris adminiſtravit, & omnis alius ſubſtitutus à tutore vel alio adminiſtratore rationem reddere tenetur. c. 38. n. 86.
Actor datus in locum tutoris abſentis, vel alias impeditus, datur periculo tutoris. cap. 39. n. 86.
Actores plures ab uno vel pluribus tutorib. conſtituti in ſolidum tenentur ut tutores. cap. 39. n. 104.
Actus morientium pure facti, ſuſpenſionem non recipiunt. c. 8. n. 16.
Actus legitimi non recipiunt diem nec conditionem. cap. 10. n. 9.
Actus non poteſt incipere à caſu, quo finiti debet. c. 15. n. 110.
Accurſius Azonis diſcipulus. c. 7. num. 17.
Accuſatio ſuſpecti per procuratorem fieri non poteſt, quia eſt cauſa quaſi criminalis & ardua. c. 32. Reg. 9. num. 49.
Adminiſtrator non poteſt emere bona illius, cujus adminiſtrat. cap. 30. num. 60.
Adminiſtrator vel negotiorum geſtor tenetur conficere inventarium c. 32. Reg. 5. n. 73.
Adminiſtrator Reipub. debet diligenter inſpicere horrea, & ſartorum tectorum curam habere, alioqui ſi neglexerit, damnum ejus reſarcire tenebitur. c. 32. Reg. 9. n. 264
Adminiſtrator quacũque cauſa, quæ Prætori juſta videtur, removetur, c. 36. Reg. 1. n. 2
Adminiſtrator omnis rei alienæ de levi culpa tenetur. cap. 39. num. 33.
Adminiſtrator civitatis habet beneficium diviſionis & ordinis. c. 39. n. 151. 186.
Adminiſtratores gerentes tutelam de mandato eorum, qui non adminiſtrabant, beneficium ordinis non habent, c. 39. n. 193.
Adminiſtratores voluntarii in ſolidum obligati, non habent exceptionem ordinis vel excuſſionis, cap. 39. num. 198.
Adminiſtratio licet fuerit per judicem decreta, legitimi tutores adhuc dicuntur, c. 7. n. 28.
Adminiſtratio diviſa per teſtatorem, quilibet tutorem pro parte tenetur, c. 39. n 175.
Adoleſcens quis ſecundum Cenſorinũ. c. 37. reg. 2. n. 4.
Adoleſcentes ante ætatem 25. annorum, nec beneficio liberorum, ſuarum rerum adminiſtrationem recipiunt à curatoribus, c. 37. n. 32
Adoleſcenti furioſo curator datur ut adoleſcenti, non ut furioſo, cap. 37. n. 97.
Adulti minores 25. annis, dant liberis tutorem, modo ſapiant, penſoq; conſilio in eo uſi ſint, c 8. n. 5.
Adulto vel minori agenti ad intereſſe lucri ceſſantis, non debetur intereſſe, nec pro eo agi poteſt, aut jurari in litem, c. 32. reg. 9. n. 205.
Adultus curatore carens, poteſt alienare mobilia omnia ſine decreto, cap. 33. n. 145.
Adultus curatore carens habetur pro majore, quantum ad hoc ut geſta per eum valeant, c. 33. n. 146.
Adultus poteſt ex neceſſitate fideicommiſſi cedere actionem ſine decreto, ſed pupillus ſine tutore non poteſt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

c. 33. n. 163.
Adultus in mora non conſtituitur per interpellationem, quæ fit de re, quæ ſervando ſervatur ſine judicis decreto. c. 33. nu. 388.
Adultus curatorem habens, poteſt libere cauſa mortis donare inſcio curatore, licet contradicat. c. eod. n. 463.
Adultus præſumitur contractum à curatore factum eo abſente ignorare. c. eod. n. 552.
Adulti poſſunt accuſare curatorem de ſuſpecto, cum conſilio conſanguineorũ. c. 36. reg. 7. nu. 15.
Adultus curatorem habens, æquiparatur pupillo, vel ei, cui bonis interdictum eſt. cap. 37. reg. 2. num. 62.
Adultus curatorem habens, pupillo non æquiparatur, quando agitur de adultis liberandis. c. eod. n. 67.
Adultus poteſt ſuo curatori ac etiam extraneo abſque alicujus auctoritate hereditatem reſtituere. c. eod. n. 68.
Adultus ſine curatore teſtamentum facere poteſt. c eod. num. 69.
Adultus non reſtituitur adverſus teſtamentum ſuum, vel ultimam voluntatem, c. eod. n. 70.
Adulto doloſe inducto ad teſtandum datur venienti ab inteſtato actio de dolo contra heredem ſcriptum, vel in factũ ad intereſſe c. eod. n. 71.
Adultus habens curatorem, poteſt etiam per viam teſtamenti alienare, & executorib. poteſtatem dare alienandi bona immobilia ſine decreto. c. 37. num. 73.
Adultus teſtari poteſt etiam invito curatore. c. eod. n. 74.
Adultus curatorem habens, poteſt facere contractus, qui ſapiant ultimam voluntatem, ſine curatoris auctoritate, ut dedicare ſe & ſua monaſterio. c. eod. nu. 75.
Adultus jurans conventa contractus adimplere, poteſt conveniri ex juramento ſine curatore. c. eod. n. 80.
Adulto non datur curator niſi volenti. c. 37. n. 81.
Adultus poteſt agere contra curatorem pro mala adminiſtratione ante finitam tutelam, ſecus in pupillo. c. 37. num. 82.
Adultus debitorem ſuum procuratorem conſtituens, non videtur eum ut debitorem idoneum ex cauſa præambula approbare, & curatorem ſuum liberare velle. c. 39. n. 77.
Ætas, vide ſub lit. E
Agnatus locuples ſatiſdatione non oneratur. c. 32. regul. 7. num. 26.
Alienatio bonorum, lite pendente, ſuper interdictione facta, an valeat. c. 28. n. 42.
Alienatio rerum immobilium minorum ſine cauſæ cognitione & judiciali decreto facta, non valet. c. 33. n. 1.
Alienatio fieri debet de rebus minus damnoſis, & de reditu magis, quam de prædiis minoris. c. 33. n. 15.
Alienatio facta ſine prævia ſolemnitate, eſt nulla. c. 33. n. 18.
Alienatio mobilium minoris, quæ ſervando ſervari poſſunt ſine decreto, non valet, c. 33. n. 139.
Alienatio rei minoris, licet cum decreto facta ſit, vili tamen pretio, reſcinditur per in integrum reſtitutionem. c. 33. num. 423.
Alienatio rei immobilis valet, quando ea minori non eſt damnoſa, ſed utilis, c. 33. n. 450.
Alienatio an valeat rei Eccleſiæ, ſi utilis ſit ipſi Eccleſiæ. c. 33. n. 454.
Ali-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Alienatio facta per adultum, in ultima voluntate, valet, c. 33. num. 462.
Alienatio minoris quando rata haberi poſſit, & quid requiratur, ſecundum Pet. Rebuff. & Carol. Ruin. c. 33. n. 549.
Alienatio bonorum minoris per adverſarii dolum facta, nec tempore, nec facto convalidatur poſt perfectam minoris ætatem, c. 33. num. 564.
Alienatio bonorum minoris, ſi duplici vitio labora, nullitatis ſcilicet, & læſionis, non convalidatur ex ratificatione, juxta tit. *Cod. ſi mai. fact. alien. ſin. dec. rat. hab.* c. 33. num. 570.
Alienatio omiſſa authoritate tutoris vel curatoris, & ſolennitate decreti à jure requiſita, firmatur, & validatur, ſi interveniat juramentum præſtitum per puberem. c. 33. n. 575.
Alimenta augentur aucta perſona. c. 32. reg. 9. n. 222.
Alimenta pro quantitate patrimonii pupilli ſunt præſtanda, c. 32. n. 223.
Alimenta ex reditibus, non ex proprietate præſtari debent c. 32. n. 224.
Alimenta augentur aucto patrimonio, & econtra. c. 32. n. 226.
Alimenta decernuntur pupillo ſecundum conſuetudinem regionis, c. 32. num. 227.
Amor patris in liberos inæſtimabilis. c. 3. n. 37.
Amoris intuitu multa introducta contra juris regulas, c 8 n. 4.
Anima cunctis rebus preferenda, c. 4. n. 38.
Anni nubiles, c. 5. n. 110.
Anni prætextati. c. 5. n. 114.
Anno quinquageſimo quinto nemo cogi poteſt ad militiam c. 5. n. 152.
Anno quinquageſimo quinto excuſatur quis a muneribus perſonalibus, c 5. n. 153.
Annus petendi tutorē non currit ſequētibus, proximiore ſuperſtite, c. 18 n. 8
Annus ad petendum tutorem, an debeat eſſe finitus ut locus ſit pœnę. c. 18. n. 32
Annus completus quando dicatur. c 37. reg. 1. n. 42.
Annus completus in beneficialibus, & ſpiritualibus reputatur ætas 25. annorum. c. 37. n. 50.
Anaxilanus Rheginorum Tyrannus ſervo ſuo credidit tutelam librorum ſuorum cum univerſi regni adminiſtratione, c. 37. n. 12.
Appellatio hodie admittitur a ſententia etiam ipſo jure nulla ex conſuetudine c. 5. n 86.
Appellari à tutelæ delatione non poteſt, c. 35. reg. 2. n. 1.
Appellari poteſt a rejecta excuſatione. c. 35. n. 2.
Appellatio admittitur à decreto jure antiquo, c. 35. n. 5.
Aphobi tutoris Demoſthenis perfidia. c. 4. n 3.
Arbiter ad ſuum arbitrium poteſt eligere locum honeſtum ad decretum interponendum, c. 33. n. 59.
Arreſtum Pariſienſe circa interpretationem, *l. pro officio, C. de adminiſt. tut.* c. 31. effectu 2. num. 40.
Arreſtum curiæ Ultrajectinæ. c. 37 reg. 2. n. 149.
Areta Ariſtippi filia poſt patrem ſcholas cum laude erexit, & diſciplinas docuit. c. 4. n. 17.
Argentarius rationem reddere debet argētarie ubi illam exercuit. c. 38. n. 92.
Argumentum bonum á tutela ad educationem, & econtra c. 15. n. 81
Argumentum à teſtamentis ad judicia,

 ſive

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

ſive à teſtatore ad judicem in jure frequens, c. 23. num. 1.
Arrogatio pupillorum quibus ſit permiſſa, & quæ conſideranda, c 31. effectu 7. n. 2.
Arrogatione impuberis finitur tutela, c. 37. reg. 2. n. 98.
Arrogatus tranſit in poteſtatem arrogantis, c. 37. n. 99.
Arrogatio dicitur minima capitis diminutio, c. 37. n. 100.
Aſſeſſoris officium, c. 27. num. 28.
Auth. Ingreſſi, C. de ſacroſ. eccleſ. apud Belgas non obſervatur, c. 3. n. 24.
Auth. Minoris, C. qui dar. tut. an locũ habeat in omni tutore; & de ejus intellectu; & an locum habeat in tutore faciente inventarium cum æſtimatione rerum ſingularium, c. 9. n. 63. 65. 66.
Auth. Matris & Aviæ, an locum habeat in proavia, c. 15. n. 9.
Auth. ſacramenta puberum, non obſervatur in regno Franciæ, c. 33. n. 577.
Auth. ſacramenta puberum, quando locum non habeat, c. 33. n. 579. 592.
Authores juris noſtri á Peripateticis ſunt inſtituti, c. 8. n. 27.
Authoritas tutoris non gerentis tutelam non validat actum, c. 30. n. 21.
Authoritas per epiſtolam, vel tutore abſente interpoſita, non valet, c. 30. n. 29.
Authoritas interpoſita ab eo, qui ignoravit ſe eſſe tutorem, non valet, c. 30. n. 32
Authoritas mala fide interpoſita, nihil operatur, c. 30. n. 34.
Authoritatem tutor ut præbeat, præſentia animi requiritur, non corporis, c. 30. n. 39.
in præſtanda Authoritate, an formalia verba ſufficiant, vel æquipollentia, c. 30. n. 41.
Authoritas tutoris tacita ſine verbis ſufficit in actibus tacitis, cap. 30. num. 44.
Authoritas præſumitur, ſi poſt actum intervenerit factum conſentire debentis diuturnum, c. 30. n. 48.
Authoritas interpoſita incontinenti poſt actum valet, c. 30. n. 50.
Authoritas ſubſequi poteſt re integra etiam ex intervallo, ſi agatur de commodo pupilli. c. 30. n. 53.
Authoritas in ipſo actu non requiritur, quando utraque pars poſt actum petit confirmationem. c. 30. n. 55.
Authoritas tutoris in teſtamento non requiritur, c. 33. n. 322.
Authoritas curatoris neceſſaria non eſt in negotiis publicis, ut in nunciatione novi operis, cauſa juris publici, c. 37. reg. 2. n. 77
Avo centum relinquente cuilibet nepoti, qui tempore mortis ſuæ vivet, etiam is, qui in utero eſt admittitur, c. 8. n. 30
Avia poſtponitur matri in tutela, c. 15. n. 6.
Avia, ſive materna, ſive paterna præfertur legitimis & dativis, c. 15. n. 39.
Avus maternus in tutela vincit aviam & patruum, c. 15. n. 47
Avia non petens tutorem nepotibus, indigna judicatur eorum ſucceſſione, c. 18. n. 3
Avus gerens tutelã neptis ex filio emancipato natæ, poteſt eam nepoti ex altero filio in uxorem dare, c. 31. effect. ult. n. 10.
Avia rationem reddere tenetur, c. 38. n. 63.
Azo maximę & receptiſſimę authoritatis doctor, c. 7. n. 16.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

B.

BAldus doctor oculatiſſimus, & omnium ſui temporis celeberrimus c. 26. n. 2.

Bannitus perdit jura civitatis in iis quæ tendunt ad ipſius commodum, non autem incommodum. c. 26. n. 41.

Bannitus condemnatus de falſo, videtur magis condemnatus ob contumaciam quam falſitatem. c. 36. reg. 8. n. 7.

Bona quomodo probentur conſumpta ſine culpa. c. 32. reg. 5. n. 70.

C.

CAii Caſſii Longini ortus. c. 23 n. 49.

Caſſius Longinus licet luminibus orbatus, ſub Tiberio tamen conſul fuit cum Quartino. c. 23. n. 50.

Caſſius, Neronis crudelitate in exilium miſſus, & in Sardiniam Inſulam deportatus eſt. c. 23. n. 53.

Caſſius Caſſianæ ſcholæ Princeps, & parens fuit. c. 23. n. 54.

Caſſius ſub Caligula juſſus erat interfici, ſed Caſſium ſervavit fatalis neceſſitas in ipſum Caligulam irruens. c. 23. n. 55.

Caſſius reſtituitur in priſtinum ſtatum à Veſpaſiano. c. 23. n. 56.

Caſſi mors c. 23. n. 57

Caput multa ſignificat. c. 3. n. 1. 2. 3. 4. 8. 13.

Caput ſanctior pars in homine. c. 3 n. 6.

Caput hominis pecutiens, occidendi voluntatem habuiſſe præſumitur. c. 3. num. 7.

Caput liberum quomodo accipiatur in definitione tutelæ. c. 3. n. 28.

Capitale ingenium. c. 3. n. 10.

Capitalis pœna. c. 3. n. 20.

Capitalis pœnæ appellatione venit pœna mitior in dubio, & nō mortis, c. 3. n. 21

Capitulum gerens negotia ſede vacante, reddere tenetur rationem novo Epiſcopo. c. 38. n. 81.

Charundas Thuriorum antiquus Legiſlator, quo tempore vixerit. c. 6. n. 11

Cautio rem pupilli ſalvam fore, à quibus inventa. c. 19. n. 12.

Cautio juratoria non ſufficit in adminiſtrandis officiis. c. 32. reg. 7. n. 13.

Cautela doctorum pro matre in dando tutore. c. 8. n. 40.

Cautela pro tutore & curatore, ut eligat advocatum peritū. c. 31. effect. 6. n. 3.

Calculator, qui numerandi artem docet, non excuſatur à tutela. c. 35. reg. 1. n. 211.

Calculatio & computatio erronee facta, denuo & reiterato eſt revidenda. c. 38. n. 146.

Calculi error ſemper poteſt allegari & deduci. c. 38. n. 145.

Calculatio male compoſita & facta, denuo reducenda eſt ad rectam compoſitionem & veritatem. c 38. n. 147.

Calculator à judice datus, impedit retractationem. c. 38. n. 172.

Calculatores electi de conſenſu partium dicuntur legitime electi. cap. 38. n. 187.

Calculis & computationibus factis à deputatis & electis, quandoque non eſt ſtandum. c. 38. n. 188.

Ceſſio a pupillo tutori facta, non valet. c. 30. n. 79.

Ceſſio minoris debiti alternativi valet ſine decreto, ca. 33. n. 158.

Ceſſio quando fiat. c. 39. n. 148

Chriſtiani cum Iudæis non poſſunt cohabitare, nec ſimul in balneo ſtare, aut ab iis medicinam recipere c. 4. n. 33.

Chriſippus ſummæ Stoicæ ſapientiæ præfectus. c. 8 n. 28.

Citatio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Citatio in prodigo quando præſumatur, c.28. n. 34.
Civis alterius civitatis tutor dari poteſt, & quando. c 9. n. 22.
Civitati non datur tacita hypotheca in bonis ſui debitoris, qui bona civitatis non adminiſtraverit, c. 31. effect. 2. n. 30.
Civitas, que non habet fiſcum privilegium tacitæ hypothecæ non habet, c. 31. n. 31.
Civitas ſuperiorem non recognoſcens, an concedere poſſit alienationem bonorum immobilium minori, c. 37. regul. 2. num. 46.
Clauſula: *valeat jure alterius cujuſlibet voluntatis*: quid operetur, c. 10. n. 20.
Clauſula codicillaris an ſuſtineat teſtamentum nullum ex cauſa præteritionis, cum poſthumus, vel alius filius eſt ignoranter præteritus, c. 12. n. 25.
Clericus ob non petitum tutorem pupillo excluditur à ſucceſſione pupilli, c. 18. n. 20.
Clerici unam tantum tutelam legitimam ſuſcipere poſſunt ex jure cognationis, non tamen coguntur inviti, c. 35. reg. 1. n. 195.
Clerici in minoribus conſtituti excuſantur á tutela, c. 35. num. 196.
Clerici cogi poſſunt pro miſerabilibus perſonis ad tutelam in ſubſidium, alio tutore idoneo non exiſtente, c. 35. num. 197.
Clerici non reſidentis, vel circa miniſteria divina deſides, non excuſantur à tutela, c. 35. num. 198.
Clericus non excuſatur quo ad tutelam ante ordinem clericalem ſuſceptam, c. 35. n. 199.
Clericus habens beneficium in Eccleſia, ab onere ejuſdem Eccleſiæ ſe excuſare non poteſt, c. 35. n. 216.
Clytus à Martiale notatur, quod ſæpius uno in anno natalem ſuum celebraret, ut munera à cognatis amicíſque captaret, c. 32. reg. 9. n. 151.
Cœcus à judice tutor dari non poteſt, c. 23. n. 39.
Cœcus proprie quis dicatur, c. 23. n. 40.
Collatio facta Eccleſiæ minori non valet, tanquam facta inhabili, c. 37. reg. 2. n. 20.
Collatio facta minori 25. annorum non convaleſcit, licet lite pendente, fiat major & habilis, c. 37. n. 21.
Colonus patrimonialis Principis a tutela excuſatur, c. 35. reg. 1. n. 224.
Colonus fiſci & temporalis non excuſatur, c. 35. n. 225.
Communionem habens cum minoribus, ab eorum tutela arcetur. c. 9. n. 60.
Coadiutor tutoris, & quilibet alius, qui gerit per ſe & non periculo alterius, tenetur conficere inventarium, cap. 32. reg. 5. n. 74.
Conditio ſolemnitatem continet, c. 15 n. 61.
Conditio reddendarum rationum non impletur, niſi de iis, quæ ſcripta ſunt in Codice rationum fiat omnibus fides, quæ ab eo geſta ſunt. c. 38. num. 11.
Condemnatus in dubio præſumitur habuiſſe malam cauſam, c. 40 num. 20.
Conductor longi temporis turbatus in naturali ſua poſſeſſione habet interdictum UTI POSSIDETIS, nec expelli poteſt, c. 33. n. 398.
Confeſſio facta ſine authoritate curatoris minori nocet. c. 3. n. 64.
Confesſio minoris rei facta in judicio criminali ſine curatore, ei non nocet, &

& læſus reſtituitur, cap. 32. reg. 9. num. 63.
Confeſſio facta à minore 25. annorum, non nocet, etiam ſi intervenerit juramentum, c. 32. n. 66. reg. 9.
Confeſſio minoris abſq; authoritate curatoris facta contra alium, ut teſtis valet, c. 32. n. 77. reg. 9.
Confeſſio tutoris de recepto, ſive ejuſdẽ apocha, an obſit pupillo, c. 32. reg. 9. n. 123.
Confeſſio geminata inducit probationem etiam inter abſentes, licet verba ſint enunciativa, c. 38. n. 163.
Confeſſio geminata tollit præſumptionem erroris juris, c 38. n 164.
Confeſſio extorta per dolũ, & deceptive, nihil operatur, c. 38. n. 183.
Confuſione actionis civiliter liberari dicimur, c. 40. n. 58.
Confuſio ſolutionis exemplo liberat, c. 40. n. 60.
Connexa quæ dicantur, c. 39. n. 184.
Conſanguineus inimici ſuſpectus reputatur, c. 36. reg. 1. n. 41.
Conſtantinus Imperator primus Chriſtianus, c. 25. n. 4.
Conſtitutio Servii Tullii, de ſingulis recens natorum capitibus, c. 3. n. 16.
Conſuetudo loquendi obſervanda in verborum ſignificatione, c. 2. n. 11.
Conſuetudo excuſat tutores à non confectione inventarii, c. 32. reg. 5. n. 93
Conſuetudo contra ſtatutũ an ſit attendenda, c. 33. n. 49.
Conſuetudo & ſtilus fori habet vim ſpecialis privilegii Principis. c. 33. n. 57.
Conſulis officium in dando tutore, c. 19. n. 10.
Conſules civitatum, Scabini, & alii adminiſtratores injuſtã litem proſequentes, tenentur judicati, c. 31. ef. 6. n. 4.
Conſules & Scabini rationem reddere tenentur de pecuniis civitatis receptis, c. 38. n. 75.
Contractus factus contra legem tenet, licet ſit nullus, quantum ad commodũ contrahentis, non tamen ad ipſius incommodum. c. 26. n. 37.
Contractus ab officiali celebratus, durãte officio, ſilentio 30. annorum confirmatur. c. 30. n. 73.
Contractus inter tutorem & pupillum, factus in præſentia amicorum, vel judicis, non valet, niſi Iudex ex magna cauſa approbaverit, c. 30. n. 81.
Contractus inter tutorem & pupillum celebratus, poteſt à pupillo majore facto approbari, c. 30. n. 84.
Contractus pupilli cum tutore celebratus valet, ſi ex eo contractu reſultet commodum pupillo, c. 30. n. 85.
Contrahens cum pupillo dicitur eſſe in mala fide. c. 30. n. 105.
Contractus quando dicatur fieri palam, & bona fide cum pupillo, c. 30. n. 92.
Contractum approbare videtur petens terminum ad ſolvendum. c. 32. reg. 5. n. 64.
Contractus factus à minori communi opinione reputato ſui juris, valet. c. 33. n. 478.
Contumax in non reſpondendo habetur confeſſo, in eo quod tendit in damnũ, c. 26. n. 40.
Contumacia procuratoris nocet domino c. 31. effect. 2. n. 11.
Contutor ob inopiam alterius non habet actionem adverſus magiſtratum, c. 32. reg. 7. n. 65.
Contutor à contutore poteſt & debet ex cauſa ſatiſdationem petere, alias ipſo jure tenetur, c. 32. reg. 9. n. 44.
Conventio facta cum pacto, qui non

 poſſim

poſſim revocare adminiſtrationem, non valet. cap. 38. n. 47
Copula poſita inter duo ſubſtantiva idem ſignificãtia, reſolvitur in adjectivum alterius. c. 2. n. 9
Correctio juris in dubio non eſt inducenda, & quando hoc procedat. c. 4. n. 50
Creditor arcetur a tutela, vel cura pupilli debitoris. c. 9. n. 56
Creditor vel debitor, an curator dari poſſit. c. 9. n. 59
Creditori vel debitori pupilli aliquando contutor vel curator adjungitur. c. 9. n. 62
Creditor vel debitor, an tutor a judice dari poſſit. c. 23. n. 26
Culpa quid. c. 36. reg. 3. n. 5
Culpa leviſſima quæ, cap. 36. reg. 3. n. 9.
Curator non datur furioſo in poteſtate patris conſtituto. c. 3. n. 35
Curator datur minori in cauſis beneficialib. agenti, poſt annum ætatis decimum quartum. c. 3. n. 62
Curator datur minori in caſtrenſibus, vel quaſi, ſi agere velit. c. 3. n. 63
Curator teſtamento regulariter non datur. c. 8. n. 20. & c. 24. n. 5
Curator ventri datus, definit eſſe curator, nato poſthumo. c. 8. n. 34
Curator datur adulto nemine petente, ex officio judicis, cum conſilio conjunctorum. c. 17. n. 12
Curator abſens a judice dari non poteſt ut agat adverſus tutorem. c. 23. n. 6
Curator unde dictus. cap 27. num. 1
Curator hoc loco quis. cap. 27. n. 8
Curatores multiplicis generis. cap. 27. num. 9
Curatores legitimi quibus dentur. c. 27. n. 10
Curator honorarius ſive dativus, cap. 27. num. 11
Curator bonorum. c. 27. n. 12
Curator ventri datus. c. 27. n. 13
Curator ad lites. c. 27. n. 14
Curator portionis. c. 27. n. 15
Curator Cæſaris vel Principis cap. 27. num. 16
Curator divinæ vel dominicæ domus c. 27. n. 20
Curator Reipublicæ. c. 27. num. 24
Curator civitatis. c. 27. n. 25
Curator calendarii, & a quibus creatus c. 27. n. 29
Curator operum, & a quibus creatus, & ad quid teneatur. c. 27. n. 30. 31
Curator municipiorum. c. 27. n. 32
Curator. viarum. cap. 27. num. 33
Curatores frumenti & olei emendi, & a quibus muneribus immunes. c. 27. n. 38. 39
Curator corporum. c. 27. n. 40
Curator regionum urbis. c. 27. n. 41
Curator ad colligendas collectas & impoſitiones regis. c. 27. n. 42
Curator aquarum. cap. 27. numer. 43.
Curator legitimus. cap. 7. n. 26.
Curator datur captivo. cap. 28. n. 2
Curator datur ſurdo & muto c. 28. n. 3
Curator ventri datur. cap. 28. num. 4
Curator datur furioſo majori etiam 25. annis. c. 28. n. 5
Curator furioſo non datur ſine inquiſitione. c. 28. n. 9
Curator furioſo non datur in pupillari ætate conſtituto. c. 28. n. 10
Curator a judice non datur, niſi deficientib. agnatis. c. 28. n. 12
Curator datur ſeni deliro. c. 28. n. 25
Curator datur prodigo etiam minori 25. annis c. 28. n. 26
Curator datur prodigo non petenti. c. 28. n. 27.
Curator datur aſſiduo luſori. c. 28 n. 49

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Curator an detur muliere prodigæ, c. 28. n. 50
Curator an detur viro luxurioſo c. 28. n. 54
Curator datur hereditati jacenti, c. 28. n. 56
Curator datur hereditati jacenti, nemine petente, ex officio judicis, cap. 28. n. 60
Curator datus hereditati jacenti, an poſſit intentare remedium *l. fin* C. *de edict, Divi Hadr. toll.* c 28. n. 61
Curator hereditatis jacētis poteſt movere actiones tempore non perituras, & perituras, ſi neceſſitas urgeat, c. 28. n. 62.
Curator hereditatis jacentis an compromittere poſſit, c. 28. n. 63
Curator datur eccleſiæ vacanti, ſi vacatio diutina ſit, c. 28. n. 66
Curator eccleſiæ à quo detur, cap. 28. n. 67
Curator datur bonis debitoris, & quando, c. 28. n. 68.
Curator datur bonis cedentis, & que ſit ejus poteſtas, c. 28. n. 69
Curator datur ſubſtantiæ ejus, cujus pater eſt apud hoſtes, c. 28. n. 70
Curator liti datur, c. 28. n. 71
Curator datur bonis abſentis vel vagabūdi, & quando, c. 28. n. 72
Curator eſſe non poteſt fœmina, ca. 28. n. 73
Curator dari non poteſt minor 25. annis, bonis abſentis, c. 28. n 75
Curator eſſe non poteſt affectans curam bonorum abſentis, niſi probus & diligens, c. 28. n. 76
Curator bonis abſentis datur, nemine petente, c. 28. n. 80
Curator datus bonis abſentis, ad quid teneatur, c. 28. n. 81
Curator datus bonis abſentis, an poſſit intentare actiones perituras, & nō perituras, & quando, c. 28. n. 82
Curator non datur cęco, nec impuberi, c. 28. n. 86
Curatores cur dentur Regibus, Ducibus Baronib. c. 28. n. 87
Curatoris appellatione in diſpoſitione legis, venit tutor, ſecus in diſpoſitione hominis, c. 29. n. 2.
Curator bonis tantum datur, cap. 29. n. 7
Curator perſonæ furioſi datur principaliter, c. 29. n. 9
Curator licet detur rebus, non tamen negligere debet inſtitutionem & gubernationem minorum, c. 29. n. 10
Curator teſtamento dari non poteſt, c. 29. n. 13
Curator invito adoleſcenti dari nequit, c. 29. n. 16. 20
Curator infanti non datur, c. 29. n. 17
Curator invitus, quando dari poſſit, c. 29. n. 22. 28
Curator non poteſt cogi per merum executorem, ut curam ſuſcipiat. c. 29. n. 24
Curator ad litem inventarium conficere non tenetur, c. 29. n. 29
Curatoris ad litem bona tacite ſunt hypothecata pro adminiſtratione, ſicut tutoris, c. 29. n. 30
Curator datur puberi, c. 29. n. 31
Curatorem habenti datur alius curator c. 29. n. 23
Curator certæ rei dari poteſt, cap. 29. n. 33.
Curator tenetur ſolemnia facere, prout tutor, c. 29. n. 36
Curator impuberi author eſſe non poteſt in iis quæ juris ſolemnitatem deſiderant c. 30. n. 27

Curator furioſi domini loco habetur. cap. 31. effect. 1. n. 3.
Curator adulti acquirit adulto actionem, ſine ceſſione. 31. effect. 4. n. 6.
Curator omnis, ſive generalis, ſive ad certum actum, tantum tenetur ad defenſionem pupilli. cap 32. reg. 3. num. 5.
Curator particularis, vel privatum officium gerens, tenetur conficere inventarium. c. 32. reg. 5. n. 72.
Curator ad rem certam, vel res certas, non habentes reditus, vel expenſas, non tenetur conficere inventarium. c. 32. reg. 5. n. 85.
Curator omnis ſatiſdare tenetur. c. 32. reg. 7. n. 28.
Curator furioſi habens ſufficientem ſubſtantiam ad fidem gubernationis, non ſatiſdat. c. 32. reg. 7. n. 31.
Curator à tutore, quomodo differat. c. 32. reg. 7. n. 32.
Curator furioſi debet cuſtodire patrimonium furioſi, perſonam & ejus ſalutem c. 32. reg. 9. n. 61.
Curator rem furioſi non alienat ſine decreto. c. 33. n. 110.
Curator dari non poteſt ad auctorandum in donatione. c. 33. n. 327.
Curator ex juſta cauſa dandus eſt c. 33. n. 328.
Curator diſtrahés prædium minoris nulliter, ſi obligaverit bona propria, prædiumque evincatur emptori, competit emptori actio hypothecaria in bonis curatoris. c. eod. n. 481.
Curator propter litem quam cum adulto habet, non excuſatur. c. 35. reg. 1. n. 5.
Curator datus à judice mente capto muto, ſeu ventri, ſe excuſare poteſt propter legitimum numerum liberorum c. eod. reg. 1. num. 59.
Curator teſtamentarius poſt confirmationem debet intra tempora conſtituta proponere excuſationes, c. eod. reg. 3. n. 1.
Curatori teſtamento dato, non currit tẽpus, niſi poſt confirmationem, c. eod. reg. 3. num. 17.
Curatoris tutori adjuncti poteſtas finitur pubertate. cap. 37. reg. 1. num. 6.
Curator ſeu Rector eccleſię, finito officio, licet deſinat illius, eſſe Rector, tamen tenetur perſiſtere. c. 37. reg. 1. n. 79.
Curatores prodigis & furioſis quando dentur. c. eod. reg. 1. 85.
Curatores ſunt ſecundę ætatis moderatores, & tutorum ſucceſſores. c eod. reg. 2. n. 9.
Curator honorarius quis, à quo detur, & quibus. c. eod. reg. 2. n. 11.
Curator legitimus quibus detur. c. 37. reg. n. 2. 10.
Curatoris poteſtas quæ c. eod. reg. 2. n. 63.
Curator nuptias cur impedire non poſſit. c. eod. reg. 2. num. 76.
Curatoris auctoritas non requiritur in his quæ contra ipſum curatorem aguntur. c. eod. reg. 2. n. 78.
Curatorem minori 25. annis à præſide vel à conſulibus poſtulans, veteri jure cauſam cur eum dari deſideraret, exprimere debebat, eaque cognita, ſi juſta videretur, magiſtratus curatorem dabat, ſin injuſta, denegabat cap. eod. reg. 2. n. 88.
Curatores hodie non dantur invitis adultis, ſed poſſunt illi, ſi volunt, arbitrio ſuo adminiſtrare ſalvo beneficio reſtitutionis. c. eod. reg. 2. nu. 93.
Curatore ad certam cauſam vel negotiũ dato, eo finito finitur cura. c. 37. reg. 2. n. 94.

Curatoris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Curatoris poteſtas non curatur in his, quæ concernunt ſalutẽ animæ defuncti, ut in obſervatione juramenti. c. 37. reg. 2. nu. 79.
Curatores nulli dabantur ante reſcriptum Divi Marci, niſi redditis cauſis, verum hodie contra. c. eod. reg. 2. n. 87. 92.
Curator tenetur reddere rationem adminiſtrationis. c. 38. n. 52.
Curator ad lites geſtorum rationes reddere tenetur. c. 38. n. 53.
Curator Reipublicæ non poteſt facere gratioſas computationes. c. 38. n. 66.
Curator ceſſans vel negligens convenire tutores, finita tutela tenetur periculo tutelæ. c. 39. n. 6.
Curator tenetur, qui tutelam vel curam ſua negligentia ad ſe non tranſtulit. c. 38. n. 204.
Curator furioſi tenetur rationem reddere durante cura, licet ſecus ſit in curatoribus aliorum. c. 38. n. 231.
Curator datus certæ rei, vel liti, non tenetur de alia geſtione. ibid. n. 259.
Curator non tenetur pro tutore, nec ecõtra. ibid, n. 262.
Curator nõ cogitur rationes reddere durante adminiſtratione. c. 38. n. 229.
Curatoribus adoleſcentis furioſi, prodigi, datur actio tutelæ contraria. c. 40. n. 25.
idem in Curatore ventris. ibid. n. 26.
Curatio finitur anno 25. c. 37. regul. 2. n. 1.
Curatio data ob furorem, ceſſat ceſſante furore. c. 37. n. 138.
Curatus in Synodo Epiſcopo reddere debet rationem de animabus parochianorum, & cura. c. 38. n. 79.
idem in coadjutore. ibid. n. 80.
Curia capitalis quæ dicatur. c. 3. n. 9.
Curiales an admittantur ad illuſtrium tutelam per judicem. c. 23. n. 38.

D.

Debitor non poteſt eſſe tutor ſui pupilli. c. 4. n. 37.
Debitor ſi hypothecaverit rem alienam, & dominus rei fidejubeat pro debitore apud illum creditorem, cẽſetur hypothecam approbare. c. 32. reg. 5. n. 63.
Debitor ſolvens ei, qui pro tutore negotia geſſit, liberatur, ſi pecunia in rem pupilli pervenerit. c. 32. reg. 9. n. 129
Debitor tutori poſtulato ſciens ſolvens, non liberatur. cap. 36. n. 11.
Debitum magnum vel parvum quod dicatur, relinquitur arbitrio judicis c. 9. n. 61.
Debitum tutoris ex alia cauſa, quam tutelæ, devolvitur in tutelæ judicium. c. 32. reg. 9. n. 21.
Debitum in diem, cujus dies venit poſt finitam tutelã, non imputatur tutori, ut tutori, qui non ſolvit, ibid. n. 22.
Decretũ judicis non requiritur in tempore perituris, vel dilationem non admittentibus. c. 14. n. 8.
Decretum judicis interponitur à judice, cujus juriſdictioni ſubditus eſt pupillus. c. 32. reg. 1. n. 5.
Decretũ judicis non requiritur in matre tutrice. ibid. n. 6.
Decretum alternative interponi non poteſt, niſi ad excuſandum tutorem. c. 33. n. 23. 24.
Decretum neceſſarium in alienanda re minoris immobili alioqui ejus omiſſio vitiat venditionem. c. 33. n. 54.
Decretum interponere quis judex debeat in alienatione bonorum immobilium minoris. ibid. n. 55.
Decretum quid *in tit. Cod. ſi major fact. alien.*

alien.ſine decret. c. 33. n. 557
Decretum prçcedit cauſæ cognitio, ut antecedens neceſſarium. c. 33. n. 558
Decreto alienare quando quis dicatur, ibid. n. 559
Decreta ambitioſa quæ. cap. 37. reg. 2. n. 34
Decretum interpoſitum ſine cauſç cognitione nullum eſt c. 38. n. 168
Decuriones quomodo tutores dare poterint, c. 19. n. 18
Decurionum ordo non tenetur actione ſubſidiaria, niſi in ſe receperit periculum, c. 32. reg. 7. n. 72
Decurionum ordo quid, & quot partibus conſtet, c. 32. reg. 7. n. 73. 74.
Defenſores civitatum una cum ejuſdem civitatis religioſiſſimo antiſtite jus creandi tutores habent, & quando, c. 19. n. 25
Defenſores civitatum qui fuere, & quomodo alio nomine vocentur, cap. 19. n. 26. 27. 28. 29
Defenſores ſive ſyndici civitatum, c. 27. n. 27.
Defenſio pupilli eſt unum de ſubſtantialibus tutelæ. c. 40. n. 15
Defunctorie tutelam, vel dicis cauſa ſuſcipere quando quis dicatur. c. 26. nu. 59. &. c. 35. reg. 1. n. 136
Delegatio tutoris liberat debitorem pupilli, ita demum, ſi fuerit facta bona fide. c. 32. reg. 9. n. 121.
Delinquit magis, qui delinquit circa perſonam & vitam pupilli, quam ſi res male adminiſtraret. c. 39. n. 18.
Deportatio in locum interdictionis aquæ & ignis ſucceſſit. c. 3. n. 52.
Deportatus loco mortui habetur. ibid. num. 55.
Deportato patre, nepos admittitur ad avi bonorum poſſeſſionem. ibid. n. 56
Deportatione pupilli finitur tutela cap. 37. reg. 2. n. 103
Deportatio eſt media capitis diminutio. ibid. 104
Dei memoriã habẽtes non prçſumuntur facile ad tutelas vel curas accedere c. 26. n. 42
Dies continui qui dicãtur. c. 35. r. 3. n. 2
Dicto *nullo modo*, explicatur. c. 5. n. 92
Dictio *plerumque*, frequentiã denotat, c. 15. n. 130
Dictio, *mox*, quomodo intelligatur. c. 32. regula 5. num. 30
Dyni auctoritas apud Veronẽſes maggna. c. 3. n. 50
Diſpoſitio nunquã trahitur ad ignorata cap. 12 n. 12.
Diviſio ſpecies alienationis eſt. cap. 33. n. 190
Diviſio emptio & venditio appellatur. ibid. n. 191
Diviſio nulliter facta per minorem, cenſetur de novo facta, quando poſt majorẽ çtatem longo tempore tacuit poſſidendo bona, juxta formam ipſius diviſionis. c. 33. n. 213
Diviſio fieri poteſt cauſa commodioris culturæ, c. 33. n. 216.
Dolus tutoris vel curatoris pupillo nocere vel prodeſſe non debet, ſive ſolvendo ſit, ſive non, c. 31. effectu 5. n. 10
ex Dolo tutoris convenitur pupillus, in quãtũ factus eſt locupletior. c. 31. n. 13
Dolus præſumptus tutoris quamgo purgetur, c. 32. reg. 6. n. 13
Dolus præſumptus quis, c. 33. n. 521.
Dolus de præterito remitti poteſt, c. eod. num. 523
Dolus ſemper cenſetur exceptus in omni diſpoſitione, c. eod. n. 565.
Dolus verus arguitur in eo, qui ſcienter facit rem prohibitam, c. eod. n. 607.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Dolus præſumitur in tutore alienante rem pupilli ſine cauſa, c. 33. n. 608
Dolus preſumitur in eo, qui aliquid facit ſpreta denunciatione aut prohibitione ſibi facta, c. eod. n. 609.
Dolus in delictis preſumitur, c. 36. reg. 1. num. 28
Dolus quid, c. 36. reg. 3. n. 4. & c. 38. n. 139
Dolus præſumptus conſiſtens in omittẽdo, cenſetur remiſſus ſtante liberatione & prohibitione teſtatoris, tribus cõcurrentibus, c. 38. n. 43
Dolus liberationis quomodo probetur, c. 38. n. 137
Dominorum appellatione veniunt tutores & curatores etiam apud Græcos. c. 31. effectu 1. n. 4
Dominus ædium detrectans dirutam domum reficere curator Reipubl. reficit ſuo ſumptu, cap. 32. reg. 9. numer. 267
Dominus litus cauſam cœptam etiam finito officio proſequi poteſt ſine aliquo ſpeciali mandato, c. 37. reg. 1. n. 75.
Dominiũ probatur in præjudiciũ deſcribentis, in favorem alterius, deſcribens rem ſuam in æſtimo ſeu cataſtropho alterius, c. 32. reg 5 n. 60
Donatio ex intervallo inſinuata, valet à tempore inſinuationis, non donationis c. 30. n 56.
Donare eſt perdere. c. eod. n. 78
Donatio facta inter perſonas, inter quas matrimonium non ſubſiſtit, non valet c. 31. effectu ult. n. 16
Donatio facta ad refectioné domus, indiget inſinuatione, quando ea eſt neceſſaria, ſecus ſi ſit utilis, cap. 32. reg. 9. n. 270
Donatio regulariter, nec cũ decreto à minore celebrari poteſt c. 33. n. 326.
Donatio propter nuptias ſub diſpoſitione *l. ult. C. ſi major fact. alie ſin dec. rat. hab.* non comprehenditur c. eod. n 338
Donare qui non poteſt, nec gratis remittere, c eod n. 343
Donatio cauſa mortis, nõ requirit aditionem hereditatis, que in legatis exigitur, c. eod. num. 465
Donatio facta à minore ei, à quo prius eandem rem ex donatione acceperat, an valeat, c. eod. n. 622
Donatio doloſa à minore facta, non ratificatur ex ſuperveniene ætate, c. eod. n. 566
Dos ſine matrimonio eſſe non intelligitur, c. 31. effect. ult. n. 14
Dos data per mulierem minorem viro in bonis immobilibus ſine decreto, non cedit lucro mariti, ſtante ſtatuto de lucro dotis, c. 33. n. 418
Duum viri officium, c. 27. n. 36

E.

Ecclesia tenetur quatenus eſt facta locupletior, c. 33. n. 87
Eccleſia eſt cultrix & auctrix juſtitiæ, quæ nihil paritur contra juſtitiam fieri, c. eod. n. 88.
Eccleſia loco pupilli eſt, c. 35. reg. 1. n. 217
Ædilis qui à privatis muneribus excuſatur, à tutela non excuſatur. c. 35. reg. 1. n. 4
Effectus par tacitæ & expreſſæ hypothecæ. c. 15. n. 68
Effectus plures expreſſæ quam tacitæ hypothecæ, c. 15. n. 70.
Emancipatio ſolet dari in præmium & favorem filio, c. 3. n. 41.
Empta res pecunia minoris, efficitur minoris, licet emens emerit nomine proprio, c. 31. effectu 4. n. 7
Emptor emens rem alienam ſcienter à non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

non domino, non agit de evictione contra venditorem, ſed ſolum ad pretii reſtitutionem, c. 33. n. 104.
Epiſcopus liberatur à patria poteſtate ob ſuam dignitatem, quo ad ſuum commodum, c. 5. n. 66.
Epiſcopus ſenex poteſt coadjutorem petere, c. 5. n. 158.
Epiſcopus magis nomē oneris quam honoris eſt, c. 26. n. 33.
Epiſcopi & monachi à tutela excuſantur c. 35. reg. 1. n. 193.
Epiſcopi & monachi etiam volentes non admittuntur ad dativas vel teſtamentarias tutelas, cap. 25, regul. 1. num. 194.
Error in qualitate vel conditione perſonæ tutoris, vitiat ipſam dationem, c. 9. n. 20.
Error calculi ſemper poteſt allegari & deduci, cap. 38. n. 154. & ampliatur 148.
Error calculi quomodo probetur, c. 38. n. 150.
Error calculi etiam in facto proprio poteſt adaptari, c. eod. n. 151.
Error calculi etiam in facto proprio facit computationem ipſo jure nullam, c. eod. n. 153.
Error calculi poteſt allegari in cauſa appellationis, ſive ſit deductus in cauſa appellationis, ſive non. c. eod. num. 154.
pro Errore calculi non competit actio criminalis, c. eod. n. 155.
Error calculi ceſſat, quando poſt calculationem fuit deventum ad pactum & ſtipulationem, c. 38. n. 156.
Error calculi ceſſat, quando fuit tranſactum, c. eod. n. 158.
Error calculi ceſſat, quando fuit ſententiatum, c. eod. n. 159.
Error allegari non poteſt, quando confeſſio eſt geminata, c. eod. n. 162.
Error in calculo temporis non vitiat cōputationem, c. eod. n. 169.
Ætatis appellatione ſimpliciter quid veniat, c. 1. n. 8.
Ætas pupillaris, c. 5. n. 8. & c. 37. n. 3. 13.
Ætas ædificiorum, c. 5. n. 11.
Ætas vivorum. ibid. n. 12.
Ætatum gradus diverſi, ibid. n. 14.
Ætatum gradus tres ex Gellio & Vlpiano, ibid n. 15.
Ætatum gradus quinq; ex Terentio Varrone, ibid. n 17.
Ætates hominum ſex, ex opinione gloſſatoris. ibid. n. 19.
Ætas puerilis. ibid n. 35.
Ætas prima, ibid. n. 36.
Ætas infirma, ibid. n. 71.
Ætas tenera an poſſit accuſari, c. 5. n. 95.
Ætas pubes idid. n. 97.
Ætas ſecunda, ibid. 105.
Ætas minor, ibid. n. 106.
Ætas juſta. c. 5. n. 107. alias nubilis ætas n. eod. quando incipiat. c. 37. n. 15.
Ætas definita. c. 5. n. 108.
Ætas nubilis. ibid. n. 109.
Ætas quæ idonea ad generandum. c. 5. n. 111.
Ætas adulta, ſive adoleſcentia. c. 5. n. 112.
Ætas prætextatorum & proxime prætextatorum. ibid. num. 113.
Ætas juvenilis. ibid n. 118
Ætas legitima Longobardorum quæ dicatur. ibid. n. 132
Ætas firmata. ibid. n. 133.
Ætas legitima, & cur ita dicatur. c. 5. n. 135. & c. 37. n. 5.
Ætatis legitimæ appellatione quid veniat. c. 5. num. 137. & cap. 37. reg. 2. n. 60.
Ætas legitima Theophilo c. 5. n. 138. unde

unde fluxerit, c. 37. num, 6. & 26
Ætas perfecta, c. 5. n. 139
Ætas imperfecta, ibid. n. 140
Ætas robuſta, ibid. n. 141
Ætas ſtatus, ibid. n. 143
Ætas major, ibid. n. 144
Ætas tertiana, ibid. n. 146
Ætas naturalis, ibid. n. 147
ſuæ Ætatis homo, ibid. n. 148
Ætas ſenior, ibid. n. 149
Ætas extrema, ibid. n. 150
Ætas ægra, ibid. n. 156
Ætas defecta, ibid. n. 161
Ætas infantis cur infirma dicatur, ibid. n. 162
Ætas quomodo probetur, & a quibus in genere, cap. 35. n. 175
Ætas 50. 55. vel 60. annorum excuſat ab honoribus, ſed à muneribus non, c. 35 n. 176
Ætas 65. annorum in Syria tribuit vacationem capitationis, c. 35. n. 177
Ætas vigintiquinque annorum finis pubertatis dicitur, c. 37. n. 28
Exceptio ſive beneficium cedendarum actionum eſt tertium remedium, quo tutore convento ex culpa contutoris, competit exceptio, ut ſibi cedantur actiones, c. 39. n. 131
Exceptioni cedendarum actionum non cenſetur renunciatum ex generali renunciatione omnium beneficiorum, & omni juris auxilio, cap. 39. numer. 132
Exceptioni cedendarum actionum non renunciatur etiam juramento, c. 39. n. 133
Exceptio cedendarum actionum etiam opponi poteſt in executione ſententiæ c. 39. n. 134
Exceptio cedendarum opponi poteſt, licet ſtatutum dicat, quod contra inſtrumentum publicum nulla defenſio admittatur, c. 39. n. 135
Exceptio ſive beneficium cedendarum quare introductum c. 39. n. 139
Exceptio cedendarum datur contutoribus, uno non exiſtente ſolvendo, licet forte poſt fiat ſolvendo, ibid. n. 143
Exceptio cedendarum an competat ei, qui ex communi dolo convenitur, ibid. n. 144
Exceptio cedendarum cui non competat, ibid. n. 147
Exceptio diviſionis cui competat, ibid. n. 149
Exceptio diviſionis eſt ſecundum remedium tutoribus competens, ibid. numer. 150
Exceptio diviſionis æquiſſima vocatur à Iuriſconſ. ibid. n. 153
Exceptio diviſionis an poſſit opponi in executione, qua omnes ſunt in ſolidum condemnati, c. 39. n. 154
Exceptio diviſionis an competat tutoribus de dolo conventis, cap. 39. numer. 155
Exceptio diviſionis an tutoribus ſtatim conpetat antequam conveniantur, c. 39. n. 158
Exceptio ordinis eſt primum remedium tutorib. competens, ibid. n. 179
Exceptio ordinis non dicitur de apicibus juris, ſed eſt fundata in ſumma æquitate, ibid. n. 180
Exceptio ordinis competit convento tutori tam pro geſtis, quam pro non geſtis, vel quæ geſtis ſunt connexa c. 39. n. 183
Exceptio tutoris illegitimi poteſt opponi in quacunque parte judicii, cap. 32. reg. 9. n. 35
Excommunicatus à tutela repellitur, c. 9. n. 74

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Excuſatio quādo admittatur à tutela vel cura, c. 5. n. 154
Excuſans ſe à tutela, perdit quod ſibi ſuiſque ea contemplatione relictum eſt, c. 9. n. 26
Excuſatorum ad tempus omnino & in perpetuum differentiæ, ca. 35. reg. 1. n. 99
Excuſare ſe volens, debet teſtibus adhibitis declarare & proponere cauſas ad profeſſionem excuſationis intra quinquaginta dies continuos, & intra quatuor menſes proſequi, & ad finem perducere negotium, alioqui ejus exceptio non recipitur, & obſtabit præſcriptio, c. 35. reg. 3. n. 1
Excuſatio non poteſt fieri per libellum, c. 35. n. 11
Excuſatio obtenta ex falſis cauſis, non liberat tutorem ab adminiſtratione & periculo tutelę, cap. 35. regul. 4. n. 1.
Excuſatio tutoris juſta finit tutelam, c. 37 reg. 2. n. 161
Executor teſtamenti non ſatiſdat, niſi poſt teſtamentum cœperit eſſe non ſolvendo, cap. 32. reg. ſeptima num. 79
Executor ultimæ voluntatis rationem reddere tenetur, c. 38. n. 83
Idem in executore ſententiarum, qui fructus ſeu bona receperit, cap. 38. n. 84
Exempla aliquot perfidorum tutorem, c. 4. n. 5
Exempla mirabilia de naturaliter ſurdis, c. 9. n. 46
Exemplum patris in gratiā impię novercæ. c. 15. n. 114
Exempla eorum, qui ſe furioſos ſimularunt, c. 22. n. 10
Expenſæ minutæ ſive paruę, quæ dicantur, c. 32. reg. 8. n. 5
Expenſæ factæ circa perſonam tutoris, non imputatur, niſi perjudicem ſalarium ei fuerit conſtitutum, c. 40. n. 51
Extra ordinem tutores dare quid, cap. 19. n. 9
Extra ordinem fieri verba, quid denotēt. c. 14. n. 10
Extēſio an fieri poſſit de perſona ad perſonam, c. 12. n. 9
Extenſio an & quando fiat in pœnalibus, c. 15. n. 129
Extenſio fit data rationis identitate in favorabilibus & exorbitantibus, ca. 33. n. 47
Extraneus non tutor acquirens ex re pupilli, ipſo pupillo acquirit in ſubſidiū, c. 31. effect 4. n. 8
Extraneus volens ſatiſdare, non repellit tutores ab adminiſtratione, c. 32. reg. 7. n. 92

F.

FAlſus tutor quis, c. 34. n. 1
Falſus procurator non prodeſt, nec nocet domino, c. eod. n. 18
geſtum á Falſo tutore, non eſt alienius momenti, c. eod. reg. 1. n. 1
Falſo tutore cum vero auctoritatem accommodante, valet quod geſtum eſt, c. 34. reg. 1. n. 11.
Falſus tutor dolo malo auctor factus, tenetur ſecus contrahenti, & decepto ad damna, c. eod. reg. 2. n. 1.
Fictio eſt, quando arguitur id eſſe, quod non eſt, c. 37. reg. 1. n. 53
Fictio in his, quæ ſunt juris, non habet locum. c. 34. reg. 2. n. 55
Fiſcus ſuccedens tutori per confiſcationem, tenetur creditoribus confiſcati pro ea parte, qua ſuccedit. cap. 39. n. 215

Fide-

Fideiuſſor poteſt dari eontutor ei, pro quo fideiuſſit, c. 23. n 11
Fideiuſſores tutoris obligati pupillo nõ habent beneficium diviſionis, c. 32. reg. 7. n. 17
Fideiuſſor magiſtratuum non tenetur actione ſubſidiaria, cap. eod. reg. 7. n. 70.
Fideiuſſor tutoris nõ tenetur ad ea, quę tutor poſt puberatem geſſit, c. 39. n. 255
Fideiuſſoribus conventis ex ſtipulatione rem pupilli ſaluam fore, competunt eædem reſtitutiones ſive reputationes quæ tutoribus, c. 40. n 33
Filiusfamilias cauſis, in quib. patri nihil quæritur abſq; conſenſu patris in judicio ſtare poteſt, c. 3. n. 61
Filiusfamilias teſtamentum facere non poteſt. c. 7. n. 5
Filiusfamilias tutor dari potrſt. c. 9. n. 2.
Filiusfamilias tanquã publica perſona, patrem in jus vocare poteſt, c. 9. nu. 4.
Filiusfamil. tutor quatenus teneatur, c. 9. n. 5
Filiafamilias mater poteſt dari tutrix communib. eorum liberis ibid. n. 7.
Filii vel filię appellatione poſthumus continetur, & quæ ſit ratio, c. 12. n. 3. 4
Filiorũ appellatione in favorabilibus, an nepotes contineantur, ibid. nu. 28.
Filiorum appellatione an nepotes contineantur in materia tutelari, 12. n. 29. & c. 31. effectu ult. n. 6.
Filiusfamilias á judice tutor dari poteſt c. 23. n. 18
Filius an poſſit eſſe curator patris prodigi, c. 28. n. 50
Filiusfamilias non poteſt adire hereditatem acquirendo patri ignoranti, c. 30. n. 114
Filiusfamilias prohibitus contrahere ſine conſenſu patris; an poſſit adire hereditatem opulentam c. 30. n. 119
Filius prohibetur eam in uxore ducere, cujus tutelæ rationi pater obſtrictus fuerit, ſive heres extiterit, ſive abſtinuerit, ſive exheres ſcriptus fuerit c. 31. effect. ult n. 9.
Filiusfamilias tutor vel curator nõ poteſt pupillam nuptum dare patri vel etiam fratri, qui in ejuſdem patris poteſtate eſt ibid. n. 12
Filiusfamil. magiſtratus factus, ſi pupillo caveri non curaverit ſua culpa, actio debitur in patrẽ filii famil. magiſtratus peculiotenus, ſi ejus voluntate magiſtratum adminiſtraverit. c. 23. reg. 7. n. 49
Filius non tenetur ſtare cum patre, ſi habeat uxorem juvenem ant pulcrã, & habeat filios primi & ſecundi matrimonii juvenes. c. 32. reg. 9. num. 238
Filius non cenſetur renunciare legitimæ, etiamſi ſimpliciter agnoſcat legatum factum, ne plus petere poſſit, c. 33. n. 379
Filius vivente patre, dicitur habere naturalem poſſeſſionem c. 33. n. 444
Filius non tenetur ſolvere decimam de hereditate paterna ibid. n. 446
Filius putativus inſtitutus heres, non tenetur adire hereditatem favore patris, eo etiam jubẽte. c. 34. reg. 1. n. 5
Filius captus mortuo ſimilis eſt. c. 35. reg. 1. n. 66
Filius familias patris ſui curator rationes reddere debet. c. 38. n. 54
Filiusfamilias emancipatus, ſi tutelam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

adminiſtraverit, etiam directo tenetur, c. 39. n. 211
Filius familias non tenetur de actis ante emancipationem, niſi in quantum facere poteſt, c. 3. n. 212
Fœminæ cur prohibeantur eſſe tutrices, c. 7. n. 34. & c. 9. n. 50
Fœminis non defertur legitima patronorum tutela, c. 7. n. 36
Fœmina olim à Principe impetrare potuit ut tutrix eſſet, c. 7. n. 40
Fœminarum tutela quę fuerit apud Græcos, eod. n. 46
Fœminæ liberos non habent in poteſtate, c. 8. n. 37
Fœmina an ex Principis habilitatione admiſſa excludat teſtamentarium & legitimum tutorem, c. 15. n. 22
Fæmina hodie tutrix eſſe poteſt, ibid. n. 23
Fæminæ inconſtantes, leves, nimis credulæ, & decipi faciles. ibid. n. 221
Fœmina præſumitur magis amare fœminam, propter ſexus ſimilitudinem, ibid. n. 123
Fœmina à judice tutrix dari nequit. c. 23. n. 27
Fœmina luxurioſe vivere quando dicatur, c. 28. n. 52
Fœmina officio curatoris fungi non poteſt, c. 28. n. 73
Fœminæ cur citius pubeſcant, quã maſculi, c. 37. reg. 1. n. 23
Fœminarum tutela finitur conventione in manum, c. 37 reg. 2. n. 145
Fœminæ poſt conventionem in manum non obligantur civiliter, ne marito quidem auctore, ſed neceſſaria eſt tutoris auctoritas, ca. 37. reg. 2 num. 150
Fœminæ liberantur à tutela, quando virgines Veſtales eſſent captæ, c. 37 reg. 2. n. 152
Frater creditor vel debitor, pupilli tutor eſſe nequit. c. 9. n. 57
Frater tenetur conficere inventarium. c. 32. reg. 5. n. 71
Fratres conſortes qui dicantur. c. 35. reg. 1. n. 139
Frater datus ad ſimplicem requiſitionem matris convolantis ad ſecundas nuptias, ſuſpectus eſt, cap. 36. reg. 1. num. 40
Frater fratris ſui negotia gerens, rationẽ reddere tenetur, c. 38. n. 64
Furioſus à judice tutor dari nequit. c. 23. n. 7
Furioſus patrem habens non accipit curatorem, ſed ejus pater eſt legitimus adminiſtrator, c. 28. n. 11
Furioſus ex lege xii. Tabul in agnatorũ & gentilium curatione fuit, cap. 28. n. 14
Furioſo an interdicatur adminiſtratio à lege, vel per judicem, ibid. n. 18
Furioſi abſentibus & ignorantibus comparantur, ibid. n. 19
Furioſi actu, nõ poſſunt acquirere poſſeſſionem, ibid. n. 21
Furioſi habitu, communi ſenſu carere dicuntur, c. 28. n. 22
Furioſus omnibus prærogativis fruitur, quibus minor ob ætatis imbecillitatem potitur, c. 28 n. 23
Furioſi ſtatu, teſtamenta condere & poſſeſſionem apprehendere poſſunt, ibid, n. 24.
Furioſus teſtamentarius non eſt tutor antequam ſanitatem recipiat, c. 35. reg. 1. n. 156

G.

Gabriel Mudæus præceptor auctoris c. 10. n. 38

Genti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Gentiles qui remiſſive, c. 28. n. 15.
Geſſiſſe dicitur, qui modicū attigit per ſe vel per alium, c. 39. n. 14
Grammatici majoris momenti, gravioris que muneris excuſantur à tutela, c. 35. reg. 1. n. 202
Grammatici incipiunt ab Homero aut Virgilio, c. 35. n. 202.
Gregotius Haloander diligentiſſimus & verus juris inſtaurator, c. 26. n. 61
Gubernator Hoſpitalium rationem reddere tenetur, c. 38. n. 74

H.

Hereditatem in capita dividere quid, c. 3. n 19
Hereditas legitima, c. 7. n. 24
Hereditatis ſucceſſio monſtrum & portentum juris civilis, c. 30. n. 110
Heres legitimus, c. 7. n. 25
Heres teſtamento tutor dari poteſt, c. 9. n. 21
Heres adeundo dicitur contrahere cum creditoribus & legatariis, c. 30. num. 111
Heres extraneus tutoris non poteſt pupillam ducere in uxorem, modo rationes reddere debeat, c. 31. effect. ult. n. 3
Heres pupilli jurat in litem contra tutorem, qui non confecit vel non rite fecit inventarium. c. 32. reg. 6. numer. 15.
Heredes magiſtratuum non tenentur ut ipſi magiſtratus. ibid. reg. 7. num. 47
Heres magiſtratuum tantum ſuccedaneus eſt culpæ dolo proximæ, cap. 32. reg. 7. n. 48
Heres tutoris ad uſuras non tenetur, c. 32. reg. 9. n. 180
Heres vel legatarius educationem pupilli teſtamento ſubi injunctam recuſans, privatur commodo ei competente, c. 32. reg. 9. n. 233
Heres ex delicto defuncti tenetur quatenus eſt factus locupletior. cap. 33. nu. 86
Heres univerſalis tenetur reddere rationam fideicommiſſario de rebus hereditatis, ſi illis ſe immiſcuerit & fructus receperit, c. 38. n. 51
Heredes tutorum de lata culpa tantum tenentur, non de levi, c. 39 n. 50
Heres tutoris tenetur etiam de non geſto vel neglecto, ibid. n. 82
Heres in arca tutoris pupilli pecuniam inveniens & conſumens, præſtat uſuras pecuniæ donec tutelam reſtituerit c. 39. n. 84
Heres tutoris tenetur de proprio dolo, judicio tutelæ, ibid. n 86
Heres tutoris non tenetur de levi culpa, ſed tantum de dolo & lata culpa, ibid. n. 89
Heres tutoris non jure datus neque dolum, neque culpam præſtat, ibid. nu. 91
Heredes turorum idoneorum periculum alter alterius non præſtant, ibid, nu. 92
Heres pupilli poteſt unum ex pluribus tutoribus oligere, ibid. n. 118
Heres tutoris tenetur ad uſuras ejus pecuniæ, quam ipſe agitaverit arbitrio judicis, c. 39. n. 224
Heredib. tutorum competit actio tutelæ contraria, c. 40. n. 27
Heres non tenetur ſervare factum defuncti, niſi pro ea parte, pro qua eſt heres, ibid. n. 56
Homerus omnis virtutis parens, & juſtiſſimus omnium rerum explanator, c. 5. n. 78.

Honorificũ ut fuit ex teſtamento amicorum vel parentum quid capere, ita turpe eſt ab iis præteriri. cap. 26. numer. 4.
Hoſtis noſter eſt & malus adminiſtrator, qui impedit nobis benefieri. cap. 36. reg. 1. num. 43
Hypocrates Pythagoræ diſcipulus, medicorum decus, ætatem hominis in ſeptem partes dividit. c. 5. n. 18
Hypothecæ tacitæ & expreſſæ par effectus c. 15. n. 68
Hypothecæ expreſſæ plures effectus quã tacitæ ibid. n. 70
Hypotheca tacita inducitur non ſolum pro mala adminiſtratione, ſed etiam pro neglectis. c. 31. effect. 2. n. 3
Hypotheca tacita non ſolum inducitur in bonis tutorũ, ſed etiam pro tutorem, & qui ſi gerunt pro tutore. cap. 31. effect. 2. n. 12
Hypotheca tacita locum habet in bonis curatorum ad lites datorum, & eorum fidejuſſorum. ibid. num. 14
Hypotheca tacita etiam locum habet in bonis tutoris et curatoris generalis. ibid. num. 15
Hypotheta tacita procedit etiam in bonis actoris loco tutorum vel curatorũ a judice dati. ibid. n. 18.
Hypotheca tacita quo jure fuerit introducta. ibid. n. 19.
Hypotheca tacita in bonis tutoris vel curatoris. à quo tẽpore incipiat. ibid, numer. 20
Hyptheca tacita incipit á tempore, quo quis inceperit eſſe tutor, ſecundum communem opinionem, ibid. numer. 21
Hypotheca tacita eſt inducta in privilegium pupilli. ibid. n. 23
Hypotheca tacita competit etiam in bonis patris male & fraudulenter bona filii adminiſtrantis. ibid. numero, 25
Hypotheca tacita non datur pro culpabili adminiſtratione patris, in bonis patris. ibid n. 27
Hypotheca tacita inducitur in bonis adminiſtratorum civitatum. ibid. nume. 29
Hypotheca tacita non datur civitati in bonis ſui debitoris, qui bona civitatis non adminiſtraverit, ibid numero, 30
Hypotheca tacita habet locum in bonis Prælati eccleſiæ pro mala adminiſtratione bonorum ipſius eccleſiæ, ibid. n. 32
Hypotheca tacita locũ non habet in bonis heredis tutoris vel curatoris ad litem, vel etiam aliorum, ibid. n. 36.

I.

IGnorantia an excuſet matrem in petendo tutorem, c. 15. n. 87.
Ignorantia affectata non excuſat, ſed pro ſciente habetur, c. 26. n. 47.
Ignorantia affectata habetur par ſcientia, etiam in pœnalibus. c. 26. n. 48
Ignorantia facti in dubio præſumitur, c. 32. reg. 5. n. 116
Ignotus patri pupillorum á tutela non excuſatur, c. 35. reg. 1. n. 20.
Ignotus heres inſtitutur. Et ignotus quis dicatur, c. 35. n. 22
Immunitas conceſſa à munerib. perſonalibus non comprehendit minima, c. 26. n. 58
Impedito regulariter tempus non currit. c. 26. n. 49
Impenſæ modicę juramento probantur, c. 32. regul. 8. nu. 4. & quando non n. 6.

Impen-

Impenſas magnas factas a tutore in cauſa pupilli, non ſemper judex admittit. c. 40. num. 45
Impēſas immodicas a tutore factas in funere patris pupilli, non ſemper judex admittit c. 40. n. 46
Impenſæ turpes a tutore in cauſam pupilli factæ a judice admittendæ non ſunt. ibid. num. 47
Impenſas Simoniacas non repetit tutor qui pro pupillo eas fecit. ibid. numer. 48
Imperator heres eſſe prohibetur in teſtamentis, timore litis c. 33 n. 278
Imperitia literarum immunitatem a tutela præſtat et quatenus, c. 35, reg. 1. n. 158
Impoſſible cenſetur, quod a voluntate ſolius Principis dependet, c. 3. numer. 58
Impuberes in tutela eſſe naturali jure conveniens eſt. c. 5. num. 2
Impuberes, & admodum impuberes. ibid n. 37
Impuberes an poſſint eſſe Canonici in collegiata vel cathedrali eccleſia, ibid. n. 73
Impuberes an vocandi ſint ad electionem Epiſcopi. ibid. num. 74
Impuberes ab omnibus officiis civilibus remoti ſunt ibid. n. 75
Impuberis magnæ facultates, quæ dicebantur. cap. 19. num. 16
Impubes non ſolvit, nec ejus interpellatione perpetuatur obligatio, niſi interpelletur tutore auctore. cap. 30. n. 106
Impuberis dictum ipſo jure nullum eſt, licet non opponatur. c. 39. n. 153
Impuberes propter judicii imbecillitatem non poſſūt tutores ſuſpectos facere. cap. 36. reg. 7. n. 21
Incertitudo perſonæ vitiat reſcriptum, delegatorium, executoris teſtamentarii deputationem, legitimationem perſonæ, & libertatis dationem. c. 10. n. 22.
Incertitudo vitiat omnes actus. ibid. n. 23
Indebitum ſolutum per tranſactionem non repetitur. cap. 33. n. 280
Infantia quando incipiat & quandiu duret. c. 5. n. 23
Infans an dicatur exiſtens in utero. c. 5. n. 24
Infans non poteſt de feudo inveſtiri. c. 5. n. 26
Infantes apud Ultrajectinos ad inveſtituram non admittuntur, etiam ſeptem annis majores, ſed eorum tutor. c. 5. n. 27
Infantes ſecundi generis. ibid. n. 33
Infans præſens pro abſente habetur & dormienti ſimilis eſt, c. 29. n. 18
Infans tam parvæ ætatis ut nondum fari poſſit, nullum negotium recte gerit. c. 30. n. 7.
Infans qui fari non poteſt, non defectu ætatis ſed aliquo vitio vel caſu, tutore auctore, actus gerere poteſt. ibid. n. 8
Infanti, qui fari nequit hereditas reſtituitur. c. 30. n. 9
Infans ſine tutore vel curatore acquirit poſſeſſionem naturalem, ad quas aliquem intellectum & affectionem habet, ibid n. 10
Infans ſi fari poteſt, omne negotium tutore auctore gerit. ibid. nu. 11
Infans qui fari poteſt, an poſſit eſſe in judicio cū tutore. ibid. num. 13
Infans ſtipulari poteſt tutore auctore. ibid. n. 14
Infans quis dicatur. ibid. n. 15

In-

Infantiæ proximus an ſtipulari poſſit. ibid. n. 16
Infirmus tutor eſſe non poteſt ſed tanquam inhabilis ipſo jure repellitur c. 35. reg. 1. n. 154
Infirmi an dicantur ſenes. cap. 5. numer. 159
Ingenuus libertino an tutor dari poſſit. c. 23. n. 13
Inhabilis teſtamento tutor dari nequit. c. 9. n. 23
Inhabilitas an & quando vitiat. num. 25
Inimicitiæ capitales cum patre pupilli à tutela excuſant. cap. 35. reg. 1. numer. 162
Inimicitia ficta non excuſat. ibid. numer. 167
Inimicitiæ capitales quando cenſeantur reconciliatæ remiſſive. ibid numer. 170
Injuria uni illata, intelligitur illata toti cognationi. c. 36. reg. 7. num. 12
Inſtitores & factores tenentur reddere rationem, & librum rationem habere, & quid continere debeat. cap. 38. num. 76
Inſtitores & factores tenētur, mortuo rationum domino reſtituere libros, & omnia, & exhibere heredibus debita & credita apothecæ ſui magiſtri. ibid. num. 77
Inſtitutio heredis caput teſtamenti. c. 5. n. 44
Inſtitutio generalis facta de filiis non extenditur ad filios, quos teſtator ignorabat ſe habere. c. 12. n. 24
Inſtrumentum Imperatoris contra teſtamentum non valet. c. 33. n. 605
Inquiſitio legitima quando dicatur fieri, c. 22. n. 2.
In Inquiſitione facienda en ſufficiat matris judicium, c. 22. n. 4
in Inquiſitione facienda non ſufficit judicis, aſſertio, dicētis ſe dediſſe cum cauſæ cognitione, ibid. n. 6
in Inquiſitione quatuor conſideranda, ut recte tutor datus dicatur, ibid. n. 7
Inquiſitio an ſit obſervanda in datione curatoris furioſi, ibid. n. 8.
Intellectus *l. ſervum. ff. rem pupill. ſalvam fore*, cap. 32. reg. 7. numer. 54
Intellectus *§. tutor autem. Inſtit. de auctorit. tut.* cap 30. num. 54
Intellectus *leg. quod dicimus. §. ſi duo ff. de auctorit. tut.* ibid num. 4
Intellectus *l. cum ipſe. C. de contr. empt.* ibid. n. 91
Intellectus *l. Iulianus. §. ſi quis à pupil. ff. de action. empt* ibid. n. 167
Intellectus *leg. plerique ff. de in jus voc.* c. 1. n. 9
Intellectus *l. ut vim. ff. de juſtitia & jur.* n. 18
Intellectus verſiculi, *jam autem, l. Spadonem. §. neque librarios. ff. de excuſat. tut.* cap. 4. n. 44
Intellectus *l. non aliter. ff. de legat 3.* c. 5. n. 125
Intellectus *leg. filium. ff. de his, qui ſunt ſui vel. alieni jur.* c. 5. num. 160
Intellectus *l. decreta. ff. de re iudic.* c. 6. num 22
Intellectus *legis ultima C. familia erciſcunde.* c. 8. n. 14
Intellectus *legis actus legitimi ff. de regulis iuris.* c. 10 n. 11
Intellectus verborum, *hoc iure utimur. in l. ſi tamen ſi de teſtament. tut* c. 10. num. 42
Intellectus *§. nos. autem Inſtitut. de Attil. tut.* c. 19. n. 30
Intellectus *Novell. Iuſtiniani 72. & 94.* c. 24. num. 13

Intel-

Intellectus *l. teſtamento ff. de manumiſſ. teſtament.* cap 26. n. 22

Intellectus *l. Spandonem.* §. *final ff. de excuſat. tut.* cap. 26. num. 54

Intellectus *l. & mulieri. ff. de curat furioſ.* c. 28. n. 52

Intellectus *l. 2. C. de his quibus ut indig.* cap. 31. effect. 5. numer. 12

Intellectus *l. ſi ex cauſa* §. *nunc videndum. ff. de minorib.* c. 32. reg. 9. n.64

Intellectus *l. poſſeſſionem. C. commun. utriuſque judic.* ibid. n. 242

Intellectus *leg. final C. ſi major factus alienat.* cap. 33. n. 551

Intellectus Regulæ, *tutorem habenti alium tutorem non dari.* cap. 35. reg. 1. num. 221

Intellectus *l. tutor quoque* §. *tutores. ff. de ſuſpect. tut.* c. 36. reg. 4. n. 8

Intellectus *l. ſi curatorem. C. de in integrum reſtitut.* c. 36. reg. 7. n. 16

Intellectus *leg. fin.* & ibi gloſſ. C. *de ſuſpect. tut.* c 36. reg. 8. n. 14.

Intellectus *l. hec autem.* §. *ait Pretor. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſ. eat.* 37. reg. 1. num. 9

Intéllectus conſilii Oldradi 52. c. 37. reg. 1. n. 69

Intellectus *l. fin. C. de uſur. pupill.* ibid. n. 82

Inteſtatus decedens, an cenſeatur tacite vocare venientes ab inteſtato ad legitimam ejus hereditatẽ. c. 14. n. 4

Inteſtatus pater dicitur reſpecto tutelæ etiam qui condidit teſtamentum, ſed in eo tutores liberis non dedit. c. 15. n. 11

Inventarium debet eſſe caput rationũ, ſine quo non poteſt confici primum & principale caput libri rationum quod eſt de receptis. c. 32. reg. 5. numer. 18

Inventarium quãdo fieri vel incipi debeat. ibid. n. 29

Inventarium coram quo confici debeat c. 32. n. 36

Inventarium tutoris quomodo confici debeat. c. 36. reg. 5. n. 75

Inventarium conficere non tenetur cõſtitutus ad auctorandum diviſioni vel alii actui c. 32. reg. 5. n. 87

Ioannis Fabri auctoritas ſacroſancta apud Gallos. cap. 4. n. 26

Ioannes Faber Galliæ conſuetudinum peritiſſimus c. 5. 28

Iudæus non poteſt eſſe tutor Chriſtiani pupilli, ſed ſuorum filiorum ſic. c. 4. n.32

Iudæorum ſecta pejor ſecta Sarecenorum. c. 4. n. 34

Iudæus prohibetur habere Chriſtianũ mancipium, vel nutrices, vel famulos Chriſtianos. c. 4. n. 35

Iudæus nõ poteſt ingredi ſcholas Chriſtianorum etiam cũ diſpenſatione Epiſcopi vel Principis. c. 4. n. 39

Iudæus crucis Chriſti inimicus. ibid. n. 40

Iudæus dignitatum & officiorũ publicorum incapax. c. 26. n. 12

Iudæi á tutela non ſunt immunes. c.26 n. 35

Iudæi non excuſantur a tutela non Iudæorum. c. 35. reg. 1. n. 36

Iudæi militiæ vacationem habuerunt. cap. 35. reg. 1. n. 37

Iudex laicus non poteſt clerico dare tutorem, ſed à judice eccleſiaſtico dandus eſt, an ſit perpetuum. c. 4. n. 25

Iudex ſecularis, an poſſit cogere clericum ad ſuſcipiendam legitimam tutelam. cap. 14. n. 3

Iudex nemine petente, ex officio pupil-

lis tutorem dat vel curatorē, ſi viderit bona perire, vel ęs alienum imminere, dummodo id faciat de conſilio conjunctorum. c. 17. n. 10
Iudex habens juriſdictionem in perſonā pupilli, eidem dat tutorem, non alius cap 20. numer. 1. & 2. ampliatur. ibid.
Iudex orginis vel domicilii tutorem dat, etiamſi nulla poſſideat bona. cap. 20. num. 4
Iudex domicilii hodie communiter tutorem dat, & ejus tutoris adminiſtratio ad omnia pupilli bona, etiam alibi ſita, porrigitur. c. 20. n. 8
Iudex non dat tutorem, niſi deficiente teſtamentario & legitimo cap. 21. numer. 1
Iudex non dat tutorem, niſi cum legitima inquiſitione c. 22. n. 1
Iudex quemlibet tutorem dare poteſt, c. 23. n. 2
Iudex poteſt dare tutorem teſtamēto patris inuliter datum, c. 23. n. 3
Iudex plures ſimul poteſt dare tutores, c. 23. n. 4
Iudex poteſt tutorem dare abſentem, & quando c. 23. n. 5
Iudex non poteſt furioſum dare tutorem c. 23. n. 7
Iudex an ſpadones tutores dáre poſſit. c. 23. n. 8
Iudex tutorem filium familias dare poteſt. c. 23. n. 18
Iudex omni impuberi tutorem dare poteſt, c. 24. n. 1
Iudex ex cauſa poteſt remittere confectionem inventarii, cap. 32. reg. 5. n. 97
Iudex ex cauſa poteſt venire cōtra diſpoſitonem teſtatoris, & conſulere utilitati impuberis, c. 32. n. 108
Iudex expenſas á tutore in ſalariis præceptorum pupilli factas, admittet, ſi pupilli qualitas fuit, ut alicui diſciplinæ operam daret. cap. 32. reg. 9. numer. 145
Iudex poteſt tutorem, qui pecuniam pupillarem in uſus ſuos convertit, condemnare ultra centeſimas uſuras, etiā ſi duplum excedant, quando conſtat pupillum tantum damni paſſum fuiſſe. cap. 32. reg. 9. num. 209
Iudicis arbitrio relinquitur quantitas & qualitas alimentorum præſtandorum pupillo. c. 32. reg. 9. n. 221
Iudicis arbitrio relinquitur, penes quem pupillus educari debeat, c. 32. reg. 9. n. 230
Iudex poteſt arbitrari pupillam eſſe reponendam in monaſterio. c. 32. reg. 9. n. 231
Iudex voluntatem teſtatoris ſervare debet, nec ab ea recedere; niſi ex cauſa. c. 32. regul. 9. n. 235
Iudex debet arbitrari, ut pupillius educetur apud matrem honeſtam c. 32. reg. 9. n. 239
Iudex non debet facile pupillos retrahere ab illis, qui eos multis annis fideliter educarunt. c. 32. reg. n. 255
ad officium Iudicis ſpectat facere ędificia refici. c. 32. regul. 9. n. 266
Iudicis arbitrio relinquitur, quādo æs alienum urgere dicatur nt bona minorū alienari poſſint. c. 33. n. 9
Iudicis arbitrio relinquitur, quæ res minorum præter prædia commodius alienari poſſint. c. 33. n. 13
Iudex debet ſe inſtruere de bonis minorum convocando amicos & neceſſarios pupilli. c. 33. n. 16
Iudex inquirere debet, an potius vendere bona immobilia minoris expediat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

quam obligare c. 33. n. 22
Iudici aſſerenti cauſam alienationis bonorum minoris eſſe juſtam non creditur. c. 33. n. 35
Iudex interponendo decretum in actibus ad ſuam juriſdictionem ſpectantibus, omnino ſedere debet. ibidem. numer. 56
Iudex delegatus ad unam cauſam, in ſua camera decretum interponere poteſt, c. 33. n. 58
Iudex curare debet ne lites ex litibus oriantur. ibid. n. 285
Iudex curare debet ne lites fiant immortales, ibid. n. 286
Iudex in cauſis dubiis poteſt quandoque partes cogere ad concordiam, ibid. n. 287
Iudex quomodo ſciet, bonine an mali ſint mores tutoris, c. 36. reg. 1. n. 38
Iudex ex officio poteſt removere tutorem ſuſpectum, c. 36. reg. 3. n. 3
Iudex potius ſequi debet pupillorum vel minorum utilitatem, quam legis, aut hominis judicium, ibidem reg. 6. numer. 3
Iudex delegatus poteſt dare tutorem, quando lis movetur adulto coram delegato, c. 37. reg. 2. n. 84
Iudex delegatus in beneficialibus dat curatorem, c. 37. n. 85
Iudex delegatus poteſt in integrum reſtituere, qnando reſtitutio in integrum venit coram eo incidenter, cap. 37. n. 86
Iudicis arbitrio relinquitur, quando perfecte dicantur redditæ rationes c. 38. n. 12
Iudicis arbitrio relinquitur, an expenſa quæ excedit reditus pupilli, utilis ſit & computanda tutori, nec ne. cap. 40. n. 53
Iudicium agitatum cum tutore, qui non fecit inventarium, eſt nullũ. cap. 32. regul. 5. n. 11
Iumenta antiquitus capita vocata. cap. 3. n. 15
Iuramentum in litem datur contra tutorem, qui pupillum in defenſum reliquit, c. 32. reg. 3. n. 7
Iuramentum in litem datur contra tutorem, qui non confecit inventarium c. 32. reg. 6. n. 1.
Iuramentum in litem datur contra tutorem, qui non exhibuit cum effectu librum rationum. ibid. n. 5
Iuramentum in litem datur contra eum, qui profert & obſcurũ & intricatũm librum rationum; ibid. n. 7
Iuramentum in litem non datur contra tutorem qui non confecit inventariũ ob ſimplicitatem & ruſticitatem ibid. n. 17
Iuramentum in litem non datur, contra tutorem non conficientem librum rationum, eo quod liberatus fuerit ab onere reddendi rationes, ibid. numer. 18
Iuramentum à ſtatuto requiſitum debet à tutoribus ſub eiſdem verbis præſtari alias tutela non valet, ibid. regul. 5. n. 54
Iuramentum minoris confirmat diviſionem factam contra præceptum teſtatoris & diſpoſitionem legis. c. 33. n. 109
Iuramentum minori non obeſt, niſi fuerit prius certioratus de beneficio ſuo, c. 33. n. 586
Iuramentum vere & præſumptive dolo præſtitum, non præjudicat minori, c. 33. n. 589
Iuramentum ſuper contractu ſimulato interpoſitum, eſt nullum, & tali ca-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

ſu non eſt petenda abſolutio á juramẽto, ibid. n. 591
Iuramẽtum aſſertorium, quo juravit omnia & ſiugula contractus eſſe vera, non valet, tanquem appoſitum in fraudem, ibid. n. 593
Inramentum minoris aſſerentis ſe majorem, excludit á beneficio ætatis, non etiam nullitatis, ibid. n. 594
Iuramẽtum minoris corporaliter præſtitum, excludit omne auxilium, ibid. n. 595
Iuramentum, quando dicatur corporaliter præſtitum, ibid. n. 596
Iuramentum primum, quãdo præjudicet ſecundo ibid. n. 601
Iuramentum non firmat contractum, in quo deſint ſolennitates probatorię requiſitæ àd actum: quia dicuntur inductæ ad utilitatem publicam, ibid. n. 603
Iuramentum interpoſitum in contractu, facit vt calculus non poſſit retractari, c. 38. n. 160
Iuramentum in tutelis interpoſitum, facit ut locus non ſit beneficio diviſionis c. n. 166
Iureconſulti proprietatis verborum obſervantiſſimi. c. 1. n. 2.
Iureconſulti non tam definitione, quam deſcriptione uti ſolent, c. 2. n. 4
Iuridici in quorum locum ſurrogati ſunt. c. 19. n. 21
Iuriſperitus an excuſetur á tutela, c. 35. reg. 1. n. 118.
Ius patronatus an vendi vel donari poſſit cum univerſitate bonorum, c. 5. nu. 65
Ius civile quid proprie, c. 6. n. 3.
Ius revocãdi donationes ex cauſa ingratitudinis, non tranſmittitur ad heredem, c. 18. n. 48
Iuvenis imbellis, c. 5. n. 120
Iuvenis imberbis. ibid. n. 121
Iuvenis pro impubere in Scęvolæ reſponſo, ibid. n. 124
admodum Iuvenes qui dicantur, ibid. n. 126.

L.

LAicus an poſſit eſſe tutor clerici, c. 4. n. 29
Laicus an poſſit eſſe procurator clerici, & ſyndicus eccleſiæ, c. 4. n. 29
Laicus an jus patronatus pręſcribere poſſit, c. 5. n. 64
pro Laudo præſumitur, c. 38. n. 184
à Laudo poſtmodum emologato, non eſt recedendum, ibid. n. 185
Laudum & arbitramentum emologatum habetur ut tranſactio, ibid. numero 186
Legata, teſtamenta, tutelæ, & libertates, qua lingua relinqui, & dari debuerint. c. 6. n. 23
Legatum non poteſt conferri in alterius arbitrium, c. 10. n. 32
Legatis relictis filiis vel filiabus, non procedit in poſthumis, c. 12. n. 5
Legatum relictum filiabus, an unicę poſthumæ debeatur, c. 12. n. 7
Legata & hereditates plerumque dantur ob merita, c, 26. n. 5
Legatum agnoſcere cenſetur diſponens de re legata, c. 32. reg. 5. n. 62.
Legato relicto pro pupillis pauperibus maritandis, illi comprehenduntur, qui neceſſe habent laborare quotidie pro victu & veſtitu, ca. 35. reg. 1. nu. 144
Legatus qui procuravit ſibi legationem, non gaudet privilegiis legatorum, c. 26. n. 52

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Legatarii amici vocantur, c. 26. n. 6
Legitimæ adminiſtrationis appellatione venit confectio inventarii, c. 32. reg. 5. n. 19
Lex magis confidit de tutore, quam de patre, c. 2. n. 19. &c. 3. effect. 1. n. 18
Lege 12. Tabul. multa pie, ac ſancte ſtatuta de tutoribus, c. 6. n. 14
Lex Africana, ergo difficilis, c. 7. n. 15.
Legis abſolute facta mentio, intelligitur de lege 12. Tab. c. 7. n. 23
Lex ſpecialis debet attendi præ generali, c. 9. n. 69
Lex vel ſtatutum loquens de filiis, etiam poſthumos includit, cap. 12. numer. 11.
Lex magis confidit de patre quam de matre, c. 15. n. n. 115
Lex Attilia quo tenpore lata fuerit, c. 19. n 2
Attiliorum familia apud Romanos ingẽtium virorum ferax, c. 19. n. 3
Lex Iulia & Titia, c. 19. n. 7
Lex Claudia, ibid. n, 8
Lex Platonis de furioſo, c. 28. n. 16
L. *Clarum*, *C. de author. præſt.* non ſervatur in Parlamentis, cap. 32. reg. 9. n. 74
L. *qua tutores*, *C. de admin. tut.* in Gallia vbique exolevit, c. 33. n. 147
Lex 2. *C. de reſcind. vend.* locum non habet in tranſactione. c. 33. n. 295
Lex Agraria, cur repudiata, ca. 33. num. 426
L. *vlt. C. ſi major fact.* quando locum non habeat, c. 33. n. 567. 569
Lex Platonis de pubertate æſtimanda, c. 37. reg. 1. n. 34
Lex taxative loquens de pupillo, habet etiam locum in adulto, & econtra, c. 37. reg. 2. n. 64
Lex Platonis, de petendo tutorem in locum mortui tutoris, & non petentis pœna. c. 37. reg. 2. n. 130
Libera perſona quæ, c. 3. n. 27
Liberum caput quomodo accipiatur in definitione tutelæ, c. 3. n. 28
Liber populus, c. 3. n. 29
Liberum quid, c. 3. n. 30.
Libere, verbum importat totalitatem, c. 3. n. 32
Libere, dictionis vis, c. 3. n. 33
Liberatio facta tutori generaliter non tollit quo minus tutor conueniri poſſit ratione reliquorum, cap. 38. numer. 26
Liberatio ſe non extendit ad dolum futurum & verum licet liberatio ſit ampla, c. 38. n. 28
in generali Liberatione nõ venit id quod poteſt vendicari, & apud tutorem adhuc eſt, c. 38. n. 29
Liberatio facta tutori generaliter, non tollit quo minus tutor couveniri poſſit ratione doli, qui conſiſtit in faciendo, c. 38. n. 30
Liberatio teſtatoris de non reddendis rationib. non relevat, quando quis adminiſtravit ante inventarii confectionem vel decretam adminiſtrationem, c. 38. n 33
Liberatio de reddenda ratione non excuſat tutorem à dolo, vel fraude, c. 38. n. 36
Liberatio geminata, & ratificata ex intervallo á minore, facit vt tutor, qui ſemel reddidit rationem, nõ teneatur iterato reddere, c. 38. n. 127
Liberatio rationum dolo obtẽta, iterum reddi debet, licet fuerit jurata, c. 38. n. 135. 175
Liberatio generalis doloſe facta nihil valet, noc comprehendit ea, quæ ex-

 ſtant

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

ſtant penes liberatum,&quę tenebatur reſtituere, c. 38. n. 174
Liberorum appellatione qui veniant, c. 8. n. 24. & c. 12. n. 33
Liberorum numerus an excuſet ab honoribus, c. 26.n.11
Liberti ſolent notitiæ cauſa tutores dari c. 7.n. 19
Libertum filiis patroni ſub pœna deſerti officii, ſive obſequii tutorem petere tenetur, c. 18.n. 24
Liberti an tutores eſſe poſſint. c. 23. nu. 14
Libertus idemq; tutor pupillæ,eam in uxorem ducens, vel filio ſuo tradens, relegatur, c. 31. effect. ult. n. 19
Libertus tutor áſeipſo non exigens quod debuit removetur ut ſuſpectus, & venit puniendus. cap. 32. reg. 9. num. 28
Libertus, qui non poteſt patronum de ſuſpecto accuſare, non prohibetur judicis officium implorare,c. 32.reg.9. n. 59.
Libertus nullam habet excuſationem á tutela,vel cura filiorum patroni, c. 35. reg. 1. n. 24
Libertus qui jus aureorum annullorum impetravit, pro ingenuo & libertino habetur ut tutoris datio teneat, c. 35. reg. 1. n. 28.
Libertus cogitur fieri patroni liberis curator, quorum fuerat & tutor, c. 35. reg. 1. n. 215
Libertus fraudulenter adminiſtrans removetur & punitur, cap. 36. reg. 5. nu. 8
Libertus non poteſt accuſare patronum ſuum crimine ſuſpecti tutoris, c. 35. reg. 6. n. 9
Liberti poſſunt tutores patronorum ſuorum ſive filiorum patroni ſui accuſare de ſuſpecto, c. 35. reg. 7. n. 18
Literas neſcire quis dicatur, c. 35. reg. 1. n. 160
Litigare volens cum pupillo ad validandum judicium,vocatis conjunctis,affinibus & amicis patris pupilli,tutorem á judice pupillo dari petere poterit, c. 17. n. 9
Litigare quis facile non debet, ſed ante bene deliberare, c. 33. n. 258
Lites maxime ſunt execrandæ, ibid. n. 255
Lis cauſa multorum malorum, ibid. n. 259
Lites inter cives ſunt damnoſęReipublicæ, ibid. n. 260
Litis cauſa multi deducti ſunt ad egeſtatem,&propriam patriam reliquerunt, ibid. n. 261
Lites cito expediri Reipublicæ intereſt. ibid. n. 264
Litis proſecutio ſumptuoſa,laborioſa, & moleſta,ibid. n. 266
Litis occaſio amputanda eſt, quoad fieri poteſt. ibid. n. 267
Litibus finem imponere eſt favorabile, ibid. n. 282
Livius quo tempore vixerit, c. 15. n. 21
Locatio rei minoris non valet etiam ad novem annos, c. 33. n. 403
Locatio ad longum tempus æquiparatur emphyteuſi, ibid. n. 404
Locatio ad novem annos æquipollet vēditioni, eiſdemque regulis conſtat. ibid. n. 408
quid de Locatione ad longum tempus, cuius vnicum eſt pretium. ibid. num. 409
quid de Locatione ad vitam locantis, vel conducentis, ibid. n. 410
Locatio ad longum tempus non valet ad novem annos,cum pacto de renovanda lo-

da locatione, ibid. n.413
Locatio etiam ad modicum tempus non valet,quando fieret in potentiorem , à quo non poſſet,niſi difficulter recuperari,ibid. n. 416
Locatio cum ſit ſine expreſſione certi temporis;intelligitur de vno anno tantum, ibid. n. 417
Locupletior,quando quis dicatur factus, c. 33. n. 128
Locupletior ut quis dicatur factus,inſpicitur tempus quo judicium accipitur, id eſt,tempus litis conteſtationis,ibid. n. 129
Locupletior præſumitur factus,qui recepit pretium,nec apparet conſumptum ibid. n. 134
Lycurgi Lacedæmoniorum principis integritas. c. 4. n. 12
Lycurgus legiſlator Lacedæmoniorum, quo tempore vixerit, c. 6. n. 6
Lycurgus tutor Charilli fratris filii. c. 6. n. 7
Lycurgus nudans voluit exhiberi virgines puberes, c. 37. reg 1, n. 35

M.

Magiſtratus moniti vt darent curatorem,ſi non dederint,tenentur non habenti, c. 18. n. 28
Magiſtratus collegam tutorē dare poteſt c. 19. n. 17
Magiſtratus onus. c. 26. n. 32
Magiſtratus pœna differentis dare curatorem furioſo, c. 28. n. 8
Magiſtratus non exigens ſatiſdationem, tenetur pupillo vel adulto in ſubſidiū, c. 32. reg. 7. n. 33
Magiſtratus præſtare tenetur periculum tutoris parum idonei, ibid. n. 37
Magiſtratus nō tenetur pupillo de futuris caſibus, ibid. n. 40
Magiſtratus cautionem á tutoribus non exigens,habetur loco fidejuſſoris, ibid. n. 46
Magiſtratus moniti,ſi non dederint tutores vel curatores,tenentur ad damnum quod medio tempore paſſi ſunt impuberes. ibid. n. 53
Magiſtratus municipalis data opera tutelam differens in ſucceſſores ſuos, vel ſatiſdationem data opera differens, quo ad ſucceſſores accipiat, tenetur ad damnum, quod pupillus medio tempore pati poſſet, ibid. num 54
ad Magiſtratus, qui tutores confirmant ſine inquiſitione, pertinet periculum adminiſtrationis, ibid. n. 57
Magiſtratus tenētur,ſi Præſes provinciæ eos ſatis exigere juſſerit a tutoribus,& non exegerint, ibid. n. 59
ad Magiſtratum non pertinet periculum tutoris qui ſatis non dedit, ſi tempore finitæ tutelæ tutor reperiatur ſolvendo ibid, n. 63
Magiſtratus non tenetur pupillo, niſi in ſubſidium, in eo, qui de bonis tutoris ſervari non poteſt, ibid. n. 68
Magiſtratus majores qui dicantur, c. 35. reg. 1. n. 101
Magiſtratus futurus excuſationem non habet à tutela,ibid. n. 106
Magiſtratus providere debet ne pupillū committat inimico, cap. 35. num. 164
Magiſtratus ſi tutorem propter inimicitias dederit, quid juris, c. 35. n. 165
Magiſtratus virum arguit, c. 36. reg. 6. n. 2
contra Magiſtratum non agitur actione tutelæ niſi excuſſis tutoribus, collegis, & fidejuſſoribus, c. 36. reg. 6. nu. 265

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Magiſter pagorum.cap.27.n.37.
Marcus Antoninus eximiæ doctrinæ & probitatis Princeps c. 1.n.32
Mandatum ſpeciale derogat generali.c. 9. n. 70
In generali Mandato non venit delictum. c.21. effect. 6. n.8
Mandans gerere, vel patiens alium gerere, cum ipſe facere debuerit, ſine illius diſcuſſione recta conueniri poteſt, nec excuſabitur mădans.c. 31.effect. 2. n. 10
Maritus ignorans, ſi detur curator vxori, excuſatur á pœna Senatuſconſulti, dum tamen alium petat ſubſtitui. c. 31. effect. vlt. n. 26
Maritus excuſatur curam accipere vxoris ſuæ etiam ſe immiſcendo. cap. 35. regul. 1. n. 39
Maritus poteſt eſſe procurator ad litem vxoris ibid. n. 40
Maſculinum non concipit fœmininum; & an ſit perpetum. c.12.n.14
Mater & auia tutrices eſſe poſſunt filiorum ſuorum. c. 7. n. 41
Mater tenetur ventri cutatorem petere. c. 8. n. 33
Mater liberis tutorem non dat ſine confirmatione. c. 8. n. 38
Mater non poteſt filio dare tutorem, ſi pater ei alium teſtamento tutorem dederit. c. 8. n. 39
Mater quę in poteſtate patris eſt, filiorum ſuorum tutrix eſſe poteſt, ſine conſenſu patris. c. 9. n.7
Matris & patris appellatione, qui veniant. c. 9. n. 64
Mater & auia tutrices eſſe poſſunt, abſque aliqua impetratione iure authenticorum. c. 9. n. 52
Mater in educatione liberorum prefertur agnatis. c. 9. n.54
Mater non admititur, quamdiu ſpes eſt tutelæ teſtamentariæ. c. 13. n. 8
Mater vel avia tutrix legitima, non habet exercitium, niſi tutela fuerit decreta. c. 14. n. 7
Mater & auia licet excludantur ab hereditate, non tamen á tutela.c. 15. n.5
Mater & auia inuitæ non fiunt tutrices. c. 15. n. 8
Mater minor 25. annis, non proteſt eſſe tutrix. c. 15. n. 18
Mater præfertur in tutela auo & auiæ.c. 15. n. 25
Mater ſemper certa eſt. c. 15. n.26
Mator ſuccedit filiis ſpuriis c.15.n.28
Mater, etiam in poteſtate patris, filiorum ſuorum tutrix eſſe poteſt cap. 15. n. 32
Mater creditrix, vel debitrix pupilli, tutrix eſſe poteſt. c. 15. n. 34
Mater etiam pauper, dato idoneo fideiuſſore, tutrix eſſe poteſt. cap. 15. num. 35.
Mater & auia, omnibus agnatis, & ſic legitimis & datiuis præferendæ ſunt. c. 15. n. 36
Mater in tutela præfertur fratribus, cum quibus pariter ſuccedit. cap. 15. num. 37.
Mater præfertur patruo, licet á filii ſucceſſione excludatur. c. 15. n. 38
Mater etiam dato alio tutore intra tempora, & ante moram, volens præfertur, & volens remouetur. cap. 15. num. 40
Mater teſtamentario tutori non præfertur, cap. 15. num. 41. ampliatur num. 42
Mater non admittitur, quamdiu ſpes eſt teſtamentariæ tutelæ, ſed interim locus eſt datiuæ. c.15. n. 43
Mater an preferatur legitimis aſcenden-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

tibus vel deſcendentibus, c. 15. nu. 46
Mater intra quatuor menſes, vel aliud tempus à ſtatuto præfixum, debet aſſumere tutelam. c. 15. n. 49
Mater tutrix ſolet apud acta jurato promittere, quod ad ſecundas nuptias non convolabit; ſecus hodie, c. 15. num. 51
Mater tutrix ſecundis nuptiis apud acta renunciare, eamque renunciationem in teſtatum ſive teſtationem redigere debet, c. 15. n. 52
Mater tutrix teſtamentaria ſecundis nuptiis an renunciare debeat, c. 15. num. 54
Mater & avia, non admittuntur ad tutelam, niſi renunciaverint SC. Velleiano, c. 15. n. 59
Mater & avia, an tempore renunciationis SCti Velleiani debeant certiorari de ejus beneficio, c. 15. n. 16
Mater & avia fidejuſſores vt tutrices dantes, illi non obligantur, ſi non renunciaverint SC. Velleiano, cap. 15. num. 62
Mater vel avia tutrix renunciat Velleiano, & omni alio legis auxilio, c. 15. n. 65
Mater an pro debito cõtracto ratione tutelæ carcerari poſſit, c. 15. n. 66
Mater & avia, tutrices, expreſſe tenentur obligare bona pro defenſione pupilli, c. 15 n. 69
Mater, vel avia, an liberentur dando fidejuſſores, pro aſſumptione tutelæ tales, quales poſſunt, c. 15. n. 71
Matris vel aviæ geſta ante renunciationem, quatenus valeant, cap. 15. nu. 73
Mater vel avia convolans ad ſecundas nuptias, tutrix eſſe deſinit, c. 15. nu. 74
Mater vel avia tutrix teſtamento data, an amittat tutelam convolando ad ſecundas nuptias, c. 15. n. 75
Mater an reaſſumat tutelam ob mortem ſecundi mariti. c. 15. n 77
quid in Matre ſponſalia contrahente de præſenti, non tamen cognita, cap. 15. n. 78
Matre tranſeunte ad ſecunda vota, tutela inſolidum remanet apud tutorem teſtamentarium, nec poteſt Iudex alium adjungere, ſi teſtamentarius ſolus ſit ſufficiens, c. 15. n. 80
Mater tranſiens ad ſecunda vota, antequam filiis impuberibus alium tutorem ordinari curaverit, & rationem reddiderit, & reliqua perſoluerit, privatur ſucceſſione eorundem, cap. 15. num. 84
an idem in Matre inhoneſte vivente, c. 15. n. 85
Matri non ſufficit petere tutorem, ſed inſtare debet, vt datus adminiſtrandum compellatur; & an illa duo requiſita concurrere debeant, ca. 15. num. 86
Matrem an excuſet ignorãtia in petendo tutorem, c. 15. n. 87
Mater in dubio docere debet, ſe prius impleviſſe, vt non repellatur à ſucceſſione filii defuncti. c. 15. n. 88
Mater tutrix filiorum non jurans, ſed tantum renuncians ſecundis nuptiis, incidit in eaſdem pœnas, in quas incideret, ſi juraſſet, c. 15. n. 89
Mater volens ad ſecundas nuptias tranſire, an teneatur petere tutorem filio, ſi is habeat agnatos, ad quos ſpectet legitima tutela, c. 15. n. 90
Mater non petens tutorem filiis an privetur omnibus legatis, & fideicommiſſis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

miſſis ſibi obvenientibus á viro & patre pupilli relictis. ibid. n. 91
quid in donatione cauſa mortis. ibid. n. 92
Matre de facto adminiſtrante, abſque ſuſceptione legitimæ tutelæ, an ſecundi mariti bona ſint obligata. cap. 15. n. 98
Mater non incurrit pœnas ſecundo nubentis finita tutela pubertate liberorum. c. 15. n. 99
Mater que acceptavit & geſſit tutelam filii impuberis, an ſi eo mortuo tranſierit ad ſecundas nuptias, non reddita ratione fratribus impuberis defuncti, incidat in pœnas, de quibus in *Auth. eisdem poenis, C. de ſecund. nupt.* c. 15. n. 100
quid in Matre ingrediente monaſterium. c. 15. n. 101
Mater quæ petito tutore filiis, & redita ratione adminiſtrationis, tranſit ad ſecundas nuptias, an patiatur pœnas, ob id, quod per errorem calculi minus ſolverit de reliquis, quam debuerit; & quid ſi in parva quantitate fuerit erratum. c. 15. n. 102
Mater excuſatur, ſi reddat rationem ſecundum juris diſpoſitionem, non tamen ſtatuti requirentis forte prœſentiam alicujus, qui non fuit adhibitus. c. 15. n. 103
Mater an filiis egenis tutorem petere teneatur, vt non incidat in pœnas. c. 15. n. 104
Mater, quę petito tutore filiis, & reddita ratione tranſit ad ſecundas nuptias, an incidat in pœnam, ſi propter paupertatem reliqua reſtituere non potuit. c. 15. n. 105
Mater an excuſetur á pœna, ſi non habeat, de quo rationem reddat. c. 15. n. 106
Mater minor 25. annis, an teneatur pœnis *Auth. eiſdem poenis*, C. *de ſecund nupt.* c. 15. n. 107
Mater executrix teſtamenti non privatur officio executionis, convolando ad ſecunda vota, c. 15. n. 108
Matri non eſt permiſſum exemplariter ſubſtituere, ſi liberis vitricum inducat, ſecus in patre. c. 15. n. 116
Mater binuba non revocat collata per donationem in liberos primi matrimonii, prætextu ingratitudinis, ſecus in patre. c. 15. n. 120
Mater licet vehementius amare dicatur, pater, tamen conſtantius. c. 15. num. 122
Mater contractis ſecundis nuptiis, ipſo jure tutrix eſſe deſinit, & eſt locus legitimo. c. 16. n. 7
Mater acceptans tutelam filiæ, ſi tranſeat ad ſecunda vota, accedens judicis officium pro tutoris proviſione, dat locum tutori dativo, non legitimo. c. 16 n. 9
Mater intra annum petere debet idoneum tutorem liberis, ſi ipſa non velit eſſe, alioqui privatur ſucceſſione liberorum. c. 18. n. 1
Mater & reliqui aſcendentes non petendo tutorem infra annum, an ſint privandi legitima ſua. c. 18. n. 10
Mater non petens curatorem filio ſuo pupillo in caſibus, in quibus neceſſarius eſt curator pupillo, privatur ſucceſſione filii. c. 18. n. 11
Mater prægnans ventri curatorem non petens, privatur ſucceſſione, ſi poſthumus naſcatur, & poſt moriatur. c. 18. n. 12
Mater non ſolum tenetur petere, nominare, & curare, vt detur tutor: ſed neceſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

neceſſe eſt eos compellere, ut ſeſe immiſceant tutelæ, & eam ligitime adminiſtrent. c. 18. n. 13
Mater petens malum, vel inidoneum tutorem filiis, expellitur legitima eorum hereditate. ibid. n. 16
Mater in locum rejecti, remoti, excuſati, vel etiam defuncti, alium tutorem petere debet, vt non privetur ſucceſſione, ibid. n. 17
Mater naturalis tenetur petere tutorem liberis intra annum, ad inſtar matris juſtæ & legitimæ. ibid. n. 18
Mater ruſtica an excuſetur non petendo tutorem filiis intra annum, ibid num. 19
Mater vel alia perſona nõ acceptata tutela etiamſi bene & legaliter adminiſtraverit negotia pupilli, privatur ſucceſſione, ob id quod non petierit tutorem, ibid. n. 23
Mater & alii excuſantur in non petendo tutorem, ſi id differant, ut pupillus à creditoribus nõ poſſit conveniri, ibid. n. 36
Mater juſte impedita excuſatur in non petendo tutorem liberis, ibid. num. 33
Mater excuſantur in non petendo tutorem, exiſtente teſtamentario, ibid. num. 38
Mater excuſatur in non petendo tutorem, ſi intra annũ ab alio fuerit præventa. ibid. n. 41
Mater minor annis non petendo tutorem intra annum, an excuſetur, ibid. num. 43
Mater prodiga excuſatur in non petendo tutorem filiis, ut non privetur ſucceſſione, ibid. n. 45
Mater ingrediens monaſterium intra annum, & non petens tutorem, an privetur ſucceſſione. ibid. n. 46
Mater ob non petitum tutorem, licet privetur ſucceſſione, non tamen legato particulari ſibi facto. ibid. n. 49
Mater non petendo tutorem, non privatur ſucceſſione fideicommiſſaria. ibid. n. 50
idem in ſucceſſione vulgari ſervatur. ib. num. 51
Mater non petendo tutorem intra annum, apud Gallos non privatur ſucceſſione filii, ſed mulctatur pecunia pro judicantis arbitrio, ibid. num. 29
Mater impuberi tutorem non petens, ſi poſt pubertatem filius decedat, non privatur ſucceſſione filii, ibid. num. 30
Mater & avia, quamvis per agnatos excluſę in ſucceſſione, non tamen excluduntur à tutela & cura filii, cap. 28. n. 78
Mater tutrix ex teſtamento, ſi adminiſtret, licet inventarium non faciat, & tutelam confirmari petat, tutrix eſt, ſed quo ad onera tantum, c. 31. effect. 2. num. 6
Mater tutrix mandans contutori, vel alteri ut gereret, cenſetur feciſſe ſuo periculo, contra quem ei competit actio eo nomine etiam finita tutela, c. 31. effect. 2. n. 8
Mater pupillæ, cum tutore filiæ ſuæ, vel filio tutoris recte contrahit. c. 31. effect. ult. n. 24
Mater tutrix tenetur conficere iuventarium. c. 32. reg. 5. n. 24
Mater tutrix teſtamentaria, inventarium conficere tenetur, etiamſi teſtator ei confectionem inventarii remiſerit. ibid. reg. 2. n. 26
Mater non conficiens inventarium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

mox cum facere poteſt,& creata fuit, privatur ſucceſſione filiorũ, uſufructu,donatione propter nuptias,& in litem iuratur contra eandem ibid.nu. 27
Mater ſatiſdare tenetur. ibid. regel. 7. n.22
Mater debitrix filiorum á tutela non repellitur. ibid. reg. 9. n. 240
Mater in dubio præfertur fratri adulto ipſius pupilli. ibid. n. 241
Mater iure fforum non potuit eſſe tutrix,etiam ſi iudex eam confirmaſſet. c. 35. reg. 1. n. 182
Mater tranſiens ad ſecunda vota, ipſo jure tutrix eſſe deſinit.c.36. reg.1.n. 39
Mater tutrix an obſtante prohibitione teſtatoris, de redditione rationis teneatur ſoluere reliqua. cap. 38. n.31
Mater quæ filii negotia tractavit tenetur reddere rationem filio,& tenetur de dolo & negligentiá. cap. 38. n.56
Matris bona filiis tacite ſunt obligata pro adminiſtratione. c. 38.n.61
Mater licet petat tutorem dari filio eius periculo, non tamen tenetur ex illo facto,niſi hoc expreſſum fuerit iudicis decreto. c. 39. n. 264
Medici docentes Romæ vel in aliqua civitate Regia,vacationem habent á tutela vel cura. cap. 35. regel. 1. nu. 203
Medici non probati decreto ordinis, non excuſantur à tutela. cap. 35. n. 205
idem quando non bene, & ſedulo ſuo munere funguntur.ibid. n. 206
idem quando docent,vel medentur alibi quam in patria. ibid. n.207
Menſores frumentarii excuſantur á tutela. ibid. n. 226
Menſor quis. ibid. n. 228
Miles á iudice tutor non datur. cap. 23 n. 36
Miles curatorem teſtamento dare nequit. c. 29. n. 14.
Miles á tutela excuſatur. cap. 35. reg. 1. n. 184
Miles veteranus quis, & an excuſetur á tutelis paganorum. cap. 35.num. 186
Milites veterani ab vna tutela filiorum conveteranorum vacare non poſſunt poſt annum miſſionis. ibid. num. 187
Milites veterani ignominia dimiſſi immunitatem non habent á tutela. ibid. n. 189
Miniſtri eccleſiæ, an poſſint á judice dari tutores. c. 23. n. 37
Minor ſeptennio in jus vocari non poteſt,ut legitime compereat, ſed vel tutor,ſi quem habet,citari debet, vel eo deficiente,citandi ſunt proximiores agnati & cognati infantis. cap.14. n. 12.
Minor 25. annis, licet proximus, tutor eſſe non poteſt, c. 15. n. 16
Minor 25. annis ante Iuſtinianum non potuit eſſe fiduciarius tutor. ibid nu. 17
Minor 25. annis á judice non datur tutor. c. 23. n. 28
Minor 25. annis non poteſt dari curator bonis abſentis, c. 28. n. 75
Minor procuratorem conſtituit authore tutore in cauſa gravi, c. 30. n. 6
Minor contrahens procuratorio nomine dominum obligat. c. 30. n. 169
Minor impetrans literas regias ad obligationem annullandam, ſi annullata fuerit, non tenebitur is qui ſe pro eo obligaverit, cap. 31. effectu. 5. num. 8.
Minor nõ poteſt eſſe in judicio criminali ſi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

li ſine tutoris vel curatoris authoritate c. 32. reg. 9. n. 14
Minor in judicio criminali negans ſine curatore, licet crimen creſcat propter ſuam negationem, & beneficium confitentis perdat, tamen reſtituitur, ibid. reg. 9. n. 65
Minor ſi delictum in tormentis confiteatur ſine curatore, talis confeſſio ei non nocet, ibid n. 67
Minor ſine curatore poteſt extrajudicialiter confiteri, ibid. n. 75
Minor punitur ex confeſſione facta in judicio in delictis atrociſſimis, ut in crimine læſæ Majeſtatis, ibid. num. 76
Minoris eſt electio, utrum petat rem emptam ex pecunia ſua, licet non nomine ſuo, vel pecuniam ipſam cum uſuris centeſimis, ibid. n. 181
Minorum prædia non ſunt alienanda, cũ extant pecuniæ, c. 33. n. 11
Minoris bona cum ex cauſa alienantur, probari debet cauſa, ibid n. 34
Minor non poteſt ſine decreto alienare prædia, etiam inter affines & ſanguine conjunctos, ibid. n. 73
Minor ſe majorem jurans, licet beneficium reſtitutionis tollat, non tamen nullitatis allegationem, ibid. n. 74
Minor etiam obtenta venia, non poteſt ſine decreto alienare immobilia, ibid. n. 76
Minor non poteſt ſine decreto Prætoris alienare bona, quæ alias ejus pater habebat venalia, ibid. n. 113
Minor non poteſt ſine decreto alienare fundum emphyteuticum, ibid. num. 114
Minor non poteſt ſine decreto alienare argentifodinas, ſalinas ibid. n. 115
Minor non poteſt ſine decreto alienare fundum, à ſe bona fide poſſeſſum, ibid. n. 116
Minor fundum ſterilem ſine decreto alienare non poteſt, ibid. n. 118
Minor non alienat bona communia ſine decreto, ibid. n. 119
Minorum prædia alienari non poſſunt, etiam ob debitum fiſcale, ibid. num. 122
Minor jure digeſtorum ſine decreto judicis alienare poteſt res mobiles, quæ ſervando ſervari poſſunt, ibid. num. 142
Minor ſine decreto, & authoritate tutoris non poteſt cedere actiones, vel jura ſua, ibid. n. 150
Minor non poteſt ſine decreto cedere jus, vel actionẽ competẽtem ad rem immobilem, ibid. n. 152
Minor ſine decreto & authoritate tutoris, poteſt cedere actionem ex neceſſitate contractus, cum defuncto initi. ibid. n. 156
Minor poteſt ſine decreto & authoritate judicis cedere actionem ex cauſa trãſactionis ibid. n. 157
Minor adverſus fructuum venditionem non reſtituitur ibid. n. 170
Minor apud ſuos perinde ac major liberam habet fructuum adminiſtrationẽ ibid. n. 171
Minorum bona pignori dari nõ poſſunt ibid. n. 182
Minor non poteſt dare pignori fundum à ſe emptum ut inde reſiduum pretii venditori ſolvat, ibid. n. 183
Minorum bona communia ſine decreto dividi non poſſunt, ibid. n. 189
Minor provocans ad diviſionem, ſi poſtea tranſigat in præſentia amicorum, poteſt reſtitui, aliud ſi gravamen non habeat, ibid. n. 201

Minor an poſſit provocare ad diviſionem fructuum & redituum annuorum, ibid. n. 203
Minoris bona ex cauſa dividi poſſunt, ut ſi ſocius vel frater eſt rixoſus, ibid. n. 205
Minoris bona ex cauſa dividi poſſunt, quando provocaretur ad diviſionem à majore, ibid. n. 211
Minor ſine decreto judicis dividere poteſt hereditatem, in qua tantum ſunt bona mobilia, ibid. n. 212
Minor 25. annis poteſt ingredi monaſterium, cuius bona acquiruntur monaſterio, etiam ſine curatore, ibid. num. 320
Minor in ultima voluntate integram habet perſonam. ibid. n. 321
Minor poteſt pro executione ultimę voluntatis in teſtamento permittere alienationem bonorum immobilium, ib. n. 323
Minor juri ſuo renuncians ope reſtitutionis in integrum juvatur, ibid. num. 329
Minor ſine decreto poteſt cauſa remunerationis donare, ibid. n. 336
Minor infans heres venditoris non poteſt reſtitui adverſus tacitam remiſſionem, ibid, n. 352
Minor non poteſt renunciare ſine decreto, ibid. n. 377
Minor 14. annorum ſine curatore poteſt renunciare beneficio eccleſiaſtico, ibid. n. 380
Minor non poteſt repudiare delata bona, ſine prætoris decreto, ibid. n. 381
Minor non poteſt in ſolutum dare bona ſua, ſine decreto Prætoris. ibid. num. 389
Minor reſtituitur adverſus alienationem ab alio factam in re quæ majorũ ejus fuerit licet juſto pretio facta, ibid. n. 424
Minorum prædia ſine decreto alienari poſſunt ex teſtatoris diſpoſitione, ibid. n. 427
Minoris bona tacite obligantur pro dote, ſine alia ſolemnitate, ibid. num. 436
Minoris bona invecta ſunt domino tacite obligata; licet non intervenerit decretum, ibid. n. 438
Minores bona intrantis religionem, trãſferuntur in monaſterium, ſine aliqua ſolemnitate, ibid. n. 439
Minor ſine decreto vendit, quod teſtator vendi juſſit, ibid. n. 440
Minor ſine ſolemnitate ſtatuti poteſt hereditatem patris retinere, nec obiici poterit, quod hereditas non fuerit legitime adita, ibid. n. 443
Minor poteſt actum facere nomine & periculo alterius, ut Procurator vel aliter, ibid. n. 469
Minor & mulier poſſunt contrahere alieno nomine, ſine ſolemnitate ſtatutorum, ibid. n. 472
Minor non poteſt eſſe tutor legitimus, ibid. n. 474
Minor ad eligendum Prælatum, vel quid ſimile faciendum ſuo nomine, eſt inhabilis. ibid. n. 475
Minor promittens vel alienans rem alienam domino conſentiente, cui poſtea ſuccedat, non poteſt hujuſmodi promiſſionem infringere, ibid. numer. 476
Minor obligatur ex delicto, vel quaſi licet lex prohibeat illum ſe obligare, ibid. n. 507
Minor ſine decreto feudum, vel emphyteuſin

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

teuſin alienans, eo non privatur, ibid. n. 511
Minores non reſtituuntur adverſus verum dolum, ibid. n. 513
Minor qui factus major dolum in contractu ab adverſario adhibitum ſcivit, ſi non contradixit, dolum remiſiſſe dicitur, ibid. n. 522
Minor ſi effectus major ignoravit vel dubitavit, ſub qua forma olim á ſe celebratus fuerit contractus, non dicitur eum ratum habuiſſe ex lapſu temporis, ibid. n. 571
Minor licet juraverit, data tamen enormi lęſione, contravenire poteſt, petens ad cautelam abſolutionem à juramento ibid. n 578
Minor anno 14. ætatis poteſt reſignare beneficia, & pro eis agere, ſed læſus facile reſtituitur, ibid. n. 610
Minor in beneficialib. reputatur major, ibid. n. 611
Minor 25. annis major tamen 14. annis in beneficialib, poteſt in judicio agere per ſe, vel per alium, ſine ſolennitate & beneficio renunciare, ibid. n. 612
Minor legitimam perſonam habet ſtandi in judicio, in cauſa matrimoniali, ibid. n 614
Minor non poteſt vendicare prędium ſine decreto venditum, quando æſtimationem conſecutus fuerit actione tutelæ, ibid. n. 617
Minor 25. annorum hodie non poteſt eſſe tutor, etiamſi velit, nec opus eſt excuſatione, c. 35. reg. 1. n. 180
Minor ante vigeſimum quintum annum non admittitur ad munera & honores. c. 35. n. 181
Minor in teſtamento tutor ſcribi poteſt, ibid. n. 183
Minor 25. annis non poteſt habere eccleſiam parochialem, cap. 37. reg. 2. n. 19
Minor 25. annis ſtipulari non poteſt, ibid. n. 7
Minores ante annum vigeſimum quintum curatorum auxilio reguntur, nec eis committitur adminiſtratio, licet rem ſuam bene gerant, ibid. numer. 23
Minor 25. annorum dicitur exephebus à Cuiacio, ibid n. 30
Minore mortuo abſque heredib. & venientibus ab inteſtato, quis ſuccedat, fiſcus ne, an tutor vel curator, ibid. n. 113
Modeſtinus ICtus quo tempore vixerit, c. 4. n. 45
Modeſtinus Iulii Maximini Alexandri Imperatoris filii inſtitutor, c. 4. num. 46
Modica non ſunt curanda, c. 26. n. 56
Modicum & nihil ęquiparantur. ibid. n. 57
in re Modica ceſſat doli præſumptio, c. 32. reg. 5. n. 49
in Modicis ſeu minimis ſtatur privatæ, ſcripturæ, & ſimplici juramento tutorum & curatorum, c. 32. reg. 5. n. 50
Mora contrahitur in judice reipſa, & ſine interpellatione, c. 32. reg. 4. n. 5
Mora in non conficiendo inventario purgari per tutorem poteſt infra breve tempus, ſi adminiſtrationi ſe non ingeſſerit, ibid reg. 5. num. 92.
Mora pugari poteſt, cum dies & pœna á lege eſt appoſita. c. 18. n. 21
Moræ purgatio non admittiur, quando executio facta eſt á lege, cap. 18. num. 22
Mora non contrahitur per interpellationem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

lationem factam adulto, ſuper re immobili ſine authoritate judicis, c. 33. n. 387
Mulier olim fuit in perpetua tutela, c. 5. n. 6
Mulieres nudæ in ſcenā apud Romanos prodire ſolebant. c. 5. n. 100
Mulier in multis locis contahere nequit ſine conſenſu manualdi, cap. 7. num. 52
Mulieres apoud Vltrajectinos in judicio nihil agere poſſunt ſine tutore electo, c. 7. n. 53
Mulier in multis melioris eſt conditionis quam vir, c. 15. n. 64
Mulier quando inhoneſte vivere dicatur, c. 15. n. 95
Mulier Mileſia accepta á ſubſtituto pecunia, partum ſuum medicamentis abegit & necavit, c. 32. regul. 9. num. 260
Mulier minor dotem ſine decreto conſtituere non poteſt de rebus immobilibus, c. 33. n. 325
Mulier ſi rem prius vendiderit cum auctoritate viri, conſenſus trahitur ad conſequentia, c. 33. n. 497
Mulieres pietate ductæ accuſare tutorem ſuſpectum poſſunt. c. 36. reg. 7. n. 8
Mulieres accuſare & poſtulare prohibētur, c. 36. reg. 7. n. 9
Mulier non poteſt procuratoris munus obire, & ab omnibus civilibus aut publicis officiis remota eſt, c. 36. reg. 7. n. 10
Mulier in manum viri veniens, cum capite fortunas ſuas in familiam ac domum mariti tranſfert, c. 37. reg. 2. n. 146
Mulier in manum viri veniens, tranſfert omnia in virum dotis nomine, ibid. num. 147
Mulier maritum habens, tutorem nō habet, ibid. n. 148
Munera ſolemnia quæ dicantur, cap. 32. reg. 9. n. 150
Mutus tutor eſſe non poteſt, c. 9. num. 34
Mutus factus ex accidenti, an deſinat eſſe tutor ipſo jure, c. 9. n. 38
Mutus & ſurdus á judice tutores dari non poſſunt, c. 23. n. 24
Mutus tutor auctoritatem præbere non poteſt, c. 30. n. 25
Mutus, cęcus ſurdus & furioſus, poſt ſuſceptam tutelam non excuſantur, c. 35. reg. 1. n. 153

N.

Naturales liberi tutoris non poſſunt pupillam in uxorem ducere, licet in adoptionem dati fuerint, c. 31. effect. ult. n 7
Negligentia tutoris quomodo probetur, cap. 32. reg. 9. num. 194. & c. 39. n. 40
Negligentia imputatur patrono in bonis liberti, c. 39. n. 29
quid in matre, c. 38. n. 30
Negligentia propria, ſive culpa levis heredi non imputatur, c. 39. n. 88
Neceſſarii vel neceſſariæ perſonæ pupillis tutores petere poſſunt, c. 17. n. 1.
Neceſſariæ perſonæ quæ dicantur, c. 17. n. 2
Neceſſarii qui ex opinione Baldi, & qui ex ſententia Zaſii, c. 17 n. 3. 4
Neceſſariorum appellatio capienda eſt pro ſubjecta materia ampliative vel reſtrictive, c. 17. n. 7
Neceſſitudinis verbum quam late pateat, c. 17 n. 8
Neceſſitatis ratione licitum eſt privato capere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

capere debitorem fugientem, etiam die feriata, c. 29. n. 26
Negotiorum geſtor rationem reddere tenetur, c. 38. n. 73
Nobiles poſſunt eſſe tutores popularium & e converſo, c. 23. n. 12
Nobiles, qui ſceleribus nobilitatem amiſerunt, an ſin immunes ab oneribus nobilitatis, c. 26. n. 39
Nobilis propter delictum deſinens eſſe nobilis ex diſpoſitione ſtatuti, intelligitur quo ad honores & commoda, non autem incommoda & damna, c. 31. effect. 2. n. 7
Nobilis an cogi poſſit ad ſuſcipiendam ignobilis tutelam, c. 35. reg. 1. num. 23
Nonius Marcellus doctiſſimus Grammaticus, c. 26. n. 30
Notario conficiente inſtrumentum de eo, quod ipſe fecit; ut procuratorem conſtituens, non eſt rogatus neceſſarius, c. 32. reg. 4. n. 4
Notarii & tabularii non excuſantur à tutela, c. 35. reg. 1. n. 212
Novercarum varia epitheta, c. 15. n. 127
Noverca juvenis non tenetur ſtare cum privignis, etiamſi teſtator mandaverit, c. 32. reg. 9. n. 237
Numa Pompilius ſecundus Romanorum Rex, c. 3. n. 26

O.

Obligatio quando confundi dicatur, c. 40. n. 57
Obligatio pro ea parte, qua debitor creditori ſuccedit, vel econtra, cõfunditur, pro aliis vero partibus competit actio contra coheredes, cap. 40. n. 59
Officiales juſtitiæ in officio exiſtentes cum ſubditis contrahere non poſſunt, c. 30. n. 62
Officiales adminiſtrantes provincias, milites in hybernis vel æſtivis degentes, an poſſint contrahere matrimonium cum eorum ſubditis provincialib. vel incolis, c. 30. n. 63
Officialis ad arbitrium ſuperioris deputatus æquiparatur officiali perpetuo, ibi. n. 67
Officialis juſtitiæ palam, bona fide, vel cum auctoritate alterius officialis contrahere poteſt, ibid. n. 69
Officialis juſtitiæ equos & mulas emere poteſt, c. 30. n. 68
Officialis durante officio heres inſtitui & legatum accipere poteſt, ibid. num. 70
Officialis ante ingreſſum officii pignus pro obſervantia contractus celebrati capere poteſt, ibid. n. 72
Officialis per univerſitatem cui præeſt, contrahere poteſt, ibid. n. 74
Officium cuſtodis furioſi, c. 28. n. 17
Opinio communis doctorum virorum eſt juſta cauſa litigandi, & excuſat à calumnia præſumpta, cap. 40. num. 22
Origo cujuſque rei ſpectanda, c. 6. n. 1
Originis datio in dubio prævalet, c. 20. n. 6
Originis cauſa fortior domicilii, ibid. n. 7

P.

Pactum de futura ſucceſſione valet, quando fit ex neceſſitate pręcedentis contractus, c. 33. n. 442
Pactum non valet, quo promittit quis nunquam exigere rationes, c. 38. n. 46
Paria ſunt, nullam ab initio fuiſſe cauſam,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

ſam, vel fuiſſe aliquando, ſed eam non eſſe finitam, c. 3. n. 40
Paria ſunt, quid eſſe certum, vel poſtea certificandum, c. 10. n. 29
Paria ſunt non dare, vel dare malum tutorem, c. 15. n. 44
Paria ſunt, auctoritatem non interponere, vel inutiliter & illegitime interponere, c. 30. n. 35
Paria ſunt, actum non fieri, vel fieri minus ſolemniter, c. 32. reg. 5. n. 39
Paria ſunt, inventarium non facere, & non omnes res in eo ponere, vel obſcure ponere, c. 32. reg. 5. n. 78
Paria ſunt, remittere inventarium, vel fieri vetare, ibid. n. 102
Paria ſunt, aliquid non facere, vel minus idonee facere, c. 32. reg. 7. n. 39
Paria ſunt, non invenire procuratorem, aut invenire, ſed non idoneum, c. 32. reg. 9. n. 53
Paria ſunt, ſcire & ſcire debere, cap. 33. n. 105
Paria ſunt non facere, vel facere tempore incongruo, ibid. n. 555
Paria ſunt, actiones movere & alienare, ſeu renunciare, ibid. n 613
Paria ſunt, eſſe vel de proximo ſperare, c. 35. reg. 1. n. 89
Paria ſunt, dolus ex propoſito & re ipſa, c. 38. n. 143
Paſtor Eccleſiæ, Prælatus, & parvus Epiſcopus dicitur, c. 5. n. 57
Pater præſumitur capere conſilium pro liberis, c. 3. n. 38
Patre deportato, filio datur alius tutor, ibid. n. 51. & 57
Patre deportato, nepos admittitur ad avi bonorum poſſeſſionem, ibid. num. 56
Patre recuſante adminiſtrare vel res filii agnoſcere, an ad unum actum poſſit dari curator, eleganter diſtinguitur, ibid. n. 60
Pater an in adventitiis poſſit agere vel defendere, procuratorem conſtituere ſine filii conſenſu, qui eſt proximus infantiæ, c. 5. n. 67
Pater teſtamento ſuo declarans, quis tutorum tutelam geret, ejus declarationi ſtandum eſt. c. 7. n. 11
Pater poteſt tutores teſtamento liberis ſuis dare, ſive maſculini, ſive fœminini ſexus ſint, modo ſint in poteſtate, c. 8. n. 2
Pater poteſt filio ſuo exheredato pupillariter ſubſtituere, ibid. n. 6.
Pater dat liberis tutores codicillis teſtamento confirmatis, ibid. n. 11
Pater dat tutorem filiis emancipatis, ibid. n. 19
Pater dat tutorem liberis invitis, ibid. n. 21
Pater nepotibus dat tutores, & quibus, ibid. n. 25
Pater filio ſuo naturali teſtamento jure tutorem non dat, ibid. n. 35
Pater relinquens filium ſuum vivum & mortuum Titio, quid verba operentur c. 11. n. 4
Pater conſtituens aliquem omnium bonorum adminiſtratorem, non videtur per hæc verba eum ſcripſiſſe tutorem filiis ſuis, c. 11. n. 8
Pater dans tutorem filiis, & unicum relinquens, ei quoque dediſſe cenſetur, c. 12. n. 21
Pater legitimus eſt tutor filii emancipati c. 15. n. 14
Pater poteſt non privare matrem vel aviam tutela, ſed tantum indirecte, providendo de alio. c. 15. n. 45

Pa-

Pater convolans ad ſecunda vota, an privetur liberorum tutela, ibid. num. 109.

Pater in teſtamento liberis ſuis curatorem ſcibere poteſt, & quando, cap. 29. n. 15

Patres morituri antiquitus ſolebant determinare certum tempus filiis ſub tutorum & actorum dominio conſiſtentibus, c. 31. effect. 1. n. 20

Patris bona pro adminiſtratione bonorum filii, in quibus non habet uſumfructum, cenſentur hypothecata, ſi geſſerit ſe pro legitimo adminiſtratore, c. 31. effect, 2. n. 26

Pater legitimus adminiſtrator, non tenetur conficere inventarium. c. 32. reg. 5. n. 88

Pater tutor filiorum tenetur conficere inventarium. c. 32. n. 90.

Pater legitimus adminiſtrator, non ſatiſdat, c. 32. reg. 7. n. 25

Pater tutor filii, non poteſt prædia filii ſine decreto alienare, c. 33. n. 69

Pater legitimus adminiſtrator bonorum filii, poteſt bona filii ſine decreto alienare, c. 33. n. 71

Pater legitimus adminiſtrator filii in adventitiis poteſt tranſigere, etiam ſine ſolemnitate decreti, ibid. n. 249

Pater tutor filii, non poteſt alienare bona minoris ſine decreto, ibid. num. 486

Pater legitimus adminiſtrator bonorum filii, non poteſt opulentam hereditatē quam ex ſucceſſione matris accepit, inter filios minores dividere ſine decreto, ibid. n. 487

Pater ſine decreto judicis, an poſſit tranſigere ſuper bonis, in quibus habet uſumfructum in præjudicium filii, ibid. n. 488

Pater conſentiens filio agenti vel defendenti in judicio, talis conſenſus non eſt neceſſe pręſtari in executione ſententiæ, c. 33. n. 498

Pater conſentiens filio contrahenti in inſtrumento guarentigionato, quod habet executionem paratam, hujuſmodi inſtrumentum pro filio, aut contra ipſum, executioni mitti poterit, ſine conſenſu patris, ibid. nume. 499

Pater conſentiens matrimonio filiæ, ejus conſenſus amplius neceſſarius non eſt, eum uxor ducitur ad domum mariti, c. 33. n. 500

Pater conſentiens officio tutoris filii, ejus conſenſus neceſſarius non eſt pro exercitio illius, ibid. 502

Pater non punitur, qui puellam duodecim annorum nuptum collocaverit c. 34. reg. 2. n. 11

Pater plurium liberorum, quæ privilegia habet, c. 35. reg. 1. n. 49

Pater emancipato filio tutor datus, non debet uti excuſatione trium liberorum c. 35. n. 81

Pater habens tres tutelas, filius familias non vocabitur ad quartam, & econtra c. 35. n. 126

Pater non tenetur reddere rationom adminiſtrationis filio de adventitiis, c. 38. n. 109

Pater in rebus filii actu & habitu plenam habet adminiſtrationem, c. 38. num. 110

Pater doloſe adminiſtrans bona filii, rationem reddere debet. ibid. n. 112

Pater adminiſtrans res filii, in quibus non habet uſumfructum, rationem reddere tenetur, c. 38. n. 113

Pater adminiſtrans ut tutor filii emancipati

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

cipati bona, tenetur rationem reddere. ibid. n. 114
Pater tenetur reddere rationem, quando pleno jure bona perveniunt ad liberos. ibid. n. 115
Pater conſentiens filio tutori dativo, inſolidum tenetur. c. 39. n. 205
Pater quando tutelam filii tutoris agnoviſſe dicatur. ibid. n. 206
Pater tenetur de dolo filii tutoris commiſſo ante emancipationem, ſi filius continuaverit adminiſtrationem. ibid. n. 207
Pater non tenetur de dolo filii tutoris, quem commiſit poſtquam emancipatus eſſet. ibid. n. 208
Pater non tenetur niſi de periculo, vel de in rem verſo tantum, ſi filio tutori teſtamentario conſenſerit, vt tutelam adminiſtraret, eoque ſciente adminiſtraverit. ibid. num. 209
Pater intercedens pro filio, & expreſſe in ſe periculum recipiens, tenetur in ſolidum. c. 39. n. 210
Pater pupilli ſi tutori aliquid debeat, id conſequitur tutor actione tutelæ contraria. c. 40. n. 10
Patria duplex. cap. 35. reg. 1. n. 208
Patroni cura in præſentando qualis eſſe debeat. c. 5. n. 58
Patroni intra quæ tempora prȩſentare debeant. ibid. n. 59
Patroni bona, Eccleſiæ tacite ſunt obligata pro mala adminiſtratione, vt bona tutoris minori. ibid. n. 60
Patroni periculum præſentantis indignum. c. 5. n. 61
Patrono defertur tutela libertorum & libertarum. c. 15. n. 12
Patronorum tutela legitima vocatur. ibid. n. 13
Patronus ejuſque liberi ſatiſdare tenētur. c. 32. reg. 7. n. 23
Patronus honeſtus tutor ſui liberti, non tenetur ſatiſdare. ibid. n. 24
Patroni non poſſunt ſe invicem provocare ad ſatiſdationem, niſi ex magna cauſa. ibid. n. 91
Patronus tutor non removetur vt ſuſpectus. c. 36. reg. 3. n. 20
Patroni famæ quando parcendum. ib. reg. 6. n. 8
Patruus teſtamento tutores non dat, ſed ab eo datos jubet prȩtor á magiſtratibus confirmari. c. 8. n. 41
Patruus, qui adminiſtravit bona nepotis vel neptis, tenetur rationem reddere. c. 38. n. 67
Paulus Iureconſultus vertex legum, quo tempore floruerit. c. 4. n. 49
Pauper ſuo vitio inimicus pupilli vel patris ejus, tutor á judice non datur. c. 23. n. 30
Pauper diteſcens, cur protinus non eſtimetur ſpoliare pupillum. c. 36. reg. 2. n. 15
Paupertas oneri tutelæ impar, cur tribuat excuſationem á tutela vel cura. c. 35. reg. 1. n. 140
impar oneri injuncto quando quis dicatur. ibid. n. 141
cui incumbat Probatio aliquem eſſe imparem oneri injuncto ibid. num. 142
quȩ ſint Partes judicis ad cognoſcendum aliquem eſſe imparem oneri injuncto. ibid. n. 143
Paupertas ſola non facit quem ſuſpectum, ſi alioqui fidelis eſt & diligens. c. 36. reg 2. n. 1
Paupertas hominem in bonis moribus detinet & induſtrium facit. ibid. n. 5
Paupertatis laudes. ibid. n. 6
Paupertas in initio tutela quando impedire poſſit. ibid. n. 13

Pauper-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Paupertas non eſt iuſta cauſa, vt quis removeatur, ſed ut alius ei curator, ſi judici videbitur adjungatur. ibid. n. 14
Pædagogi poteſtas apud Romanos deſinebat poſt pubertatem. c. 5. n. 119
Pœnæ conſtitutæ adverſus mulieres ſecundo nubentes, an habeant locum in muliere vidua inhoneſte vivente. c. 15. n. 93
Prœnæ ſecundo nubentium communes ſunt viro & uxori. c. 15. n. 111
in Pœnalibus an & quandi fiat extenſio. c. 15. n. 129
Pœnę potius ſunt molliendę, quam exaſperandæ. c. 36. n. 8
in Pœnis benignior interpretatio facienda eſt. ibid. n. 9
Periculum tutoris eſt à tempore ſcientiæ c. 32. reg. 4. n. 6
Perſonæ publicæ quæ. c. 19. n. 31
Perſonæ honoratæ quæ dicantur. c. 26. n. 7
Plato graviſſimus, & in ſanciendis legibus nulli ethnicorum ſecundus, & quando floruerit. c 6. n. 12
Platonis lex de pupillorum tutela & pœna non petentium tutores. ibid. n 13
Poetæ nulla immunitatis prærogativa juvantur. c. 35. reg. 1. n. 210
Pomponius Iure conſultus 78. annos natus, diſcendi cupiditate tenebatur. c. 12. n. 20
Poſtulare quid. c. 36. reg 4. n. 3
Predia communia quæ dicantur. c. 33. n. 120
Præceptor quomodo & quando rationem reddere teneatur de receptione pecuniæ á patre pupilli c. 38. n. 69
Prælatus ſi patiatur rem Eccleſię præſcribi, ipſe ejuſque heredes tenentur damnum reſarcire. cap. 32. reg. 9. n. 24
Prælatus alienans bona immobilia Eccleſiæ dicitur periurus. c. 33. n. 68
Prælatus habens liberam adminiſtrationem, non poteſt compromittere cum poteſtate procedendi de jure & facto, & ſententiandi de jure tantum. c. 33. n. 436
Prelatus non poteſt jura Eccleſiaſtica in aliquo remittere. c. 33. n. 237
Præfecti urbis juriſdictio quam late protendebatur. c. 19. n. 13
Præfectus Auguſtalis. ibid. n. 23
Pręfectus vigilum de quibus olim cognoverit. cap 37. reg. 2. n. 54
Præſes provinciæ, ſi tutorem vel curatorem minus idoneum dederit ex ſuggeſtu magiſtratuum, qui nomina Præſidi dederit, Magiſtratus tenebitur, quatenus dolo, vel lata culpa verſatus fuerit. c. 32 Reg. 7. n. 60
quid ſi nomina ab aliis acceperit. ibid. n. 61. 62
Præſes qui tutorem dederit, debet ei in faciem, vel ad domum intimare ſe datum, poſt diem autem notitiæ habet datus tutor & alios triginta dies. c. 35 reg. 3. n 14
Præſides cur ſine pecuniæ datione mittantur ad officia. c. 36. reg. 1. n. 15.
Præſcriptio nulla eſt rei judicatæ ex falſis inſtrumentis. cap. 35. reg. 4. n. 7.
Prætor ſuſcepit tutelam impuberum. c. 5. n. 1
Pretoris urbani auctoritas & poteſtas. c. 19. n. 5
Pretores Romæ quamplures fuerunt, & quo tempore creati. c. 19. n. 6
Prætor tutelaris à Marco Antonio Philoſopho inſtitutus, c. 19. n. 11
Prætor poteſt præciſe cogere proximiores recuſantes ſuſcipere educationem pupilli, c. 32. reg. 9. n. 232

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Prætor non poteſt permittere tutori vendere predia minoris, ſi æs alienum non immineat, licet tutor alleget venditionem utilem fore pupillo & ſi permiſerit, venditio nulla erit. c. 33. n. 7

Prætor debet obſervate, ne plus accipiatur ſub obligatione prædiorum fœnoris, quam opus ſit ad ſolvendum æs alienum. ibid. n. 26

Prætor curare debet, vt pecunia mutuo á tutoribus ſolvatur creditoribus. c. 33. n. 27

Pretor ſequi debet liberorum utilitatem, non ſcripturam teſtamenti vel codicillorum. c. 37. reg. 2. n. 144

Princeps mandans condemnationes libere cancellari, intelligitur quo ad omnia, c. 3. n. 31

Princeps ſolus matrem ſecundo nubentem ad tutelam admittit. c. 15. n. 79

Princeps veniam ætatis concedit. c. 37 reg. 2. n. 36

Princeps de plenitudine poteſtatis poteſt habilitare minorem viginti quinque annis ad contrahendum, obligandum & alienandum bona immobilia ibid. n. 45

Privilegium quod datur pupillo in actione perſonali contra tutorem, vt præferatur omnibus non tranſit ad heredes. c. 31. effect. 3. n. 7

Privilegium in bonis magiſtratus pupillus non habet, ſed cum cæteris creditoribus partem habiturus eſt. c, 32 reg. 7. n. 52

Probatio ſpecialis, fortior & potentior generali. c. 9. n. 68

Probatio idoneæ ſatiſdationis cui incumbat. ibid. n. 41

Probatio actus affirmative concepta, recipit conſummationem in primo actu, qui celebratur. cap. 31. num. 120

Proconſul in proconſularib. provinciis tutorem dare potuit. c. 19. n. 19

Proconſulis dignitas apud Romanos maxima. ibid. n. 20

Proconſulum legati poteſtas, & an tutores dari potuerunt. c. 19. n. 22

Procurator rerum privatarum. cap. 27. n. 21

Procurator patrimonii Principis. ibid. n. 22

Procurator rei dominicæ. ibid. n. 23

Procurator, qui alium defendit in actione reali, ſi de mandato dubitetur, de rato cavere debet. c. 31. effect. 1. n. 7

Procuratur conſtitutus á tutore, non dicitur procurator pupilli, ſed ipſius tutoris. ib. n. 26

ex facto procuratoris nobis non quæritur actio directa, vel utilis ſine ceſſione. c. 31. effect. 4. n. 3

Procurator generalis non habens ſpeciale mandatum ad intentandam certam actionem, tenetur proprio nomine in expenſis. c. 31. effect. 6. n. 7

Procuratoris provocatio pendet ex mero arbitrio conſtituentis. c. 35. reg. 1. n. 41

Procuratores abſentium Reipublicæ vacationem non habent munerum civilium. ibid. n. 95

Procurator fiſci prius ſuſceptas tutelas deſerere non poteſt ibid. n. 87

Procurator fabricæ Eccleſiarum Parochialium finito officio, lite pendente, ſubrogare debet modernos procuratores. c. 37. n. 78

Procurator conſtitui non poteſt cum pacto, quod revocari non poſſit, etiam juramento interveniente. cap. 38. n. 48

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Procurator ad negotia rationem reddere tenetur. c. 38. n. 71
Prodigus etiam minor viginti quinque annis curatorem accipit. c. 28 num. 26
Prodigus furioſo æquiparatur. ib. num. 28
Prodigum vel furioſum eſſe, quomodo probetur. c. 28. n. 29
Prodigi quomodo puniri ſoleant apud Romanos & Græcos. ib. n. 35
Prodigus mente caret. ib. n. 37
Prodigus an contrahere poſſit. ib. num. 38
Prodigus declaratus apud unum Tribunal, an poſſit bona alibi ſita alienare. ib. n. 40
Prodigus palam & aperte bona profundens, ante interdictionem poteſt alienare bona. c. 28. n. 43
Prodigus ante interdictionem læſus, an poſſit reſtitui, ſi non fuerit minor. ib. n. 45
Prodigus ante interdictionem donare poteſt ceſſante fraude. ibid. n. 46
Prodigus ante curatoris aſſignationem filiis ſuis pupillariter ſubſtituit. ibid. n. 47
Prodigus delinquendo inſtar cujuſuis plectitur. c. 28. n. 48
Prodigus tutor eſſe non poteſt. c. 36. re. 1. n. 7
Prodigi & furioſi ſi ad ſanitatem vel ſanos mores redierint, an ipſo jure deſinant eſſe ſub cura, vel opus ſit judicis declaratoria. c. 37. reg. 2. n. 13
Prodigus licet quis non ſit cui facta fuerit interdictio, valet tamen interdictio. ib n. 17
Prohibitus á parentibus tutor á judice non datur. c. 23. n. 31
Prohibitio legis accedens prohibitioni hominis fortius operatur. cap. 33. n. 604
Proteſtatio tutoris pupillum nihil in bonis habere, loco inventarii habetur, & coram quo talis proteſtatio fieri debeat. cap. 32. reg. 5. num. 96
Protutor abſtinere volens á tutela pupilli, certiorare neceſſarios pupilli debet ut ei petant tutorem cap. 18. n. 25
Protutor eandem diligentiam in rebus pupilli prœſtare debet, quam tutor. cap. 32. reg. 9. num. 11. & cap. 39. n. 24
Protutor, qui vere non eſt legitimus tutor, ſi alienet, vel obliget bona pupilli, etiam omnibus aliis ſolemnitatibus requiſitis intervenientibus in alienatione bonorum immobilium minoris nihilominus talis contractus vel alienatio, non valet. cap. 33. n. 32.
quis dicatur pro tutore negotia gerere. c. 39. n. 25
Protutor qui geſſit, tenetur ad uſuras tam de geſtis quam non geſtis. c. 39. n. 223
Pubertas quomodo olim in maſculis & fœminis æſtimata. c. 5. n. 98
Pubertas inchoatur anno decimo quarto in maſculo, & duodecimo in fœmina, & an id ſit perpetum. c. 5. num. 127
Pubertas plena, quomodo in maſculo & fœmina circumſcribatur. c. 5. n. 131
Pubertas quomodo probetur & præſumatur. c. 37. reg. 2. n. 22
Pubertas in cauſa alimentorum extenditur in fœmina uſque ad 14. in maſculis uſque ad 18. annos. c. 37. n. 30
Puber-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Pubertate illico finitur tutela ipſo jure, & ſine facto hominis. ibid. n. 45
Pubertas jure veteri æſtimatur ex inſpectione corporis, ibid. n. 33
Pubertate non finitur adminiſtratio tutoris de generali conſuetudine omnium regionum, ibid. n. 86
Pubes in ſuam tutelam venire dicitur, ibid. 8
Pubes pubertate dicitur recipere tutelam ibid. n. 11
Pubes tutore invito poteſt exigere ſive repoſcere tutelam, ibid. n. 12
Puberes qui ſecundum Priſcum c. 37. n. 39. & reg. 2. n. 2
Puberes poſſunt facere teſtamentum, c. 37. n. 46
Puberes habilis ſunt ad dicendum vel ferendum teſtimonium, ibid. num. 47
Puberes habiles ſunt ad juradum, ibid. n. 48
Pubes anno decimo quarto poteſt in judicio agere per ſe vel per procuratorem in cauſis beneficialibus & ſpiritualib. ſine curatore, c. 37. n. 49
Pubes factus torqueri poteſt, non ante ibid. n. 59
Pubes tenetur pœna legis Iuliæ, non ante, ibid. n. 60
Pubes poteſt præſtare fidelitatem domino, ibid. 65
Puberes virgines Lycurgus nudas exhiberi voluit, ibid. n. 35
Puberes ab impuberibus & pupillis ſeparantur c. 37. reg. 2. n. 3
Puberi viginti annorum reſtitutio non competit, qui veniam ætatis obtinuit antequam contraheret, cap. 37. n. 37
Puberi datur curator ab eiſdem magiſtratibus, á quib. tutor. ibid. n. 83
Proximus in fantiæ quis, c. 5. n. 30
Proximus pubertati quis, ibid. & n. 31. c. 30. n. 156
Proximus infantiæ non cenſetur doli capax, nec incidit in pœnam *l. ſi quis in tantum.* C. *unde vi.* ibid. n. 46
Proximus infantiæ non conmittit cauſam exheredatione dignam, c 5. n. 47
Proximus infantiæ non committit furtum, d. n. 47
Proximus infantiæ non poteſt eſſe in judicio ſine tutore, c. 5. n. 48
Proximo infantię ſine tutore nihil notificari, denunciari, offerri vel interpellari poteſt, c. 5. n. 51
Proximus infantiæ an poſſit contrahere ſponſalia, vel præſentare, ibid. n. 53. 63
Proximus pubertati non poteſt eligi in judicem, tam ordinarium, quam delegatum, etiam ex certa ſcientia, cap. 5. n. 72
Proximus pubertati an torqueri poſſit, n. 81
Proximus pubertati an teſtis eſſe poſſit, ibid. n. 82
Proximus pubertati, an poſſit teſtari de his, quæ in minore ætate vidit, ibid. n. 83
Proximus pubertati nō poteſt teſtamentum facere, ibid. n. 85
Proximiores ad legitimam tutelam non admittuntur, niſi cum decreto judicis c. 14. n. 13
Pueri qui dicantur, c. 5. n. 34
Puer in aleæ luſu ſodalem occidens exilio punitur, c. 5. n. 79.
Pupilli qui, ibid. n. 38
Pupillus ex conſilio tutoris patris mortem exequi poteſt, ibid. n. 96
Pupillus inhabitans domum paternam ſciente & patiente tutore, non cenſetur ex eo adire hereditatem, c. 9. n. 36
Pupillus vel pupilla educari non debet apud

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

pud matrem,quæ vitricum induxit. c. 15. n. 82
Pupilla apud vitricum non educanda. ib. n. 117
Pupillus habens pupillarẽ ſubſtitutum, an excludatur mater á ſucceſſione, ſi tutorem non petit intra annum. c. 18. n. 42
Pupillus tutore auctore,debitorem ſuum alteri delegare poteſt. c. 30. n. 3
Pupillus manumittendo pręter tutoris auctoritatem, cauſam probare debet apud conſilium. c. 30. n. 18
Pupillus heres inſtitutus & gravatus,hereditatem reſtituere tutori,non poteſt id ſine judice. c. 30. n. 75
Pupillus tutori donare non poteſt,etiam res mobiles & quando id procedat. ib. n. 77
Pupillus ſine tutore conditionem deteriorem facere non poteſt. ibid. n. 96
Pupillus vendens ſine tutore,fidem emptori ſervare non tenetur. ibid. n. 97
Pupillus ſine tutore conmodato, non obligatur. ibid. n. 98
Pupillus novum opus nunciare non poteſt. ibid. n. 99
Pupillus an ſine tutore naturaliter obligetur. ibid n. 100
Pupillus major, minor tamen 25. annis, non habens curatorem, obligatur naturaliter & civiliter, ſed lęſus reſtituitur. ibid. n. 103
Pupillus ſine tutoris auctoritate hereditatem adire non poteſt ibid. n. 107
Pupillus ex conſtituta pecunia non obligatur ibid. n. 113
Pupillus hereditatem locupletem an adire poſſit. ibid. n. 115
Pupillus ſolus bonorum poſſeſſionem agnoſcere non poteſt, ibid. n. 122
Pupillus ſolus poteſt adire, quando non remanet obligatus. ibid. n. 125
Pupillus filius familias major infante ſolus poteſt adire, vel bonorum poſſeſſionem agnoſcere,& quando, ibid. n. 126
Pupillus an poſſit agnoſcere bonorum poſſeſſionem, ſi careat tutore & copia judicis, ibid. n. 131
Pupillus ſuus heres poteſt ſe immiſcere hereditati paternę ſine tutore, c. 30. n. 133
Pupillus ſine tutore ſocietatem contrahere non poteſt, ibid. n. 134
Pupilli ſi patre mortuo utantur eiſdem miniſtris tutore tacente,ſocietas in pupillari ætate contracta, cenſetur renovata, c. 30. n. 140
Pupillus heres debet adimplere inchoata per defunctum, c. 30. n. 142
Pupillus in judicio eſſe non poteſt ſine tutore, ibid. n. 143
Pupillus á judice vel arbitro non poteſt damnari, ibid. n. 145
Pupillus accuſare non poteſt regulariter ibid. n. 147
Pupillus ad teſtimonium non admittitur ibid. n. 149
Pupillus an teſtis eſſe poſſit in cauſa criminali,& quando, ibid. n. 150
Pupilli teſtimonium in criminalib. admittitur in ſubſidium, & quando,ibid. num. 151
Pupilli teſtimonium an admittatur in crimine læſę majeſtatis. ibid. n. 152
Pupillus non poteſt remittere, quod ſibi debetur. ibid. n. 160
Pupillus promittendo ſe obligare non poteſt. ibid. n. 161
Pupillus conditionom ſuam meliorem facere poteſt ſine tutore ibid. n. 162
Pupillus legatum agnoſcere poteſt ſine tutore. c. 30. n. 163

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Pupillus herus factus quodam facto interveniente ſe immiſcere poſſit ſine tutore. c. 30. n. 164
Pupillus ad extraneo ſub conditione inſtitutus, ſine turore conditionem adimplere poteſt. c. 30. n. 165
Pupillus laudare poteſt ſine tutore. ib. n. 166
Pupillo alterius nomine contrahente obligatur dominus. c. 30. n. 168
Pupillus cur cõtrahere poſſit ſine tutore, non tamen delatam hereditatem conſequi. ib. n. 112
Pupilli ſub tutoribus agentes dicuntur ſervi, ſaltem parum à ſervis differunt. c. 31. effect. 1. n. 19
Pupillus poteſt conſtituere procuratorem etiam ante litem conteſtatam cum auctoritate tutoris. ib. n. 25
Pupillus habens tacitam hypothecam in bonis tutoris, præfertur expreſſe poſteriori fiſci. c. 31. effect. 2. n. 24
Pupillorum bona non ſunt tacite hypothecata tutoribus & curatoribus pro alimentis & impenſis factis pro ipſis minoribus. ib. n. 38
Pupillis non habet privilegium tacitæ hypothecæ in bonis magiſtratus, ſed cum cæteris creditoribus partem habiturus eſt. ib. n. 41
Pupillus quando dicatur factus locupletior. cap. 31. effect 5. n. 14
Pupillus captus ſi ſolutionem acceperit tutore auctore, reſtituitur, ſi pecunia ejus non ſit ſalva. c. 32. reg. 9. num. 125
Pupillus non debet ali apud matrem vilem, turpem, vel ſuſpectam de moribus & religione. c. 32. reg. 9. n. 236
Pupillus educari non debet apud matrem quæ tranſiit ad ſecunda vota, vel ſuſpicio eſt tranſituram. ib. n. 244
Pupillus apud ſubſtitutum ſuum educari non poteſt. ib. n. 249
Pupillus apud aviam maternam educandus eſt poſt matrem. ib. n. 251
Pupillus regulariter educari debet apud tutorem. ib. n. 254
Pupillus educari non debet apud eum, qui proximus ei futurus eſt heres. ib. n. 259
Pupilli vel adulti vitra à quibus ſervari debeat ib. n. 286
Pupillus poteſt repudiare hereditatem cnm auctoritate tutoris. c. 33. num. 384
Pupillus cum auctoritate tutoris poteſt indiſtincte deferre juramentum, ſed ſi lædatur, in integrum reſtituitur. ib. n. 393
Pupillus non reſtituitur contra id, quod alterius mandato geſſit. ib. nnm. 470
Pupillus poteſt adire hereditatem periculo alterius, cui venit reſtituenda. ib. n. 471
Pupillus cum decreto judicis rem aliquam pignori dans, poterit eam creditor poſtea alienare ſine decreto. ib. n. 501
Pupillus probare debet tutorem cognoviſſe, ſibi tutelam eſſe delatam. c. 35. reg. 3. n. 15
Pupillus cur in latitantis bonorum poſſeſſionem mittatur. c. 36. reg. 1 n. 31
Pupillus ſi furere cœperit, non dabatur ei curator ſi tutorem haberet, etiam ſi furor pupillo acceſſerit tutorem non habenti. c. 37. reg. 2. n. 95
Pupillo ab hoſtib. capto finitur tutela. ib. n. 108. 141
Pupillo mortuo, tutor ſtatim debet heredibus pupilli reddere rationem, eoque nomine poterunt heredes tutorem convenire. ib. n. 113

Pupil-

Pupilli captivi bonis datur curator,ibid. n. 142
Pupillus patre auctore cuius in poteſtate eſt,non obligatur, tutore vero auctore ſic, ibid. n. 151
Pupillus heres tutoris non tenetur ad perficienda negotia per tutorem cœpta, c. 39. n. 65
Pupillus pubes factus,ſi unum ex tutoribus liberaverit, alterum non poterit convenire, etiamſi tempore fuerit liberatus, c. 39. n. 127
Pupillus ſine tutore ſtipulans rem pupilli ſalvam fore, & poſt pubes factus ratificans,tollitur tutelæ actio, cap. 39. n. 257
Pythagoras Philoſophus ſummæ auctoritatis ætatem hominis quatuor anni temporibus comparavit, c. 5. num, 16

Q.

QVintus Mutius Scævola, Pontifex Maximus, præceptor Marci Tullii Ciceronis,& Galli Aquilii c. 7. n. 32

R.

RAtificatio contractus nulliter celebrati, lapſu quinquennii à die perfectæ ætatis inducitur, c. 33. n. 562
Rarificare expreſſe quis dicatur. c. 33. n 532
Ratihabitio quæ verbie expreſſis fit, vel facto,quomodo actum convalidet,ibid n. 516
Ratihabitio facta ex intervallo tollit omnem nullitatem & allegationem doli, etiam ex propoſito. c. 38. n. 128
Rationibus reddendis obnoxii á pupillarum nuptiis arcentur, licet tutores non ſint. c. 31. effect.ult. n. 2
Rationem libro quando ſtetur circa expenſas. c. 32. reg. 8. n. 3
Ratio ſcrupuloſa non exigitur á conſanguineis. c. 32. n. 14
Rationibus civitatis occupatus á tutela non excuſatur. c. 35. reg. 1. n. 110
Rationes diſtrahere quid. c. 36. reg. 4. n. 10
Ratio reddi debet finita tutela, ſive finiatur morte pupilli tutoris, vel alias. c. 38 n. 2
Rationum nomine continentur rationes in ſcriptis redactæ, & non ſcriptæ. c. 38. n. 3
Rationes in folle exhibere quid ſit. ib. n. 5
Rationis redditio etiam heredem tutoris vel adminiſtratoris aſtringit. ib. n. 50
Ratio cui reddenda. ib. n. 89
Ratio reddenda eſt in loco ubi bona ſita ſunt. ib. n. 91
Ratio plene reddenda eſt, non pro parte. c. 38. n. 93
Rationis redditio eſt quid individuum, quod pro parte præſtari non poteſt. c. 38. n. 94
Rationem ſemel reddens non tenetur iterato reddere. ibid. n. 118
Ratio dolo reddita pro non reddita habetur,& de novo reddi debet. c. 38. nu. 133
Ratio adminiſtrationis reddi debet à tutore coram eodem judice, vel ejus loci, ubi adminiſtratio geſta eſt. c. 39. n. 217
an coram judice domicilii. ibid. n. 218
Rectores piorum locorum non habentes juſtam cauſam litigandi,ſi litigaverint,tenentur proprio nomine in expenſis,

penſis,nec eas pupillo conputare pote- runt. c. 32.effect. 6. n. 6
Regulam generalem pro ſe habens, dicitur habere intentionem fundatam. c. 15. n. 128
Religionem ingrediens ante legitimam ætatem, profeſſio nulla eſt. c. 5. n. 87
Reipublicæ intereſt, vt ſuprema hominum judicia exitum habeant. c. 8. n. 17
Religioſi reprehenſione digni ſunt, qui contractui ab eis ſolemniter celebrato & longo tempore obſervato, contravenire non verentur. cap. 33. n. 229
Reliquorum appellatione quid veniat remiſſive. c. 38. n. 14
Reliquorum illatio & perſolutio annexa eſt redditioni rationum. c. 38. n. 15
Reliquatio quid. ibid. n. 16
Reliquatum facere quid. ib. n. 17
Reliqua quæ ibid. n 18
Remiſſio actionis injuriarum heredibus non competit. cap. 33. n. 368
Remiſſio injuriarum non patrimonii eversionem,ſed virtutis opinionem inducit. c. 33. n. 369
Renunciatio ſecundarum nuptiarum an ſit de ſubſtantia,ut mater legitimos vel dativos tutores excludat. c. 15 n. 53
Renunciatio ſecundarum nuptiarum an morib. Galliæ ſit ſublata. c. 15. n. 57
Renunciatio Senatuſconſ. Velleiani,an exigatur in matre vel avia, ex moribus Galliæ. c. 15. n. 63
Renunciationes in matre & avia, an & quando præſumantur interveniſſe. ib. n. 72
Renunciare quis non dicitur juri quod ſe habere ignorat. c. 33. n. 585
Renunciatio jurata non ligat eum, qui prius non renunciare juraverit. c. 38. n. 600
Reſervatio dignitatum ſimpliciter facta, non comprehendit dignitatem Epiſcopalem c 26. n. 34
Reſcripti natura eſt,non præjudicare alicui. c. 33. c. 527
Reſcripta dicuntur eſſe modici prejudicii, c. 33. n. 528
Reſcripti verba debent reduci ad jus commune,licet natura verborum non patiatur. c. 33. n. 529
Reſcriptum Principis tantum valet, quantum decretum judicis ſolemniter emanatum. c. 33. n. 574
Reſcriptum ven ę ętatis ac ipſo impetrante pęſentari debet & non per procuratorem. c. 37. reg. 2. n. 52
Reſtitutio in integrum, ut concedatur, lęſio non parva probari debet. c. 33. n. 301
Reſtitutio in integrum poſt quinquennium Eccleſię non datur. ibid. n. 303
Reſtitutio in integrum non datur, niſi ignorantia probabilis ſit. c. 33. n. 304
Reſtitutio minori non datur adverſus teſtamentum. c. 33. n. 468
Rolandus à Val. vir de legali ſcientia bene meritus ibid. n. 8
Roma caput orbis. c. 3 n. 11
Roma communis patria. c. 35. reg. 1. n. 209
Romani à Gręcis multa vitia ſuſceperunt c. 5. n. 102
Romani multa mutuarunt á Gręcis. c. 6 n. 17
Romani linguæ ſuæ valde zelotypi. c. 6 n. 21
Romani priſci fœminis tam puberibus quam impuberib. tutores dare ſolent. c. 7. n. 47.
Romani veteres ſolent é ſervis deligere Pædagogos liberis ſuis. c. 9. n. 15
Romani nomina fœminis octavo die impqne-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

imponere conſueverunt, maſculis vero nono. c. 37. reg. 1. n. 27
Rufinus Britannus & Stilico. Vandalus tutores Honorii & Arcadii, filiorum Theodoſii Imperatoris, fiunt hoſtes, & perfidioſi proditores. c. 4. n. 10
Ruſticitati quando ſuccuratur vel non. c. 31. effectu ultim. n. 20

S.

Satiſdatum dicitur, datis idoneis fidejuſſoribus. c. 32 reg. 7. n. 2
Satiſdatio tutoris præſtanda eſt ante decretum adminiſtrationis. c. 32. reg. 7. n. 5
Satiſdatio ſi neceſſaria fuerit, & non facile poſſit tutor eam præſtare in loco dationis tutelæ, poteſt audiri, ſi in alia ejuſdem provinciæ civitate ſatiſdationem preſtare paratus ſit. c. 32. reg. 7. n. 18
Satiſdatio tutoris per errorem facta, qui ſatiſdare non cogebatur, non valet. c. 32. reg. 7. n. 100
Satiſdatio propoſitium tutoris malevolum non mutat, ſed diutius graſſandi facultatem pręſtat. c. 36. reg. 6. n. 15
Sempronius Rutilius improbus tutor. c. 4. n. 4
Senectus quando incipiat. cap. 5. nummer. 151
Senectus apud Lacedæmonios venerabilis fuit. c. 35. reg. 1. n. 172
in Senibus mens, ratio, & conſilium eſt. c. 35. n. 173
Senatuſconſultum Rubrianum, quo tempore factum. c. 7. n. 38
Senatuſconſultum Libonianum, & Edictum D. Claudii, an habeat locum in teſtamentis nuncupativis. cap. 10. n. 34
Senatuſconſultum Pariſienſe de privilegio pupilli in bonis tutoris. c. 31. effect. 2. n. 22
Sententia contra pupillum lata ſine tutore nulla eſt. c. 30. n. 144
Sententia pro pupillo lata abſque tutore valet. c. 30. n. 175
Sententiam approbare cenſetur, ut amplius appellare non poſſit, petens dilationem ad id, in quod fuerat condemnatus. c. 32. reg. 5. n. 65
Sententia ex falſis inſtrumentis lata non valet. c. 35. reg. ult. n. 6
Sententia lata á judice pecunia corrupto, eſt ipſo jure nulla, nec appellatio eſt neceſſaria c. 35. n. 8
Sententia per ambitionem obtenta non valet, nec prodeſt ad excuſationem. ibid n. 9
pro Sententia præſumitur. c. 40. n. 21
Sequeſtri officium voluntarium eſt, & non neceſſarium. c. 29. n. 21
Sequeſter tenetur reddere rationem de fructibus ex beneficio apud eum ſequeſtratis & perceptis. cap. 38. num. 78
Servius Sulpitius Aquilii Galli auditor, & Marci Ciceronis collega. cap. 2. n. 5
Servii Sulpitii elogium. c. 2. n. 6
Servius Sulpitius maluit ſemper litium controverſias tollere, quam actiones inſtituere. c. 33. n. 268
Servitus imponi non poteſt fundo pupilli vel adoleſcentis. c. 33. n. 121
Servorum nomina olim in cenſum non deferebantur. c. 3. n. 18
Servus an turor teſtamento dari poſſit. c. 9. n. 9
Seruus alienus an & quando tutor dari poſſit. ibid. n. 19
Servi ne in poſterum tabulario præficerentur

cerentur Arcadii & Honorii generali lege prohibitum fuit. c. 19. n. 37
Servus à judice tutor dari non poteſt, c. 23. n. 25
Servus omnium hominum abjectiſſimus. c, 26. n. 23
Servorum variæ qualitates ib, n. 24
Servi ordinarii alios vicarios habuerunt in peculio cum ſuis peculiis c. 26. numer. 25
Servi vicarii peculiares ſervi nuncupati. ib. n. 26
Servorum dignitates reſpectu aliorum ſervorum. ib. n. 27
Servi nobiles, ib. n. 28
Servus pupilli poteſt de fraude tutoris inſtruere Prætorem. c. 36. reg. 7. n. 7
Societas á pupillo poſt ætatem pupillarem ratificari poteſt, c. 30. n. 137
Societas contracta á pupillo valet, ſi auctoritas patris ejuſdemque tutoris poſt accedat. cap. 30. n. 138
Societas contracta in pupillari ætate valet, quando major factus ſimul vixerit per plures annos. ib. n. 139
Societas per ſcientiam & taciturnitatem tutorem cenſetur renovata ſub eiſdem qualitatibus, quibus ab initio fuit ordinata. ib. n. 141
Socius communi nomine quicquam faciens, neque damnum, neque lucrum ſentire debet ſolus, ſed tantum pro parte ſocietatis participare. c. 32. reg. 9. n. 168
Socius faciens neceſſarios ſumptus in refectionem domus communis, conſequitur centeſimas uſuras, uſque ad quatuor menſes immediate ſequentes poſt vero ſemiſſes duntaxat ibid. num. 271
Socius ad refectionem ædium requiſitus, elapſis quator menſibus reficienti non reſtituens partem pecuniæ dominium in totum transfertur in reficientem, ibid. n. 272
Socius adminiſtrans bona communia, rationem reddere tenetur. c. 38. n. 72
Socius ſemel reddens rationem adminiſtrationis ſocietatis non tenetur iterũ illam reddere, c. 38. n. 181
Solutio fieri poteſt tutori notitiæ cauſa, c. 7. n. 21
Solutio & reſtitutio hereditatis tutori fieri non poteſt, ipſo tutore authoritatem præſtante. c. 32. reg. 9. n. 110
Solutio facta tutori liberat ipſo jure debitores, ibid. n. 111
Solvens ſcienter remoto vel ſuſpecto tutori poſtulato non liberatur, ibid. n. 124
Spadones an à judice tutores dari poſſint c. 23. n. 8
Spadones idonei ſunt tutelæ puellarum, & quæ ſit ratio, ibid. n. 9
Spado an poſſit eſſe Papa, ibid n. 10
Spado non excuſatur á tutela, c. 35. reg. 1. n. 34
Spado quomodo hic accipiatur, ib. n. 35
Spado pubeſcit anno decimo octavo, c. 37. reg. 1. n. 31
Spurii ſuccedunt matri aliiſque conjunctis per lineam maternam, c. 15. n. 27
Spurii poſſunt dicere teſtamentum matris inofficioſum & legitimam petere. ibid. n. 29
Spurii quo ad matrem pro legitimis habentur: ibid. n. 30
Statutum vel conſuetudo poteſt inhabilem facere habilem, & minorem majorem, & quomodo hoc intelligatur c. 5. n. 130
Statutum de infirmis an habet locum in ſenibus, c. 5. n. 157
Statutum permittere poteſt tutorem dari

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

ri ad certum actum, & quomodo id procedat. c. 10. n. 47
Statuto prælatus in ſucceſſione præfertur & in tutela, c. 15. n. 4
Statuta Italiæ pro refrænanda libidine viduarum, c. 15 n. 119
Statuti forme præciſe debet ſervari, c. 16 n. 15
Statuto permitti poteſt, ut tutorem habenti alius tutor detur, c. 24. n. 20
Statutum dictans agnatos cognatis præferri in hereditate, intelligitur etiam ut præferantur in onere tutelæ. cap. 26. n. 19
Statutum loquens de tutoribus & de curatoribus intelligitur, c. 29. n. 5
Statuto ſtante quod filius familias non poſſit ſe obligare ſine patris licentia vel conſenſu, ſi pater & filius familias ſe ſimul in eodem inſtrumento obligent, ſatisfactum eſt ſtatuto, cap. 30. num. 45
Statuto ſtante, ne nobilis recipiat ceſſionem adverſus popularem, poterit tamen ſuccedere in actione adverſus eum, c. 30. n. 71
Statuto ſtante quod mulier non poſſit cõtrahere ſine conſenſu propinquorum, an hereditatem opulentam adire poſſit, c. 30. n. 118
Statuto ſtante quod ſolus pupillus adire poſſit, valet aditio, c. 30. n. 128
Statutum præfigens certum tempus circa confectionem inventarii, ſervandum eſt, c. 32. reg. 5. n. 35
Statutum requirens alias ſolemnitates á jure non requiſitas, illæ quoque intervenire debent ultra requiſitas à jure communi, c. 33. n. 37
Statuti ſolemnitas ultra jus commune copulative requiritur, & ſtatutum ſuppletur á jure communi, cap. 33. n. 40
Stautum præſumiter potius velle conſervarre alia ſtatuta quæ ab eodem fonte proceſſerunt, quam jus commune ibid. n. 41.
Statutum loquens de minore alienante, habet etiam locum in alienatione facta per tutorem vel curatorem, ibid. num. 43
Statutum loquens de alienationibus rerum minorum favorabile judicatur, ibid. n. 46
Statutum loquens de perſona vera extenditur ad factam veram repręſentantem, ibid. n. 48
Statutum in rem loquens locum habet, ubicunque celebretur contractus, ibid. n. 52
Statutũ poteſt facere aliquem majorem ante vigeſimum quintum annum, & dare poteſtatem ſe obligandi, contrahendi, & immobilia alienandi, c. 33. n. 618
Statutum dictans ſolvi gabellam de hereditate, non habet locum in filio, ibid. n. 445
Statutum ſimpliciter annullans contractum comprehendit etiam juratum ibid. n. 188
ſi Statuta aliter loquantur de pupillis, & aliter de furioſis, ſervabitur ſtatutum loquens de pupillus, cap. 37. reg. 2. n. 96
Statutum loquens indiſtincte de dolo & lata culpa, debet ſibi vendicare locum, tam in dolo commiſſo, & lata culpa commiſſa in omittendo, quam in faciendo, c. 39. n. 48
Subſtitutio pupillaris evaneſcit completa ætate quatuordecim annorum, c. 37. reg. 1. n. 63

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Surdus tutor eſſe nequit, c. 9. n. 43
Surdus, ſtipulari non poteſt, c. 9. n. 44
Surdus non poteſt fidejubere, nec poſtulare in judicio, c. 9. n. 45
Surditas á patrimonialibus oneribus non excuſat, c. 9. n. 47
Surdus ad negotia conſtitui poteſt, ibid. n. 48
Surdus authoritatem interponere nequit c. 30. n. 26
Suſpecti tutoris juſtæ cauſæ quę, c. 36. reg 1. n. 3.
Suſpectus dicitur tutor etiam ex moribus ibid. n. 37
Suſpecti ſunt removendi, & quare, ibid. n. 1
Suſpecti datio ſivo confirmatio debet ab initio impediri, ibid. n. 12
Suſpecti tutoris crimen ex lege 12. Tabularum deſcendit. ibid. reg 4. n. 1
Suſpecti crimen idem eſt quod criminatio, accuſatio, judicium turpe, & poſtulatio ſuſpecti, ibid. n. 2
Suſpecti crimen tutoris etiam ad curatorem porrigitur, ibid. n. 7
Suſpecti tutoris cognitio cui competat. ibid. reg. 5. n. 1
Suſpecti tutoris accuſatio quo loco examinari debeat, & quis pronunciare de hujuſmodi quæſtione poſſit, ibid. n. 3
Suſpecti tutoris cognitio delegari poteſt ibid. n. 4
Suſpecti tutoris cognitio pertinet tam ad judicem cauſarum criminalium, quam civilium, c. 36. n. 6.
Suſpecti judicium intendens cur ſe in crimen ſubſcribere non debeat, c. 36. reg. 7. n. 6
Suſpecti accuſatio cui detur, ibid. n. 11
Suſpecti poſtulatio extinguitur, ſi pendēte lite mors tutoris ſuperveniat, c. 36. reg. ult. n. 1
Suſpecti poſtulatio etiam extinguitur, ſi pendente judicio tutela finiatur, ibid. n. 2
Suſpecti cognitio ceſſat ſimul ac tutelæ judicio locus eſt, ibid n. 3. Reliqua vide infra, verbo. Tutor, c. 36. reg. 1
Synopſis quid, c. 33. n. 17

T.

Tabularii qui, c. 19. n. 32
Tabulariorum officium in rebus privatorum, cujuſmodi fuerit, c. 19. n. 33
Tabularii olim ſervi publici, ibid. n. 34
Tabulæ ſecundæ quæ c. 5. n. 43
Tabulæ pupillares, ibid, n. 41
Tempus longum in locatione dicitur tempus decem annorum, vel abinde ſupra, c. 33. n. 401
Terentius Comicus Afer Terentio Lucano Romæ ſervivit, c. 9. n. 11
Teſtator an poſſit privare matrem tutela legitima, c. 7. n. 30
Teſtatur relinquendo liberos ſuos ſub poteſtate vel manibus alicujus, an faciat eum tutorem, c. 11. n. 2. & 3
Teſtator relinquendo liberos ſuos ſub gubernio, regimine adminiſtratione, & cura alicujus, an cenſeatur eum tutorem conſtituiſſe, c. 11. n. 5
Teſtator relinquendo filium ſub cuſtodia matris, non cenſetur eam per ea verba tutricem conſtituiſſe. ibid. n. 7
Teſtator relinquens curam filiorum matri, ſeu ut cum filiis moretur, an cenſeatur eam tutricem conſtituiſſe, ibid. n. 10
Teſtator ſi dederit teſtamento tutores liberis ſuis, hoc adjecto, ne unus poſſit gerere ſine alio, mortuo uno ex eis, ad quos pertinebit tutela. c. 16. n. 22
Teſtatoris voluntas pro lege habetur, c. 32. reg. 1. n. 8

Te-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Teſtator poteſt legatario concedere licentiam, capiendi legatum propria authoritate. ibid. n. 9
Teſtator an poſſit tutori remittere confectionem inventarii. c. 32. re. 5. n. 98
Teſtator poteſt remittere confectionem inventarii in præjudicium legatariorum. ib. n. 100
Teſtator non poteſt remittere confectionem inventarii in præjudicium creditorum. ib. n. 104
Teſtatoris verba ſunt intelligenda ſecundum conſuetudinem loci. c 37. reg. 1. n. 16
Teſtis tractans de ſe exonerando, reiicitur. c. 31. effect. 1. n. 11
Teſtis ſponte ſe offerens ad teſtificandũ cenſetur ſuſpectus. c. 36. r. 1. n. 13
Teſtimonium majoris facti, valet de his, quæ proximus pubertati vidit, & quando. c. 30. n. 154
Teſtimonium paternum pro ſatiſdatione ſufficit. c. 32. reg. 7. n. 77
Theodoſius Imperator conceſſit diebus dominicis emancipare, atque manumittere. c. 25. n. 6
Theophilus antiquus græcus Paraphraſtes. c. 4. n. 43
Theſaurarius plene reddere debet rationem, licet habuerit liberationem á rege. c. 38. n. 70
Text. *l. 1. C. qui num. tut. priſt ſuae integrit reſtit.* c. 26. n. 60
Titulus honorarius dicitur ſine adminiſtratione. c. 7. n. 13
Toga pura quæ. c. 5. n. 116
Toga virilis quo anno fuerit ſumpta. c. 5. n. 117
Tranſactio legitima ut á lite diſcedatur, non reſcinditur pætextu enormis læſionis. c. 33. n. 279
Tranſactio non reſcinditur prętextu inſtrumentorum de novo repertorum, quantacumque fuerit læſio. ib. n. 281
Tranſactio introducta eſt ut ſit litium finis. ib. n. 297
Tranſactio & res judicata æquiparantur. ib. n. 300
Tranſactio facta in pręſentia judicis, vel amicorum, tollit omnem ſuſpicionem vel fraudem. c. 38. n. 129
Tranſactio facta cum uno ex tutoribus non liberat alium, cum quo non eſt tranſactum. c. 39. n. 73
Tranſigens cum aliquo videtur ejus perſonam approbare, & eum pro idoneo habere. c. 39. n. 125
Tributum capitis. c. 3. n. 14
Tribonianus omnium artium cognitione & memoria præditus c. 3. n. 54
Tueri verbum multipliciter accipitur. c. 1. n. 3. & 4
Tutanus deus gentium. ib. n. 1
Tutelaris tractatus frequens, utilis ac quotidianus. ib. n. 1
Tutelarius. ib. n. 6
Tutelina dea. ib. n. 7
Tutela pro defenſione. ib. n. 12
Tutela pro curatione. ib. n. 15
de qua tutela in hoc tractatu àgatur. ib. n. 13
Tutela corporis, & pectoris humani. ib. n. 17
Tutelarum genera quator ex Varrone. ib. n. 19
Tutela rerum. ib. n. 20
Tutela ædium. ib. n. 21
Tutela navium. ib n. 22
Tutela civitatum. ib n. 23
Tutelares Dii, vel patrii. ib. n. 24
Tutelares Dei, remiſſive. ib. n. 28
Tutela ancilæ nomen ib. n. 29
Tutelares cauſæ. ib. n. 30
Tutoribus prætor.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Tutelaris Prætor. ib. n. 31
Tutela Ianuæ & Veneris, n. 34. c. eod
Tutela Dei, ib. n. 35
Tutelatus ager, ib. n. 36
Tutela quid, c. 2. n. 1. & 2
Tutelæ datio non tenet in dubitante de ſuo ſtatu, c. 3. n. 44
Tutela eſt res minus tuta, incerta, fallax, fragilis, & periculoſa, c. 4. n. 2
Tutelaris materia legiſlatoribus curæ & cordi fuit, c. 4. n. 13
Tutela pupillaris, c 5. n. 4
Tutela muliebris ib. n. 5
in Tutelam ſuam pervenire, quid ſit, ib. n. 7
Tutelare jus antiquiſſimum, c. 6. n. 5
Tutelare jus ex vetuſtiſſimo Græcorum jure deſcendit, c. 6. n. 16
Tutela æquitati naturali conveniens, ib. n. 19
Tutelarum diviſio, c. 7. n. 1
Tutela eſt virile officium, c. 7. n. 35
Tutela fiduciaria, ib. n. 39
Tutela matris & aviæ legitima dicitur, ib. n. 42
Tutela matris & aviæ, nonnunquam extraordinaria, irregularis, ſæpe etiam anomala vocatur, ib. n 43
Tutela matris & aviæ legitima voluntaria appellatur, ib. n. 45
Tutela fœminarum, quæ fuerit apud Græcos, ib. n. 46
Tutela ceſſitia, ib. n. 49
Tutela teſtamentaria cęteris dignior eſt. c. 8. n. 1
Tutelæ cauſa an tutor dari, & quis debeat, compromitti non poteſt, c. 9. n. 51
Tutelæ datio ab bona exiſtentia in certa villa, an valeat, c. 10. n. 43
Tutelæ datio, an ſit favorabilis, vel odioſa, c. 12. n. 1
Tutela legitima licet á lege deferatur, tamen ejus exercitium, ſive adminiſtrandi facultas legitimo tutori non competit, niſi ei à judice decernatur, c. 14. n. 6
Tutelá omnis eſt dativa apud Gallos, c. 14. n. 11
Tutela legitima defertur etiam invitis proximioribus, c. 15. n. 7
Tutelæ legitimæ origo, ib. n. 10
Tutela eſt jus publicum, ib. n. 33
Tutela an ſit munus publicum, c. 23. n. 16. & c. 26. n. 15
Tutela an ſit honor, vel onus, c. 26. n. 1
Tutela quid oneroſum, grave, & moleſtum appellatur. c. 26. n. 17
Tutela teſtamentaria honor appellatur, c. 26. n. 3
Tutela quare onus appelletur, c. 26. n. 18
Tutelam affectaſſe quis dicatur, ib. num. 53
Tutela affectata non cenſetur onus, ib. n. 55
Tutela an reſpectu perſonæ pupilli dicatur onus, ib. n. 65
Tutela ex parte pupilli eſt favorabilis, ib. n. 66
Tutela finitur anno ætatis pupilli decimo quarto, & curatio anno demum vigeſimo quinto, c. 29. n. 35
Tutelæ adminiſtratio per judicem decerni debet, c. 32. reg. 1. n. 3
Tutelæ tres quando cenſeantur, c. 35. re. 1. n. 120
Tutela quarta quæ cenſeatur, ſi plures tutelæ concurrant, remiſſive, ib. num. 129
Tutela affectata non prodeſt ad excuſationem, ib. n. 132
Tutelam affectaſſe quis dicatur, ib. num. 134
Tutelæ honorariæ cur non numerentur

tur in numero triumtutelarum, ib. n. 138
Tutelarum nundinationem cur leges coerceant, c. 36. reg. 1. n. 14
Tutela abſentis finita tuor tenetur legitimis ejus heredib. rationem reddere, c. 37. reg. 1. n. 19
Tutela finitur pubertate furioſi, vel mente capti, ib. n. 44
Tutela Regis an finiatur pubertate, & quamdiu ei dandus ſit curator, ib. nu. 68
Tutela finita quarum obligationum jus maneat, ib. n. 83
Tutela non tranſit ad heredes, c. 37. reg. 2. n. 132
Tutela individua eſt, etiamſi à teſtatore, vel judice diviſio fiat, c. 39. n. 95
Tutela finita per captivitatem tutoris, poteſt conveniri ejus defenſor, ſi tamen tutor poſtliminio reverſus fuerit, recipiet priſtinam tutelam, ibid. numer. 239
Tutela finita, finitur periculum adminiſtrationis, ib. n. 251
Tutor á tuendi verbo deſcendit, ca. 1. n. 10
Tutor pupilli defenſor, c. 1. n. 11
Tutoris appellatione quid veniat, c. 1. n. 14 & c. 29. n. 3
Tutor finium, c. 1. n 16
Tutoris poteſtas circa bona pupilli quæ, c. 2. n. 16
Tutor non datur patrem habenti, c. 3. n. 34
Tutor non datur ei, cujus pater eſt in hoſtium poteſtate, ib. n. 36
Tutor non datur filiis emancipatis, ib. nu. 39
Tutor non datur ſervo, ib. n. 43
Tutor non datur matrifamilias ib. num. 45
Tutor non datur filio patre mortuo, ſi eſt in poteſtate avi. ib. n. 47
Tutor an ventri dari poſſit. ib. n. 48
Tutor dari poteſt filio adoptivo in caſibus in quibus is in poteſtatem ejus non tranſit, ib. n. 65
Tutore affectante tutelam, præſumptio eſt eum velle graſſari in bonis pupilli, c. 4. n. 6
Tutor tollitor dicitur Alberico, ib. n. 7
Tutor fraudans vel ſpolians pupillum extra ordinem punitur, ib. n. 9
Tutor veneficus á Galba Imperatore cruci affixus, ib. n. 11
Tutor datur moribus pupilli, ib. n. 15
Turor mercedes præceptoribus pro facultatibus patrimonii, & dignitate natalium conſtituere debet. ib. n. 16. & c. 32. reg. 9. n. 144
Tutor principaliter datur perſonę, & ſecundario rebus, ſine patrimonio pupilli, c. 4. n. 18. & c. 7. n. 8
Tutores ſeparatim non dantur, ut unus perſonæ & alter rebus detur, c. 4. n. 19
Tutoris authoritas major curatoris authoritate, ib. n. 20
Tutor datur pupillo ab eo judice, cujus juriſdictioni perſona ejus eſt ſubdita, licet bona alibi ſita ſint. ib. numer. 22
Tutor ſimpliciter datus an & quando cēſeatur datus omnibus bonis, ibid. nu. 23
Tutor clericus datus à judice ſeculari, an habeat poteſtatem in perſonam pupilli clerici, & in bonis eccleſiaſticis, ib. n. 27
Tutor in qua parte teſtamenti ſcribi ſoleat, c. 5. n. 45
Tutores pupillorum Regum apud Lacedæmonios πρόδικοι vocati. cap. 6. nu. 8.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Tutor teſtamentarius quis. c. 7. n. 2
Tutor teſtamentarius ab Vlpiano dativus nuncupatus, ib. n. 3
Tutores teſtamentarii quadruplicis generis ſunt, ib.n. 6
Tutores certis reb. dati qui cenſeantur, ib n. 10
Tutores honorarii cur ita appellentur, & qui dicantur, ib. n. 12. & c. 39. num. 190
Tutores honorarii, licet non adminiſtrent, æque tamen tenentur, excuſſis prius facultatib. ejus qui geſſit. c. 7. n. 14. &. c. 26. n. 63, 64. & c. 39. nu. 189
Tutores notitiæ cauſa dati, qui dicantur, c. 7. n. 18
Tutor datus cauſa notitię ita tenetur ut alius, c. 7. n. 20. & c. 39. n. 203
Tutor legitimus quis. c. 7. n. 22
Tutores Attiliani & Iuliani dativi appellantur, ib. n. 27
Tutores legitimos nemo dat, ſed lex facit, ib. n. 29. & c. 14. n. 1
Tutorum legitimorum duę ſpecies jure veteri cognitę, ib. n. 31
Tutor Ceſſicus, ib n. 48
Tutor Attilianus, ib. n. 50
Tutor Prætorianus, ib. n. 51
Tutor dativus, ib. n. 54
Tutor datus in minus ſolemni teſtamento an egeat confirmatione, c. 8. num. 7.
Tutoris datio facta in rupto, falſo, vel inofficioſo declarato teſtamento, an valeat ſine inquiſitione ib. n. 9
Tutor á judice confirmatus non ſatiſdat, ib n. 10
Tutor datus codicillis teſtamento confirmatis, non ſatiſdat, ib. n. 12. & c. 32. reg. 7. n. 81
Tutor datus teſtamento ſimpliciter omnibus aliis præfertur, etiam matri, ib. n. 15
Tutor dativus, tam pręſenti, quam abſenti, nec non ignoranti & invito datur, c. 8. n. 22
Tutoris officium non finitur pupilli voluntate, c. 8. n. 23
Tutor quilibet teſtamento dari poteſt, ſive Prætor ſive Conſul ſit, c. 9. n. 1
Tutor teſtamento dari nequit, cum quo teſtamenti factio non eſt. c. 9. n. 49
Tutor non ſolum pure, ſed ſub conditione, & uſque ad conditionem teſtamento dari poteſt. c. 10. n. 1
Tutor inutiliter á judice ſub conditione. datur, & quæ ſit ratio. c. 10 n. 23
Tutoris datio actus legitimus eſt. c. 10. n. 10
Tutor ad certum tempus, vel ex certo tempore dari poteſt. c. 10. n. 12
Tutor ante & poſt heredis inſtitutionem dari poteſt. c. 10. n. 13
Tutor Latinis & Græcis verbis dari poteſt. c. 10. n. 14
Tutor teſtamento datus, poſteriori teſtamento vetari poteſt. c. 10. n. 15
Tutor codicillis mutari poteſt. c. 10. n. 17
Tutor an codicillis non confirmatus mutari poſſit. c. 10. n. 19
Tutor incertus dari nequit. c. 10. n. 21
Tutoris datio ſive electio in alterius arbitrium conferri non poteſt. cap. 10. n. 31
Tutor non eſt qui ſibi aſſcripſit tutelam in teſtamento; & de illius pœna c. 10 n. 33. 34
Tutor certæ rei, vel cauſæ dari non poteſt. c. 10. n. 40
Tutor teſtamento datus tutelam ſibi mandatam dividere, & ad certum tempus, vel certos actus tantum acceptare

ceptare non poteſt. c. 10. n. 41
Tutor datur impuberi ad adeundam hereditatem, non curator. c. 12. n. 404
Tutore teſtamentario deficiente, locus eſt legitimo, excluſo dativo. c. 10. num. 45
Tutor ad unum actum dari poteſt quando pater adminiſtrationem recuſat. c. 10. n. 48
Tutor ex lege Iulia de maritandis ordinibus, datur à Prætore urbis mulieri, virginive tutorem non habenti. c. 10. n. 49
Tutor datus filiis vel filiabus, an cenſeatur datus poſthumis, c. 12. n. 2
Tutor datus tribus fratrib. indiviſum patrimonium habentib. unam tutelam ſuſcepiſſe videtur. c. 12. n. 10
Tutor datus filiis, an contineantur filiæ, c. 12. n. 13
Tutor datus filio cum plures ſint, an cenſeatur datus omnibus. c. 12. n. 18
Tutorem dans filiis non cenſetur dediſſe ei quem ignorabat ſe habere. c. 12. n. 23
Tutor datus filiis an cenſeatur datus nepotibus. c. 12. n. 27
Tutor datus liberis, cenſetur quoque datus nepotib. c. 12. n. 32
Tutor teſtamenrarius legitimo, & dativo præfertur. c. 13. n. 1
Tutor teſtamentarius non ſatiſdat, ſecus in legitimo & dativo. c. 13. n. 4. & c. 32. reg. 7. n. 76
Tutor datus in teſtamento minus ſolemni á Prætore confirmatus, præfertur legitimo & dativo. ib. n. 5
Tutor teſtamentarius præfertur fratri puberi impuberis. ib. n. 6
Tutor teſtamentarius præfertur matri, ib. n. 7
Tutor temporarius poteſt dari pupillo pendente aditione hereditatis. ib. nu. 11
Tutor teſtamentarius licet excludat tutorem legitimum non tamen legitimum adminiſtratorem. ibid. numer. 12
Tutor non poteſt dari à judice qui habitat extra juriſdictionem dantis. c. 14. n. 2
Tutor fiduciarius quis. c. 15. n. 15
Tutoris bona tacite ſunt pupillis pro ejus adminiſtratione obligata. c. 14. n. 67. & cap. 31. effect. 2. num. 1. & aliquot ſeq.
Tutore teſtamentario deficiente, locus eſt legitimo, excluſo dativo. c. 16. n. 1
Tutor legitimus quam diu extat ad dativum non pervenitur, c. 16. n. 2
Tutor legitimus ſuperveniens excludit dativum, ibid. n. 3
Tutor legitimus per annũ expectans, licet privetur ſueceſſione, non tamen tutela, ib. n. 4
Tutor alius dari non poteſt in prejudicium matris negligentis, niſi ad hoc citata, & quando. ib. n. 5
Tutor legitimus eſſe poteſt non ſubditus ſi velit. ib. n. 6
Tutore teſtamentario non exiſtente, niſi ſpe, locus eſt dativo, non legitimo. ib. n. 8
Tutor ad matris petitionem datus, qui dari non debuit, excludit dativum. ib. n. 13
Tutor cum inquiſitione quando dari debeat. ib. n. 17
Tutore capto ab hoſtibus, an locus ſit dativo. ib. n. 23
Tutor curare debet ut pupillo pubere facto, adminiſtratio transferatur in curatorem, & ut is cauſas nondum cœptas perſequatur. c. 18. n. 27

Tutor Attilianus quis, c. 19. n. 1
Tutoris datio mandari nequit, ibid. n. 15
Tutor teſtamento datus, non adita hereditate, non eſt tutor, ſed alius datur, qui deſinit poſtea hereditate adita, cap. 21. n. 2
Tutori teſtamento dato ſi lis movetur, alius nõ dabitur tutor, ſed ſcriptus tutor confirmabitur ſine præjudicio litis, ibid. n. 3
Tutores plures teſtamentarii ſi dati fuerint, non ſuccedet legitima tutela, niſi omnes deceſſerint, vel in civitate eſſe deſierint, ib. n. 4
Tutore abſente, vel appellante, datur tutor temporarius, ib. n. 5
Tutor alius datur pendente conditione, vel die, quamvis pupillus legitimum habeat, ibid. n. 6
Tutor ſi furere cœperit, vel relegatus fuerit, ad tempus curator datur, ibid. n. 8
Tutor alius datur in locum furioſi, muti, cœci, ſurdi, & eorum qui perpetuo excuſantur, c. 21. n. 11
Tutor alius datur in locum eorum qui in in conſilium Principis aſſumuntur, vel Reipublicæ cauſa trans mare abſunt, ib. n. 12
Tutore ſuſpecto convicto, ac remoto, alius datur tutor, & quando, ib. n. 13
Tutor captus ab hoſtibus manet tutor, ſed interim á Præſidibus alius tutor dabitur. ib. n. 14
Tutore movente pupillo controverſiam ſtatus datur alius tutor, ibid, n. 15
Tutor adminiſtrationi non ſufficiens propter adverſam valetudinem, periculo illius actor conſtituitur, ibid. n. 16
Tutor á judice invitus datur, c. 23. n. 15
Tutor an ſalarium petere poſſit ib. n. 19
Tutor non poteſt dari á judice qui non eſt ſuppoſitus juriſdictioni ſuæ. ibid. n. 33
Tutor á judice non datur ventri cap. 24. n. 4
Tutorem habenti á judice non datur alius tutor, ib. n. 6
Tutor non datur pupillo habenti diffuſum patrimonium, ſedantum curator ibid. n. 7
Tutore non jure dato an valeat alterius datio, priore non remoto, & ejus tutela non caſſata, ib. n. 9
Tutor Prætorius quis, ib. n. 17
Tutor omni tempore, ſive die dari poteſt c. 25. n. 1
Tutor dari poteſt dieb. feriatis ib. n. 2
Tutoris datio eſt actus favorabilis, & opus pium, ibid. n. 3
Tutoris nomen indebite uſurpans an teneatur pœna ſacrilegii, vel falſi, c. 26. n. 9
Tutor ratione officii, & dignitatis, non prius in carcere ponendus eſt, quam ſi ſit convictus, ibid. n. 10
Tutores & curatores, in quibus differant c. 29. n. 16
Tutor teſtamento dari poteſt, ib. n. 13
Tutor invito adoleſcenti dari poteſt, ibid. n. 16. 20
Tutor datur impuberi, ib. n. 31
Tutorem habenti non datur tutor. ibid. n. 32
Tutor certę rei, vel cauſę dari non poteſt ib. n. 33
Tutoris authoritas pupillis maxime neceſſaria, c. 30. n. 1
Tutor authorari nõ poteſt pendente lite ſuper teſtamento; quo datus eſt tutor, ſed alius datur ſine ullo litis prejudicio c. 30. n. 19

Tutor

Tutor non poteſt eſſe author in rem ſuam, ib. 20
Tutor teſtamento datus inutiliter, non poteſt eſſe author in negotio pupilli. ib. n. 22
Tutor non ſatiſdans, an poſſit author eſſe in negotio pupilli. ib. n. 23
Tutor mutus authoritatem prçſtare non poteſt. ib. n. 25
Tutoris authoritas in ipſo actu ſive negotio interponi debet ib. n. 28
Tutoris authoritas pure debet interponi, ib. n. 30
Tutoris authoritas expreſſis verbis interponenda, ib. n. 31
Tutor per vim retentus, & author factus nihil agit. ib. n. 33
Tutoris authoritas eſt actus legitimus, ib. n. 37
Tutor interponens authoritatem præſens eſſe debet ipſi pupillo, ib. n. 38
Tutoris præſentia ſufficit in actibus judicialibus, modo non contradicat, ib. n. 48
Tutor authoritatem accommodare non poteſt ei actui, ex quo principaliter ei aliquid acquireretur. ibid. numer. 58
Turor non poteſt emere bona pupilli. ib. n. 61
Tutor heres inſtitui á pupillo non poteſt, ib. n. 80
Tutor an emere poſſit rem pupilli, altero tutore authorante. ib, n. 82
Tutor in conſequentiam authoritatem ſibi præſtare poteſt, ib. n. 83
Tutor in ſequendo bona fide prçceptum teſtatoris poteſt author eſſe in cauſa ſua, ib. n. 86
Tutor ſe facere poteſt debitorem pupilli accipiendo pecuniam pupilli mutuo, ib. n. 87
Tutor an cum pupillo palam, & bona fide contrahere poſſit. ib. n. 89
Tutor an poſſit in ſui beneficium interponere authoritatem in contractu ultro citroque obligatorio, ib. n. 90
Tutor tenetur magis curare res pupillares quam ſuas. ib. n. 93. &c. 32. reg. 9. n. 7
Tutor nobilis poteſt eſſe author in cauſa propria palam contrahendo. c. 32. re. 9. n. 95
Tutor non poteſt adire hereditatem per ſe abſque ſcientia pupilli majoris infante. ib. n. 120
Tutor ſolus pro pupillo bonorum poſſeſſionem agnoſcere poteſt. ibid. numer. 123.
Tutor fidelis habetur loco domini, & quando, c. 31. eff. 1. n 1. 6. & 21
Tutor mulieris olim apud Athenienſes dicebatur Κύριος τῆς ἀνθρώπου. ib. nu. 2.
Tutor vel curator non debet cavere de rato, niſi de ejus poteſtate dubitetur, ib. n. 6
Tutor non poteſt eſſe teſtis in cauſa pupilli pro pupillo, ib. n. 8
Tutor, & curator non poteſt eſſe teſtis in cauſa per eum agitata, durante tutela ib. n. 9
Tutores vel curatores teſtimonium non ferunt in cauſa, qua commodum, aut incommodum ſentire poſſunt. ib. nu. 10
Tutor aut curator teſtificari non poteſt ſuper his, quæ ab eis geſta ſunt, cum videantur habere affectionem, non ſecus atque advocatus, aut proxeneta, ib. n. 12
Tutor ad hoc ut pro pupillo teſtificari poſſit, cautela eſt, ut detur curator liti, ib. n. 13

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Tutor abſque ſpeciali & expreſſa conceſſione teſtatoris, dicitur habere plenam & liberam adminiſtrationem à lege. ib. n. 14
Tutoris poteſtas circa bona pupilli major eſt, quam poteſtas filii circa bona patris, c. 31. eff. 1. n. 15
Tutor in litem jurat in cauſa pupilli c. 31 eff. 1. n. 17
Tutor procuratorem conſtituere nō poteſt ante litem conteſtatam, ſed actorem, c. 31. eff. 1. n. 22
Tutor debet cōſtituere actorem cum decreto & authoritate judicis, alias non valet conſtitutio, cap. 31. effect. 1. n. 24
Tutor ante litem conteſtatam procuratorem quando conſtituere poſſit, c. 31. eff. 1. n. 27
Tutor an conſtituere poſſit, pro curatorem ante litem conteſtatam, abſq; authoritate judicis, c. 32. reg. 9. n. 94
Tutor teſtamentarius etiam ſine permiſſione obligatur adulto, ſi quid male geſſerit. c. 31. effect. 2. num 4. & c. 32 reg. 3. n. 9
Tutor male adminiſtrans punitur extra ordinem, c. 31. eff. 2. n. 5
Tutor qui tutelam alii gerendam commiſit, ipſe gerere videtur, c. 31. eff. 2. n. 9. & tenetur actione tutelæ directæ 39. n. 70
Tutor vectigalia conducere non poteſt, c. 31. eff. 3. n. 1
Tutores conducentes vectigalia, videntur fraudare fiſcum, cum aſſerant ſe ſe nulli teneri conducendo, & ideo tenentur crimine falſi, c. 31. effect. 3. n. 4
Tutor pupillo & fiſco ſatisfaciens poteſt conducere vectigalia, c. 31. effect. 3 n. 5
Tutor cum fiſco contrahere poteſt, ſi deceſſerit is cujus tutelam adminiſtravit. c. 31. eff. 3. n. 6
Tutor vel curator ante rationem redditam incidens in contractum fiſcalem, non habet locum pœna legis Corneliæ de falſis licet, vivatis, cujus tutela vel cura fuerit adminiſtrata, ibid. n. 8
Tutor tutorio nomine pupillo ſtipulari poteſt, alteri vero minime, c. 31. eff. 4 n. 4
Tutor ipſo jure ſemper acquirit actionem pupillo ſine ceſſione. ib. n. 5
Tutor quando dicatur contrahere ut tutor, ibid. n. 9
Tutores & curatores finito officio non conveniuntur ex adminiſtratione pupillorum, vel adoleſcentium. c. 31. eff. 5. n. 3
Tutor finito officio non tenetur de evictione, quando jure vendidit, ibid. n. 4
Tutor an teneatur de evictione ſuo nomine, ſi rem pupilli immobilem vendiderit, & pro evictione obligaverit omnia pupilli bona c. 33. n. 99
Tutore emente rem nomine minoris tenetur minor acceptare acquiſitionem & tutor liberatur reddendo rem acquiſitam cum fructibus, tiamſi valor rei decreverit, cap. 31. effect. 5. num. 5
Tutor in emendis rebus non tenetur circa ſubſecutam nominis deteriorationem, niſi de dolo & lata culpa, non autem levi, c. 31. num. 6. & cap. 32. reg. 9. n. 185
Tutor propriam fidem aſtringens pro minore, ſeu ſe ſuo nomine obligans, tenetur, c. 31. n. 7
Tutor fatuus eſt qui ſe obligat, tam nomine tutoris, quam ſuo, c. 31. n. 9

Tuto-

Tutore condemnato actio judicati datur non contra tutorem, ſed pupillum, c. 31. effect. 6. n. 1

Tutor proſequens cauſam iniquam ſine conſilio petitorum, ſi ſuccumbat, ad expenſas litis ſuo nomine tenetur, ibid. n. 2

Tutor ſalaria advocatis præſtita imputare pupillo prohibetur, ſi ſupervacaneam litem inſtituerit, ibid. n. 5. & c. 32. reg. 9. n. 102

Tutor putativus non citatus liti ſe offerens tenetur, ſi comdemnatus fuerit, ibid. n. 9

Tutor vel curator non poteſt pupillum ſuum arrogare vel adoptare, c. 31. eff. 7. n. 1

Tutor poteſt adoptare privignum ſuum ibid. n. 3.

Tutoribus licitum non eſt liberum caput ditioni alienæ ſubicere, ibidem. n. 6

Tutor pupillam ſuam ducere, vel filiis ſuis nuptum dare prohibetur, c. 31. effect. ult. n. 1

Tutor pupillam deſpondere non poteſt. ibid. n. 4.

Tutor nec filiis ſuis, ſive ſui juris ſint, ſine non, vel nepotibus, pupillam in uxorem dare poteſt, ibid. n. 5

Tutor vetitas nuptias copulans fit infamis, & punitur alias pœna corporali, pecuniarum, vel extra ordinem, pro dignitate pupillæ, ibid. n. 17

Tutor pupillam carnaliter cognoſcens punitur pœna deportationis, confiſcationis omnium bonorum, & lege Iulia de adulteriis, ibid. n. 18

Tutor, vel ejus filius matrimonium contrahere poteſt cum pupilla, ſi pater hoc diſpoſuerit teſtamento, ibid. n. 21

Tutor, curatorue cum pupilla matrimonium contrahere poteſt, ſi rationes reddiderit, & id tempus effluxerit, quo in integrum reſtitutionem pupilla impetrare poſſet, ibid. n. 22

Tutor filiam pupillæ ante redditam tutelam defunctæ, filio ſuo in matrimonium collocare poteſt, ibid. numer. 23

Tutores pupillis, vel curatores adultis, filias ſuas nepteſue nuptum dare non prohibentur, ibid. n. 25

Tutor de Iure Canonico, poteſt accipere in uxorem pupillam majorem duodecim annis. ibid. 27

Tutore accipiente adminiſtrationem rerum minorum, judicis decretum requiritur, c. 32. reg. 1. n. 1

Tutor teſtamento datus á judice confirmari debet, ibid. n. 4

Tutor ante decretum, debet jurare utilia pupillo facere, & inutilia prætermittere, c. 32. reg. 2. n. 1

Tutore defenſionem pupilli non ſuſcipiente, nec utilia faciente, contra eum juratur in litem, n. 4

Tutor pupillos defendere, & filiis ſuis propriis præferre debet, cum filii accuſant pupillos, ibid. n. 5

Tutor videns res ſuas, & res pupilli in periculo eſſe, debet prẹferre res pupilli ſuis rebus, ibid. n. 6. & reg. 9. n. 8

Tutor ſi abſens decernatur, dicitur ei dies, quod veniat juramentum prẹſtiturus. c. 32. reg. 2. n. 7

Tutor ante decretum tenetur jurare ſe non relicturum pupillum indefenſum. c. 32. reg. 3. n. 1

Tutor an debeat defenſionem pupilli promittere expreſſe & ſpecialiter, etiam ſub expreſſa obligatione rerum ſuarum. ib. n. 2

Tutor non defendens pupillum, & ejus bona, ſed ea alienans abſque utilitate & neceſſitate, nec vendens mobilia, que ſervando ſervari non poſſunt, non ſolum mortaliter peccat, ſed tenetur ad reſtitutionem damni. ibid. n. 4
Tutor ante juramentum præſtitum non poteſt adminiſtrare, & adminiſtrans nihil agit, ib. n. 6
Tutor, qui non legitime accepit adminiſtrationem tutelę ejus acta non nocent pupillo, ib. n. 8
Tutor poteſt adminiſtrare ante promiſſionem defenſionis, quo ad tempore peritura, & utilitatem pupilli concernentia. ib. n. 12
Tutor antequam ei ſit decreta adminiſtratio, tutor eſt, ſi intra tempora conſtituta ſe non excuſaverit, c. 32. reg. 4. n. 1
Tutorem, qui ſcit ſe tutorem datum non interpellari ulterius neceſſe eſt. ib. n. 2 & c. 39. n. 5
Tutor ceſſans gerere extraordinem ad hoc cogi poteſt officio judicis, prævia ſatiſdatione, juramento, & confectione inventarii, c. 32. n. 7. & cap. 39. nu. 12
Tutor ceſſans petere decretum, ſuo periculo ceſſat, c. 32. n. 8
Tutor ante decretum non habet adminiſtrationem, ſive authoriſationem, ejuſque authoritas nihil operatur, ibid. nu. 9.
Tutor tenetur conficere inventarium antequam adminiſtret, c. 32. re. 5. n. 1
Tutor inventarium facere debet expenſis pupilli, ib. n 2
Tutor ante confectionem inventarii nihil agere poteſt, & geſta ſunt invalida, ib. n. 4
Tutor ante confectionem inventarii omnia quæ dilationem non recipiunt facere poteſt & debet, alias pupillo tenetur. ibid. numer. 7. & c. 39. numer. 9
Tutor, quo ad res tempore perituras vendendas, & dilationem non recipientes, poteſt contemnere voluntatem patris pupilli, c. 32. reg. 5. num. 8. & c. 39. n. 10
Tutor ceſſans diſtrahere res tempore perituras, ſuo periculo ceſſat. c. 32. reg. 5 n. 9
Tutor nec conveniri, nec alios convenire poteſt, non confecto inventario, ib. n. 10
Tutor differens confectionem inventarii poteſt ut ſuſpectus removeri, ib. num. 20
Tutor quando nimis diſtuliſſe dicatur cõfectionem inventarii, relinquitur arbitrio judicis. ib. n. 21
Tutor non ſolemniter datus, ſi per errorem gerat tutelam, non videtur ut tutor geſſiſſe, ſed ut negotiorum geſtor, & negotiorum actione convenietur, ib. n. 33
Tutor non conficiens inventarium magis delinquit, quam is, qui non petit turorem, ib. n. 37
Tutor in inventario omittens ponere precioſa, preſumitur eſſe in dolo, ib. n. 40
Tutor ommittens ponere in inventario omnia pupilli bona, extra ordinem punitur, ib. n. 41
Tutor nihil in inventario omittere debet ib. n. 42
Tutor non conficiens inventarium dicitur eſſe in dolo, & bonorum uſurpator teneturque ad intereſſe, & contra eum in litem juratur, ib. n. 43

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Tutor non conficiens inventarium, á munere tutelæ removendus eſt, tanquam ſuſpectus, ib. n. 44
Tutor torturæ ſubiici poteſt, ſi res hereditariæ, in quibus minor inſtitutus fuit non reperiantur, carceribus detinebitur, & infamię nota afficietur, ib. nu. 45
Tutor quando excuſetur à confectione inventarii, ib. n. 46. 47. 94
Tutor, vel curator debet jurare contenta in inſtrumento eſſe vera, ib. n. 52
Tutor deſcribens in inventario rem aliquam, fatetur eam eſſe pupilli, ib. nu. 56
Tutor qua forma bona immobilia in inventario deſcribere debeat, ne ad intereſſe teneatur, & qua forma mobilia, ib. n. 76
Tutor jura & actiones inſervere debet inventario, cum nominibus debitorum, non vero creditorum nomina, ib. n. 79
Tutor tenetur inſtrumenta ad pupillum pertinentia ponere in inventario, tam præſentia, quam ea, quæ poſt invenerit, ib. n. 81
Tutor tenetur ea quæ acquiſita fuerint ex hereditate, ſucceſſione, legato, vel alio titulo addere inventario, ib. num. 83
Tutor datus ad unum actum, ſive articulum tantum, an teneatur conficere inventarium, ib. n. 84
Tutor vel curator ad litem datus, an teneatur conficere inventarium, ib. num. 86
Tutor vel curator, cui prohibita fuit confectio inventarii à teſtatore, ſi illud fecerit, non obſtante prohibitione, ſive juſſu judicis dicitur eſſe in dolo, ibid. num. 103
Tutor, vel curator ſciens liberationem redditionis rationis ſibi à teſtatore factam nullam eſſe, tenetur conficere inventarium, c. 32. reg. 5. n. 114
Tutor vel curator, cui relicta fuit liberatio confectionis inventarii, tenetur de dolo in faciendo commiſſo, ib. n. 117
Tutor ſe excuſans à tutela, privatur indiſtincte legato, ib. n. 118
Tutor licet debeat conficere inventarium, antequam adminiſtratio ei à judice decernatur, tamen ſi ei non fuerit oppoſitum, de non confectione inventarii, non vitiat. ibid. n. 119
Tutor vel curator, tenetur parti exhibere inventarium ac librum rationum, & pati ut copia omnium per partem extrahatur, c. 32. reg. 6. n. 6
Tutores vel curatores, qui tenentur inventarium conficere & facere librum rationum, ſi jurent ſe perdidiſſe, eis nō creditur, niſi hoc probent, ib. n. 8. & reg. 8. n. 9
Tutores non excuſantur, ſi dicant ſe confeciſſe inventarium, ſed eſſe ſub actoribus, vel negotiorum geſtoribus, qui iſtud exhibere nolint, ib. n. 9
Tutor licet reddiderit rationes, & inſtrumenta liberationis, nihilominus tenetur reexhibere, ſi arguatur dolus, vel error, ib. n. 10
Tutor licet quędam rite, & recte poſuerit in inventario, ſed non omnia, poterit, quoad omiſſa, contra cum in litem jurari. ib. n. 11
Tutor deſcribens in libris rationum, quæ omiſſa ſunt in inventario, non præſumitur habuiſſe animum defraudandi pupillos, ib. n. 12

Tutores vel curatores, non reſtituendo reliqua ac bona minorum, ſunt in dolo, ib. n. 14
Tutor vel curator, tenetur ſatiſdare rem pupilli ſalvam fore, c. 32. reg. 7. n. 1
Tutores in ſuo officio ut plurimum aut infideles, aut negligentes ſunt, ib. num. 3
Tutor ante ſatiſdationem repellitur ab adminiſtratione, ib. 7. n. 6
Tutor ſine ſatiſdatione officium ſuum exercere poteſt, circa tempore peritura, ib. n. 8
Tutor vel curator, ante emiſſam ſatiſdationem non eſt tutor, nec habet adminiſtrandi poteſtatem, ib. n. 9
Tutor qui fidejuſſores non invenit, non admittitur ad tutelam, præſtita juratoria cautione, ib. n. 12
Tutores Principum poſſunt tales fidejuſſores conſtituere, quales reperire poſſunt, ib. n. 14
Tutor cavere nolens, vel differens, pignoribus captis, coerceri poteſt, ibib. nu. 15
Tutores dati in teſtamento invalido, tamen confirmati, ſatiſdationi ſubiiciendi non ſunt, ib. n. 82
Tutores in teſtamento invalido dati, tenentur ſatiſdare, quando confirmati fuerint ſine inquiſitione, c. 32. reg. 7. n. 83
Tutoribus pluribus datis teſtamento, uno offerente ſatiſdationem, alio nolente ſatiſdare, præfertur ſatiſdans. ib. num. 84
Tutor poſt teſtamentum factus non ſolvendo, cautionem præſtare debet, ib. n. 94
Turor á matre teſtamento datus, tenetur ſatiſdare, & confirmatur ex inquiſitione, ſecus in patre, ib. n. 95
Tutor ex inquiſitione an ſatiſdet, ibid. n. 97
Tutores dati à minoribus magiſtratibus, ſatiſdare debent. ib. n. 99
Tutor defendens pupillum, non ſatiſdat de judicato ſolvendo, ib. n. 101
Tutor librum rationum conſcribere debet, c. 32. reg. 8. n. 1
Tutor in libro rationum debet nominare & ſcribere reditus & fructus, quos ex bonis, quorum adminiſtratio ei cōmiſſa fuit, percepit, ib. n. 8
Tutor tenetur librum rationum cum ipſius tutelę & curę adminiſtratione reddere, etiam non requiſitus, ib. numer. 10
Tutor reddita ratione, quod de datis & receptis remanſerit penes eum, reſtituere tenetur. c. 32. reg. 8. n. 12
Tutor ſi ſufficientem rationem non reddiderit, ad iterum reddendum cogi poterit, ib. n. 13
Tutor tenetur pro minore facere quod diligens paterfamilias faceret alioqui tenetur de ſuo. c. 32. reg 9. n. 1
Tutor negligens dicitur eſſe in dolo, ſaltem culpa, & contra eum juratur in litem, c. 32. reg. 9. n. 2.
Tutor tenetur de omni damno ac intereſſe minoris, ib. n. 3
Tutor recepta ſcribere omittens, dicitur eſſe in dolo. ib. n. 4
Tutor repertus in mendacio circa actus ſuę adminiſtrationis, præſumitur eſſe in dolo, & contra eum in litem juratur, & tanquam ſuſpectus removetur ab adminiſtratione, ib. n. 5
Tutor vel curator poteſt & debet nomine pupilli agere contra debitores, ib. n. 12
Tutor vel curator pupillis vel adultis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

agentibus, poteſt accomodare ſuum conſenſum, ib. n. 13
Tutor præſtare debet nominum debitorum exactionem. ib. n. 15
Tutor à periculo rerum liberatur, ſi mortuo pupillo res ejus cœperint petire. ib. n. 16
Tutor exigere debet à ſeipſo, quod patri pupilli debet, vel in quo pro eo fidejuſſit. ib. n. 17
Tutor permittens exſpirare actionem temporalem, quam pupillus contra ipſum habet, efficitur perpetua actio tutelæ. ib. n. 20
Tutor & curator tenetur ad tempus credita exigere & debita ſolvere, alias ſi fuerint debitores non ſolvendo, vel debita preſcripta tenebitur de ſuo reſarcire, ib. n. 23
Tutor vel curator tenetur minoribus ad damna & intereſſe ob ejus negligentiam paſſa. c. 32. reg 9. n. 25
Tutor debitor patris pupilli á ſe ipſo debitum exigere debet, licet patri pupilli tantum naturaliter debeat. ib. n. 26. & pecuniam non ſolvens, cogendus eſt agnoſcere uſuras, quas á ſe exigere debuiſſet. ib. n. 27
Tutoribus pluribus exiſtentibus, unus agere poteſt, ib n. 29. idem quo ad defenſionem pupilli, ib. n. 82
Tutor agens non debet cavere de rato, c. 32. reg. 9. n. 30
Tutor nomine proprio agere non debet, ib. n. 34
Tutor tenetur, ſi contutorem ſuſpectum facere neglexerit, ib. n. 38
Tutori imputatur negligentia, ſi heredem contutoris non convenerit, & damni vicarius ſubſtituitur, ibid. numer. 39
Tutor non faciens ſuſpectum contutorem male gerentem, inuſuras, ejus nomine tenetur, c. 32. reg. 9. n. 40
Tutor datus patrimonio ſuperveni enti, quando teneatur de anteriori, & prior quando teneatur ad augmentum obveniens, ib. num. 41. & cap. 39. num. 59
Tutoris & curatoris præcipuum officium eſt, defendere pupillum vel adultum, & judicium ejus nomine ſuſcipere c. 32. reg. 9. n. 60
Tutor differens vel recuſans defenſionem ſuſcipere pro minore, tenetur ei ad omne damnum propter moram vel malitam illatam refundere, & ut ſuſpectus removeri poterit. c. 32. reg. 9. n. 79. 81
Tutor pro pupillo in judicium vocatus, ſi ſolemniter caverit de judicio ſiſti; & intra moras pupillus ad pubertatem pervenerit, non eſt cogendus accipere judicium. ib. n. 88
Tutor poteſt defendere pupillum per ſe, vel ei defendenti auctorare. ib. n. 89.
Tutor pupillum defendere non tenetur quo ad lites ſupervacaneas, injuſtas vel calumnioſas. ib. n. 93
Tutor auctoritatem pupillo præſtare non cogitur, in contractibus pupillo damnoſis. ib. n. 95
Tutor in judiciis cogitur pupillo auctoritatem preſtare, alioqui removetur tanquam ſuſpectus. ib. n. 96
Tutori imputatur, ſi res emphyteutica propter canonem non ſolutum redierit ad dominum. ib. n. 101
Tutor alimenta minori præſtita non poteſt reputare, & in rationem impenſarum inferre, ib. n. 103
Tutor unius regionis poteſt ſolvere creditori alterius regionis. ibid. num. 104

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Tutor ſibi ſolvere poteſt, ſi pecunia fuerit unde ſolvere poſſit, ibid. num 105

Tutor poteſt ſibi ſolvere pecunia deſtinata ad emptionem prædiorum, quæ inter immobilia computatur. ibid. nu. 109

Tutori capitis poſtulato perſeveranti in tutelæ adminiſtratione recte ſolvitur, c. 32. reg. 9. n. 118

Tutori relegato in perpetuum vel ad tempus antequam ei curator ſubſtitutus fuerit, recte ſolvi poterit, ibid. n. 119

Tutori abfuturo cauſa Reipublicæ vel abſenti, recte ſolvitur, ſi modo alius in ejus locum non fuerit ſubſtitutus, ib. n. 120

Tutores quondam pupillorum ſolventes eorum curatoribus, liberantur, ibid. 122

Tutor non poteſt debitori minoris prorogare terminum ſolutionis, ibid. nu. 130

Tutor non poteſt debitori minoris facere pactum de non petendo, niſi eſſet debitum uſurarium, vel ſimile, ibid. n. 132

Tutor non poteſt donare, ib. n. 133

Tutor non poteſt confiteri ſe recepiſſe mutuum nomine pupilli, vel quid ſimile, ib. n. 137

Tutor circa perſonam pupilli debet expendere, quod moribus honeſtati, & conditioni pupilli congruat, c. 32. reg. 9. n. 142. idque arbitrio judicis, nu. 218

Tutor conſtituere poteſt mercedem prȩceptorib. ſororis pupilli, etiam citra magiſtratuum decretum, c. 32. reg. 9. n. 146

Tutor poteſt præſtare alimenta ſervis & libertis rei pupilli neceſſariis, cap. 32. reg. 9. n. 147

Tutor etiam præſtat nonnunquam alimenta extraneis, ſi hoc pupillo expediat ib. n. 148

Tutor poteſt mittere ſolemnia munera parentibus & cognatis, ſi pupillo expediat, ib. n. 149

Tutor matri & ſorori pupilli, ad victum neceſſaria prȩſtare poteſt, cum ſeipſas ſuſtentare non poſſunt, etiam citra decretum magiſtratuum, ibid. numer. 152

Tutor ſi prætermiſſerit alimenta præſtare matri & ſorori pupilli, poterit cum eo agi tutelȩ judicio, c. 32. reg. 9 .n. 153

Tutor poteſt contutori teſtamentario ſtatuere ſalarium, quando aliter ſe exhibere non poteſt, ib. n. 155

Tutor contutori ex inquiſitione dato alimenta ſtatuere poteſt propter rei notitiam, ib. n. 156

Tutor ſumptus litis pupillo reputabit, ib. n. 157

Tutor non tenetur miniſtrare pupillo ſumptus lites contra ſeipſum, ibid. n. 158

Tutor viatica reputabit pupillo, ſi ex officio neceſſe habuit aliquo excurrere vel proficiſci, ib. n. 159. & c. 40. n. 18

Tutor non poteſt dare dotem ſorori pupilli ex alio patre natȩ, etiamſi ea aliter nubere non poſſit, c. 32. reg. 9. num. 160

Tutor non poteſt propter exiſtimationem pupilli, plus ex bonis ejus erogare quam ex ſuis bonis honeſtiſſime eſſet erogaturus. ib. n. 161

Tutor nec matri nec ſorori pupilli mittere poteſt munus nuptiale. c. 32. reg. 9 n. 162

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Tutor reputabit ſumptus in alimentis ac diſciplinis pupilli factos arbitrio judicis, ib. n. 165
Tutor non reputat ſumptus factos in alimentis pupilli ultra modum á Prætore ſtatutum. ib. n. 166
Tutor á ſuſcepta adminiſtratione poſt ſex mẽſes tenetur neceſſario pecuniam pupillarem collocare fœnori, alias tenetur in uſuras ejus pecuniæ, ibid. numer. 170
Tutor negans ſe habere pecuniam pupillarem ad alendas pupillos, convictus de mendacio, pendit graviſſimas uſuras, ibid. n. 172. &c. c. 39. n. 17
Tutor non idoneus ad damnum reſarciendum ob fœnus pupillaris pecuniæ per contumaciam non exercitum, extra ordinem coercetur, c. 32. reg. 9. n. 173
Tutor tenetur etiam ad uſuras ejus, quod à contutore debetur, vel pro contutore debet. ibid. num. 174
Tutor debet agnoſcere tales uſuras, quas à ſe exigere debuit, licet ſint graviores pupillaribus, ibid. n. 175
Tutor tenetur agnoſcere tales uſuras, quas ipſi ſtipulati ſunt, licet teſtator eis ſub leviorib. uſuris permiſerit, ib. n. 176
Tutor tenetur ad uſuras uſurarum ſortis pupillo auctæ, quas conſecutus eſſet ab heredibus defuncti contutoris, ib. n 177
Tutori utilius eſt acquirere nomine minoris, quam nomine proprio ibid. numer. 184
Tutor excuſatur, ſi pecuniã pupillarem collocare fœnori nõ potuerit, ibid. n. 187
Tutor habet laxamentum duorum menſium ad exigendum & collocandum pecuniam pupillarem fœnori, ibid. n. 189
Tutor tenetur pecuniam pupilli convertere in emptionem prædiorum, ib. n. 192
Tutor negligens in comperandis prædiis pro pupillo, tenetur ad intereſſe de fructibus, quos percipere potuiſſet. c. 32. reg. n. 193. 195. & in dolo conſtituitur, atque in litem contra eum juratur, n. 196.
Tutor non minorem in rebus minoris, quam in propriis diligentiam adhibere debet, ib. n. 197
Tutor tenetur, ſi prædia minus idonea comparaverit per ſordes aut gratiam ib. n. 198
Tutor emens ab eo, quem ſciebat ſuſpectum, tenetur, ib. n. 199
Tutor in emendis rebus non tenetur, niſi de dolo & lata culpa, ib. n. 200
Tutor tenetur redimere bona pupilli aliis obligata, ſi pupillo expediat ib. numer. 201
Tutori culpa vel negligentia non aſſcribitur, qui non converterit pecuniam pupillarem in prædiorum emptionem, niſi oſtendatur, prædia fuiſſe venalia, quæ emere potuiſſet, ibid. num. 202
Tutor, cui in teſtamento relicta fuit liberatio, de neglectis & omiſſis non tenetur, c. 32. reg. 9. n. 204
Tutor pecuniam pupillarem in uſus ſuos convertens propria auctoritate, maximis uſuris ſubiicitur ſine ullo laxamento duorum menſium, ibid. num. 207
Tutor convertens pecuniam pupillarem in uſus ſuos, ultra centeſimas uſuras, extraordinem á Præſide mulctatur ib. n. 212. & c. 39. n. 16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Tutor quando dicatur pecuniā pupillarem in uſus ſuos convertiſſe,ut uſuris maximis ſubjiciatur, c. 32. reg. 9. n. 213
Tutor in uſus ſuos pecuniā pupillarem convertens, & inde aliquid in rem pupillarem impendens, quantum impenderit, vertiſſe deſinit, ibid. num. 214
Tutor poteſt accipere pecuniam pupilli mutuo à contutore,vel à ſeipſo palam & bona fide,non clam. ib. n. 217
Tutor reficere cogitur ædificium deformatum, alias tenetur pupillo ad omne damnum & intereſſe. ib. n. 262
Tutor non poteſt vendere domum, in qua pater pupilli defecit,minor crevit ibid. n. 263
Tutor tenetur inquirere,an expediat pupillo hereditatem adire, ib. n. 273
Tutor damnoſam hereditatem adiens dicitur ſuſpectus, ib. n. 274
Tutor ex officio ſuo tenetur diligenter conſiderare & diſcernere,quid ipſi pupillo ſit utilius & magis expediat, cap. 32. reg. 9. n. 275
Tutor tenetur nomine pupilli fideicommiſſarie ſubſtituti cogere heredem ut adeat & reſtituat, c. 32. reg. 9. num. 277
Tutor non implens conditionem utilem pupillo,tenetur ad intereſſe, ibid. nu. 280
Tutor contrahendo damnificante pupillum,in pupilli electione eſt contra tutorem agere ad intereſſe, vel in integrum reſtitui, ib. n. 282
Tutor negotia minoris celeriter expedire debet. ib. n. 285
Tutori aſſerenti de ære alieno, non creditur, ſed veritas ulterius per judicem perſcrutari debet ab illis,qui notitiam habent de ſtatu minoris, c. 33. n. 10
Tutor vendere non poteſt,ſi Prætor obligare permiſerit,aut contra, cap. 33. n. 2
Tutor ſine ſolemnitatib. requiſitis bona minorum alienans dicitur eſſe in dolo, & contra eum in litem juratur, & extraordinem punitur, ibid. num. 65
Tutor an ſine decreto bona minoris immobilia alienare poſſit, vel transferre in eum,à quo minor ea habuit, ibid. n. 79
Tutor vendere non poteſt rem pupilli ſine neceſſitate & judicis decreto, alioqui tenetur ad reſtitutionem pretii, ib. n. 109
Tutor non poteſt vendere reditum minori debitum ſine decreto, ibid. num. 123
Tutor non poteſt nomine minoris ſine decreto reditum annuum ſuper ſe, vel bonis ſuis de novo conſtituere vel alteri vendere c. 33. n. 124
Tutor poteſt actiones competentes ad res,quæ ſervando ſervari non poſſunt, cedere, c. 33. n. 174
Tutor poteſt cedere actiones conpetentes ad fructus pecuniæ, ib. n. 175
Tutor poteſt alienare molendina, cum ſunt in continuo periculo, ibid. num. 176
Tutor non poteſt creditori pro ſecuritate conſtituere hypothecam formalem ibid. n. 186
Tutor poteſt res á patre pupilli prius hypothecatas ſolvendo primo creditori á primo liberare, & ſecundo creditori hypothecare ſub levioribus uſuris, ib. n. 187
Tutor alium provocare poteſt ad diviſionē, cum eſt aperta via per unum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

viſionem, cum eſt aperta via per unum ex ſociis pupilli, qui provocavit ad diviſionem, ibid. n. 214
Tutor non poteſt compromittere de rebus minorum, ib. n 217
Tutor quando de rebus minorum compromittere poſſit, ibid. num. 228. 232. 360
Tutor ſine decreto Prætoris de rebus pupilli tranſigere non poteſt & quando poſſit. c. 33. n. 239. & aliquot ſeqq. late ampliatur & limitatur.
Tutor Principis donare poteſt, cap. 33. n. 331
Tutor poteſt donare cauſa remunerationis, ib. n. 333
Tutor poteſt magiſtro pupilli donare, ib. n. 335
Tutor poteſt diminuere patrimonium minoris pro ſalute ipſius, cap. 33. numer. 340
Tutor non poteſt remittere debitum pupilli liquidum, c. 33. n. 341. & quando poſſit, n. 362
Tutor non poteſt remittere jus redimendi ſive contractus conventionalis, c. 33. n. 349
Tutor ſinens ocioſe labi tempus ſine redemptione rei venditæ, præjudicat iis quorum adminiſtrationem geſſit, ibid. n. 350
Tutor non poteſt etiam non liquidum remittere, modo tamen facile liquidari poſſit, ib. n. 353
Tutor remittere non poteſt exceptionē peremptoriam, c. 33. num. 354
Tutoribus omnia jure adminiſtrationis competunt, quæ minori expediunt, ib. n. 367
Tutor an poſſit concedere debitori dilationem, ib. n. 374
Tutor poteſt impedire debitum & actionem oriri ibid. n. 375
Tutor poteſt præjudicare pupillo jure commiſſi nondum acceptati, ib. num. 376
Tutor non poteſt æſtimare litem nomine pupilli, ib. n. 386
Tutor ſolus non poteſt deferre juramentum adverſario pupilli, niſi deficientibus omnibus probationibus, ib. num. 392
Tutor non poteſt locare ad longum tempus, ibid. n. 396
Tutor non poteſt etiam locare pro uno vel duobus annis, cum pacto, quod finitis illis tenebitur eidem vel ejus ſucceſſoribus locare pro eodem pretio, ib. n. 399
Tutor licet poſſit venire contra alienationem nulliter factam in vita minoris, mortuo tamen minore, ei ſuccedens non poteſt venire contra eam, c. 33. n. 480
Tutor valide obligare poteſt bona ſua propria pro evictione bonorum minoris, ſine ſolemnitate alienatorum ib. num. 492
Tutor errore lapſus vendens prædium ſine decreto, & pecuniam inde redactam creditoribus ſolvens, ſi fundum vendicare velit, exceptione doli repelletur, niſi offerat pecuniam reſtituere, cum medii temporis uſuris, & ſumptus meliorati prædii. ibid. numer. 615
Tutor datur invitus, quia eſt munus publicum, á quo ut quis excuſetur, requiritur aliqua excuſatio legitima c. 35 reg. 1. n. 1
Tutor propter litem quam cum pupillo habet, excuſatur, c. 35. reg. 1. n. 5
Tutor teſtamento datus, ſi promiſerit patri pupilli, ſe adminiſtraturum, non excuſatur.

excuſatur, ib. n. 17
Tutores excuſantur propter numerum liberorum, ib. n. 46
Tutor pupilli non cogitur ejuſdem curator eſſe, ib. n. 213
Tutor excuſatur in patre, quando pupillus habet bona in alia provincia, quam in qua tutor habitat, c. 35. reg. 1. nu. 219
Turor legitimus non appellat, ſed tantum ſe excuſat ad tempus, quæ proprie non eſt excuſatio cap. 35. regel. 2. numero 6
Tutor appellatione pendente, de jure non adminiſtrabat, ſed dabatur pupillo curator, c. 35. reg. 2. n. 7
Tutor in recuſatione tutelæ, intra tempora prefinita omnes excuſationes proponere debet, alioqui poſt non auditur ſuper non petitis, cap. 35 reg. 3. num. 4.
Tutori dato teſtamento ſub conditione, non currit tempus quinquaginta dierum ante conditionis eventum, ibid. num. 16
Tutor inutiliter datus teſtamento, vel ex perſona dantis, vel ejus cui datur, vel ex modo dandi, excuſatione non indiget, niſi ex die confirmationis, c. 35. reg. 3 n. 20
Tutor inimicus patris pupilli, ut ſuſpectus removetur, c. 36. reg. 1. n. 4
Tutor ut removeri poſſit leviſſima culpa ſufficit, ib. n. 5
Tutor cujus improbitas tempore teſtamenti patris erat incognita, non debet á judice confirmari, ib. n 6
Tutor qui inconſiderate vel dolo fecit pupillum abſtinere hereditate, ſuſpectus poſtulatur, ib. n. 10
Tutor affectans adminiſtrationem bonorem, ſuſpectus habetur, & ab adminiſtratione eſt removendus, ib. numer. 12
Tutor non conficiens inventarium, pro ſuſpecto habetur. ib. n. 18. 19
Tutor quibus caſibus pro ſuſpecto habeatur, c. 36. reg. 1. n. 20. 21 24. 25. 27. 30. 32. 33. 34. 35. 36. 42
Tutor ſuſpectus licet offerat de indemnitate ſatiſdationem, tamen removetur á tutela, c. 36. reg. 1. n. 23
Tutor nõ tenetur quicquam de ſuo erogare, nec egenum de ſuo alere, c. 3 6. reg. 2 n. 3
Tutori teſtamentario magis confidunt jura, quam dativo, ib. n. 12
Tutor pauper reddita ratione repertus dives, an præſumatur factus dives de bonis pupilli, ib. n. 17
Tutor removeri poteſt ob latam negligentiam. c. 36. reg. 3. n. 6
Tutor an ob leviſſimam culpam removeri poſſit, ib. n. 8
Tutor ob ceſſationem de dolo ſuſpectus fieri poteſt, etiam ſi nihil geſſerit, ib. n. 10
Tutor an ob ſolam ignaviæ culpam removeri poſſit, ib. n. 11
Tutor non poteſt accuſari ſuſpectus criminaliter, ib. n. 14
Tutor conjunctus vel conſanguineus pupilli, non removetur ut ſuſpectus, ſed ei curator adjungitur, ib. num. 15.
Tutor allegatus ſuſpectus an poſſit in totum removeri, vel ſit aſſociandus, & an lite pendente ſuper ſuſpicione, debeat ei adminiſtratio interdici, ib. numer. 19
Tutor non removetur, ut ſuſpectus ob dolum extra tutelam commiſſum, ib. n. 21
Tutor ob facta atrocia non ſolum remo-

vetur

vetur,ſed etiam punitur, & quod dicatur factum atrocius,c. 36. reg. 5. n. 7. 9.
Tutor poteſt removeri ex officio judicis ſine accuſatione, c. 36. reg. 7. n. 4
Tutor poteſt accuſare contutorem ſuſpectum,etiamſi ſi fuerit remotus, ib. n. 14
Tutor ob dolum remotus infamia notatur,c. 36. reg. 8. n. 10
Tutor(niſi judex famoſam remotionis cauſam exprimat)non fit infamis, ib. n. 15
Tutori ſtatim ipſo jure adminiſtratio interdicitur,cum ſuſpectus poſtulatur, c. 36. reg. 9. n. 10
Tutor non poteſt adminiſtrare pendente cauſa ſuſpecti,ſed datur curator, qui interim adminiſtrat, ib. n. 13
Tutori legitimo ſuſpecto aut etiam damnato,non adimitur adminiſtratio, ib. n. 14
Tutor finita tutela tenetur curatorem petere adulto, c. 37. reg. 1. n. 7. & c. 39. n. 63
Tutor pubertate pupilli, tenetur tutelam reddere,id eſt, tutelæ rationes reddere, c. 37. reg. 1. n. 18
Tutor non poteſt abſentis bona retinere ſub prætextu mortis ejuſdem puberis & ſubſtitutionis, niſi probata morte. ib. n. 20
Tutor per errorem in officio permanens caret periculo. ib. n. 43
Tutore dato quobus impuberibus fratribus, pubertate alterius fratris ſolvitur tutela dativa, & impubes reincidit in poteſtatem fratris, c. 37. reg. 1. num. 66
Tutor poſt finitum tempus ſui officii cauſam cœptam ante pubertatem proſequi poteſt etiam poſt pubertatem. cap. 37. reg. 1. num. 74. & cap. 39. nu. 64.
Tutor poſt completam tutelam non poteſt agere judicati. cap. 37. reg. 1. num. 77.
Tutor etiam quo ad cauſas non inchoatas tenetur periculo tutelæ, ſi finita tutela non curaverit puberi dare curatorem, & in eum adminiſtrationem transferri, cap. 37. reg. 1. num. 8.
Tutorum curatorumque datio, olim ad Prætorem pertinuit. c. 37. reg. 2. n. 35.
Tutoris capitis diminutione, per quam libertas vel civitas amittitur, perit tutela. ibid. n. 118.
Tutore bannito cum confiſcatione bonorum tutela finitur. ibid. num. 119.
Tutoris minima capitis diminutione legitima tantum tutela perit, cęteræ non pereunt. ib. num. 124.
Tutore mortuo pupillus non liberatur, ſed alius datur. ibid. num. 134.
Tutor debet actus ſui rationem reddere. cap. 38. num. 1.
Tutor debet rationes legendas offerre cum univerſi actus inſtrumento. ibid. n. 4.
Tutor rationes reddens tenetur edere adverſaria, id eſt, volumina rationum. ibid. num. 6.
Tutor non tenetur libros rationum tradere, quos ipſe confecit propria manu, ſi ejus interſit, niſi ſoluto eo, quod intereſt, & facto ſibi publico acceptilationis inſtrumento. ibid. num. 7.
Tutor licet à teſtatore liberatus fuerit à à rationibus reddendis, & exigendis, tenetur tamen reddere chartas, in quibus rationes conſcriptæ fuerint. c. 38. num. 10.
Tutor rationem reddens, debet ſolvere reliqua. ibid. n. 13.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Tutor rationem non reddens, dicitur eſſe in dolo præſumto, imo etiam vero, & quando, c. 38. n. 87
Tutoribus pluribus exiſtentibus unus nõ poteſt rationem reddere ſine altero. c. 38. n. 88
Tutor rationem fructuum & redituum bona fide perceptorum reddere debet, c. 38. n. 90
Tutor rationem reddere tenetur de non geſtis, ut quia omiſerit culpa, negligentia, vel alias, ib. n. 95
Tutor rationem reddere debet de geſtis poſt finitam tutelam, ſi probetur eum adminiſtrationem continuaſſe, ib. n. 96
Tutor nomina debitorum taliter præſtare debet, quod fuerint idonea tempore quo illis creditum eſt, cap. 38. num. 97
Tutor tenetur, ſi bona nomina ob ejus negligentiam vel non exactionem mala facta fuerint, niſi facti fuerint non ſolvendo debitores poſt finitam tutelam, c. 38. n. 98
Tutor tenetur reddere rationem poſt viginti annos, ib. n. 99
Tutor pupillum in tutela fraudans, vel rem pupilli ſibi approprians, tenetur actione de rationibus diſtrahendis in duplum, ib. n. 100
Tutor pupillum in tutela fraudans, ſi non eſt ſolvendo, punitur extra ordinem, & ſi furandi animo fecerit tenebitur furti, ib. n. 101
Tutor non jure datus, non tenetur, ſi pupillum in tutela fraudaverit, ib. num. 102
Tutor tenetur reddere rationem etiam non requiſitus, ib. n. 44
Tutor ſtatim quis eſt, atque ei innotuit ſe tutorem datum. c, 39. n. 2
Tutor qui ſcit ſe tutorem datum & adminiſtrare ceſſat, ſuo periculo ceſſat, indemnemque pupillum ſervare tenetur, ib. n. 3
Tutor abſens datus decreto, ſciens, & ſe non excuſans, tenetur. ib. n. 4
Tutor vel curator debet petere & inſtare ut ſibi decernatur adminiſtratio, alioqui ſuo periculo ceſſat, cap. 39. num. 7.
Tutor quando teneatur de dolo lata vel levi culpa, ib. n. 15
Tutor quando teneatur periculo tutelæ remiſſive, ib n. 21
Tutor tenetur faciens contra prȩceptum patris pupilli, c. 39. n. 22
Tutor vel curator negligens tueri corpus ac ſalutem pupilli vel furioſi, tenetur, ib. n. 23
Tutor in rebus pupilli de dolo lata culpa & levi tenetur, ib. n. 32
Tutor quando teneatur de leviſſima culpa ib. n. 36. 38
Tutoris officium eſt neceſſarium, non voluntarium. ib. n. 43
Tutor quando teneatur de caſu fortuito, ib. n. 44
Tutor tenetur ad lucrum ceſſans ib. nu. 45
Tutor quando de dolo & lata culpa teneatur, c. 39. n. 47
Tutor & ejus heres non tenetur de levi culpa, ſi liberatus fuerit á redditione rationis adminiſtrationis tutelæ, ib. n. 51
Tutor non tenetur de re minoris furto ſubtracta, licet fuerit in levi culpa, niſi probetur dolus ejus, vel lata culpa, ib. n. 52
Tutor adminiſtrans propria auctoritate ante decretam ſibi adminiſtrationem, omnino tenetur de mala adminiſtratione, ib. n. 53

Tutor non verus ſi adminiſtrat negotia pupilli, obligatur ut tutor verus, c. 39. n. 54

Tutor quando teneatur de lata culpa tantum, c. 39. n. 55. 56

Tutor tenetur de damno dato in re alterius provinciæ, niſi curaverit ibi dari alium tutorem, c. 39. n. 57

Tutor tenetur ex die creationis, licet appellaverit, & ejus appellatio injuſta fuerit pronunciata, ib. n. 60

Tutor ſi antequam vere tutor eſſet, pro tutore tamen negotia geſſerit, deinde poſt cœperit ut tutor gerere, tenebitur periculo tutelæ, ib. n. 62

Tutor qui poſt pubertatem gerit negotia connexa negotiis inceptis ante pubertatem, poterit conveniri actione tutelæ, etiam de his, quæ tutela finita geſſit. ib. n. 66

Tutor, qui adminiſtravit negotia pupilli, obligatur, licet in nullo auctoritatem interpoſuerit, ib. n. 69

Tutores ſinguli & omnes tenentur in ſolidum, ib. n. 93

Tutor quilibet habet poteſtatem in ſolidum adminiſtrandi, etiamſi eſſent mille, ib. n. 94

Tutor non jure creatus tutelam gerens, in ſolidum obligatur ib. n. 105

Tutores in communi ſive adminiſtraverint ſive non æque in ſolidum tenentur, ib, n. 105

Tutor in ſolidum conventus, tenetur ad uſuras ejus, quod à contutore debetur, ib. n. 114

Tutoribus pluribus exiſtentibus, ſi quidam ex eis idonei non ſint, cæteri ſine dubio onerabuntur, ib. n. 119

Tutores teſtamento inutiliter dati, nec decreto Prætoris confirmati, ſi negotia pupilli geſſerint, tenentur tutelæ judicio. c. 39. n. 120

Tutores improprii, ut ſunt præfecti alicujus civitatis, habent beneficium ordinis, ut prius veri tutores vel eorum heredes & deinde fidejuſſores, ſi qui forte acceſſerint, conveniantur, ibid. num. 123

Tutor munitus exceptione tranſactionis, ſi non excipiat de tranſactione, ſed patiatur ſe conveniri, & excuſſus reperiatur non ſolvendo, alter non liberabitur, ib. n. 129

Tutor non tenetur ex facto contutoris, qui fuit ſolvendo tempore depoſitæ ſive finitæ adminiſtrationis, cap. 39. num. 130

Tutores habent beneficium diviſionis, ſive omnes adminiſtraverint, ſive non, c. 39. n. 157

Tutores habent beneficium diviſionis ſive ſint teſtamentarii legitimi vel dativi ib. n. 159

Tutor quando non habeat beneficium diviſionis, cap. 39. n. 160

Tutor conventus ex communi dolo, ſi non excipiat de beneficio diviſionis, ſed per viam petitionis, petat tale beneficium implorando ad hoc officium judicis, an habeat beneficium, diviſionis. ibid. n. 162

Tutor conventus ex communi dolo, an habeat beneficium diviſionis. ib. num 164

Tutor non exigens ſatiſdationem a contutore ſuo; rem pupilli ſalvam fore, videns eum non eſſe ſolvendo, inſolidum tenetur ib. n. 171

Tutor contutorem ſuum ſuſpectum doloſe non faciens removeri, inſolidum tenetur. ib. n. 172

Tutor tarde rationem ſuſpicionis movens cum alter contutor non ſolvendo effectus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

ctus eſſet, inſolidum tenetur. ib. num. 173
Tutor ſi ſuſpicionis cauſam agendo, ſua ſponte jura pupilli prodiderit, colludendo cum ſuſpecto, & patiente ab eo ſuperari, inſolidum tenetur, ib. num. 174
Tutor qui tutelam geſſit prius eſt conveniendus quam ille, qui non geſſit, ib. n. 178
Tutor qui ſi geſſit ſolvendo non eſt, tenetur qui non geſſit in ſolidum, nec eſt locus beneficio ordinis, ibid. numer. 195
Tutor matri pupilli, vel avo adminiſtrationem committens, & ab eis indemnitatis promiſſionem recipiens, officio finito convenitur, ſed ipſe ab eis conſervabitur indemnis, ibid. numer. 213
Tutores omnes & eorum heredes coram uno eodemque judice debent conveniri ex eadem tutela, ibid. numer. 216
Tutor obligatur in ſingulas res, & tempora, ib. n. 221
Tutori non imputatur damnum abſque ſui culpa contingens, ib. n. 244
Tutor ignorans ſe tutorem datum, tutelæ non ſubjicitur, ib. n. 246
Tutor datus inutiliter teſtamento non tenetur de periculo ante confirmationem contingente, ib. n. 248
Tutore gerente negotia puberis, vel ejus qui nondum natus eſt, non agitur adverſus eum protutelæ, ſed actione negotiorum geſtorum, n. 249
Tutor quid actione tutelæ contraria à pupillo, ut vel ejus heredibus repetere poſſit, vel non, c. 40. per tot.

V.

VAlerius Maximus quo tempore floruerit, c. 5. n. 101
Valetudo adverſa an faciat quem in habilem ut à judice tutor dari non poſſit, c. 23. n. 29
Valetudo adverſa eſt juſta excuſationis cauſa à tutela, c. 35. reg. 1. n. 145
Valetudo adverſa excuſat arbitrum, & judicem á ſententia dicenda, ib. nu. 146
Valetudo adverſa eſt juſta excuſatio vadimonii deſerti, ib. n. 147
Valetudo adverſa eſt juſta cauſa alienationis mutandi judicii cauſa facta, ib. nu. 148
Valetudo adverſa eſt excuſatio longioris moræ ejus qui Reipublicæ cauſa abeſt, ib. n. 149
Valetudo adverſa excuſat emanſorem militem, ib. n. 150
Valetudo tam à ſuſcepta, quam á nova tutela excuſat, ib. n. 152
Venter heres inſtitui poteſt, c. 8. n. 32.
Veriſimilitudo maxime attendenda eſt in materia probationis & præſumptionis, c. 10 n. 27
Veſtes infantiles, c. 5. n. 25
Veſticeps & inveſticeps, c. 9. n. 122. 123.
Vicarii qui, c. 27. n. 34
Viduę difficulter abſtinent ab actu venereo, c. 15. n. 118
Vir, & uxor ad imparia non judicantur ſed ſtatutum in uno, militat & in alio, ib. n. 113
Viro olim permiſſum fuit uxorem adulterantem impune occidere, ſed non econ tra, ib. n. 125
Viro alienante rem dotalem contra juris prohibitionem, poterit avocari etiam conſtante matrimonio, c. 33. n. 90

Vis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Vis publica vel privata, quando dicatur, & quæ ſit pœna vim inferentis, c. 36. reg. 1. n. 29.
Vitrici bona pro mala adminiſtratione matris tutricis convolantis ad ſecundas nuptias, ſunt tacite obligata filiis primi matrimonii, cap. 31. eff. 2. num. 35
Ultrajectum eſt caput aliarum civitatum ejuſdem provinciȩ, c. 3. n. 12
Ultrajecti nuptæ nullos actus judiciales faciunt ſine marito, vel tutore electo ib. n. 46
Ultrajectinum ſtatutum declaratur, rubrica 28. artic. 6. c. 18. n. 31. & c. 33. n. 38. &c. c. 37. reg. 1. n. 87. 88
Voluntas in ſpecie fortior & potentior. c. 9. n. 71
Voluntas hominis talis præſumitur, qualis ex factis colligi poteſt, c. 32. reg. 5. n. 66
Voluntas teſtatoris ex actu nullo declaratur, c. 33. n. 429
Voluntas ex non facto declaratur, ib. numer. 536
Voluntas teſtatoris ubique ſervanda eſt. c. 37. reg. 2. n. 154
propter Voluntatem teſtatoris ſervandam receditur quandoque á verborum proprietate c. 37. n. 155
Uſufructuarius tenetur ſarta tecta ſervare quando impenſa eſt modica, c. 32. reg. 9. n. 265
Uxor poteſt repetere dotem marito conſtante matrimonio vergente ad inopiã cap. 36. reg. 1. num. 9.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
388 F 9